PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXVI.

SYNESIUS EPISC., THEODORUS MOPSUESTENUS, S. ARSENIUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM.
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM SEU PETIT-MONTROUGE.

1859

Digitized by Google



Digitized by Google

SÆCULUM V.

ΣΥΝΕΣΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΗΝΗΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

SYNESII

EPISCOPI CYRENES

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA.

EDITORE ET INTERPRETE DIONYSIO PETAVIO,

SOCIETATIS JESU PRESBYTERO.

ACCEDUNT

THEODORI MOPSUESTENI EPISCOPI

S. ARSENII EREMITÆ

SCRIPTA VEL SCRIPTORUM FRAGMENTA QUÆ SUPERSUNT

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

TOMUS UNICUS

VENIT 11 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1859

Digitized by Google

2550.4 HARVARD COLLEGE LIBRARY
1860, May 28
Gray Fund.
2.87

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LXVI CONTINENTUR.

THEODORUS MOPSUESTENUS.

	Col.
Commentarius in XII prophetas minores.	105
Fragmenta in Genesin.	633
Expositio in Psalmos.	647
— In Jobum.	698
— In Canticum canticorum.	699
Commentarii in Novum Testamentum.	702
Fragmenta Dogmatica.	969

SYNESIUS EPISCOPUS PTOLEMAIDIS.

Oratio de Regno.	1054
De Dione	1111
Calvitii encomium.	1167
De Providentia.	1210
De insomniis.	1282
Epistolæ.	1322
Homiliæ.	1562
Catastasis.	1566
Constitutio.	1574
De dono astrolabii.	1578
Hymni.	1587

S. ARSENIUS EREMITA.

Doctrina et exhortatio.	1615
Apophthegmata.	1622
Ad nomicum tentatorem.	1622

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

DE THEODORI MOPSUESTENI
VITA ET SCRIPTIS
COMMENTATIO HISTORICA THEOLOGICA.

SCRIPSIT

OTTO FRIDOLIN FRITZSCHE

THEOLOGIÆ LICENTIATUS.

(Halæ, sumptibus librariæ Orphanotrophei MDCCCXXXVI.)

PRÆFATIO.

Schola Antiochena, quæ a Dorotheo et Luciano, presbyteris, sub finem sæculi tertii condita est, cum ea via incederet quam priores doctores Antiocheni inierant, theologiam sensim ac paulatim ita studiis suis persecuta est, ut indole sua peculiari admodum splendeat summamque vim in Ecclesiam Græcam exhibuerit. Frustra enim Ecclesiæ Græcæ, veteris maxime, rationes perspicere conaberis, nisi theologiam Antiochenam probe cognoveris. Nec nimium dixi, imo tota theologia Græca, quæ quidem quid sibi vellet sciebat neque infausto torpore tenebatur, me judice per temporum decursum tripartita erat, Alexandrina, Antiochena et quæ mediam quamdam viam iniit. Cum igitur tanta vis scholæ Antiochenæ fuerit, maxime dolendum quod non ea luce qua Alexandrina collustrata est. Hæc demum ætate de ea nonnulli VV. DD. accuratius disputaverunt, qui quanquam in nonnullis peccaverunt, magna sua laude hæc studia excitaverunt.

Ego vero quo diutius in historia ecclesiastica perscrutanda versabar et quo magis vim ac gravitatem scholæ Antiochenæ perspiciebam, eo majori studio in ejus res inquisivi, quæ in maxima monumentorum historicorum penuria ita quodammodo dilucidari possunt, ut quales diversis temporibus singuli scholæ illius doctores fuerint anquiras. In hac vero perdifficili disquisitione, et tempora probe discernenda, et ea quæ singulorum doctorum propria sunt neque in ipsam scholam cadunt.

Quæ cum ita sint, operæ pretium me facturum putavi, si in rebus Theodori Antiocheni, Mopsuestiæ episcopi, qui theologiam Antiochenam ad eam quam nacta est perfectionem evexit, meam qualemcunque curam collocarem atque de ejus vita, scriptis, Scripturæ sacræ interpretatione, doctrina, postremo de ejus fatis post fata accuratius commentarer. Accipe, Lector benevole, hanc primam de Theodoro commentationem (a) eamque bipartitam. Ac *vitam* quidem Theodori in tanta monumentorum historicorum paucitate nemo describere potest; quæ vero *de vita* hujus viri certe aut probabiliter dici posse viderentur sedulo congessi et examinavi, ne levioribus quidem rebus, ut par erat, omissis.

Quo pauciora de viro quodam clarissimo edax tempus reliqua fecit, eo majori studio ea etsi levissima congerere decet atque perscrutari, quo qualis fuerit si non docere, conjectura certe assequi possis. Magnus enim vir vel ex iis, paucis licet, quæ de eo reliqua facta sunt cognosci potest. Vir doctus autem et clarissimus Ecclesiæ doctor fere libris suis censeri potest, de quibus si satis accurate disputaveris, ejus res magna ex parte illustraveris. Quanquam ne tum quidem hujusmodi disputatio inutilis est, si librorum illorum fere pauca fragmenta supersunt. Quid quod ex solis eorum titulis aliquid efficias? Ad Theodorum autem ut revertar, difficillimum erat ac magni laboris, de ejus *scriptis* exponere, cum quæ huc pertinerent nondum satis accurate congesta atque examinata essent, ipsa vero disquisitio, quam nullus vir doctus usque adhuc tam late patere voluit, in tanto veterum silentio spinosa esset, in qua ne optarem potius quam docerem cavendum erat. Non solum autem quæ historica fide digna essent disquisivi, verum etiam hæc ipsa recte intelligere atque ex iis ea quæ recte effici posse

(a) Quæ de Theodori commentariis in Psalmos et in libros Novi Testamenti disputavi, ea integra fere superrime separatim edidi, ut honores Licentiati theologiæ rite impetrarem.

Digitized by Google

viderentur, efficere studui; qua in re ut haberem cui jure inniterer Theodorea accuratissime etiam atque etiam pertractanda erant. Sed ne plura a me requiras quam quæ præstare volui aut potui, de argumento hujus commentationis paucis edisseram.

Præmissa brevi disputatione de Theodori scriptorum numero, fortuna, quam temporum decursu experta sunt, deque versionibus, ea singula ordine recensui deque iis disserui. In quo primum quos libros et quo tempore singulos Theodorus scripsisset quærebatur: illud imprimis propter veterum in citandis libris incuriam et negligentiam haud raro difficile dictu erat, hoc interdum tantum constitui poterat. De commentario *in* XII *prophetas minores*, qui solus ætatem videtur tulisse, eadem fere quæ Ang. Maius et Victor de Weguern, VV. DD., in Prolegomenis disputaverunt, denuo accuratius pertractavi. Alia correxi, alia adjeci, alia amplificavi, alia denique contraxi.

Plerorumque Theodori librorum fragmenta quædam supersunt, quæ si tantummodo commemorassem, neque vero accurate perlustrassem, opera mea parum fructuosa esset. Sed spuria verbo tantum notavi; ubi nihil monui, genuina illa fragmenta censeo. Uberiore vero de singulis disputatione me supersedere posse putavi. Præterquam enim quod multa eorum breviora ac leviora sunt, quam de quibus multis disseras, res valde ambigua est nec nisi ab eo judicanda cui sentiendi et scribendi genus Theodori familiare est. Alia certissime Theodori sunt, alia ab eo certe non abhorrent. Omnino veteres audiendi erant, a quorum auctoritate nonnisi gravissimis de causis recessi. Neque vero in hac de fragmentis disquisitione acquievi, sed diligenter etiam investigavi quæ de argumento et indole singulorum librorum dici posse viderentur. Qua in disputatione plura reperies unde qualis Theodorus fuerit cognosci potest, quanquam in his per hujus libri rationes brevitati studui.

Multos errores cum veterum tum recentiorum deprehendi, sed horum quidem peccata quantum fieri potuit tacite correxi. Supervacanea silentio prætermisi. At vero in hujusmodi studiis errare in proclivi est, et quanquam summam fidem indefessumque studium adhibui, haud dubie subinde in errores incidi. Sed correctione gaudebo. Omnino vero quid præstiterim apud viros harum litterarum peritos judicium esto.

Scribebam Halæ, d. XXII m. Septembr. a. 1836.

O. F. FRITZSCHE.

DE THEODORI MOPSUESTENI

VITA ET SCRIPTIS

COMMENTATIO HISTORICA ET THEOLOGICA

PARS PRIOR. — DE THEODORI VITA (*a*).

Theodorus Antiochiæ, quæ caput erat Syriæ primæ totiusque Orientis (*b*), nobilibus et divitibus parentibus (*c*) anno fere 350 natus est.

Placet autem jam hic totum locum de temporis rationibus, quæ Theodori vitam continent, pertractare, in quo primum quo anno Theodorus mortuus sit disquirendum. Optime hac de re Antonius Pagi (*Critica hist. chronol. in Annales Baronii.* Antv. 1705, fol., ad a. 427) disseruit. Discedo tamen a v. d., neque a. 429, sed sub exitu anni 428 Theodorum obiisse credo. Ad a. 428 jam multi, quos adii, v. d. ejus mortem retulerunt, sed conjiciendo potius quam ratiocinando; alii autem, ut Henr. Norisius (Op. omnia, I [Veronæ 1729 fol.], p. 291 infra laudabo. J. Christoph. Meisneri *Diss. de Theodoro Mopsuesteno* (Witteb. 1714) cujusmodi sit nescio.

(*a*) De Theodoro ejusque rebus multa allata sunt in Fabricii *Bibl. Gr.* ed. Harl., vol. X, p. 346 sq. Inter eos qui ejus vitam pluribus persecuti sunt, præ cæteris nominandi Lenain de Tillemont (*Mémoires pour servir à l'histoire eccl. des six premiers siècles*, t. XII [Venet. 1732, 4], p. 433 sq.) et J. Matthias Schroeckh (*Kirchengeschichte* t. XV [Lips. 1790], p. 176 sq.). Hic in Theodorum lenior, ille asperior, uterque emendanda et addenda reliquerunt. Multi præterea nonnulla tantum Theodorea accuratius illustrarunt, quorum plerosque

(*b*) *Antiochenus* sæpissime dicitur. Cf. v. c. Phot. c. CLXXVII, 38, 4. Fabricio l. l., p. 396, et Forlosia in Kollarii ad Lambecii *Comment. de bibl. Cæs. Vindob.* supplem. I. I, p. 174, testibus, etiam *Hagiopolites* dicitur; me vero nullum locum legere memini, in quo ita nominetur.

(*c*) Cf. Chrysost. Opp. ed. Montf., I, p. 36.

Digitized by Google

sq.), infirmis nixi rationibus, ad a. 427. — Theodoret. *H. e.* v, 39 : Πέντε καὶ ἑκατὸν ἐτῶν ἥδε ἡ ἱστορία περιέχει χρόνον, ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τῆς Ἀρείου λύττης, δεξαμένη δὲ πέρας τῶν ἀξιεπαίνων ἀνδρῶν Θεοδώρου καὶ Θεοδότου τὴν τελευτήν. Praef. Εὐσέβιος. . . . . μέχρι τοῦ (*l.* τῆς) Κωνσταντίνου θεοφιλοῦς βασιλείας τὰ ταῖς Ἐκκλησίαις συμβεβηκότα συνέγραψεν· ἐγὼ δὲ τῆς συγγραφῆς ἐκείνης τὸ τέλος ἀρχὴν τῆς ἱστορίας ποιήσομαι. Eusebii *Historia* finitur narratione de Licinio devicto (a. 324. [323?]) ac de medio sublato (a. 325), Theodoretus autem, ubi l. I, c. 1, Maxentio, Maximino et Licinio tyrannis de medio sublatis, Ecclesiæ procellam sedatam fuisse perhibuit, ad res Arianas narrandas aggreditur. Neque vero efficiendum ex illis locis, quod Pagi effecit, rationem illorum 105 annorum ab a. 325 ineundam esse. Sane quidem Licinius a. 325 suspendio sublatus est, sed jam ante, postquam Licinius victus imperio se abdicavit, Constantinus solus imperator erat, et male Theodoretus a morte Licinii non memorabili illa, sed quam Eusebius memorare potuit (*a*), *Historiæ* suæ initium cepisset. At memorabilis erat victoria de Licinio reportata, qua imperium apud solum Constantinum esse cœpit. Multo minus Theodoretus prieri illo loco se ab eo anno, quo Arius in synodo Nicæna damnatus esset, *Historiam* enarrasse indicavit. Hoc enim præterquam quod perspicue enuntiasset, ille locus ideo ad trutinam exigi non potest, quod alioquin ab a. fere 319 *Historiam* suam inchoasse atque ita secum ipse pugnare Theodoretus censendus esset. Recte tamen illo modo loqui potuit, quia paucis præmissis primum res Arianas narravit. Itaque posteriori illo loco utpote perspicuo illiusque *Historiæ* prioribus nixus capitibus, accuratius enim ea narrantur, quæ syn. Nicænam (d. xx m. Mai. aut Jun. 325) præcesserunt quæque haud dubie magnam partem a. 324 gesta sunt, Theodoretum ab a. 324 illorum annorum rationem iniri voluisse probabiliter dixeris. Jam si annos 105 annis 324 addis, annus 428, duo enim anni 105 et 324 incompleti pro completo numerandi, efficitur et quidem ejus exitus, quo Theodorus mortuus est (*b*). Huic autem ratiocinationi major fides eo adjicitur, quod Theodotus ep. Antioch., qui paulo post Theodorum obiit (cf. Theodoret. *H. eccl.* v, 39), si non sub exitu a. 428, certe initio a. 429 mortuus est. Marius Mercator anno 429 eum sanctæ memoriæ episcopum appellavit : cf. p. 650, cl. p. 648, unde eum a. 428 obiisse verisimilius. Eodem denique nos ducit epistola Theodoreti *ad Dioscurum* a. 448 (v. Pagi l. l. ad a. 423) data (ed. Hal. IV, p. 1145 sq.), in qua dicit se Antiochiæ sub ep. Theodoto per sex annos et per tredecim sub ep. Joanne docuisse, jam septimum agi annum, quo sub ep. Domno doceat. — Episcopatum, in quo triginta sex annos transegit (cf. Theodoret. *H. eccl.* v, 39), Theodorus aut exeunte a. 392, aut ineunte 393 adeptus est. Eum a. 382, aut 383, presbyterum Antiochenum factum esse, Tillemontii l. l., p. 436, est conjectura, haud absurde illa quidem verbis Joannis ep. Ant. ap. Facund. II, 2 : *Quinque et quadraginta annis clare in doctrina præfulsit — — quinquaginta pene annis fortiter repugnantem cunctis hæresibus* — firmata, admodum tamen dubia. Natus est a. 350, siquidem priores duæ Chrysostomi *ad Theodorum* epistolæ recte ad a. 369 referuntur. Cf. Chrysost. Opp. I, p. 39, — νῦν, ὅτε οὔπω εἰκοστὸν ἄγεις ἔτος. Eum certe illo fere tempore in lucem editum esse, rationes, quibus cum Chrysostomo tenebatur (v. inf.), argumento sunt. Et videtur sane Chrysostomo duobus tribusve annis inferior fuisse. Itaque *senectute cana debilitatus* (cf. Hesych. *in Act. c. Const.* II, A. V ; Hard. *Conc.* III, p. 104 et p. 432, in Pelag. pap. ep. IH, *ad Eliam et Istriæ ep.*) senex septuaginta fere et octo annorum obdormivit.

Fratrem habuit Polychronium, S. Zebinæ ascetæ discipulum et æmulum, post Apamensem episcopum (*c*) ; Pæanium, virum nobilem, qui in magistratu erat, cognatum (ἀνεψιόν) (*d*). Cum vitam quæstuariam scholastici sive causidici, quam tum fere inire solebant qui ad amplos honores publicos accedere cupiebant, amplecti vellet, Libanio, clarissimo illius temporis sophista, præceptore rhetoricæ una cum Chrysostomo et Maximo, post Seleuciæ in Isauria ep., usus est (*e*). Juvenis dives, ut erat, vitæ delicias et elegantiam neutiquam sprevit, quanquam laudis cupidus profanis litteris assidue studuit (*f*). Aliter vero Chrysostomus, Theodori amicus, qui licet et ipse nobili loco natus esset atque eamdem vitæ rationem quam Theodorus ingredi statuisset, mox tamen fori strepitus pertæsus, in Meletii, ep. Antioch., disciplinam tres per annos se tradidit, quo res Christianas accuratius pernosceret. Baptizatus deinde anagnostes erat. Sed haud ita multo post desiderio, quo aliquandiu jam tenebatur, satisfecit seque ad

(*a*) Eusebius igitur re vera et de Theodoreti etiam sententia *Historiam* suam tantum usque ad a. 324 pertexuit, omissis sane initiis litis Arianæ.

(*b*) Facundo dicitur post centum et viginti suæ defunctionis annos damnatus esse. Cf. libr. *C. Mocian. schol.* (Galland. *Bibl. Patr.*, XI, p. 813). Sed Facundus numero, quem rotundum dicunt, usus est, cui inniti non licet. Cf. l. c., p. 816, *Ex. fid. cath.*, p. 817.

(*c*) Cf. Theodoret. *H. rel.* c. 24, *H. eccl.* v, 39. Permulta in catenis ed. et ined. in V. T. Polychronii nomine notata leguntur, sed an Apamensi jure tribuantur mihi nondum satis constat. Haud pauca certe Polychronii diaconi sunt, qui nonnullas catenas consarcinavit. Nuper Ang. Majus in *Scriptor. vett. nov. collect.* e Vat. cdd. ed. I (Romæ 1825. 4), 2, p. 105 sq. multa commentariorum Polychronii *in Danielem* edidit. Cæterum v. Fabric. l. l., p. 362, 353.

(*d*) Cf. Chrysost. ep. 204, III, p. 714.

(*e*) Cf. Socrat. *H. e.* VI, 3 ; Sozom. *H. e.* VIII, 2. Andragathium philosophum docuisse Theodorum temere v. d. cl. l. l. perhibuerunt ; Phot. c. 96.

(*f*) Cf. Chrysost. I, p. 36.

Digitized by Google

monachos, qui in Antiochiæ vicinia versabantur, A eruditione. At vero gravius onus juvenilis Theodori contulit. Tunc vero Theodoro et Maximo, quorum hic etiam studiis forensibus sese dederat, persuasit, ut vili illa vita quæstuaria relicta monasticam amplecterentur (*a*). Quanquam monachi antequam fierent eos accuratius doctrinam Christianam edoctos et baptizatos esse probabile est. Quidquid est, Theodorus, Chrysostomi eloquentia victus, quo erat animo fervido novam vitæ rationem summo studio persecutus est. *Quis enim celerem tuam, sinceram et fervidam ad bona conversionem non admiratus est? Epularum quippe luxuria neglecta, vestium magnificentia contempta, omnis fastus conculcatus. Omne externæ sapientiæ studium confestim ad divina effata transferebatur, toti dies legendo, precando totæ noctes transigebantur. Paternæ dignitatis nulla memoria, divitiarum nulla recordatio. Genua autem complecti et ad fratrum pedes accurrere, hoc omni nobilitate sublimius judicabas.* Ita Chrysostomus (*b*). Frustra Theodorum multi hortabantur, ut musea frequentaret. *Quid vero*, respondit, *si breve per tempus vitam male transigam? Quomodo accedam ad eum, qui dixit*[1]: « *Ne cuncteris ad Dominum converti neque differas de die in diem* (*c*)? » Totus in monasticis studiis cum amicis erat ducibus Carterio et Diodoro, qui tum monasterio (asceterio), in quod se contulerant, præerant. Carterius claruit asceta, Diodorus

ardor in se suscepit, quam quod ferre posse videretur. Hermiones enim pulchritudine captus (*d*) monasterio relicto, in quo nondum diu versabatur (*e*), urbem ac pristina studia repetiit et de nuptiis parandis cogitavit (*f*). In quo cave ejus levitatem accuses. Pius erat et doctus, sed amoris ludibrio obcæcatus, amicis præsertim nonnullis instigantibus, facile sibi persuasit, matrimonium, quod Deus hominibus non interdixisset, se etiam posse inire (*g*). Nihil non quod optas ratiocinando efficias. Sed Chrysostomus probe perspexit, qui Theodorus tum affectus esset, ejusque ratio, monacho, qui Christo se mancipasset, matrimonium, quod iniret, non jam incolume esse (*h*), Theodoro B et post probata est et antea probata esset, nisi amoris vinculis constrictus fuisset. Multi Theodori vicem dolebant, sed nemo magis quam Chrysostomus. Neque vero de eo desperavit (*i*), imo dicendo et scribendo quo tandem modo posset (*j*), ut se ab infaustis inceptis abstineret graviter eum monuit. Tum quidem eum bis per litteras adiit (*k*). Utraque epistola summo oratore digna præclaris sententiis et præceptis abundat, utraque amoris et sollicitudinis plena et quantumvis dissimilis ad persuadendum accommodatissima. Ac priori quidem quid spectaverit ipse sub ejus fine his fere verbis enuntiat : Scio te peccata tua confiteri

[1] Eccli. v, 8.

(*a*) Cf. Socr. l. l.; Soz. l. l.

(*b*) Cf. Chrys. l. l., v. etiam p. 1, τὸν κόσμον τῆς διανοίας τῆς σῆς — εἴ τις ὅτε ἔλαμπεν ἥδει καλῶς οὐκ ἂν ἐστέναξε —; p. 4, 27.

(*c*) Cf. Chrys. l. l., p. 40.

(*d*) Cf. Chrysost. l. l., p. 22.

(*e*) Cf. Chrysost. l. l., p. 36, μηδὲ σὲ ταραττέτω τὸ ταχέως καὶ παρ' αὐτὴν ἐμποδισθῆναι τὴν ἀρχήν.

(*f*) Cf. Chrys. l. l. p. 38; Sozom. l. l.

(*g*) Cf. Chrysost. l. l.

(*h*) Cf. Chrysost. l. l., δίκαιος ὁ γάμος, σύμφημι κἀγώ· — σοὶ δὲ οὐκέτι δυνατὸν τὰ δίκαια τοῦ γάμου φυλάξαι· τὸν γὰρ ἐπουρανίῳ συναφθέντα νυμφίῳ τοῦτον μὲν ἀφεῖναι, γυναικὶ δὲ ἑαυτὸν συνάψαι, μοιχεία τὸ πρᾶγμα, κἂν μυριάκις αὐτὸ γάμον καλῇς, μᾶλλον δὲ καὶ μοιχεία; τοσούτῳ δεινότερον, ὅσῳ κρείττων ἀνθρώπων θεός· μηδὲ τίς σε ἀπατάτω λέγων· γαμεῖν οὐκ ἐκώλυσεν, ὁ θεός· οἶδα τοῦτο κἀγώ· γαμεῖν οὐκ ἐκώλυσεν. ἀλλὰ μοιχεύειν ἐκώλυσεν, ὃ σὺ ποιεῖν ἐθέλεις —. Itaque Theodorum maximum peccatum commisisse gravibus verbis enuntiavit, cf. v. c. p. 1. — πενθῶ — ψυχῆς ἐρήμωσιν ἱερᾶς καὶ ναοῦ χριστοφόρου καθαίρεσιν καὶ ἀφανισμόν. p. 2. — ὁ διάβολος τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὡς ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐκείνης καὶ τοῦ ὕψους τῆς ἀρετῆς εἰς ἔσχατόν σε κακίας κατενεγκεῖν. — p. 23. — καὶ ὁ μακ. Δαυὶδ ἔπεσε πτῶμα τοιοῦτον, ὅπερ καὶ σὺ νῦν.

(*i*) Cf. Chrys. l. l., p. 41

(*j*) Cf. Chrys. l. l., p. 34.

(*k*) Leguntur hæ duæ epistolæ, ad quas lectorem jam sæpius adduxi, in Chrys. Op. ed. l. l., p. 1-42, sed unam tantum commemorat Hesych. l. l., p. 103., Sozom. l. l. (V. πρὸς ὃν πεσόντα γράφει ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐπιστολὴν δευτέραν, quæ post Θεόδωρος in ed. Rob. Stephani leguntur, recte adulterina judicavit et expunxit Valesius. Haud dubie a scriba inserta sunt, qui Sozomenum priorem tantum illam epistolam memorare vidisset), Act. c. Const. II, V. l. l., p. 122. (— *epistola* — *multorum versuum* —.), Justinian. in edict. adv. III capit., Hard. *Conc.* III, p. 320, et hi omnes, ut mihi quidem videtur, priorem intellexerunt. Sententia certe Savilii, Montf. al., qui Sozomeni verba ad posteriorem retulerunt epistolam, rejicienda est. Jam ex his colligas, quanti Tillemontii opinio æstimanda sit, qui cum ab illis scriptoribus unius tantum et posterioris quidem, ut sibi persuaserat, Chrysostomi *ad Mopsuestenum epistolæ* mentionem factam esse vidisset, solam posteriorem *epistolam ad Mopsuestenum*, priorem *ad alium Theodorum* datam esse conjectavit. Interna argumenta, quibus v. d. opinionem suam firmasse sibi visus est, quam vana sint verissime Montf. in monito ostendit. Præterea duæ illæ epistolæ a Leontio (*) p. 686, Isid. Hispal. in *Chron.* et Niceph. Callist. *H. e.* XIII, 2. — πρὸς ὃν (Θ), ἐκπεσόντα ὁ — Χρ. οὐ μίαν (carpit Sozomenum), ἀλλὰ καὶ δευτέραν πέμπει ἐπιστολήν· memorantur et in omnibus mss. posterior πρὸς τὸν αὐτὸν Θ. scripta esse dicitur. *Theodori lapsi responsio ad Chrysostomum*, I, p. 801 sq., insulsi Græculi commentum est.

C

D

(*) Leontius primo advocatus Byzant., deinde, ut videtur, monachus Palæstinensis, non confundendus est cum Leontio Nestoriano. V. Cyrill. Scythopol. *Vit. S. Savæ*, Coteler. *Eccl. Gr. monum*, III, p. 344. sq. Juvenis a Nestorianis no haud procul abfuit, cf. Galland. *Bibl.* XII, p. 685, 689, post vero orthodoxam doctrinam toto animo amplexus est. Obiit haud multo post initium sæc. VII, cf. l. l., p. 641. Fuit vir doctissimus et subtilis, de quo vulgo iniquius judicant. Frugi sunt ejus libri, sed ex parte et fere Latine tantum editi. Collecti notisque illustrati in Galland. *Bibl.* t. XII leguntur. Pauca Leontii nuper Ang. Maius l. l. t. I, primus publici juris fecit.

Digitized by Google

teque miserrimum arbitrari, sed majus quid requiro, ut tibi persuadeas, te vera pœnitentia justificari posse. Theodoro igitur proinde quasi peccatorum suorum gravitatem persentisceret, probavit, non esse, quod animum desponderet eique gravibus argumentis vitæ emendationem commendavit. Brevior est altera epistola, qua hoc imprimis egit, ut omnia dilueret, quibus Theodorus initam vitæ suæ rationem excusaret aut defenderet. Chrysostomum spes non fefellit; Theodorus enim iterum victus amico cessit et in monasterium rediit.

Jam ad ea tempora accedimus, quibus una cum Chrysostomo se totus Diodoro duce sacris Litteris, exegeticis imprimis, dabat (*a*). Ad Diodori (*b*) autem exemplum se ita conformavit, ut Leontius (*c*) illum haud inepte malorum Theodori et impietatis auctorem, ducem et patrem dixerit. Quanquam, ut par erat, præceptoris vestigia non ita pressit, ut nihil peculiare sibi vindicaret, imo quæ acceperat suo ingenio ulterius persecutus est atque ulterius etiam progressus esset, nisi ejus audacia coercita fuisset. Etenim cum etiamnum juvenis ab iis quidem profectus, quæ Diodorus præceperat, Diodoro multo tamen audacior Psalmos interpretatus esset eorumque paucissimos proprie ad Christum retulisset, multos jam tum offendit (*d*), ita ut post magis magisque ad Diodoream interpretandi rationem accederet. Conceptam maculam in illa tempestate brevi eluit et aliquot annis post presbyter Antiochenus constitutus est (*e*).

Tum vero miserrima erat Ecclesiæ facies. Hæreticorum, Arianorum in primis, factiones repulsæ quidem erant, nec tamen exstinctæ, atque etiamtum orthodoxorum et hæreticorum dissidia et pugnæ vigebant, quibus tum multæ Ecclesiæ vexabantur, tum Antiochena. Antiochiæ enim quam multas turbas schisma Meletianum (*f*) excitaverit quis nescit? Antiocheni autem leves erant atque seditiosi (*g*). Sed Theodorus munere suo adductus docendo et concionando (*h*) Ecclesiæ saluti optime consuluit. Præterea libris gravissimus orthodoxiæ vindex exstitit (*i*). Ac tum quidem libros *De incarnatione* et *Adversus Eunomium* scripsit, quanquam eum alios etiam libros, commentarios præsertim *in Scr. sacr.*, tum confecisse verisimillimum.

Antiochia Tarsum migravit, sed, ut opinor, paulo post Diodori, Tarsensis tum ep., potissimum auctoritate episcopus creatus est (*j*). Successit Olympio, Mopsuestiæ (*k*) episcopo. Episcopatu autem cum optime fungeretur et scriptis sacras Litteras persequeretur, magis magisque inclaruit. Concilio Constantinopolitano, quod a. 394, propter litem

(*a*) Cf. Theodoret. *H. e.* v, 39; Domn. ap. Fac. VIII, 5; Joan. ap. Fac. II, 2.

(*b*) De Diodoro v. quæ congessit Fabric. l. l., VIII, p. 362 sq.

(*c*) V. l. c., p. 686.

(*d*) Hesychio l. c., p. 104, si fides est propter interpretationem Psalmorum, *culpatus et periclitatus contraria sibi dixit, non ex voluntate, sed compulsus omnium querimoniis et codicem ipsum delere pollicitus latenter conservabat Judaicæ impietatis viaticum. Igni enim sua commentaria simulans tradere, malitiose abscondere illecebram conabatur.* Sed tam multum acerbitatis virus in Theodorum evomuit, ut eo solo auctore illa ita plane ut narravit Theodoro accidisse vix credas. Quanquam Theodorum tum a multis male audiisse certum est.

(*e*) Cf. Gennad. *De viris ill.*, c. 12. Melet. in Steph. Baluzii *Nova coll. concil.* (Paris. 1707. F.) p. 875. Quod Joannes ep. Antioch. Theodorum Flaviani, ep. Antioch., discipulum amantissimum dixit, cf. Fac. 2, 2, id eo factum existimo, quod Flaviano episcopo Antiochiæ presbyter erat.

(*f*) V. de eo Franc. Walch *Ketzerhistorie* IV, p. 410 sq. — Theodor. ap. Fac. IX, 3: *Cujus rei gratia et tales et tantas persecutiones sustinemus? aut quis ignorat semper adversum nos ab hæreticis bellum agi? omne metallum et omnem* (l. *omne* v. sq.) *locum desertum repletum est ex nostris hominibus propter doctrinam pietatis.*

(*g*) Annis fere 387, 388, maxima Antiochiæ concitata est seditio, quæ vix tandem Chrysostomi etiam ope, qui homilias viginti et unam tum habuit (II, p. 1-224), sedata est.

(*h*) Cf. Fac. VIII, 4.

(*i*) Sæpius Theodorus hæreticorum laudatur oppugnator cf. Cyrill. Alex. *in Act. c. Const.* II. V. l. l., p. 109. (Fac. 3, 5), Joan. ap. Fac. 2, 2, al., Ibas *in Justinian.* ep. in Bandinii catal. codd. mss. *Bibl. Med. Laur.* l. p. 184, (Fac. 2, 3.), Theodoret. *H. e.* v, 39. — πάσης μὲν ἐκκλησίας διδάσκαλος, κατὰ πάσης δὲ φάλαγγος αἱρετικῆς ἀριστεύσας. — (Gregor. M. ep. VI, 31, cum scriberet, Sozomeni *Historiam* ab apostolica sede non recipi, *quoniam multa mentiatur et Theodorum Mopsuestiæ nimium laudet*, errore Sozom. pro Theodoret. scripsisse dudum v. d. observarunt.)

(*j*) Hesych. l. c.: *Antiochia relicta in Tarsum transmigravit, ex qua in Mopsuestiam transiit ordinatus in ea episcopus.* — Leont. l. c.: *Aiunt hunc* (*Th.*), *cum vellet rapere oculum Ciliciæ Tarsum, postquam Diodorus — ab hac vita recessit* (*a.* 394), *a Theophilo Alex. prohibitum fuisse, ne hoc auderet; ad eum enim legationem miserunt, qui tyrannidem patiebantur.* Famam retulit Leontius eamque mea quidem sententia non prorsus vanam. Quid vero, si eo animo Tarsum profectus esse visus est et vero etiam profectus est, ut Diodorum, dilectum præceptorem, qui a morte haud procul abesset, episcopus exciperet? Sed Diodoro mortuo cum jam ipse episcopus esset, de episcopatu Tarsensi sibi acquirendo vix cogitaverit.

(*k*) Mopsuestia (Μόψου ἑστία cf. Strab. 14, c. 5; Cic. *Ep. ad div.* 3, 8, h. e. Mopsi domicilium, etiam Mopsos dictum: cf. Plin. *H. n.* 5, 22, [27.] *Mopsos liberum, Pyramo impositum.* Nomen accepit a Mopso, conditore, quem Argivorum regem et clarissimum augurem fuisse traditum est, cf. Cic. *De divinat.* I, 40, *De nat. deor.* II, 3; Tertull. *De anima* c. 46. *Nam et oraculis hoc genus stipatus est orbis, ut* — — *Mopsi in Sicilia* (l. *Cilicia*). — Nonnulla alia congessit Henr. Noris. l. l. I (p. 84-816). Celebris urbs erat in Cilicia secunda. Nomen urbis scriptores interdum depravatum exhibuerunt, sed depravationis origo haud obscura est. Syris (v. *Assem. Bibl.* or. I, p. 400), Μοψουεστία dicebatur, unde Græcis et Latinis interdum μ insertum est, Μομψουεστία, cf. Sozom. *H. e.* 8, 2. Nicephori Caten., *in Octat.* II, p. 44, 226., Mompsuestia (Mompsuestenus, Mompsuestinæ, sed l. Mompsuestiæ); cf. Vigil. Const. Hard. l. l. III, p. 242, 243, 244. (Act. conc. Chalced. X, Hard. l. l. II, p. 515. Mompsuestiæ, Paris. Mampsuestiæ), Marius Mercator autem cum adjectivum modo *Mansistenus;* cf. l. c p. 615, 625, modo *Mamsuestinus* p. 700, modo *Mansuestenus* p. 702, formaret, vagam urbis appellationem, quæ in vulgi ore versabatur, secutus est. Cæterum Theodorus interdum

Digitized by Google

Agapii et Bagadii habebatur, quorum uterque episcopatum Bostrensem sibi vindicabat, interfuit (*a*), ac tum quidem Theodosium imperatorem ejus doctrinam, quem in ecclesia concionantem audivisset, admiratum ejusque colloquio delectatum esse (*b*) existimo. Aliquanto post Chrysostomo cum rebus adversis conflictanti frustra quidem, sed quam tamen potuit maxime una cum Pæanio studuit opitulari (*c*). Omnino qua erat auctoritate res ecclesiasticæ, quæ tum in Oriente agebantur, ad eum pertinebant et cum multis Ecclesiæ Orientalis doctoribus necessitate conjunctus erat (*d*).

Non omnem dum viveret hæretici erroris suspicionem effugit (*e*). Episcopus enim cum nescio quo tempore in ecclesia Antiochena quædam de Christi naturis (*f*) pronuntiasset, quæ minus recte habere viderentur, tantas vulgi turbas excitavit, ut satius duceret post paucos dies dicta sua publice retractare. Ita vulgi cupiditatem exstinxit (*g*). Ecce prima A quasi vestigia controversiæ, ut ita dicam, nestorianæ! Profecto jam tum ea erat in Ecclesia orientali doctrinæ diversitas, quæ infaustam illam litem creavit. Alexandrini tota sua indole ab Antiochenis diversi et a diversis principiis theologicis profecti nonnisi ad tempus orthodoxiæ vinculo cum illis contineri poterant. Hæreticis debellatis quam inter se distarent magis magisque intellectum est.

At vero Theodorus diversitatem illam nondum satis perspexit ideoque vituperatus facile eo ductus est, ut quæ ambigue dicta visa essent retractaret. Nihilominus in ipso Theodoro, quo nemo constantior atque etiam audacior Antiochenorum viam persecutus est, primaria litis Nestorianæ ratio quærenda est ac facilis conjectura erat, in bello, quod B jam Ecclesiæ Orientali in duas maxime partes disjunctæ instaret, Theodori nomen incolume esse non posse (*h*). Jam cum Occidentalis etiam Ecclesiæ invidiam eo sibi contraxisset, quod Pelagianorum

episcopi nomine omisso tantummodo Θ. (ὁ) τῆς Μοψουεστίας appellatur; cf. Theodoret. *H. e.* v, 27, Latine Th. Mopsuestiæ; cf. Fac. XII, 5, atque etiam Th. Mopsuestenus; cf. Fac. c. *Mocian. schol.* p. 815. Mira vero Victoris de Wegnern (*Theodori Ant. quæ supersunt* I, [Berol. 1834], p. XVIII,) est opinio, Antiocheni nomine Theodorum ipsum solum in librorum suorum titulis se notasse, ab aliis autem de urbe, cui episcopus præfuisset, denominatum esse.

(*a*) Cf. Hardouin. l. l. I, p. 956.

(*b*) Cf. Joan. ap. Fac. II, 2, qui deinde adjicit: *Jam vero et a vestro imperio* (*Theodosii II*), *pro sui reverentia et spiritali sapientia ei sæpius attestatum* C *est et vestris litteris honoratus est.*

(*c*) Cf. Chrys. ep. 112. III, p. 655; VI, p. 550; Fac. VII, 7. — — κἂν — πρὸς αὐτὰς τῆς οἰκουμένης τὰς ἐσχατιὰς ἀπενεχθῶμεν, ἐπιλαθέσθαι σου τῆς ἀγάπης οὐ δυνάμεθα, τῆς γνησίας καὶ θερμῆς καὶ εἰλικρινοῦς καὶ ἀδόλου, τῆς τε ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς, ἣν τε ἐπεδείξω νῦν· οὐδὲ γὰρ ἔλαθεν ἡμᾶς ὅσα καὶ εἰπεῖν καὶ ποιῆσαι ὑπὲρ ἡμῶν ἐσπούδασας. — cl. ep. 204. III, p. 713. Chrysostomum litteras laudis plenas *ad Theodorum Mopsuestenum* dedisse, male negatur in Act. c. Const. II, V. l. l., p. 122, Justinian. edict. l. c., p. 317, 319.

(*d*) De Theophilo ep. Al. v. Domn. ap. Fac. VIII, 5, Cyrillus ep. Al., ad quem Jobi interpretationem misit, primo Theodorum sæpius laudibus ornavit. Cf. Fac. III, 6, Cyrill. Op. ed. Aubert, V. ep. p. 195, οὗ (Διοδ. καὶ Θεοδ.) ἦν ἄμεινον οὐκ ἐπαινεῖν, post vero cum lites Nestorianæ exortæ essent, hæreticum eum exagitavit. Cf. Cyrill. Op. l. c., p. 197, D 198, al., imo singulari libro oppugnavit (v. inf.) Memorabilis est locus Cyrilli, qui ap. Fac. III, 3 (IV, 5, VIII, 6) ita habet: *Et hos quidem labores* (*Theodori*) *nullus ausus est increpare, sed dextro decreto honorare studium rectorum dogmatum, quod in eis est;* contra in Act. c. Const. II, V, l. l. p. 109, *quos quidem labores nollet aliquis increpare, magis autem decreto vestro studium honoraret, si inesset eis dogmatum rectitudo.* Hanc versionis diversitatem cave existimes fraude effectam esse. Ipsa Cyrilli verba alteri interpreti et priori quidem, opinor, fraudi erant. — Gregorius Nazianz. noverit nostrum, sed quas ad eum epistolas misisse dicitur v. v. c. Fac. VII, 7, eæ *ad Theodorum ep. Tyaneium* scriptæ sunt, ut recte jam syn. Const. II, V, l. c., p. 109. et Justinian. in edict. l. c., p. 317 monuerunt.

(*e*) Non omnino recte Joan. ap. Fac. II, 2. — *nullam alicubi detractionem ab orthodoxis in vita suscipiens* (*Th.*) — et Leont. *De sectis* Act. sive lectione IV (v. Thilo, V. S. R., Codex apocryph. N. T. I. p. LXXXI, n. 66) l. c., p. 636: — καὶ οὐδεὶς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν (Διοδ. κ. Θεοδ.) ἐπελάβετό τινος αὐτῶν, ἀλλ' ἐγκώμια ἔγραψαν εἰς αὐτοὺς πολλοί· καὶ Βασίλειος γὰρ αὐτοὺς ἐγκωμιάζει καὶ Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος.

(*f*) Ipsa Theodori verba, quæ offensioni fuissent, in Act. c. Const. II, V, l. c., p. 99, afferuntur, sed utrum illa ex libro secundo *De incarnatione* (v. inf.) an ex illa oratione sumpta sint certo non dixerim. Theodorum tum vocem θεοτόκος vituperasse Leontius *c. Nestor. et Eutych.* l. III, l. c., p. 686, perhibet, conjectura credo a Nestorii illius vocabuli vituperatione petita. Quidquid est, Theodori de Christi naturis dicta tum multos offendisse certum esse debet.

(*g*) Cf. Joan. in Act. conc. Ephes. Hard. I, p. 1529. ap. Fac. X, 2, Cyrill. l. c., p. 197. — λίθοις αὐτὸν (Θ.) βαλόντες ποτὲ ἐν τῇ παρ' αὐτοῖς ἐκκλησίᾳ τολμήσαντά τι παραφθέγξασθαι βραχύ. (?)

(*h*) Disceptandum erat, utrum jam Alexandrinorum an Antiochenorum theologia orthodoxa esset. Hæc autem ex ipsa Antiochenorum indole nata sensim ac paulatim radices egit, cujus Theodorus non auctor, sed gravissimus dux exstitit. Itaque in Ecclesiis Orientalibus exclamatum: Αὐξείτω ἡ πίστις Θεοδώρου· οὕτω πιστεύομεν ὡς Θεόδωρος. Cf. Cyrill. l. c., p. 197, et Theodori orthodoxia diutissime quam fieri potuit maxime vindicata. Quod vero Alexandrinorum furor primo in Nestorium potissimum se convertit, id rationibus illius temporis, non causæ Theodori bonitati tribuendum. — Cæterum multi procul dubio Theodoro tum Antiochiæ tum Mopsuestiæ erant discipuli, sed ad eos Nestorium referendum esse nego. Est enim manifestum, Theodorum Nestorii magistrum utpote Nestoriani erroris auctorem a veteribus vocari; cf. Fac. II, 2; III, 1; II, 4; VII, 7; X, 1; II, 5; XI, 1. cl. l. IX, 3; XI, 7; Justinian. ep. Bandin. l. l. I, p. 169: cl. p. 182; Cyrill. l. c. p. 197, 198. (Theod. Raithu ed. Carpzov. Helmst. 1779. 4. p. 27, υἱὸς ἦν (Νεστ.) τοῦ Κίλικος (Θεοδ.), τοῦ δὲ Σαμοσατέως (Παύλου) ἀπόγονος. In encomio Arab. *in Iacobitas* Theodorus Nestorii ex sorore nepos dicitur. Cf. Assem. B. or. I, p. 60). Sed multa debet Nestorius Theodoro, cujus et libros legerit quemque ipsum etiam cognoverit. Cf. Joan. *in Act. conc. Ephes.* I, p. 1529. Quod teste Evagrio *H. E.* 1, 2, Theodulus retulit, Nestorium a. 428. Constantinopolin proficiscentem Mopsuestiæ Theodorum convenisse, non quidem cum temporum ratione pugnat (Garner. *Diss.* I, *Historia* Theodoreti c. 4, 4, v. s.), sed ideo suspe-

Digitized by Google

patrocinium susceperat (*a*), in tempore sane a. 428 in Ecclesiæ pace (*b*) supremum diem obiit. Vix enim mortuus erat, cum magna cupiditate in eum sæviretur (*c*). At centum demum et viginti quinque annis post, Ecclesia multis rixis et turbis conquassata, ejus memoria anathemate obsignari potuit.

De ingenio Theodori paucis absolvam. Non caruit illud fervore, sed ita, ut mentis omnia rite ponderantis tranquillitas semper prævaleret illumque fervorem compesceret. Egregiæ multæ animi dotes, neque tamen singulare ingenium, quale est paucissimorum hominum, quos divino afflatu concitatos dixeris. Magna industria, non contemnendæ litterarum, in primis sacrarum copiæ (*d*). Sed philosophiæ interiores recessus videtur non penetrasse. Ne multa. Ab aliis inventa facili negotio sua fecit, optime perspexit, amplificavit etiam iisque addidit nova.

Talis cum esset non novam quidem viam aperuit, liberiorem tamen scholæ Antiochenæ disciplinam, quæ ejus ingenio maxime erat consentanea, et Scr. s. interpres (*e*) et dogmaticus (*f*) clarius et accuratius persecutus est.

Tum theologi multum temporis in disputationibus polemicis consumebant atque in Orientis plagis Ariani maxime et Apollinaristæ confutandi erant. Sed ipsa doctrina ecclesiastica de Christo Θεανθρώπῳ, quæ vindicanda erat, duas cautiones habebat, unam, ne Christi naturas confunderes, alteram, ne eas ita dirimeres, ut duplicem personam afferres. Theodorus autem haud scio an eo quod posterius vitium incurrit, hæreticos illos melius etiam refellerit. Armis, quæ sobria et philosophia et ars Script. sacr. interpretandi sibi suppeditasset, adversarios ita adortus est, ut non facile iis locum relinqueret, quo evadere possent. Accidit autem ei, ut interdum nimius esset in asseverando disputaretque argutius quam verius. Ita in disputandi fervore ei excidere potuerunt, quæ improbaret ipse, cui rei Facundus in Theodori defensione haud parum tribuit. Disputavit autem, more illorum temporum, acerbissime (*g*).

Etiam orator non indisertus fuisse dicitur atque sane credibile est, Theodorum pro rostris sacris de rebus theologicis non male dixisse, neque tamen ab iis ornamentis eum instructum fuisse probabile, quibus orator magnus censetur (*h*).

Maxime scriptor excelluit et magis etiam laudandus esset, si minus verbosus esset ejusque oratio lenius flueret.

Omnino vero Theodorus in summis Ecclesiæ Græcæ doctoribus numerandus est. Multum valuit dum viveret, cum vero diem obiisset majorem etiam vim in Ecclesiam exhibuit. Quid multa? Caret Ecclesia Græca Augustino suo, sed pauci doctores Græci Theodoro majus momentum in eam habuerint.

ctum habeo, quod additur, Nestorium Theodori doctrina tum audita a recte pietate deflexisse.

(*a*) De rationibus, quæ Theodoro cum Pelagianis intercesserunt, infra disputabo.

(*b*) Cf. v. c., Fac. II, 1, 2; X, 1.

(*c*) Jam Mar. Merc. l. c., p. 709, Theodorum, inquit, omnes fere Catholici hæreticum esse cognoscunt.

(*d*) Sozom. l. l., Θ. ἀνὴρ καὶ τῶν ἱερῶν βίβλων καὶ τῆς ἄλλης παιδείας ῥητόρων τε καὶ φιλοσόφων ἱκανὸς (ἱκανῶς?) ἐπιστήμων. Paulo post πολυΐστωρ dicitur.

(*e*) De Theodoro interprete disputarunt, sed minus accurate, Rich. Simon (*Hist. crit. des principaux commentateurs du N. T.* Rotterd. 1693. p. 445 sq.; R. Simons: *krit. Schriften über das N. T.* — *übers.* von — Cramer. I, Halle 1776, p. 466, 467, J. Franc. Buddeus (*Isag. Hist. theol. in theologiam universam.* Lips. 1730, p. 1404 sq.); J. A. Ernesti (*Opusc. theol.* Lips. 1792, p. 450 sq.), J. Georg. Rosenmüller (*Historia interpretationis libror. sacr. in ecclesia*, III. Lips. 1807. p. 250 sq.); Muenter (*Ueber die Antiochen. Schule* in Staeudlini et Tzschirneri *Archiv für alte und neue Kirchengesch.* I. 1. Lips. 1813, p. 17 sq.) et Ang. Maius l. l. VI (Rom. 1832), p. 15 sq. Nonnulla, quæ huc pertineant, infra disseram. Ven. Sieffertus (*Th. Mopsu. V. T. sobrie interpretandi vindex.* Regimonti, 1827, 8, p. 40 sq.) de Theodori typologia bene exposuit.

(*f*) Theodori doctrinam optime enarravit A. Neander, V. S. R. (*Allg. Gesch. der Christl. Religion u. Kirche* t. II).

(*g*) Eo etiam haud immerito a Leontio l. c., p. 686, notatur, quod acerbius in commentariis suis in sanctos doctores invectus sit.

(*h*) De indole sacrorum illius temporis oratorum v. C. Ullmann, V. S. V. (*Gregorius v. Naz. der Theologe.* Darmst. 1825, p. 183 sq.)

PARS POSTERIOR. — DE THEODORI SCRIPTIS (*a*).

Theodorus non quidem plus decem millia, permultos tamen libros conscripsit (*b*). Sed *Commentario in XII prophetas minores* excepto, nobis certe pauca tantum eorum fragmenta reliqua facta sunt, quod in tantis turbis de Theodoro vix mortuo excitatis mirum videri non potest. Nihil quidem ege-

(*a*) Pauca tantum de iis nonnulli scriptores veteres occasione data litteris consignarunt. Primus quod sciam Ebedjesu, ep. Sobensis, Nestorianus († a. 1318), in librorum omnium ecclesiast. catalogo, ed. ab

(*b*) Joan. ap. Fac. II, 2, cupide Theodorum contra Proclum defendens.— « Post multa, inquit, certamina et post *decem millia libros adversus hæreses conscriptos*, — periclitatur quæ hæreticorum sunt sustinere. »

Digitized by Google

runt, qui primo ut publice damnaretur summo quo poterant studio nitebantur (*a*); eo tamen factum est, ut ejus libri in multorum suspicionem caderent et magis magisque contemnerentur. A multis vero cum Theodori accusandi causa lecti essent (V. v. c. lb. ap. Fac. VI, 3), ab ejus amicis occultati post rarius in iniquorum manus venerunt (cf. Leont. l. c. p. 690). Sæculo sexto medio maximam certe partem etiam tum Græce supererant, sed post sensim ac paulatim perierunt. Antea raro transcripti, post tantum non omnino neglecti sunt. Nimirum fere solis Catenis Theodori quædam fragmenta inserta sunt, non prorsus illa quidem spernenda, sed quæ plerumque parum ad res ejus dogmaticas faciunt. Præterquam enim quod Theodorus in commentariis suis raro ad rationes dogmaticas respexit, Catenarum auctores fere ea tantum hæreticorum transcribere ausi sunt, quæ cum ecclesiastica doctrina conciliari posse viderentur (v. v. c. procem. cat. in Joan. ed. a Corderio).

Præterea caute utere Catenis, ne Theodoro perperam tributa Theodorea habeas. Graviora sunt reliqua fragmenta, quæ, cum Theodori aut accusandi aut defendendi causa allata sint, ejus doctrinam optime illustrant. Sed ejus adversariis fidem denegavit Fr. Muenter (*Fragm. Patr. Græc.*, I, Hafn. 1788, p. 118), cum jam Theodorus ipse de libris suis ab Apollinaristis interpolatis (ap. Fac. x, 1), conquestus esset. Perperam. Nam ut hic quidem quid de illa Apollinaristarum fraude statuendum videatur omittam (v. infr.), illa fragmenta et Theodori indoli et inter se bene conveniunt, nonnulla etiam eadem in diversis scriptoribus afferuntur. Neque vero diffiteor, interpretes nonnulla obscurius, vel etiam minus accurate Latine vertisse, quanquam Theodori mentem fere facili negotio adipiscaris.

Constat Nestorianos plerosque libros Theodori, quem gravissimum doctrinæ suæ auctorem sequerentur (*b*), in linguam Syriacam transtulisse (*c*)

ed. ab Abrahamo Echellensi. Rom. 1653, multo vero accuratius ab Jos. Sim. Assemano in *Bibl. Or.*, III, I, p. 3 sq. (A. F. Pfeiffer *Asseman's Or. Bibl. — in einen Auszug gebracht.* Erlang. 1777, II, p. 337 sq.), Theodori libros recensuit, sed eos tantum quos Nestoriani de Græcis in Syriacum sermonem verterant, quanquam præter illos Theodorum paucissimos conscripsisse verisimillimum est. Posterioribus vero temporibus accuratius de Theodori scriptis disputarunt du Pin (*Nouvelle Bibliothèque des auteurs ecclés.*, t. III, Par. 1693, p. 91, 92); Caveus (*Scriptor. eccl. historia litteraria*, Colon. Allobr. 1720, p. 247 sq.); Tillemont (l. l. XII, p. 444 sq.); Fabricius (l. l. X, p. 352 sq.); Ceillier (*Hist. générale des auteurs sacrés et eccl.*, t. X, Par. 1742, p. 492 sq.); Schroeckh (l. l. XV, p 189 sq.) et Ang. Maius (l. l., I p. XIX sq. VI, p. VI sq.), inter quos Tillemont, Fabricius et ex aliqua parte Maius etiam excellunt. Præterea Assemanus l. l., p. 30 sq., ad Ebediesu catalogum plura de illis attulit. Sieffertus l. l., p. 24 sq., de iis libris disseruit, quos Theodorus de V. T. scripsit. Sed disquisitio de fragmentis Thi Mi, quam le Bret programmati Tubing. a. d. XXI Decbr. 1790. p. p. præmisit, fere nihil continet nisi brevissimam narrationem de Thi vita deque rebus Theodoreis post ejus mortem gestis.

sustinere. » — Graviter enuntiavit, quam turpe esset, virum, qui permultis libris hæreticos impugnasset, hæreticum damnari, atque animo commotus ut erat, numero, quem rotundum appellant, eoque magno usus est. (Cf. Joan. ap. Fac. VIII, 1. — decem millia adversus nos mala minantur — decem millia talia et his similia invenimus. — 8, 4, 11, 1. — agonibus — decem millibus. Fac. X, 4, — ex *innumeris* ejus (Thi) libris. — Omnino μυρίοι, ut Romanorum sexcenti, sæpe adhiberi in vulgus notum est. Cf. I Cor. IV, 15, 14, 19. Hinc intelligitur, quid sibi velit passio *decem millium* martyrum apud Alexandriam in monte Ararath crucifixorum, Hadriano et Antonio regnantibus. Cf. Act. sanct. Jun. IV, p. 182). Sed Pelagium pap. ep. 3, *ad Eliam et Istriæ ep.*, Hard. l. l. III, p. 430 : « Ecce quales plus quam decem millia librorum Th. scripsisse perhibetur, » hæc loci vis fugit, quem miror quod nonnulli v. d., ut Norisius l. l. I, p. 295, secuti sunt. — Vide Ebediesu l. l., p 31 sq.

(*a*) Duæ leges, quarum altera Theodosius et Valentinianus imperatores Nestorii libros, qui igni tradendi essent, legi vetuerunt (v. Act. conc. Ephes., p. III; Hard. l. l. I, p. 1716), altera Theodosius non solum de Nestorii, verum de Theodori etiam libris idem constituit. V. Act. conc. Chalced., p. II, l. I, II, p. 673, 674, ex parte in Act. c. Const. II, V, l. l. III, p. 104 sq., et in Pelagii ep. 3, *ad Eliam*, l. l. III, p. 433, leguntur, ita tamen ut Diodori et Theodori nomina fraude adjecta sint. (Theodos. et Valentinian. ap. Fac. VIII, 3. — « Ne quis adversus eos, qui in ejus (Ecclesiæ) pace defuncti sunt, quidquam de cætero tale præsumat. ») Patet ex his, Ang. Maium l. l. I, p. XXII, præcipuam amissorum Theodori librorum causam male ab illis legibus repetiisse. Sed non Pelagium illas leges adulterasse (Sieffert, l. l., p. 25) certum est.

(*b*) Interpretem Scr. s. in primis maximi eum fecerunt; v. v. c. Assem. *Bibl. Or.* III, I, p. 342, 448, 452; III, II, p. 227, ideoque damnati sunt, qui ejus commentarios non reciperent. V. Assem. l. l., III, I, p. 30, 84, 85, 342.

(*c*) Paulo post Theodori obitum exstiterunt Edessæ maxime (de schola Edessena v. Ven. Cæs. a Lengerke *De Ephræmi Syri arte hermeneutica.* Regimont., 1831, p. 82 sq.), qui ejus libros de Græco in Syriacum transferrent, quos eo potissimum consilio ductos esse, ut, Nestorio damnato, Theodori auctoritate pro sua doctrina propugnarent credibile est. Cf. Liberat. *Brev.* c. 10, Procl. in Act. conc. Const. II, VI, l. l., p. 142 (120), cl. p. 144. Liberat I, c. 10 : « Ut ipsa eorum (antiquorum Patrum, maxime Diodori et Theodori) volumina malitiose in Syrorum linguam et Armeniorum atque Persarum transferrent. » Et Leont. l. c., p. 687 : « Libros tuos ii qui tuæ sectæ sunt in sermonem Chaldaicum et Armenicum verterunt, » nonnisi Syriacam illorum librorum versionem intellexerunt. Cæterum jam tum omnes fere Theodori libros, quos Ebediesu recensuit, versos esse probabile est. Illæ autem versiones sensim ac paulatim corruptæ sunt, interdum etiam dedita opera. Sic Abulbircat testatur, versionem commentariorum *in Evangelia* a Jacobitis reformatam esse, rejectis iis quæ ad Nestorianam hæresin spectarent. Cf. Euseb. Renaudot. *Liturg. Or. Coll.*, II, p. 622. Sed Nestorianos Theodoro libros quosdam supposuisse non credo. Syriacæ illæ versiones post Arabice redditæ sunt.

Digitized by Google

usque religiose usos esse, neque dubito quin apud eos non solum innumera Theodori fragmenta, verum integros etiam libros invenire possis, quorum aditus ut nobis tandem aliquando detur optandum est. Ad hoc enim usque tempus unum tantum, quod sciam, fragmentum Syriacum, quod Latine exhibetur infra inter Theod. fragmenta in Joannem, publici juris factum est (Assemani *Bibl. Or.* III, I, p. 323).

His præmissis, de singulis scriptis, quæ propter argumentum in quinque genera dispescui, dicendum.

CAPUT I.

DE DUOBUS THEODORI LIBRIS ARGUMENTI HERMENEUTICI.

Quæstio de allegorica Scripturæ sacræ interpretatione, quæ jam antea mota erat, Theodori etiam ætate et fructuosius quidem agitata est. Nimirum cum allegorica interpretatio pluribus doctoribus Christianis ideo maxime se probasset, quod ita dubiis Scr. S. locis honorem adjicere liceret, qui allegoriarum usus primo cautius in auxilium vocabatur, sensim ac paulatim latius vagabatur, usque dum Origenes allegoricas rationes accuratius illustrare conaretur. Quanquam vero jam tum interdum intellectum est, quam dubia atque infirma ratio Origeniana esset, neque Origenes tamen satis accurate refutatus est, nihil enim egit Nepos suo Ἐλέγχῳ ἀλληγοριστῶν (cf. Euseb. *H. e.* VII, 24), neque melius allegoriarum ratio enucleata. Imo posteriores Patres Græci, etsi non ea qua Origenes licentia in Scr. S. grassabantur, in universum tamen Origenem plus minus secuti sunt. At contrariam plane rationem inierunt Patres quidem Antiocheni, qui exegeticam formulam a Patribus (Antiochenis) acceptam ratione et via ita excoluerunt, ut jam ab illis interpretibus plane distarent. Non licet quidem accuratius enarrare, quæ temporum decursu Antiochiæ Scr. S. fuerit interpretatio, probabiliter tamen conjicias, cum priores ipsum N. T. secuti plerumque historicam explicationem iniissent, nec prorsus tamen allegorias repudiassent, Eusebium Emes., Diodorum Tars. et magis etiam Theodorum allegoriis plane rejectis historice Scr. S. exposuisse. Ita vero ne de auctoritate Scr. S. detraherent ac doctrinæ Christianæ damnum afferrent, ad typicam interpretandi rationem confugerunt, non quidem ab se inventam illam, accuratius tamen explicatam. Jam non arduum erat edisserere quam arcta esset V. T. cum rebus Christianis necessitas. Cæterum jam ex his intelligas, qui Theodorus cum de V. T. in universum, tum de auctoritate nonnullorum ejus librorum liberalius sentire potuerit, imo debuerit.

Theodorus singulari eoque satis amplo libro allegoristas, Origenem præcipue, refellit. Idem enim haud dubie liber est, quem Ebediesu l. c. p. 34, *quinque tomos adversus allegoricos* (v. etiam p. 19, dixit, et Fac. III, 6, *librum de allegoria et historia* contra Origenem scriptum (v. et. I, 2, IV, 4; Liberat. *Brev.*, c. 24). Patet ex l. Fac. III, 6, ubi breve libri fragmentum legitur, eum et ad Cerdonem quemdam et aliquanto post interpretationem Psalmorum (v. inf.) scriptum esse, sed quam viam in eo Theodorus ingressus sit non liquet. Quanquam non obscurum est, eum cum allegoristas impugnaret, suam etiam interpretandi formulam exposuisse. Diversus erat Diodori liber *Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἀλληγορίας* (cf. Suid. s. v. *Diod.*), cujus argumentum hoc fuisse: diversas inter se esse allegoriam, qua historica veritas aut tollatur aut fere nihil nisi involucrum alius plane rei sit, et theoriam, qua, salva veritate historica, typicum etiam sensum in verbis inesse emergat: in universum quidem mihi cum Cæs. a Lengerke l. l., p. 145, 146, convenit, sed quod idem v. d. docuit, θεωρίαν interpretationem vere mysticam indicare, eo illa sententia neutiquam firmatur. Sane voc. θεωρία, de cujus origine v. ill. Lobeck. *Aglaoph.* I, p. 14, latissime patet et a Patribus de interpretatione allegorica, morali, typica, denique mystica adhiberi poterat (v. Suicer. *Thes. eccl.* s. v. θεωρία, et Cæs. a Lengerke l. l. p. 147 sq.), sed Diodoro notio ejus satis definita et distincta esse debebat. Itaque non dubito quin θεωρίαν nonnisi typicam interpretationem, quippe quæ ex meditatione rerum cœlestium et œconomiæ Scr. S. manaret, vocaverit (*a*). In eo autem illi libri diversi erant, quod cum Diodorus nonnisi diversitatem interpretationis typicæ et allegoricæ explanasset, Theodorus quid inter historicam et allegoricam explicationem interesset docuit.

Etiam liber *De obscura locutione* (cf. Ebediesu l. l., p. 34) videtur argumenti hermeneutici fuisse, sed quale fuerit conjiciendo enucleare non audeo.

(*a*) Socrat. *H. e.* VI, 3: Ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων Γραφῶν τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος. Pari modo de Diodoro Sozom. *H. e.* VIII, 2. Sed hi voc. θεωρία allegoricum sensum indicarunt.

Digitized by Google

CAPUT II.

DE THEODORI IN LIBROS V. T. COMMENTARIIS.

In V. T. lectitando et interpretando multum Theodorus temporis et studii collocavit, et cum nec tardo nec timido ingenio esset, plura nova de eo invenit et protulit. Quid de singulis nonnullis libris censuerit infra dicam, omnino autem V. T. libros in historicos, propheticos et qui pro doctrina hominum scripti essent distribuit. Ad hos, quorum scriptores prudentiæ, non prophetiæ gratiam accepissent, retulit Proverbia, Ecclesiasten, Salomonis libros, et Jobum (cf. Act. c. Const. II, IV, 68, l. c., p. 86, 68, p. 88). Sed Canticum canticorum plane despexit, et duos libros Paralipomenon atque Esdram repudiavit. Cf. Leont. l. c., p. 687. Eos autem libros, quibus minorem aut nullam etiam auctoritatem statuit, aliter ac reliquos interpretatus est. Horum enim verbis cum etiam atque etiam inhæreret, illorum ea quæ minus sibi quadrare videbantur audacissime reprehendit. Ipsa autem interpretatio interdum quidem bene comparata erat, nova etiam, sed ut reliqui interpretes Græci Ecclesiæ veteris, ita Theodorus etiam intellectum V. T. non multum adjuvit, cum linguæ Hebraeæ ignarus, solam LXX interpretationem, quam maximi faciebat, comparatis reliquis Græcis versionibus nonnullisque interpretibus illustraret. Tantam vero molestiam ejus lingua et indoles ei creavit, ut quod multa peccavit excusandus potius quam vituperandus sit. Habet tamen suas virtutes. Cæterum singulos suos commentarios, quos libris distinxit (*a*), ad viros quosdam misit, quorum tamen unus tantum duove qui fuerint scimus.

A. *Commentarius in Psalmos.*

Inter omnes Theodori libros commentarius *in Psalmos*, quem, Ebediesu teste l. c., p. 31, quinque tomis ad Cerdonem ejusque fratrem scripsit, tempore primum locum sibi vindicat. Nimirum cum Theodorus ipse ap. Fac. III, VI, (10, 1, 5) dicat, se « ea quæ scripta essent in Psalmos *etiam prima cæterorum omnium* scripsisse, » quod idem Hesych. l. c., p. 104, testatur, in errore versari *Chron. Edessen.*, quod XLVI Assem. l. l. I, p. 409, Theodorum anno 714 (403, 401?) Scripturas S. interpretari incepisse narrat, jam ex eo intelligitur, quod plures Theodori libros multo ante illum annum compositos esse nihil certius est. Sed rumori, cujus Leontius l. c., p. 686, meminit, « hunc, inquiens, aiunt non amplius quam decem et octo annos natum in Scripturas debacchatum esse : non enim nisi debacchationes Scripturarum interpretationes, quas in eas composuit, appellare possum, » fidem derogo. Verissime Tillemont. l. l., p. 444 : « Mais il en avait près de vingt (*sc.* ans) avant sa seconde retraite (v. s.); et il n'y a pas d'apparence qu'il eust encore rien écrit. » In fragmentis autem commentarii juvenis eruditio et audacia deprehenditur, non pueri imperitia et lascivia. Fortasse Chrysostomi altera ad Theodorum epistola rumorem illum effecit.

Pleraque commentarii fragmenta viros d. hucusque latuerunt. In Act. c. Const. II, IV, tribus illis 20-22, p. 78, exceptis, de quibus ad comment. *in* XII *prophetas* dicendum, duo tantummodo fragmenta leguntur 23 (de ps. XXI, 17, 18 (*b*)) et 24, p. 79 de ps. LXVIII, 21 ; nam quæ 19, p. 77, et V, p. 94, inveniuntur, ea ex libris *De incarnatione* sumpta sunt; unum ad ps. XLIV in Facundo IX, 1; permulta contra continet *Expositio Patrum Græc. in Ps., a Balth. Corderio S. J. ex vetustissimis S. Cæs. Maj. et seren. Bavariæ ducis mss. codd. ἀνεκδότοις concinnata, in paraphrasin, commentarium et catenam digesta, Latinitate donata et adnotationibus illustrata, tomi III, Antverp.* 1643, 46 *fol.* (*c*). Sed de singulis tomis singulatim disserendum.

Ac primus quidem tomus Θ. Ἀντιοχείας nonnulla exhibet p. 8 (de ps. I, 1); 272 (de ps. XV); 276 (XV, 8); 296 (XVI, 11, 12); 328 (XVII, 8); 374 (XXXII); 575 (XXXII, 1). Præterea quædam solo Theodori nomine notantur, quæ sintne Theodori Heracleotæ an Mopsuesteni constitui non posse Sieffert l. l., p. 30, qui hac catena non ita ut debebat usus est, perperam perhibet. Imo Theodoreti sunt, quæ p. 15 (fortasse quæ ibidem Theodoreto tribuuntur Theodori sunt), 44, 137, 165, 189, 199, 200, 215, 260, 275 leguntur (*d*), sed reliqua p. 32 (de ps. II, 7), 195 (IX, 16), 330 (XVII, 11), 963 (XLIX), cur Mopsuesteni esse negés nulla ratio est. Cæterum quæ Schulze in edit. Theodoreti, I, p. 792, 793, ex cod. Flor. de ps. XXX, 3, attulit, ea Theodori esse admodum probabile.

In altero Catenæ tomo permulta Theodori afferun-

(*a*) Sed tomorum, quos Ebediesu commentariis tribuit, ratio non in Theodoro, sed in interpretibus Syriacis quærenda.

(*b*) Adduco lectores, more Theodori, ad LXX interpretationem V. T.

(*c*) Barbari Catenam (*Aurea in L Davidicos ps. doctorum Græc. Catena. — Interprete Dan. Barbaro* Venet. 1569), quæ Theodori Antioch. etiam pannis contexta est (v. Thom. Iitig. *De bibliothecis et catenis Patrum*. Lips. 1707, 8, p. 658), in pluribus bibliothecis frustra quæsivi.

(*d*) Nominum Theodoreti et Theodori, cum per compendium scriberentur, confusio proclivis erat. Cf. Montf. *Palæogr. Gr.*, p. 347. Sed major negligentia in cod. DCXVII bibl. Vatic. observatur. In quo legitur interpretatio continua in Ps. Θεοδώρου Ἀντιοχέως, sed quæ Theodoreti est. Cf. Ang. Mai. l. l. I, p. XXII.

Digitized by Google

tur, quorum pleraque Mopsuesteno vindicanda sunt. Sane Catenarum fides fere non magna, in multis etiam Theodorus Heracleota, Diodorus et Theodoretus cum Mopsuesteno conveniunt, hujus tamen lingua interpretandique ratio fere manifestis notis dignosci potest. Quid vero? Ut alias difficilius Theodorea odoreris, ea quæ ex commentariis in Ps. petita sunt investigare nihil est negotii. De Psalmis enim cum breviores sint et ad diversas res referri possint, illi interpretes minus consentiunt, maxime autem Theodorus plerumque ab illis dissidet, qui hic quidem multa novavit. Illa vero Theodori fragmenta cum in Theodoreti et Th. Heracleotæ commentariis (pars hujus Heracleotæ commentarii in Catena Corderii singulis psalmis præmissa est) non legantur, sed cum illis fere pugnent (v. v. c. de ps. LXVII dicta), præsertim ubi quo singuli psalmi pertineant edisseritur, contra inter se et iis quæ de Theodoro Psalmorum interprete accepimus belle conveniant, Mopsuesteni esse certum est. Cæterum hæc etiam Catena communi catenarum labe infecta est atque haud pauca fragm. perperam quibusdam interpretibus tribuuntur; sic nonnulla Theodoreti in Th. Heracleotæ commentariis leguntur, ideoque nolim præfracte contendere, omnia quæ non spuria aut certe dubia indicabo, haud dubie Theodori esse. Possunt nonnulla falso Theodori nomine, alia contra Theodori male alius nomine notata esse; ita quæ p. 574 Theodoreti afferuntur, videntur Theodori esse; sunt ea tamen levioris momenti, quæ cujusnam sint non multum refert. In his Catenæ auctoritatem sequi tutius est, quam conjectando nugari. Œdipo enim opus est. De singulis fragm. ut jam loquar, spuria sunt quæ p. 241 (v. p. 254), 291, 296) (Ὁλοκαυτώματα —), 402 (Οὐδὲ γάρ —), 632 (Συμπαραλαμβάνει —) leguntur; reliqua huc referenda p. 185 sq. (Οἰκείαν λέγει —), 215 (v. p. 210), 235, 252 (v. p. 248), 268, 269, 273, 288 (v. p. 283), 365, 475, 597, 675, omnia videntur Theodoreti esse; dubia vero habuerim p. 57, 182 (Ταῦτα δέ —), 189, 270 (v. Theodoret. Opp. I, p. 1035), 298 (εἰς ζωὴν —), 295, 297, 319 (Οὗτός φησιν —), 351, 368 (Ταῦτά σου —), 451; quæ præterea Theodori afferuntur, ea, paucis exceptis, Mopsuesteno assignare non dubito. Horum autem cum magna copia sit, nunc quidem ad ea tantum quæ mihi præ cæteris notatu digna videntur, lectoris animum advertere placet: p. 25, 27 (de ps. LII, 5, 7), 35 (LIII, 1), 54, 61 (LIV, 3, 14). Posterior l. uberior etiam in cod. 1 Theodoreti se insinuavit (cf. Theodoret. Opp. I, p. 963), 91, 94 sq. (LV, 3, 7. Posteriori l. de discrimine disseritur quod inter LXX et Symmachi interpretationem V. T. intercedat. V. præt. p. 200, 503), 132, 134 (LVII, 4, 5; cf. quæ ad hæc l. adnotant Th. Heracl. p. 126 et Theodoret.), 140 (LVII, 11, 12), 158, 159, 162, 165 (LVIII, 8, 12, 13), 180, 181, 182 (LIX, 4-6), 357 (LXVII, 19), 411 (LXVIII, 28), 469, 471, 478 (LXXI, 5, 7, 17), 502 (LXXII, 10), 532 (LXXIII, 4), 551, 552, 555, 556 (LXXIV, 3, 7, 9. In ultimo l. pro Βαβυλώνιοι leg. Ἀσσύριοι. Cæterum cf. quæ ad h. l. Theodoret. et Th. Heracl. adnotant), 630 (LXXVII), 635, 642 (LXXVII, 8, 49), 664 (LXXVIII, 13). Sed in iis, paucis illis, quæ ad ps. LXXXI-C passim Theodori nomine notantur, Theodorum non agnovi. Nonnulla eorum haud dubie Theodoretea sunt.

De fragmentis in tertio tomo Theodori nomine allatis p. 230-542 difficilius dictu. Sex Theodoreti sunt, p. 230, 307, 361, 450, 515, 516; novemdecim, meo quidem judicio, a Mopsuesteno prorsus abhorrent: p. 319, 321, 348, 359, 362, 363, 377, 405, 407, 408, 445, 447 (v. p. 443), 448, 462, 489, 491, 510 (v. p. 508), 512, 513, et quæ restant XLIII nihil peculiare habent quo eorum auctorem dignoscas atque omnino nullius fere momenti sunt. Suspicor pleraque eorum Th. Heracl. aut, quod magis placet, Diodori esse. Cf. fragm. Diodori in t. II, p. 705-962.

Fragmenta Mopsuesteni insunt in Cat. ined. cod. X bibl. Coislin. Cf. Montf. *Bibl. Coisl.* p. 58, et in Cat. ined. cod. XVII bibl. Marc. Venet. Cf. Jac. Morellii bibl., Marc. Venet. *Bibl. mss. Gr. et Lat.*, I (Bassani 1802), p. 33. Caveus l. l., p. 249, « Exstat, inquit, apud cl. Galeum argumentum longum in psalmum XLV (*a*), in quo breviter percurrit historiam Judæorum a tempore captivitatis usque ad Antiochum et Oniæ fugam in Ægyptum. »

Ut jam indolem hujus commentarii plane singularem paucis describam, dicendum primum, quantum id quidem fieri potest, quid Theodorus et de psalmis in universum et de singulis ps. statuerit. Is vero omnes ps. a Davide, quem sæpissime prophetæ nomine insignivit, repetiit (*b*), et psalmorum inscriptiones rejecit (*c*), ideoque non mirandum quod singulorum ps. ὑποθέσεις nova et quæ in multis a prioribus interpretibus recederet ratione constituit. Ac recte quidem secundum Theodorum psalmos propter eorum argumentum in quatuor genera distri-

(*a*) Hoc argumentum, in codice Vaticano repertum cum aliis Mopsuesteni fragmentis in Psalmos edidit Ang. Mai, qui notat apud Caveum et Fabric. errore typographico scriptum fuisse 45 pro 54. EDIT.

(*b*) Etsi in nullo fragm. hoc perspicue enuntiavit, eo tamen certum est, quod plures psalmos qui aliorum dicuntur esse, Davidicos affert. Cf. v. c. ps. LXXII, Corder. Cat., II, p. 497, quodque Cosmas Indicopl., de quo infra pluribus dicemus (*Christianor. opinio de mundo*, l. v, Galland. *Bibl. Patr.* XI, p. 482, 483), eamdem sententiam accuratius exposuit. Quæ hic eadem Theodorum statuisse existima.

(*c*) Leont. l. c., p. 687: « Inscriptiones hymnorum et psalmorum et canticorum penitus ejecit. » Recte. Nec unquam enim inscriptionum in fragmentis rationem habuit, ac ne potuisset quidem de singulis quibusdam ps., ita ut statuit statuere, si inscriptiones genuinas, i. e. fide dignas, habuisset. Eas igitur post adjectas esse censuit, quæ tantum non omnes nugas afferrent. Theodoretus, qui sæpius Theodorum, nomine ejus non addito, impugnavit (cf. v. c. ps. I, p. 605, 1123), mea sententia etiam p. 605 606, ad Theodorum respexit.

Digitized by Google

buas. Alios *historicos* appellare placet, quorum nimirum causa ac ratio in ipsis rebus Davidis populique Hebræi sita erat. Huc referendi sunt ps. XXI, LXIX, quibus David ad Deum preces fudit, cum ab Absalomo premeretur (v. Act. conc. Const. II, IV, 22, 23. Cord. Cat. II, p. 422, 424), ps. LXXI, quo sibi ac successori sapientiam a Deo expetiit (v. l. l., p. 466), ps. LXVII, quem cecinit, cum arcam fœderis ad se adduceret (v. l. l., p. 335), ps. IX, XV, quibus populi persona sibi accommodata gratias agit de hostibus finitimis a Deo punitis (v. l. l., I, p. 272. Act. conc. Const. II, IV, 21). Major est numerus psalmorum *propheticorum*, quibus eos velim intelligas, qui fausta nonnulla et infausta, quæ populo Hebræo usque ad tempora Machabaica obtingerent, portenderunt. Diversa tamen ratio est prophetarum et Davidis. Illi enim satis perspicue res futuras nuntiant, hic fere de rebus utpote factis loquitur. Sed hoc Theodoro parum negotii facessivit. Statuit nimirum, Davidem, qui non tam futura prædixisset quam ea ut facta adhibuisset, fere in omnibus illis ps. populi personam suscepisse (*a*), et jam rationes dispexit, in quibus non quidem Davides sed populus constitutus esset, cum illis ps. sua vis fuisset. Itaque populus diversis temporibus diversis in locis constitutus felix lætatur, Deo gratias agit, Deum celebrat, infelix mœret, Deum invocat et implorat, vel etiam de Deo dubius hæret, Davides propheta interpretis personam gerit. Theodorus autem hac ratione non solum maguam varietatem illis ps. adjecit, verum quodammodo etiam dramaticam vim, cum præsertim eorum rationes accuratissime reperisse et enucleasse sibi videretur. Ad tria vero ps. propheticos retulit. Alii enim ad cladem spectant Hiskiæ tempore Assyriis a Deo inflictam, ps. XXXII (— προφητεύων — Δαβὶδ ὥσπερ τινὰ ἐπινίκιον ὕμνον — τὸν ψαλμὸν ἀνεβόησε. — V. Cord. Cat. I, p. 574), LI, LII, LIII (v. l. l. II, p. 7, 25, 35); LXXIV (— προφητεύει — ὡς ἐκ προσώπου κοινοῦ πάντων τὴν εὐχαριστίαν — ἀναφθεγγόμενος. V. l. l., II, p. 550); alii ad res Judæorum Babylonicas, ps. LXX (— προαγορεύει [ἐκ τοῦ λαοῦ λέγων προσώπου] — ὅσα τε καὶ οἷα πείσονται, λέγων καὶ ὅτι εἰς διόρθωσιν αὐτοῖς ἔσται τοῦ βίου τὰ τῶν συμφορῶν, ὑπαινίττεται δὲ ἅμα καὶ τὴν ἐπάνοδον. V. l. l. p. 438); LXXII (— ὡς ἐκ προσώπου ἐκείνων λέγοντος, οἷα εἰκὸς ἦν ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τῶν συμφορῶν αὐτοὺς λογισαμένους ἀτοπώτατά τε καὶ ἀπρεπῆ περὶ Θεοῦ μεταγινώσκειν ἐπὶ τούτοις μετὰ τὴν ἐπάνοδον. v. l. l. p. 497); LXXVI (— λέγει — ἀπὸ τοῦ ἐκείνων προσώπου ὡσανεὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον λεγόντων τὰ τότε συμβάντα καὶ τίνα ἐλογίσαντο· v. l. l., p. 588); LX (— προαγορεύει — οὕτω τὸν ψαλμὸν ἐκφωνῶν ὡσανεὶ αἰτούντων ἐκείνων τυχεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας ὁμοῦ καὶ τὴν ἐπάνοδον προυπισχνούμενος· v. l. l., p. 198); LXIV (— προαγορεῦων — ἐκ τοῦ ἐκείνων προσώπου ταῦτά φησιν ἅπερ εἰπεῖν αὐτοῖς ἥρμοττεν τῆς ἐπανόδου μέλλουσιν ἀπολαύειν· v. l. l., p. 265); LXV (— προαγορεύει τὴν ἐπάνοδον. — φησὶν — ἐκ [προσώπου] μόνων τῶν παρ' αὐτοῖς θαυμαστῶν τε καὶ ἐναρέτων ἀνδρῶν· v. l. l., p. 287); LXXX. (Τὴν — ἐπάνοδον — προαγορεύων ἐπὶ εὐχαριστίαν ἅπαντας — προτρέπεται· — v. l. l., p. 691); plures vero ad res Machabaicas, ps. LIV (v. l. l., p. 61); LIX (v. l. l. p. 185); LXI (v. l. l., p. 219); XLIII (v. l. l., p. 530); LV, LVIII (— ἐκ τῶν Μακκαβαίων προσώπου λέγων ὅσα ἐκείνοις εἰπεῖν ἥρμοττεν ἐν ταῖς συμφοραῖς· v. l. l., p. 88, 152); LVI (— φησὶν — — ὡς ἐπὶ γεγενημέναις νίκαις κατὰ τῶν ἐχθρῶν εὐχαριστούντων [τῶν Μακαβαίων], εἰ καὶ ὡς ὀλίγου τινὸς ὄντος ἔτι τοῦ περιλιμπανομένου κακοῦ· v. l. l., p. 110); LVII (vafritiam, qua Demetrius rex et Tryphon contra Judæos uterentur prædixit; v. l. l., p. 129); LXVIII, LXXVIII (Προαγορεύων — διηγεῖται τῶν συμφορῶν τὸ μέγεθος — συνήθως μέντοι ὡς ἐξ ἐκείνων· — v. l. l., p. 395, 660); LXXIII, LXXIX (Τῶν Μακαβαίων — διηγεῖται τὰς συμφορὰς, ὡς ἂν ἐκείνων λεγόντων τό τε μέγεθος τῶντότε περιεχόντων αὐτοὺς κακῶν καὶ ἀπαλλαγῆναι τὸν θεὸν ἐπὶ τούτοις ἀξιούντων· v. l. l., p. 529, 675). Cæterum eos etiam quorum eadem erat ὑπόθεσις, eo Theodorus admodum variavit, quod varias iis subdidit rationes. Alios deinde psalmos ipse et *hicos* appellavit, quibus Davides modo omnibus hominibus (ps. XLVIII), modo solis Judæis (ps. XLIX; v. l. l. I, p. 963; p. LXXVII, v. l. l. II, p. 631) virtutis studium commendasset. Sed horum etiam ratio inter se valde diversa erat. Quatuor denique psalmos *messianos* habuit (ps. VIII. Leont. in Mai. l. l. VI, p. 311; Act. conc. Const. II, IV, 19; v. p. 94; ps. XLIV; v. Fac. IX, 1). Non satis recte Leont. (Galland. *Bibl.* XII, p. 687): «*Omnes* psalmos Judaice ad Zorobabelem et Ezechiam retulit, *tribus* tantum ad Dominum rejectis.» Nam Theodorum haud dubie secutus est Cosmas Indicopl. l. l., p. 483: — ὁ Δαυὶδ ἠξιώθη ἐκ πνεύματος προειπεῖν περὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ ψαλμοὺς δ' τὸν β', καὶ τὸν η', καὶ τὸν μδ', καὶ τὸν ρθ', ὅλους τοὺς δ' δι' ὅλου εἰς αὐτὸν εἰρηκώς.

Jam eos psalmos recensui de quibus quid Theodorus statuerit ex fragmentis cognoscitur. Eum reliquos etiam ad quatuor illa genera retulisse satis credibile est. Cf. Cosm. Ind. l. l., p. 483: Ἡνίκα — ἐκινεῖτο ἐκ τοῦ πνεύματος προεῖπέν τε ἢ περὶ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ λαοῦ, ἢ περὶ τῆς ἐπανόδου αὐτῶν, ἢ περὶ ἠθῶν διδασκαλικά, ἢ περὶ προνοίας, ἢ περὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ. Omnino vero omnes psalmos, quamvis sua cuique primaria ratio ac vis fuisset, ad omnium utilitatem compositos esse censuit. Cf. Cord. Cat. II, p. 496; I, p. 574. Cæterum in interpretando more suo versatus est. Fere scriptoris sententiam aliis verbis repetiit, sed imaginum linguæque rationes accuratius explicavit, ideoque in his lectores sæpius ad hos commentarios allegat.

Profecto novam viam Theodorus ita persecutus est, ut nostram admirationem in se non convertere

(*a*) Cf. Cord. Cat. II, p. 265.

Digitized by Google

non possit. Sane quidem audax erat. Quis vero audaciam in juvene jure reprehendat? At quæ inceperat per temporis rationes ulterius prosequi non potuit. Commentarius ille jam tum et magis etiam postea orthodoxis stomachum movit. Cf. Hesych. l. c. (*a*), Leont. l. c., Fac. III, 6: — « Impugnatores S. synodi (Chalced.) ob hoc de illo ista jactare, quod in interpretatione psalmorum quædam moraliter exposuisse dicatur, quæ in Christum magis dicta debent intelligi. » Theodorum, ita illi, qui Judaicæ psalmos historiæ justo magis aptasset, vaticinia de Christo evacuasse. Sed ipse etiam post ingenue professus est, se in psalmis explicandis multa peccasse. V. ap. Fac. III, 6 : — « Non autem quantam oportuerat habuimus circa istam rem (interpr. psalmorum) diligentiam. Passi enim sumus quæcunque incipientes, ut evenit, in imperitia scribendi constituti, siquidem et multas immutationes illo tempore quæ nostra sunt susceperunt, quas non est præsentis temporis enarrare; ex qua causa magis negligenter a nobis composita sunt plurima et maxime illa quæ prima sunt. » Duo his verbis enuntiavit, unum, se cum libros *adv. allegoristas* scripsisset, in multis aliter atque antea sensisse; alterum, a se magis negligenter composita esse plurima in psalmos, illa maxime quæ prima essent, i. e. præfationem, v. infra; statuerit vero postea de nonnullis psalmis aliter, nonnulla etiam loca aliter enarraverit. Primaria profecto Theodori prioris et posterioris diversitas in interpretatione locorum sita erat in Nov. T. citatorum, de qua haud dubie pluribus in illa præfatione disputaverat. At cum suos *in psalmos* commentarios vituperaret, neque ad typicam suam interpretationem, quam post constantissime secutus est et quæ Judaicæ impietatis reprehensionem nentiquam cepit, neque ad quatuor illos psalmos quos proprie ad Christum retulisset (*b*), respicere potuit. Quid igitur? *Prior* Theodorus, si quatuor illos psalmos exceperis, Psalmorum loca in N. T. ad res Christianas per rerum opportunitatem *accommodata* esse statuit (cf. Act. C. Const. II, IV, 22, 23 [Cosm. Ind. l. c., p. 486 : — Ὅσα δὲ ἕτερα ἐξέλαβον οἱ ἀπόστολοι ἐκ τῶν ψαλμῶν, οὐχ ὡς εἰς ἑαυτὸν κυρίως εἰρημένα ἐξέλαβον, ἀλλ' ὡς ἁρμόζοντα τῇ ὑποθέσει· v. et sq.]; adde quod in fragmentis nulla typicæ interpretationis vestigia reperi); quod cum V. T. vim minuere multisque offensioni esse intellexisset, *posterior* Diodorum magis secutus arctiori vinculo V. cum N. T. *typorum* ope connexuit.

(*a*) Non dubito quin Theodorus etiam, cum in præf. in ps. I, p. 603, scriberet : Διαφόροις — ἐντυχὼν ὑπομνήμασι, καὶ τοὺς μὲν — — εὑρὼν, τοὺς δέ τισιν ἱστορίαις τὴν προφητείαν ἁρμόσαντας, ὡς Ἰουδαίοις μᾶλλον τὴν ἑρμηνείαν συνηγορεῖν ἢ τοῖς τροφίμοις τῆς πίστεως — nostrum indigitaverit.

(*b*) Haud spernenda esset Vict. de Wegnern, l. c., p. XXVII, conjectura : « — Rectius fortasse diximus, illud Theodori sui ipsius vituperium psalmos spectare eos, quos non typico sed proprio sensu Christum tangere statuerat, » nisi constaret, Theodorum post etiam illos psalmos ita interpretatum esse, et ipsum illum l. de ps. VIII ex libris *De incarnat.* sumptum esse. Cæterum haud obscurum est, cur quatuor illos psalmos sensu proprio de Christo interpretatus sit neque vero ita ut reliquos psalmos, quorum loca in N. T. ad res Christianas referuntur. Præterquam enim quod auctoritas N. T. (cf. Cosm. Ind. l. c., p. 483, καὶ γὰρ καὶ Δεσπότης Χριστὸς καὶ οἱ ἀπόστολοι φαίνονται καὶ ἐκ τῶν δ' ψαλμῶν λαβόντες μαρτυρίαν περὶ αὐτοῦ et quæ seq.) et consensus

B. *Commentarii in libros V. T. historicos.*

In Genesin copiosum Theodorus scripsit commentarium. Cf. Ebediesu l. l. p. 31 ; Act. conc. Const. II, IV, 57-62. « — ex l. quinto — quarto — *De creatura*, » Joan. Philoponi *De mundi creatione* (Gallandii *Bibl. Patr.* t. XII) 1, 8: « — Ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν γένεσιν — » 6, 9. « — ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν — » Leont. Byz. l. c., p. 690 : « — quæ vane elaboravit in Genesin, » Phot. c. 38 : « οὗ ἡ ἐπιγραφὴ ἑρμηνεία τῆς κτίσεως. ἐν τόμοις ἑπτὰ ἡ πρώτη βίβλος ἐπεραίνετο. » His locis unus idemque Theodori liber designatur. Phot. l. l : — Ὃν (Θ.) καὶ πλείστας εὐθύνας Ἰωάννης ὁ Φιλόπονος (qui Theodori *τὰ εἰς τὴν γένεσιν* memorat v. s.), ὡς αὐτός φησι, τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας ἐν οἰκείῳ τῷ εἰς τὴν κτίσιν πονήματι ἐδείχθη σπουδαίως εἰσπραττόμενος. Cf. et. c. 44, 240: — ἐν πολλοῖς ἀξίως τὸν μέγαν ἀποθειάζει (sc. Joan. Phil.) Βασίλειον καὶ Θεόδωρον τὸν (*fort. l.* Θεοδώρου τοῦ) Μοψ. εἰ καὶ μὴ ἐν πᾶσιν, οἷς ἐπαιτιᾶται, ἀλλ' οὖν οὐκ ἐν ὀλίγοις ἐπιλαμβάνεται δικαίως). Græcis enim primus Pentateuchi liber et ἡ κτίσις et ἡ γένεσις dicebatur. Prius voc. Theodorus adamavit. Cf. ad Am. 6, 9, 10, p. 227 ed. de Wegn. : Παρέοικε τὸ ἐν τῇ κτίσει, ἔνθα περὶ τῶν συνθηκῶν λέγει ἃς Λάβαν, τε καὶ Ἰακώβ — (*Genes.* XXX). *Mich.* V, 6, p. 366. (*c*) Infelici conatu Sieffert. l. l., p. 32, quæ Ebediesu et reliqui de tomis illius commentarii referunt inter se conciliavit. Scilicet quæ Ebediesu de tomis perhibet hoc uno credo nituntur, quod tot tomis librum contineri dixit, quot voluminibus exemplar Syriacum constaret. Sic Ebediesu teste commentarius *in XII prophetas* duobus tomis constat, uno liber *De incarnatione*, sed horum ille nullis, hic quindecim libris distinctus est. Sed Theodorus ut nonnullos alios, ita hunc etiam in Genesin commentarium lipriorum interpretum aliquid apud eum valuit, illi psalmi præclare indolem Christi θεανθρώπου, in quem omnino quadrarent, describere videbantur. Cf. fragm. Theodori de illis ps. et Cosm. Ind. l. c., p. 483-487. Hoc vero in reliquis secus erat, qui cum manifesto non toti ad Christum spectare possent, ratio exigebat, ne singulæ eorum partes eo traherentur. Cf. Cosm. Ind. l. c., p. 486 : Τούτους ψ. εἰς τὸν Δεσπ. Χρ. καὶ μόνον εἶπεν· οὐ γὰρ ἐκοινοποίει τὰ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ μετὰ τῶν δούλων, ἀλλ' ἴδια τὰ τοῦ Δεσπότου ὡς δεσπότου ἐξεῖπεν καὶ τὰ τῶν δούλων ὡς δούλων. Et paulo post : — Paulus μεταφράσας τὴν χρῆσιν (Mosis) ὡς ἁρμοδίαν εἰς τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν· οὐδὲν γὰρ ἁρμόζουσι τὰ λοιπὰ τῶν ψ. εἰς τὸν Δεσπ. Χρ., ἐξ ὧν τινα ἐξέλαβον (Theod. *ad Zach.* IX, 9.) Sed cum quatuor illos psalmos ita explicaret, minus sibi constitit.

(*c*) Sieffert. l. l., p. 32 sq., qui in Nicephori Catena nonnulla fragmenta de reliquis etiam Pentateuchi libris superesse animadvertisset, Theodorum duo inter se diversos in Genesin commen-

Digitized by Google

bris distinxit, quorum primus, Photio teste, septem tomis constabat. Tillemont. l. l. p. 445 : « — un (tome) sans doute pour chaque jour. » Theodorus cum librum ita distingueret, haud dubie primæ hebdomadis rationem habuit. Cf. et. Cyrill. Alex. lib. VII *Glaphyrorum in Genesin*.

Recte Phot. c. 38, ubi τὴν ἑρμηνείαν τῆς κτίσεως memoravit, τὴν δὲ φράσιν, inquit, οὔτε λαμπρὸς (*sc.* Θ.) οὔτε λίαν σαφὴς, φεύγων δὲ τὸν δυνατὸν αὐτῷ τρόπον τὰς ἀλληγορίας καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν τὴν ἑρμηνείαν ποιούμενος. Ταυτολογεῖ δὲ τὰ πλεῖστα καὶ ἄχαρίς πως καὶ ἀηδὴς εἶναι δοκεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ Νεστορίου δόγμα, εἰ καὶ πρὸ Νεστορίου ὑπῆρχεν, ὑπερευγόμενος· nec minus tamen recte Ebediesu commentarium illum methodo et speculatione elaboratum vocat. Quamvis enim in eo stylum et sententias quasdam jure reprehenderes, ita tamen ni fallor comparatus erat, ut ex eo potissimum quid Theodorus interpretando et philosophando posset, appareret, idque non miraberis, si quanti tum Genesin fecerint ac quam multa ex ea repetierint probe perpenderis. Pro diverso autem argumento Genesin, cui summam auctoritatem tribuit, diverse interpretatus est. Ipse quidem in iis quæ de mundi origine deque hominibus nondum dispersis disputavit, Geneseos auctoritate niti sibi visus est, permulta tamen ab ea aliena protulit, quæ non tam ex ea elicuit, quam aliunde accepit (*a*). Quanquam cum verbis justo magis inhæreret, ipse etiam multa mira ex ea eruit. Magna autem licentia historiam lapsus primorum hominum persecutus est atque hic præcipue vanum illud studium cernitur, quo dubia et plane incerta mire conjectando certissima reddidit. Multo brevior erat alterius Geneseos partis interpretatio, in primis propter typos memorabilis. Typi autem, quos in prophetis certis quibusdam licet remotioribus rationibus niti dicas, hic quidem fere a solo interpretis arbitrio pependerunt. Quid multa? Ille commentarius, in quo Theodorus haud raro de via ecclesiastica declinavit, nostri indolem et doctrinam

A optime illustrabat, nec mirum, quod in reprehensionem incurrit ac temporis injuria interiit. Itaque ex sententia nobis obtigit, quod Joannes Philoponus (*Περὶ κοσμοπολίας Λόγ. ἑπτά*, Galland. *Bibl.* XII, p. 471 sq. qui liber non ante a. 610 scriptus est) vehementer sane in Theodorum, inauditorum satorem, invectus est. Præterquam enim quod ex ejus *in Genesin* commentario nonnulla excerpsit, quanquam non ubique, ut videtur, ad verbum, plura etiam memoravit, quæ ad ejus doctrinam faciant. Cf. I, 12 (*b*); II, 21, XXII, 3; IX, 10, 11. Neque hic prætereunda Cosmæ Indicopl. *Topographia Christ.* Galland. *Bibl.*, XI, p. 401 sq., scripta ferme post a. 535, de qua non satis recte Phot. c. 36 judicavit. Cosmam Nestorianum fuisse et in multis Theodo-
B rum esse secutum primus recte observavit La Croze (*Hist. du Christianisme des Indes*, I, p. 40 sq.); idque magis iis firmatur quæ Semler (*Hist. eccles. selecta capita* I, p. 421 sq.) ex *Topographia* illa excerpsit, quanquam accuratius etiam doceri potest. Sed cum Theodorus et Cosmas, etsi doctrina similimi, dissimiles tamen essent tempore, indole atque eruditione, æque sane jucundum atque utile est utrumque inter se componere, quod alieno certe loco hic facerem. Ut caute tamen illam *Topographiam*, quæ Theodorea aperiat, adhibeas moneo. Cæterum conjectura haud improbabili dicas Joannem Phil., qui Theodori asseclas sæpius carpit, ad Cosmam etiam respexisse.

C Priusquam jam commentarii illius fragmenta quæ supersunt recenseam, de Catenis, quibus maxime continentur, pauca præmittenda. Quarum mira est *Cathena s. explicatio locorum qui in Pentateucho subobscuriores occurrunt, ex antiquis Græcorum theologis deprompta. Ex quibus quorundam hactenus nihil est in lucem editum : Franc. Zephyro Florentino interprete. Item Cathena explanationum vett. s. Patrum in omnia tam Vetus quam N. Test. cantica : ab Antonio Caraffa e Græco in Lat. sermonem conversa* (*c*). *Colon. Agripp.* 1572, 8. Zephyrus ipse profitetur, se in translatione con-

tarios exaravisse opinatus est, *alterum* philosophicum ab Ebediesu, Phot., Joan. Phil. et in Act. conc. Const. memoratum, *alterum* exegeticum, qui ad reliquos etiam Pentateuchi libros pertinuisset. Neque enim, si ille ad amplius opus pertinuisset, primam tantum partem in Genesin conscriptam ab Ebediesu memoratam fuisse. Quasi vero Theodorus singulos Pentateuchi libros non singulis commentariis persequi potuisset ! Sed non male conjiceres illam ἑρμηνείαν τῆς Κτίσεως uberiorem eamque philosophicam disputationem de *prioribus* Geneseos capitibus fuisse, nisi Ebediesu maxime verba impedimento essent.

(*a*) Sic Theodorus etiam mensi Nisan mundi creationem assignavit, quod ex iis intelligitur, quæ de hac Ephræmi sententia congessit Cæs. a Lengerke l. l. p. 20, 21.

(*b*) Qui hujus cap. locus admodum torsit Cotelerium (*Eccles. Græc. monum.*, III, p. 571) ita habet : Καὶ εἰ συνυπέστησαν οἱ ἄγγελοι τῷ οὐρανῷ καὶ τῇ γῇ θαυμαστὸν *εἰ πέντε* μόνας (*cod.* εἰπέν τε. *Cotel. conj.* εἰπεῖν, ς') ἡμέρας ἐν τῷ ἰδίῳ μεμένη-

D κεν ὁ διάβολος τάγματι, εἴπερ ἄρα καὶ τούτας, καὶ εἰς τὴν τοσαύτην εὐθὺς ἅμα τῷ γενέσθαι κακίαν καὶ τὸν τοῦ ἀνθρώπου φθόνον ἀπώλισθεν. H. e. (Ioannes Theodorum refutat) : « Si (tua sententia) angeli una cum cœlo et terra facti sunt, mirum, quod diabolus per quinque tantum dies in suo ordine permansit (statuit enim Theodorus, protoplastos sexto die factos, post sex horas ipsa meridie cum primum esurirent seductos ficus edisse ac tribus horis post paradiso pulsos esse. Cf. Joan. Phil. I, 12; Mar. Merc. c. 1, p. 704), si nimirum etiam hos (dies in suo ordine mansit. Hæc bene addita, nam de Theodori sententia diabolus jam ante diem sextum peccavit ideoque in terram dejectus est) et statim post ortum in tantam nequitiam et in hominis invidiam (quam contra hominem alebat) prolapsus est. »

(*c*) Hæc in Cantica catena accuratior et auctior Gr. et Lat. legitur in Corder. Cat. *in Ps.*, III, p. 853 sq. Alia tantummodo sunt, quæ ad Jonæ preces leguntur. Nihil in ea inveni quod Theodoro Mopsuesteno probabiliter tribueres.

Digitized by Google

sulto nonnulla præteriisse aut quia supervacanea viderentur aut in alios sensus distorta. Præterea magna in vertendo usus est licentia, alia male versa, alia tam obscure, ut theologi Græci sententiam ægre eruas. Nominatur in indice theologorum Græc. etiam Theodorus. Quæ sola p. 35 hac notatione leguntur, eorum alia Diodori sunt, alia Theodoreti. Cf. Theodoret. qu. 22, 23, *in Genes.* I, p. 38, 39. Cum post in Catena plura modo *Theo.*, modo *Theod.* notentur, quorum quædam Theodori sunt, utrum interpres hujusmodi notatione innuerit, Theodoretum Theodorumve, incertum. Pleraque tamen Theodoreti sunt, Theodorea post afferam. Præterea sunt in his, quorum scriptor in tanta catenæ confusione et negligentia incertus est, cum præsertim permulta eorum brevissima et nullius fere momenti sint. Sed Theodoro vindicaverim p. 51 B (de Gen. IV, 14, 15), 107 B (49, 27) (*Theo.*); de reliquis nolo disputationem parum fructuosam ingredi (*a*). *Aloysii Lippomani, Meton. episc., Catena in Genesim ex auctoribus eccles. plus minus LX, iisque partim Græcis, partim Latinis connexa. Lugd.* 1657, fol.; præcipue pannis interpretum Latinorum, eorumque medii ævi, contexta est. Quæ Theodori continet non ubique, ut velles, translata sunt. Theodoreti autem sunt, quæ p. 395 Theodoro tribuuntur. Cf. Theodoret. qu. 61, I, p. 73, 74. Omnium optima et uberrima est *Σειρα εγος και πεντηκοντα υπομνηματιστων εις την Οκτατευχον και τα των Βασιλειων ηδη πρωτον τυποις εκδοθεισα αξιωσει μεν του ευσεβεστατου και γαληνοτατου ηγεμονος πασης Ουγκροβλαξιας κυριου κυριου Γρηγοριου· Αλεξανδρου Γκικα επιμελια δε Νικηφορου Ιερομοναχου του Θεοτοκου. Τομ. πρωτος την Πεντατευχον περιεχων. Εν Λειψια τῆς Σαξονιας. Εκ της τυπογραφια του Βρειτκοπφ. Ετει ,αψοϛ'. Τομ. δευτερος τον Ιησουν του Ναυη, τους Κριτας, την Ρουθ και τας τεσσαρας βασιλειας περιεχων. — Et. ,αψοϛ*, in qua fere omnia Theodori in Genesin fragmenta aliis in libris servata et vero etiam nova quædam leguntur (*b*). Sed quod p. 318 Theodori affertur de Gen. XXVI, 2, Theodoreti est; cf. qu. 77, I, p. 89; quodque p. 125 ei tribuitur (Lippom. Cat., p. 256, ex parte?) de V, 29, Cyrillo Alex. (cf. ejus Opp. ed. Aubert. I, p. 27) vindicandum. Cæterum in iis quæ nomine Ἀδήλου, notantur, videntur nonnulla Theodori latere.

Sex fragm. in Act. conc. Const. II, l. l., exhibita, quorum tria etiam in Vigilii constit. 58-60 leguntur, omnia ad priora Genes. capita pertinent, ea vero quæ Joan. Philop. l. c. I, 8, 16 — XVIII, 22; II, 15, 18-20, excerpsit, ad primos Geneseos versus. Reliqua fragm., quorum nonnulla Theodoro fortasse perperam tribuuntur, hæc sunt : de Genes. I, 17, in Niceph. Cat. p. 34 (in Lippom. Cat. p. 62 male Theodoreto tribuitur); I, 26, quo uberius explicatur, qui homo κατ' εἰκόνα Θεοῦ creatus sit, in Theodoret. *Quæst. in Gen.* I, p. 29 sq. (in Zephyr. Cat.. p. 30, ex parte, perperam in Lippom., p. 87, et Niceph. Cat., p. 47, Theodoreto ascribitur. Cf. Joan. Philop. l. c., 6, 9, 14 — 17, ubi ex parte neque ad verbum citatur, sed aliud etiam additur); II, 2, 3, in Theodoret. l. c., p. 37 sq. (Niceph. Cat. p. 57 sq., quæ aliud etiam brevissimum fragm. continet, Zeph. Cat. p. 34, ex parte); II, 7, in Niceph. Cat. p. 63; aliud brevissimum in Lippom. Cat. p. 118; II, 8); in Niceph. Cat. p. 66 (in Lippom. Cat. p. 124); II, 19, in Niceph. Cat. p. 75 (paucis demptis et additis in Lippom. Cat. p. 150-152); II, 21, in Lippom. Cat. p. 153; III, 6, in Niceph. Cat. p. 83; III, 7, in Niceph. Cat. p. 86 (Zeph. Cat. p. 45; Lippom. Cat., p. 176, ex parte); III, 8, in Theodoret. l. c., p. 43 (Niceph. Cat. p. 88; Zeph. Cat., p. 50, ex parte [cf. Joan. Phil. l. c., 1, 12, p. 485]); III, 10, in Lippom. Cat., p. 185; III, 17, in Niceph. Cat., p. 98; III, 21, in Theodoret. l. c., p. 53 (Niceph. Cat., p. 101; Zeph. Cat., p. 50; Lippom. Cat., p. 210 [cf. Joan. Phil. l. c.]); III, 22, in Lippom. Cat. p. 212; III, 24, in Theodoret. l. l., p. 55 (Niceph. Cat. p. 105; Zeph. Cat., p. 51; ex parte in Act. conc. Const. II, IV, 62; Lippom. Cat., p. 214): VII, 19, in Joan. Phil. l. c., 1, 13, 18, 8; in Niceph. Cat., p. 234; XIX, 31, 32, ib. p. 255; XX, 5, ib. p. 260; XXVII, 3, ib. p. 329; Zeph. Cat., p. 83; XXVIII, 18, 19, in Niceph. Cat., p. 351 [Sieffert. l. l., p, 45], sed in Zephyr. p. 86, et Lippom. Cat., p. 634, Diodoro tribuitur; XXX, 39, in Niceph. Cat., p. 376, sed Diodori est in Zeph., p. 88, et Lippom. Cat. p. 663; XXXII, 1, in Niceph. Cat. p. 391 (Zephyr. Cat., p. 90, Diodor.); XXXII, 24, in Niceph. Cat., p. 396; XXXII, 25, 26, ib. p. 397; XXXII, 28, ib. p. 399; XXXIX, 1, in Lippom. Cat. p. 773 (fortasse Theodoreti est; cf. ejus quæst. 98); XLIV, 5, in Niceph. Cat., p. 478 (v. de eo Ernesti *Theolog. Biblioth.*, II, p. 395); XLIV, 15, in Lippom. Cat., p. 834; XLIX, 4, in Niceph. Cat., p. 510; XLIX, 11, 12, ib. p. 524, 526 [Sieffert. l. l., p. 83, 84]; Zeph. Cat., p. 106.

Utrum Theodorus reliquos etiam Pentateuchi libros et libros Josuæ, Judicum, Ruth ac Regum commentariis illustraverit necne difficile dictu. Ebediesu l. c., p. 31, solius Samuelis uno tomo *ad Mamarianum* explicati meminit; sed fragmenta Theodori in Catenis ined. esse dicuntur, in cod. V et VI bibl. Coisl. « Cat. in Levit., Num., Deut., Jos., Jud. et Ruth. » V. Mont. *B. Coisl.*, p. 41, 42; in cod. VII, « Cat. in Jos., Jud., Ruth. et IV Regg. » V. Montf. l. l., p. 43; in cod. XV Bibl. manusc.

(*a*) Quæ p. 67 B de Gen. I, 26, 32, Theod. leguntur et in Lippomani Cat. p. 364 Theodoreto ascribuntur, videntur Theodoreti esse. In editt. Theodoreti desunt.

(*b*) Cod. XV bibl. mss. Marc. Venet. Octateuchus cum catena. De hac Catena Morell. l. l., p. 30 : « Catena fere tota exstat in illa uberiore codice DXXXIV Marciano comprehensa, necnon in copiosissima illa, quam Nicephorus Theotoci a. 1772 Lipsiæ vulgavit. »

Digitized by Google

Marc. Venet., « Octateuchus cum catena. » V. Morell. l. l., p. 29; in cod. XVI, « Cat. in libros Regg. » V. Morell. l. l., p. 31; in cod. XIX bibl. Med. Laur., « Expositio quorundam ss. virorum S. Scr. » —« Theodori quatuor fragm. p. 56, 57 B, 58, 61 B, in I l. Regg. » Cf. Bandin. l. l., I, p. 138, et A. Maius l. l.,•l, p. xxi. « In Levit., inquit, in Num., Jos., Judd., Ruth, libros IV Regg., ad odas biblicas citatur Mopsuest. tum in aliarum bibliothecarum tum in Vaticanæ codd. » Pauca in Nicephori et Zephyri catenis Theodori nomine afferuntur: de Exod. IV, 21, in Niceph. Cat., p. 603; XX, 25, ib. p. 786; XXIII, 26, ib., p. 821. (Zeph. Cat., p. 147, 148, Diod.) (docet, hominibus vitæ terminum a Deo neutiquam esse constitutum); XXV, 9, ib. p. 834 (Zeph. Cat. p. 145, Diod.); XXV, 30, XXVI, B 35, ib. p. 843, 857. (Zeph. Cat., p. 146), ad Leviticum duo inveniuntur fragmenta quæ Theodoro an Diodoro jure tribuas vix dicas; ad c. XII, ib. p. 1029 (Διοδώρου, sed cod. Alex. Θεοδ., Διοδ.; Zeph. Cat. pag. 171, Theo.); ad c. 13, ib. pag. 1031 (Θεοδ., sed cod. Alex. Διοδ.); unum ad Deuter. XXXIII, 8, p. 1659 (*a*), unum ad Jos. VII, 5, ib., II, p. 44; duo ad Judd., p. 210; de XIII, 25, p. 226; de XVI, 17; unum ad II Reg. XXII, 11, ib. p. 614; sed hoc me judice ex interpretatione ps. XVII, 11, sumptum est. Cf. Corder. Cat. in ps. I, p. 330. Recte dubites an Theodorus libros Jos., Judic. et Ruth enarraverit. Possunt pauca illa fragmenta errore Theodoro tributa (Sieffert. l. l., p. 35), possunt etiam ex alio Theodori libro deprompta C esse, idque eo probabile fit, quod reliqua fragm. in Nicephori Catena Θεοδώρου, hæc Θ. Μοψ. dicuntur. Pari modo fragm. in reliquos illos V. T. libros ex aliis Theodori libris petita esse statuerem, cum præsertim Catenas ineditas non multo plura continere probabile sit, nisi Theodorum illos libros, qui pro indole sua sibi maximi momenti essent et quos pertractasset, explicuisse, multo esset credibilius. Quanquam quæ est horum librorum indoles ab aliis diversa, nonnisi singula uberius exposuit. *Theodori ep. Mopsu. vulgo commentatoris, quæstiones in Scripturam*, et, *Theodori commentatoris quæstiones et responsiones*, quæ duobus codd. Syriacis bibl. Vatic. A continentur (cf. Assem. *Bibl. Or.*, II, p. 478), ex his potissimum Theodori commentariis excerptas esse suspicor.

C. *Commentarii in prophetas.*

Theodorus quatuor prophetas majores interpretatus est. Cf. Ebediesu l. c., p. 32. Commentarii in Isaiam fragm. continet Cat. ined. Nicolai Muzani, Cypri archiep., post Byzantii pontif. (sæc. XII), de qua v. Bandin. l. l., I, p. 17 sq. Temere Caveus l. c., p. 262, et J. Lud. Schulze (Opp. Theodoreti I, p. 38) suspicati sunt, commentariorum Theodoreti *in Isaiam* quos Jac. Sirmondus ex catenis Gr. excerpsit (ed. Hal., II, p. 165-402), plurima Theodoro tribuenda esse. Ego quidem nihil reperi, quod recte ei vindicarem. « In Jeremiam Nicol. Alemannus ad Procop. p. 107. » Fabric. l. l., p. 357. Theodorus, qui inter explicatores in Cat. ined. *in Ezechielem*, de qua v. Bandin., l. l., I, p. 21, memoratur, fortasse Mopsuestenus est.

Omnium Theodori librorum commentarius *in XII prophetas* (Θ. Ἀντιοχείας ἑρμηνεία εἰς τοὺς προφήτας), quem, teste Ebediesu l. c., p. 31, duobus tomis ad Mar Tyrium scripsit, solus temporis injuriam effugit. De codicibus (*b*) quibus continetur, hæc accipe: Primo loco is codex Vaticanus nominandus, qui, ut Maius narrat, fuit olim cujusdam dignitate πρωτοασηκρήτις, deinde Joannis cardin. Florentini Salviati, post in Romanorum Columnensium bibliothecam, denique in Vaticanam Maio præfecto perlatus est. Est optimus, membraneus, sæculi circiter undecimi, ejusque scripturæ brevissimum specimen Maius in tabula l. l., tomo I, præmissa exhibuit (*c*). Alter codex Vaticanus est chartaceus Maioque recens scriptus illiusque lectiones ita referre dicitur, ut ex eo exscriptus videatur. Caret commentario *in Zachariam* (*d*). Quippe in eo Theodorus plura disputavit, quæ scriba, orthodoxus scilicet, denuo chartis mandari noluit. Ang. Maius, qui primus Theodori *in XII proph.* commentarium integrum l. l., VI, p. 1-298, Græce edidit (t. I, p. II, p. 41-104), nonnisi commentarios in Jon., Nahum. et Abd. integros, commentariorum autem in Amos, Zach., Os. (—I, 8) et Hagg. (—I, 1) sola initia addita translatione sua Latina

(*a*) Quæ in Zephyri Cat. *Theo.* p. 209, 223, in D Niceph. Cat. p. 1422, 1656, Diodoro ascribuntur.

(*b*) Disputarunt de iis Fabric. l. l., p. 358, 359; Ang. Maius l. l., p. XXII, XXIII (VI, p. VI sq.), et Vict. de Wegnern l. l., p. XI sq.

(*c*) Fabric. l. l., p. 358: « Exstat etiam (codex) in bibl. Medicea atque jam ante aliquot annos editionem ejus sperare jussit Anselm. Bandurius. » (Cf. Fabr. l. l., VII, p. 611). At Bandinio hujusmodi codex ignotus. Recte puto Maius Fabricii errorem manifestavit, Bandurium illum ipsum cod. Vatic., qui tum Florentiæ fuisset, respexisse, Fabricium vero cum Bandurius se commentarium illum beneficio Cosmi III, ducis Etruriæ, cujus bibliothecam rexisset, editurum spopondisset, falso putasse, codicem illum in bibl. Medicea exstare.

(*d*) Mai l. l., I, p. XXIII. — « Hujus operis (comment. *in XII proph.*) codices qui manu versaverint tres saltem cerno viros, quorum primus est Franc. Turrianus (*ad Const. ap.*, II, 20; *Pro epp. pont.*, p. 254), a quo Romæ degente Vaticanum ipsum cod. (intell. posteriorem) lectum augurari licet. » [de Wegnern l. c., p. XII: « Posterioris (cod. Vat.) etiam Franc. Turr. — tanquam a se lecti (in notis *ad Const. ap.*, II, 20) mentionem injicit. » !!] Turrian. illum commentarium legit et nonnulla ejus transtulit, sed falsa est Maii conjectatio, eum cod. Vat. (posteriori) usum esse, quandoquidem etiam commentarium *in Zachariam* legit. Cf. Fr. Torrensis *De S. pontificis supra conc. auctorit.*, l. III (Florentiæ, 8), p. 99, *De residentia pastor.*, p. 38 (brevis Theodori locus de Zach. IX, 8, Latine legitur); Fr. Turriani S. J. *Adv. Magd. Centuriatores pro canon. app. et epistolis decret. pontif. apost.*, l. V (Col. 1573, 4); V, 21, p. 621; præterea Turrian. IV, 10, p. 456, Theodori interpretationem memorat, et II, 20, (*Pro ep. pont.*), p. 254, 255, brevem locum de Agg. II, 12, 14, Latine exhibuit.

Digitized by Google

inseruit (*a*), priore illo cod. Vat. usus est, nulla recentioris ratione habita. Omnino textus, quem exhibuit, purus dicendus, quanquam interdum editoris ἀκρίβειαν desideras. — Duos codd. continet bibl. Cæsarea Vindobon. Uterque chartaceus nec antiquus (alter cod. XVIII Kollario [v. ejus ad Pet. Lambecii *Comment. de bibl. Cæs. Vind.*, l. VIII, Supplem. l. I. Vindob. 1790, p. 164])sæculo quinto decimo scriptus dicitur; alter c. LV (CLXIII) Dan. de Nessel [*Catal. codd. mss. Gr. b. Vind.* Vind. 1690, p. 135], et Lambecio [*Catal. codd. Vindob.*, IV, p. 160, ed. Kollar. IV, p. 360], a quibus l. l. descriptus est, mediocriter antiquus habetur, sed ejus ætatem sæculum XVI vel ad summum inventæ artis typographicæ tempora haud excedere observat de Wegn. l. c., p. XIII), et teste Forlosia (in Kollarii — Supplem., l. I, p. 174), « alter alteri tam similis est, quam ovum ovo, atque ex eadem scriptus manu videtur. » Hoc vero utcunque est, in magna eorum similitudine dubitari non potest, quin ex uno eodemque fonte fluxerint. Hunc autem fontem priorem cod. Vatic. esse et eo probabile est, quod prior ille codex Vindob., teste Gentilottio, Cæsar. biblioth. quondam præfecto, ab Apostolo Zeno, Veneto, Carolo VI imperatori a. 1723 dono oblatus est (cf. Kollar. — Suppl. p. 164) et magis etiam propter textum quem exhibent. Ac primum in omnibus tribus codd. ad Theodori minus orthodoxam interpretationem Zach. I, 7 — 11, eadem tria scholia, quibus lector quidam catholicus Theodoreis opinionibus correctionem adhibuit, adjecta sunt. V. Mai. ad Zachariæ cap. I; Kollar. l. l., p. 171, 172; de Wegn. l. c., p. 537, 538, 542. Tum vero summa est textus similitudo. Melior est in cod. Vat. ut antiquiore. Nonnulla quidem ex eo pejus quam ex Vindob. exhibita sunt, sed hoc aut Maii negligentiæ tribuendum (sic nonnulla ap. Mai. exciderunt; cf. p. 295, de Wegn. p. 547, οὐ γὰρ ἂν — — ἵππους λέγει; p. 327, de Wegn. p. 605; p. 364, de Wegn. p. 670, al.), aut ex eo explicandum, quod attentus scriba manifestos quos perspexit errores suis chartis non inseruit. (Cf. Mai. p. 148, οἰκονομήσαντες! de Wegn. p. 273, κοινωνήσαντες; p. 327, λοιποῖς! de Wegn. p. 603, λόγοις, al.) Reliquarum textus diversitatum causa ac ratio in transcribendo sita est. Raro dubitabis, quem codicem sequaris. Sed quod maxime rem continet, loca mutilata et corrupta cod. Vat. maxima sane constantia in cod. Vindob. leguntur; quod cum satis manifestum sit, has tantummodo lectiones procul dubio depravatas referre placet: ad Os. IV, 15, ἐπαγομένην; VI, 4, κἂν οὐδέ; XIII, 15, διῃρημένους; Joel. II, 20, βρόμος; II, 28-32, λαβοῦσα; III, 18, αἱ σιωθυῖαι - δωρεαί; Am. V, 13, ἀξιοῦσιν; Abd. I, 1, οὐ καλῶς; Mich. V, 10-14, μετιείς, ἐξῆς; VI, 3, παρέσχητε (*leg.* παρέσχηκε); VI, 8, ποιῇ, ἦ; VI, 14, φάγεσε, ἐγκλίνειν; Habac. II, 11, εἰωθότας; II, 14, ἐπάγοντι; Soph. I, 14, οἰκοδομήσαντες; Zach. I, 21; ταῦτα; XIV, 1, παραγένηται. Ex priore illo cod. Vindob. pauca transcripsit Forlosia in Kollarii — suppl., p. 170-173, qui adolescens totum commentarium Latine vertit, sed hanc versionem non edidit, veritus ne maleficorum minus æquas calumnias immeritus subiret. V. Kollar. l. l., p. 169; plura vero ex posteriore Sieffert, l. l., p. 39 et p. 42-71, hic illic. Nuperrime integrum commentarium eodem cod. usus Vict. de Wegnern l. l. edidit, neque ita tamen ut velles. V. *Allg. Lit. Zeit.*, 1836, n. 64, 65. — Duos commentarii illius codd. Venetiis Montfaucon vidit, alterum in Grimanorum bibl., alterum in bibl. Meletii Tipaldi, Græcor. antist., archiep. Philadelph. Cf. Montf. *Diarium Ital.* (Par. 1702, 4), p. 39, 46; *Bibl. bibl. manuscr. nova*, I, (Par. 1739, fol.), p. 478. Sed suspicor alterum horum ab Apostolo Zeno (v. s.) Vindobonam transmissum esse. — « Septimus codex ap. Gerasimum Blachum in Gallia fuit, teste Combefisio (*Bibl. concion.*, I, p. 44 (*b*). Atque hunc cod. inspexit etiam, ut puto, Steph ab Altimara (Lequinius), qui in *Panoplia*, p. 433, ait se legisse Mopsuesteni comm. *in XII proph.*» A. Mai. l. l., VI, p. VII. — Denique codex Romæ in bibl. Vallicelliana esse dicitur. Cf. Possevin. *App.* III, p. 27. Sed Maio teste constat paginis duodecim et tenue est interpretationis in Oseam (II, 13 fragmentum, ad quod Sam. Tenulium respexisse cum ad Nicol. Heinsium scriberet: « Vidistin' unquam Theodori Ant. fragmentum in proph. Oseam. In Latio mihi descripsi. » Cf. Burmani *Syllog. epp.*, II, p. 804, non dubium.

Commentarium illum Theodori Mopsuesteni esse nihil est certius (*b*) ac temere eum Ludov. du Four de Longuerne abbas de Jardo, juniori cuidam Theodoro (Galatæ, Mopsuestiæ ep., ut videtur, qui sæculo VI medio obiit; cf. Jacob. Le Long. *Bibl. s. I.*, p. 985), et Oudinus (*Comment. de scriptor. eccles. antiquis*, II, p. 451) Theodoro Daphnopatæ, qui sæc. XI medio vivebat, tribuerunt. Primum enim Theodori *in XII proph.* commentarius ab Ebedjesu et in Act. conc. Const. II, IV, citatur, tum ille in omnibus codd. Theodori dicitur *Antiochemi*, deinde in eo ipso sæpius mentio fit commentarii *in Psalmos*, v. c. ad Zach. IX, 9, quem constat nostrum scripsisse, denique dicendi interpretandique ratio Theodorea est. Utramque in eo eam animadvertimus, quam in Theodori fragmentis procul dubio genuinis quamque in universum recte Photius c. IV, 177, 38, descripsit (v. etiam Leont. l. c., p. 686,

(*a*) Omnia Græce et Latine denuo edidit in *Nova Bibliotheca Patrum*, tom. VII, Romæ 1854, 4. EDIT.

(*b*) Paris. 1662, 8 voll. In primo tantum tomo (p. 281-283) nonnulla Theodori fragmenta leguntur quæ ex principio Commentarii *in Evang. Joannis* sumpta sunt. Posteriora (p. 282 B. III-XIV) eadem sunt quæ in Corderii catena *in Joannem* p. 16-31 leguntur.

(*c*) Pluribus hac de re disseruerunt Ang. Majus Præf. ad Mopsuestenum et Vict. de Wegnern l. l., p. XV sq.

Digitized by Google

cl. iis quæ Theodorus in præf. ad Os., ad Soph. I, 4-6, III, 3, dixit). Illa autem tam peculiaris est, ut quid Theodori sit quidve minus facile videas. Illud vero morari nos non potest, quod tria loca, quæ in act. conc. Const. II, IV, 20-22 (Vigil. Const. 21-23) « ex principio commenti (*a*), quod *in XII proph.* scripsit, — post alia infert, — post alia infert, » afferuntur, in illo commentario non leguntur. Sententiæ certe quas continent Theodoreæ sunt, sed facile fieri potuit, ut unus alterve Theodori liber pro altero citaretur. Jam cum locus qui in illis act. 23 sequitur, ad ps. XXI pertineat, probabile tria illa loca e commentario *in Psalmos*, et quidem ex ejus principio (*b*) deprompta esse, cum præsertim duo posteriora 21, 22, ad ps. XV et XXI spectent. Sed de nupera Maii sententia l. l. præmisit Theodorus commentario generale aliquod proœmium in minores prophetas, propter reverentiam fortasse erga concilium, in codd. omissum. Idem enim et Theodoretum fecisse et verba etiam καθ' ἃ πρόσθεν ἔφθην εἰπών (v. comment. p. 1), si ante ἐν ψαλμοῖς interpungatur (ita haud dubie interpungendum), haud rem in alio opere dictam denotare. Si scribamus pro Εἰς ἔλεγχον τῶν κ. τ. λ., Εἰς ἔλ. *οὖν* τῶν κ. τ. λ., hanc unam particulam satis illud proœmium indicare. Equidem quamvis proœmium ad Tyrium præmissum fuisse credam, mihi tamen nondum persuasi, illa tria loca (Maius et de Wegn. de uno tantum loquuntur, sed posteriora duo loca ex eodem libro sumpta esse et illum paulo post excepisse qui ea excerpsit verbis, *post alia infert* indicavit) ex eo petita esse.

Hire nuper Vict. de Wegnern l. c., p. XXII sq. evincere studuit, Theodorum juvenem cum Psalmos explicuisset et fortasse etiam prophetas majores, XII prophetas minores interpretatum esse. Attulit hanc in rem loc. Theodori *ad Zach.* IX, 9: Ὑπεροῦν (sc. τῶν χρόνων τὴν ἐναλλαγὴν ποικίλην εἶναι ἐπὶ τῆς θείας Γραφῆς) διὰ πολλῶν ἡμεῖς ἔν τε τῇ τῶν ψαλμῶν ἑρμηνείᾳ καὶ ἐπὶ τῶν προφητῶν ἐδείξαμεν αὐτάρκως, et init. præf. in Os. Hoc ex priore l. sequi, cum Theodorus quod universæ S. Scripturæ proprium esse dicat, in Psalmorum et prophetarum interpretatione a se expositum testetur. Sed Theodorus cum juvenis Psalmos explicaret, accuratius linguæ rationes exposuit, eoque magis quo minus hujusmodi res ab aliis interpretibus illustratas esse videbat. Quare iterum iterumque lectorem uberius in Psalmorum interpretatione disputata inspicere jubet. Quanquam hoc unum istam conclusionem conficit, quod cur de illa temporum enallage præcipue in Psalmorum prophetarumque enarratione ageret ratio erat. Non cautius alter locus allatus. Davidis et prophetarum vaticinia interno quodam vinculo contineri dicit Theodorus, sed de suis in ea commentariis hoc valere ne obscure quidem innuit. De verbis καθ' ἃ πρόσθεν ἔφθην εἰπών supra dictum. Nolim in re tam lubrica quidquam pro certo affirmare, sed Theodorum presbyterum XII prophetas aliquanto post Psalmos (v. quæ de comm. *in Psalmos* supra adnotavi) explanasse statuerim.

Codicum, non editorum bonitate factum est, ut ille commentarius minus corrupte editus sit. Utraque editione comparata facili negotio plerosque errores qui in eum irrepserunt, de medio tollere potes. De nonnullis tantum locis corruptis hic judicium meum qualecunque interponere placet. Os. I, 2, prophetas multa nova fecisse atque inaudita Theodorus dicit, quo hominum curiositatem excitarent sibique docendi occasionem pararent. Ita Oseam scortum in matrimonium duxisse. Ἡ δὲ, inquit ed. de Wegn. p. 10, τοῦ γινομένου καινότης ἀφορμὴν ἐδίδου τῷ προφήτῃ τὰ προσήκοντα λέγειν πρὸς αὐτοὺς, πρὸς τῷ (cod. Vindob., τὸ c. Vatic.) καὶ πολλῇ τῇ παραθέσει μείζονα φαίνεσθαι τὸ τὸν θεὸν αἱρεῖσθαι οὕτως ἀγνωμόνων ἀνδρῶν εἰς ἐπιμέλειαν ἑαυτὸν κατιέναι, εἴ γε καὶ τὸν προφήτην θαυμαστὸν ἦν — εἰς πόρνης ὁμιλίαν χωρεῖν. De Wegn. conj. πρὸς τῷ κ. πολλῷ — μεῖζον ἀναφαίνεσθαι. Leg. — πρὸς τὸ (v. v. c. p. 250) κ. πολλῇ τ. π. μεῖζον ἀναφ., i. e. quo majus multa etiam comparatione appareret. Æque bene ac v. c. p. 230, πολλὴ πολιορκία, p. 242, πολὺς θάνατος, p. 244, π. θρῆνος, p. 652, π. εὐκοσμία, habet πολλὴ παρ. comparatio multis rationibus instituta, idque cur dictum sit sequentia indicio sunt. — Os. VI, 3, pro μεταβαλόντα leg. μεταβαλόντος.—Os. VI, 6, p. 58. pro εὐτελές vereor ne ἔλεον restituendum sit. — Os. XIII, 10, pro καίτοιγε scribe κατὰ τὸ γὰρ, et paulo post pro κρίνει κρινεῖ ac pro ἐπὶ τούτοις ἐπὶ τούτους. Ibid.—ὡς ἂν μὴ ἀντιπράττειν ὑμῖν τὰ κάλλιστα ὑπὲρ ὑμῶν διαπραττομένοις δοκοίην. Sed cod. Vat. — ὑπὲρ ἑαυτῶν διαπραττομένοις. — Hæc bene per ironiam dicta. De Wegn. debebat διαπραττόμενος scribere. — Os. XIII, 15, ἐπειδὴ τοίνυν αἰχμαλ. — Conj. ἐπ. τονῦν αἰχμ. — Joel. II, 2, πάντα καθεστῶτα, malim πάντας καθεστῶτας. — Amos. Proœm., εἴτ' οὖν τοὺς λοιποὺς τοὺς τῆς βασιλείας ἐκείνης —. Pro λοιπούς leg. censeo περιοίκους. — Am. VII, 1-3, μεῖζον (codd. μείζονα) ἱλασμοῦ — τὸ πλῆθος. — Am. VII, 4-6, καθ' ἣν (δίκην) ἅπασι δικάζειν εἴωθε τοῖς ἀνθρώποις (codd. ἀνθρωπίνοις). — Abd. vers. 1, καὶ τὴν διδασκαλίαν τῶν ἐσομένων ὡσπερεί (codd. ὡς περί. Mai. et de Wegn. conj. ὡς

(*a*) Voc. *commentum*, quod in Act. conc. Const. II sæpius legitur Maio judice l. l., librario debetur, qui non intellexerit litteræ compendium cum superposita lineola. Contra Vict. de Wegn. l. l., p. XVI, *commentarium* levi ingenii lusu in *commentum* opprobrii causa mutatum esse opinatur. Male uterque. Commentum serioris temporis vocabulum est, quo v. c. ipse Fac. III, 6. usus est. Pompeius *commentum* artis Donati (ed. Fr. Lindemann. Lips. 1820, 8) scripsit. Exstitit ex illa voce Italorum *il commento*.

(*b*) Cf. Leont. l. c., p. 690, « — et præmeditationem excæcantem in s. Ps. » (cod. Vat., τὴν κατὰ τῶν ἱερῶν Ψαλμῶν τυφλοποιὸν προθεωρίαν), Theod. ap. Fac. III, 6: « — magis negligenter composita sunt plurima (sc. in Ps. a me), et maxime *illa quæ prima sunt.* » Itaque illa loca ex hac προθεωρίᾳ sumpta esse credo.

Digitized by Google

παρά) τινος λαλοῦντος ὑπήκουον —.— Abd. 12-14, Τὸ μὴ (codd. μὲν) ἐπίδῃς ἀντὶ τοῦ ἵνα μὴ ἐφησθῇς λέγει —.— Jon. p. 154, διὰ post τὴν παράδοξον ταύτην ἐργασίαν errore natum delendum. — Jon. 1, 2, fort. leg. — ἢ μὴ μεταβαλομένοις (codd. μεταβαλομένους) —.— Jon. 1, 3, ὡς αὐτοῦ μὴ (codd. τό γε) ἐπιφαίνεσθαι ἐν (ἐν in codd. deest) τοῖς ἐκεῖ τόποις μηδὲ — ἀνεχομένου. — Mich. IV, 13, τὴν ἀπώλειαν λογιεῖ (cod. Vat. λογιῇ, cod. Vindob. ἀναλογιεῖ. De Wegn. legi mavult ἀναλογιεῖς (?)) τῷ Θεῷ —.— Nah. II, 8, — διήλλαττεν (codd. διήλλατον) —.— Nah. III, 15, Ἀλλ' οὐδὲν ἔσται σοι πρὸς σωτηρίαν μηχάνημα τότε, τούναντίον μὲν οὖν ὥσπερ εἴς τινα πηλὸν ἐμπέσῃ τὸ μέγεθος τῶν κακῶν, δίκην ἀχύρων ἐν ποιήσει πλίνθων συμπατουμένων τε καὶ συναναφυρομένων τῷ πηλῷ (codd. ἐμποιήσει πλίνθον συμπατούμενόν τε καὶ συναναφυρόμενον(!) τ. π.) ἐν ἅπασι τοῖς τότε φυρόμενος (codd. φυρομένοις) κακοῖς καὶ αὐτός. H. e. « Verumtamen tum nulla tibi erit salutis machinatio, imo veluti in lutum incides in malorum magnitudinem et palearum instar, quæ cum lateres conficiuntur, conculcantur et luto commiscentur, omnibus illius temporis malis et ipse commisceberis. » — Habac. II, 4, Ὥστε (codd. ὡς) εἰ καί τις ὀκνήσειε —.— Hab. II, 15, τὸν οἶνον καὶ τὸ πίνειν αὐτὸν ἐπὶ τῆς συμφορᾶς (codd. τὰς συμφορὰς) λέγει. — Zach. I, 7, τῶν μὲν ἵππων δηλούντων τὴν ταχύτητα τῆς λειτουργίας, ἀλλὰ δὲ τῶν πυῤῥῶν (c. Vat. ἄλλοι δὲ πυῤῥὸν (?), c. Vind. ἀλλὰ δὲ πυῤῥὸν) τὸν θυμόν, ὃν κατά. — Zach. IX, 9, 10, τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ παρὰ (τ. π. omittunt codd.) τῷ μ. Δ. Sed Joel. III, 16-18, verba αἱ εἰωθυῖαι — δῶρεαί, lectoris cujusdam interpretamentum, in textum male invasisse suspicor.

A

B

C

D

De commentarii indole, laude et vitiis multus est Ang. Maius l. l., Præf., p. XV sq.; ego paucis absolvam. Solet Theodorus ubi, quo tempore propheta vaticinatus sit, quas res prædixerit, et qua ratione ejus effata cum rebus Christianis continerentur dicere, plerumque ipsa prophetæ verba ex LXX interpretatione (*a*) afferre eaque explicare. Cum vero sententiæ verborum enucleandæ maxime esset intentus, missa ἀκριβολογίᾳ de rebus quæ πρὸς τὸ νόημα nihil facerent, v. c. de urbibus ignotis, quæ et ubi fuissent (cf. Am. VI, 9, 10; p. 227, IX, 7, al.), interdum prophetarum quas putabat sententias tantummodo aliis verbis reddidit, sæpius tamen suam interpretationem linguæ et rerum rationibus etiam munire studuit, præcipue vero imagines haud raro recte quidem exposuit. Aliorum interpretum sententias raro attulit, rarius refutavit. Quemadmodum autem permulta, quibus suas explicationes firmavit, fundamento carent, cui recte inniti possis, ita vaga etiam et in Theodori arbitrio sita est ratio, cur effata modo ad res Judæorum Assyrias, modo ad Babylonicas, modo ad Machabaicas retulerit. Ipsi in has illasve prophetæ verba melius quadrare videbantur. Sed quidquid ei videbatur, id in tanta interpretationis licentia ex verbis eruere non arduum erat. Quanquam hoc magis a reliquis V. T. interpretibus Græcis commissum non tam Theodoro quam tempori quo vixit vitio vertendum. Voluit licentiam coercere, sed non potuit, et dum alios jure licentiæ postularet, ipse alia ratione licentiæ vitium incurrit. Sed commentarius doctrinæ Theodori rectius cognoscendæ aliquatenus inservit. Etsi enim prophetas quæ Judæis usque ad tempora Machabaica acciderent portendisse statuit, quodam tamen vinculo prophetarum effata cum rebus Christianis consociavit, cum aliis rationibus, tum eo commotus, quod loca V. T. in N. ad res Christianas referrentur. Atque hujusmodi loca ubi interpretatur, fere uberius exponit quid de V. T. sentiat et quæ horum locorum, quæ primo quidem alias res futuras indicassent, ratio cum rebus Christianis sit, typorum ope explanat. — Clare et perspicue cum scribere vellet, easdem sententias etiam atque etiam repetiit, et periodis usus est quas ægre primo obtutu perspicias. Ita stylus verbosus, salebrosus et obscurus redditus. In periodis autem constituendis verbisque eligendis ea constantia versatus est, quam vix in ullo alio scriptore deprehendas. Cæterum oratio Græca laudabilis.

D. *Commentarii in Jobum, Ecclesiasten et Canticum canticorum.*

Theodori *in Jobum* commentarii (cf. Act. conc. Const. II, IV, 63-67); Leont. l. c., p. 690, « — quæ vane elaboravit -- in librum contra Job, » Ebedi. l. c., p. 31 : « — Job duobus tomis ad Cyrillum Alexandr. » dubito an, exceptis iis quæ in Act. conc. Const. II, l. l. leguntur, multa ætatem tulerint. Memoratur tamen Theodorus in Cat. ineditis inter explicatores; cf. cat. Vatic. vetustior et quædam altera recentior, cod. I Vincentii Pinelli. Cf. Possevini *Apparat.* s. II, p. 269, 270; Cat. cod. XXI bibl. Marc. Venet.; cf. Morell. l. l., I, p. 38; Cat. cod. CXCIV bibl. Coisl.; cf. Montf. *B. Coisl.*, p. 247; Cat. cod. XXVII bibl. Med. Laur.; cf. Bandin. l. l., I, p. 52. Sed catena primo loco posita eadem videtur esse quam A. Maius l. l., I, p. XXII, unum Theodori locum eumdemque ex ejus *in Zachariam* commentario petitum continere perhibet.

Theodori de libro Jobi sententia (v. fragm. in Act. conc. Const. II, l. l. et Leont. l. c., p. 687), quæ sane orthodoxis stomachum movere debebat, huc redit. Jobus a scriptore libri probe discernendus. Ille homo erat barbarus, Edomita genere, et

(*a*) Hanc versionem maximi fecit, Syriacam contra flocci pependit. Illam viros linguæ Hebrææ et Scripturæ peritissimos et pontifici populoque Israelitico probatos confecisse eamque ab apostolis receptam jam in Ecclesia adhiberi (πῶς οὖν οὐκ ἀνόητον νομίζειν, ὅτι οἱ μὲν Ἑβδομήκοντα — διεσφάλλοντο περὶ λέξιν, οἳ καὶ πρὸ πάσης ἑρμηνείας ἤδεσαν πάντως τὸ ἐν τῇ θείᾳ κείμενον γραφῇ — ; p. 252), hanc vero a Syro quodam ignoto profectam esse. Præterea sæpius (p. 263) in θαυμαστοὺς μυθολόγους τῶν Σύρων et Συριακούς τε καὶ γραώδεις μύθους invehitur, cujusmodi verbis haud dubie Ephræmum etiam notavit. Cf. omnino Habac. II, 11; Soph. I, 4-6; III, 1, 2.

Digitized by Google

probus, cujus historia « maxima et clara in ore omnium similiter ferebatur, non solum Israelitici generis, sed et aliorum; quem etiam clariorem Dei testimonium faciebat, quod factum est ad prophetam, » hic gentilium fabulis imbutus erat et humana prudentia. Et hic quidem si vitam Jobi, ut erat, enarrasset, librum composuisset hominum moribus emendandis aptissimum, neque iis qui de Script. S. non ea qua decet reverentia judicant occasionem præbuisset ipsi Jobo conviciandi. Quid enim? Num cadit in virum honestum mira illa exsecratio cap. III consignata? Sed alia etiam finxit, v. c. Jobum filiam Ἀμαλθείας κέρας (XLII, 14) appellasse. Scilicet superbia elatus, ut lectores Græcanicam suam eruditionem cognoscerent, illa addidit. Omnino tragœdi instar librum scripsit, quo cupiditati gloriæ sibi parandæ satisfaceret, « non cogitans quod multa differentia est inter historiam justi secundum divinæ Scr. et simplicitatem et subtilitatem propositam et inter verba superflua et ad probationem conficta. » Quemadmodum enim tragœdi re quidem nituntur, quæ in vulgi ore versatur, quo fabula majorem veritatis speciem referat, sed ut suam tantum artem et sapientiam in componendis tragœdiis probent, personas fingunt easque ea loquentes faciunt, quibus ipsi clariores fiant, ita ut laus aut vituperatio verborum non in personas illas, sed in fabulæ scriptorem conferatur: sic ille etiam cum in historiam B. Jobi incidisset, gloriæ causa librum conscripsit neque commenta fugit. Itaque diabolum cum Deo introduxit certantem (I, 7-12; II, 2-6), sermones, quibus multa peccavit, prout libuit, modo justo tribuit, modo amicis (c. III-31); deinde Elihu arcessivit, qui multis opprobriis Jobum affecit (c. XXXII-XXXVII), neque erubuit divinæ personæ ceti figmentum tribuere (c. XLI) et « nominationem filiæ ex fabulis paganicis arreptam B. Jobo applicare. » (XLII, 14.)

Ex his facile colligas qui hic Theodori commentarius a reliquis diversus fuerit. Neque Christiana in Jobo deprehendit, et scriptorem audacter vituperavit, in hoc unum intentus, ut veram Jobi historiam erueret, quæ hominibus usui esset.

Ecclesiasten uno tomo deprecante Porphyrio interpretatus est, teste Ebediesu l. c., p. 32. Sed cum Canticum canticorum commentario illustrasse pervulgata quidem, minus tamen probabilis est sententia, quæ tantum abest ut iis quæ in Act. conc. Const. II, IV, 68-71, leguntur, quibusque originem suam debet, firmetur, ut reprobetur. Scribit autem A Theodorus ad amicum nescio quem, se, cum antea Canticum canticorum propter ejus indolem legere noluisset, amici litteris provocatum majorem jam in eo posuisse diligentiam, licet initio oscitans frequenter et dormitans illud perlegisset. Jam quid de eo sentiat exponit, sed ita ut ea, quorum pauca tantum media et fortasse etiam extrema intercideriut, neque commentario præmissa neque in eo ipso disputata esse appareat. Præterea ex commentario illa desumpta esse qui ea excerpsit ne verbo quidem innuit, sed hæc sola Leontio l. c. p. 687: « — Cant. C. — — libidinose pro sua et mente et lingua meretricia interpretans, sua supra modum incredibili audacia ex libris S. abscidit; » Pelagio pap. ep. 3, *ad Eliam et Istr. ep.* (Hard. l. c., p. 438): B « Cum Th. Cant. C. vellet exponere et non ad commenta, sed potius ad deliramenta laboraret, per hunc librum Æthiopissæ reginæ blanditum fuisse professus est, quod Theodoretus (cf. prœem. *in* C. C., II. p. 2, 3) reprehendens, nomen quidem ejusdem Theodori supprimit, sed tamen vesaniam patefecit; » et Pachymeræ in paraphr. ep. 9 Dionys. Areop. (Opp. D. A. ed. Balth. Corder., II, Antverp. 1634, fol., p. 169) « — δι' ἃ (φιλήματα) δὴ καὶ ὁ Μοψ. Θεόδ. ἀφρόνως τὸ βιβλίον διέβαλλε· » observata fuisse in aperto est. Canticum cant. autem, quod plane despexit Theodorus, uberius vix explicuerit. Quid igitur? Mea quidem sententia illa in epistola quadam (v. inf.) disseruit. Cæterum de Cantico cant. ita statuit: Cum Salomo, quem propter sapien- C tiam gentiles et Judæi prædicabant et vero etiam timebant, Ægyptiam fugiendam quidem ipso patrio colore deformi, magis vero fugiendam utpote genere Chami ortam, in matrimonium duceret, Judæorum odium sibi contraxit, legum patriarum contemptor. Itaque carmen condidit, quo et uxori gratior esset et vituperatores ad silentium redigeret, atque indicavit se nuptiarum non pœnitere, sed lætari. Sunt autem duo tenenda, unum, carmen non ad impudicitiam adhortari: cur enim Salomo, cui etiamsi non scripsisset potestas impudicitiæ erat, carmen ideo composuisset? alterum, non laudandum esse utpote propheticum, quod si esset, mentio Dei alicubi facta esset. Sicut Plato postea de amore convivium scripsit, ita Salomo propter D nuptias illas hoc canticum convivale cecinit. « Unde nec Judæis nec nobis publica lectio unquam Cantici canticorum facta est, tanquam domesticus et nuptialis Salomonis convivii cantus opprobria sponsæ sonans. »

CAPUT III.

DE THEODORI IN LIBROS N. T. COMMENTARIIS.

Novum Testamentum, cujus oratio et res minus difficultatis exhiberent, multo felicius Theodorus quam Vetus interpretatus est. Sobrietas, qua plura V. T. interpretum commenta ita reprobavit, ut laus ei haud deneganda sit, neque hic defuit, et persæpe sane non ea singulis in locis deprehendit, quæ aliorum interpretum, ut Cyrilli Alex., subtilitas vel etiam argutiæ. Præterea in interpretando eam verborum, locorum et rerum diligentissime rationem habuit, ut interpretationem historicam grammaticam, quæ quidem in illa tempora caderet, iniisse censendus sit. Bene vero more suo singulis verbis

Digitized by Google

etiam atque etiam inhæsit, cum verendum esset, A ne sobrius qui erat N. T. sensus dogmaticos explicatu difficiles minus aperiret. Quanquam eum, inprimis cum Paulinas Epistolas explicaret, in his haud raro peccasse et Chrysostomo inferiorem fuisse existimo. Neque enim eo erat ingenio, quo reconditos D. Pauli motus et sensus assequaris. Verbo ut dicam, Chrysostomus theologicus erat interpres; Theodorus, grammaticus.

Theodorus autem cum non totum N. T. explicaverit, minus accurate Nestoriani in universum ejus expositionem N. T. frequenter legere jubentur; cf. Ass. l. l., III, I, p. 342.

A. *Commentarii in Evangelia.*

Theodorum Evangelia Matthæi, Lucæ et Joannis interpretatum esse certum est. Memorat ejus *Enarrationes turbidas et blasphemas in Evangelium Matth., Joann. et Luc.* Leont. l. c. p. 690; et Ebedjesu l. c. p. 32, refert eum Matthæum uno tomo ad Julium, Luc. et Joannem duobus t. ad Eusebium explicavisse (*a*). Titulus Ὑπομνήματα εἰς —videtur fuisse. Cf Corder. Cat. *in Joan.*, p. 437. (Vict. Ant. in Cat. Possini *in Marc.*, p. 4.)

Fragmenta commentarii *in Matth.* hæc supersunt: duo ap. Fac. III, 4 (de Matth. VIII, 5-13; ejus pars alia versione legitur in Act. c. Const. II, IV, 51, 52 [ex l. quarto *Comment. sec. Matth.*], Vigil. Const. 52, 53): IX, 2 (de Matth. XVI, 3, quo etiam l. Joan. VIII, 19; XIV, 9, 8; XVI, 24, 25; XII, 13, explicantur. Sed videtur ex libro quodam Theodori dogmatico depromptum esse): duo etiam, illo excepto, in Act. c. Const. II, IV (*b*) 55, 56 (*c*). (Vig. C. 56, 57), plura vero in Catena Græc. Patrum *in Matth.* a Petro Possino, S. J., s. litter. Tolos. prof. ed., t. I (Tolosæ 1646, fol.), p. 13 (de Matth. I, 18); 31 (II, 16); 45 (III, 16); 46 (IV, 2); 77 (V, 40); 136 (X, 5); 141 (X, 16); 194 (XIII, 33); 202 (XIV, 1); 322 (XXIV, 29); 330 (XXIV, 48, 49); 338 (XXV, 28); 350 (XXVI, 26); 305 (XXIII, 15. Hoc Θ. Ἀντιοχέως dicitur (*d*), illa Θ. Μοψουεστίας). — Teste Combefisio (*Biblioth. concionat.* I, p. 44, 45) multa Theodori Antiocheni et Mopsuesteni fragmenta in Catena Regia in Matthæum leguntur. Præterea fragm. leguntur in Catenis ined., in codd. XXIII, XXIV, CXCV bibl. Coislin. (cf. Montf. *Bibl. Coislin.*, p. 67, 75, 248); in cod. CXX bibl. Venet. S. Mich. (cf. Mittarell. *Cat. mss. Venet. S. Mich.*, p. 1115); brevissima denique in cod. XXXIII « Evangelia cum uberrima plurimorum Patrum Catena. » Plut. VI, bibl. Med. Laur. Cf. Bandin. l. l., I, p. 159.

Commentarii *in Lucam* unum fragm. in Act. c. Const. II, IV, 18 (de Luc. III, 22; Vig. Const. 19) legitur, alterum in Balth. Corderii Catena *in Lucam* (Antverp. 1628, fol.), p. 326 (ad Luc. XI, 33); sed explicatur haud dubie Marc. IV, 21. Similiter disputat in Cat. Possin. *in Matth.*, p. 63, de Matth. V, 15, Theodorus monachus, qui etiam presbyter dicitur. Qui fuerit, niger an albus homo nescio. Frustra Caveum, Fabricium et alios adii. Conjecterem, nostrum sub hoc nomine latere, cui opinioni quæ illi in Cat. Possin. p. 35, 214, tribuuntur non repugnarent, nisi monachum illum interpretem in B Catenis ined. sæpius et solum et una cum nostro memorari vidissem (Cf. Montf. l. l. p. 67, 247, 248; 77, 275; Fabr. l. l., p. 359). Sed fragm. continent Catenæ ined. codd. CCI b. Coisl. Cf. Montf. l. l., p. 251, cod. XLII bibl. Vind.; cf. Lambecii *Comment.*, ed. Kollar., III, p. 166.

Quæ Theodori fragmenta Frid. Muenter, vir summus, in libro: *Fragmenta Patrum Græc.*, Fasc. I, Hafn. 1788, 8, p. 72 seq., præmissa brevi de Theodoro dissertatione, primus edidit et illustravit, ea omnia, uno duobusve exceptis, meo quidem judicio ex commentariis in Lucam desumpta sunt.

Muenter cum in quinque illis fragmentis Theodorum Julianum impugnasse animadvertisset, scripsisse eum censuit librum contra Julianum hoc C fortasse titulo: Θ. *M. κατηγορία πρὸς τὰ κατὰ Χριστιανῶν Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου* (cf. l. c., p. 91); quæ conjectura probata Harlesio (cf. Fabric. l. l., p. 359), Schrœckhio l. l., p. 213, A. Maio l. l. I, p. XXI, mihi quidem satis infirma videtur, cum et nemo veterum de istiusmodi libro quidquam prodiderit et quo in libro Theodorus illa disputare potuerit facile doceas. Verba autem primo illorum fragmentorum præmissa docent quidem, Theodorum plura quam quæ excerpta sunt contra Julianum scripsisse, eum integrum librum adversus illum composuisse non docent. Præterea vero manifestum est, ea non titulum libri Theodorei continere, sed ejus esse, qui illa excerpsit. Illud etiam Muenteri D conjecturam aliquatenus infringit, quod illa fragm. in Catena exhibita sunt atque in iis ipsis istiusmodi

(*a*) In synodo Diamperina 1599, act. III, decr. 14, damnata est expositio Evangeliorum, eamque Theodori fuisse, cujus expositio Evangeliorum Syriaca in Oriente admodum in usu esset, satis probabiliter dixit La Croze *Hist. du Christian. des Indes*, I, p. 362; *Thes. epist.* Lacroz., III, p. 30.

(*b*) Præterea in iisdem act. duo fragm., *ex interpretatione Ev. sec. Matth.* afferuntur: 26 (de Matth. IV, 11; Vig. C. 27); 40 (de Matth. III, 17; Vig. C. 40), quorum illud ex l. I *De incarn.*, hoc ex libro *Ad baptiz.* sumptum esse verisimillimum. Omnino illa citandi ratione nihil incertius.

(*c*) Hoc fragm. dicitur *Ejusdem ex libro quod Deus peccatum docuit et mortem introduxit.* Jam Tillemont. l. l., p. 674, cujus verbis Mai l. c., l. p. XXVII, et de Wegn. l. c., p. XVII. male usi sunt, recte perspexit, illud fr. ex comment. *in Matth.* sumptum esse. Verba « quod — introduxit » non titulum libri (de Wegn. l. c., Sieffert l. l., p. 27), sed sententiam continent, quæ in ipso fragm. inest. Cf. N. 14, 15, 16, al. Potest illud fr. ex comm. *in Genes.* desumptum esse, quod Sieffert. l. c. opinione sua nisus nimis fidenter dixit, sed multo est verisimilius v. « ej. ex libro » verbis τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν exstitisse, quam quod nonnulla excidisse, opineris.

(*d*) Fabric. l. l., p. 358: « — in qua (Cat. Possiniana) etiam Theodorus Antiochenus epistola ad Anastasium consulem citatur ad Matth. XV. 28. » Ego vero hunc l. frustra quæsivi. Postea ex Combefisio (*Bibl. concionat.* I, p. 44) intellexi Fabricium Catenam Possinianam cum Regia confudisse.

Digitized by Google

libri nullum indicium est. Quid multa? Theodorus illa in commentario *in Lucam* disseruit. Sunt enim omnia propter loca quædam Lucæ disputata (nam ut etiam quæ primo fragmento continentur disputaret, Theodorum l. Luc. II, 32, provocatum esse facilius credas quam quod eo ipso qui ea excerpsit commotus sit, ut ex istiusmodi Theodori libro illud fragm. Catenæ insereret), et ut in hoc commentario Theodorus commenta Juliani, qui præ cæteris Evangelia adortus erat, refelleret, res ipsa monebat. Cæterum, mea quidem sententia, neque uno tenore nec multis locis, sed duobus tantum tribusve contra Julianum uberius disseruit. Cf. titul. illor. fragm. et comment. *in XII proph.* Obiter moneo, quædam Juliani epistolæ, in qua in Diodorum sæviit, ap. Fac. IV, 2, legi.

Præterea Muenter duo Theodori fragmenta ex cod. Vindob. LXXI, Catenam in Lucam exhibente, desumpta l. c., p. 138 sq. edidit, quorum posterius sine dubio ex Theodori *in Joannem* commentariis depromptum est, fortasse etiam prius (vide infra).

Plura fragmenta commentarii Theodori *in Joannem* ætatem tulerunt, quorum quinque in Act. conc. Const. II, IV, leguntur: 13-15 (*ex interpr. Ev. sec. Joan. libro sexto* [al. *septimo*]. Vigil. Const. 14-16, de Joan. XX, 17, 22, 28); 33, 34 (— *de libro primo*, Vigil. C. 33, 34; Corder. Cat. *in Joan.* p. 61, de Joan. I, 50); hæc vero in Catena Patrum Gr. *in Joan.* a Balth. Corderio edita: in proœmio longum est Mopsuesteni fragm. (in Cat. cod. XXVII bibl. Marc. Venet., a Corderiana diversa, sine auctore positum; cf. Morell. l. l., p. 49), quo nota illa Patrum opinio, cur Joannes Ev. suum scripserit, exponitur, p. 17 (idem p. 16, de Joan. I, 3. De eodem loco aliud fragm. ex Vaticana Ev. Cat. transcripsit Ang. Mai. ad Phot. *Amphiloch.* l. c. 33, l. l., I, p. 225), 18, 19, 21 (I, 4, 6); 23 (Latine paulo uberius ap. Fac. IX, 3, de Joan. I, 10); 27, 31 (I, 13, 14); 49 (I, 32-34). Idem haud dubie est, quod Muenter l. c., p. 142 sq., ex cod. Vindob. LXXI et Ang. Maius l. l., VI, p. XXII, ex Vaticana in Luc. Cat. ined. Nicephori exhibuerunt, quanquam alterum altero in nonnullis uberius est. In diversis autem catenis quædam inverso ordine leguntur. Catenarum enim auctores ea quæ excerpserunt interdum non solum in compendium redegerunt, verum etiam inverso ordine exhibuerunt, ideoque aliam verborum structuram inierunt. Cf. Theodoret. in Corder. Cat. *in Ps.* II, p. 438, ad ps. LXX, 1; p. 449 (LXX, 18); p. 537 (LXXIII, 15); p. 550 (LXXIV, 1); 568 (LXXV, 3); 571 (LXXV, 6, 7); 595 (LXXVI, 11-13), al. Illud vero fragm. ex commentario in Joan. sumptum esse ex eo intelligitur, quod in Corder. Cat. *in Joan.* multo accuratius legitur et verborum complexio genuina est. Præterea in l. Joan. I, 32-34 optime quadrat.; 56, 60 (I, 41, 46); 75 (II, 14-19); 88, 102 (III, 5, 21); 121, 122 (IV, 9, 10 sq.); 142, 148, 164, 168 (V, 2, 17, 35, 43); 171, 172, 174, 176, 181, 183, 186 (VI, 3, 5, 6, 9, 12, 29, 33, 39); 209 (VII, 19); 228, 229, 237 (VIII, 21, 23, 42); 248, 254, 258, 260 (IX, 3, 17, 27, 41); 263, 269, 271 (X, 1 sq.; XVII, 22); 277, 278, 279, 281, 284, 286 (XI, 2, 3, 6, 15, 21 sq., 28); 288, 289 (XI, 34, 35. Minus recte v. Neander l. l. II, p. 935, dubitavit, an prius fragm. genuinum esset. Hoc enim l. Theodorus ideo Christo inscitiam tribuere non potuit, quod Christus, qui ante Lazarum mortuum esse dixerat v. 11, tum quidem suam præscientiam comprobaverat); 300 (XI, 56); 304 309, 319, 320 (XII, 9-11, 23, 24, 35, 36); 334, 336, 342, 343, 348, 349 (XIII, 10, 13, 23-27, 33, 34); 353, 358, 359, 360, 366, 369 (XIV, 1, 9, 10, 15, 16, 20); 379, 381, 388 (XV, 4, 8, 26); 392, 401, 403 (XVI, 8, 26, 30); 428 (XVIII, 30); 437 (XIX, 17); 454, 455 (XX, 14) (*a*). Præterea fragm. sunt in Catenis ined. codd. XX, XXIII, CXCV bibl. Coisl. Cf. Montf. *Bibl. Coislin.* p. 65, 68, 248; cod. XXVII biblioth. Marc. Venet. Cf. Morell. l. l., I, p. 49; cod. XXXIII, plut. VI, biblioth. Med. Laur. Cf Bandin. l. l., I, p. 161.

Theodorum Evangelium Marci singulari commentario persecutum esse cum per se minus probabile sit, tum veterum silentio reprobatur. Nec negligendus Victor Antioch., qui se frustra commentarios *in Marcum* inquisivisse asserit. Cf. Catena Græc. Patr. in ev. sec. Marc., collectore et interpr. Petro Possino (Romæ 1673 fol.), p. 4. Idem refert l. c., p. 279, Theodorum l. Marc. XIII, 5-8, Luc. XXI, 10, 11, Matth. XXIV, 7, de συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος intellexisse (recte; cf. fragm. Theodori in Lucam quod incipit *Τοιαῦτα πολλάκις*, infra), unde intelligitur, quod per se satis verisimile est, Theodorum in hoc illove Evangelio interpretando haud raro reliquorum rationem habuisse. Itaque non mirum, quod catena Possiniana duo fragm. continet, p. 62, 91, quibus Theodorus l. Marc. III, 4, IV, 26-29, illustravit, nec Theodori verbis in Cat. Cord. *in Joan.*, p. 437, offenderis — καθὰ εἴρηται ἐν τοῖς εἰς τοὺς ἄλλους εὐαγγελιστὰς ὑπομνήμασιν. Nimirum quæ de Marci Evangelio disserenda erant, apte in reliquorum Evangeliorum commentariis disputavit.

Assemanus l. l., III, I, p. 323, ex Salomonis ep. Bassoræ libro, qui est *De fine pœnarum dæmonum et peccatorum*, Syriacum Theodori fragm. transcripsit, quod cum nonnisi verbis *Theodori comment. in Evangel.* citetur, ad cujusnam Evangelii interpretationem pertinuerit ægre dicas.

B. *Commentarii in Acta apostolorum et Epistolas N. T.*

Commentarii *in Acta apostolorum*, quem Theo-

(*a*) Theodoro in Corderii Cat. *in Joan. ev.*, Joan. c. XXI, vers. 24, 25, spurios dici errore perhibuit Credner l. l., I, p. 235. Omnino illam sententiam in Theodoro me nusquam legere memini.

Digitized by Google

dorus, Ebediesu teste l. c., p. 32, ad Basilium (*a*) scripsit, unum fragm. in Act. concilii Const. II, IV, 16 (— *libro primo*. Vigil. Const. 17; Pelagii pap. ep. 3, *ad Eliam*, l. c., p. 429, 430), de Act. II, 38, invenitur. Meminit hujus commentarii et expositionis quarumdam Epp. Pauli Abulbarcat. *De div. offic.*, c. 7. Cf. Assem. l. l., p. 30.

Omnes Pauli Epistolas et Epistolam ad Hebræos a Theodoro explicatas esse (Ep. ad Rom. ad Eusebium, duas ad Cor. rogatu Theodori, Epp. ad Gal., Eph., Philipp., Coloss. rog. Eustratii, Epp. ad Thess. rog. Jacobi, Epp. ad Timoth., ad Petrum, Epp. ad Tit. et Philem. rog. Cyrini, Ep. ad Hebr. ad Cyrinum) perhibet Ebediesu l. c., p. 32, 33. Leontius l. c. (Mai. l. l., VI, p. 299) memorat τὴν παρεξήγησιν ejus, ἣν εἰς τὴν πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολὴν πεποίηται καὶ μὴν καὶ εἰς τὴν (?) πρὸς Κορινθίους καὶ Γαλάτας. — Cum Theodoretus in Præf. in Pauli Epp. scriberet : — Αὐθαδείας με τυχὸν καὶ θρασύτητος γράφονται μετὰ τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα, τοὺς τῆς οἰκουμένης φωστῆρας, τῆς ἀποστολικῆς ἑρμηνείας κατατολμῶντα, haud dubie etiam ad Theodorum respexit, sed errore observant Caveus l. l., p. 248, et Assem. l. l., p. 32, auctore Theodoreto omnes Pauli Epistolas a Theodoro fuse explicatas esse. — Fragmenta sunt in Cat. ined. cod. CCIV, et, ut videtur XXVIII, XXX, biblioth. Coisl. Cf. Montf. *Bibl. Coislin.* p. 264, 83, 84. — Euthalius, qui sæc. V medio vixit, quem Patrem verbis, καθ' ἑκάστην συντόμως Ἐπιστολὴν (τοῦ Παύλου) ἐν τοῖς ἑξῆς προτάξομεν τὴν τῶν κεφαλαίων ἔκθεσιν, ἐνὶ τῶν σοφωτάτων τινὶ καὶ φιλοχρίστων Πατέρων ἡμῶν πεπονημένην (Galland. *Bibl.*, X, p. 247) innuerit nescitur. Si recte, ut credo, l. p. 250 illi Patri tribuitur, sequitur tantummodo eum an. 396 textum Epistolarum Paulinarum capitulis distinxisse. Neque enim ex verbis — ἐμαρτύρησεν — Παῦλος — πέμπτῃ ἡμέρᾳ *κατὰ Συρομακεδόνας Πανέμου μηνὸς*, ἥτις λέγοιτο ἂν παρ' Αἰγυπτίοις Ἐπιφὶ ε', παρὰ δὲ Ῥωμαίοις ἡ πρὸ τριῶν Καλανδῶν Ἰουλίων —, ut Millius (*Proleg. in N. T.*, n. 906) certo concluserim, in Syria eum Ægypto vicina vixisse. Sed Millius l. l., n. 906, 907, illo in primis loco nisus, ab Euthalio Mopsuestenum intelligi conjecit, qui et vir doctissimus fuisset et Syrus, et ante an. 396 episcopus et Epistolarum Paulinarum interpres, cujus denique nomen cur omissum esset, ratio probabilis reddi posset. Mihi hæc conjectura, quæ si vera esset nonnulla Theodori in Euthalio reperires, non satis probabilis videtur; non tamen habeo, quo eam plane prosequam.

Commentarii *in Epistolam ad Romanos* fragmentum de I, 2, 3, præbet Fac. III, 6; plura in itinere Italico ex codd. et Catenis Vatic. exscripsit N. C. Kallius (v. Muent. l. l., p. 78), nondum, quantum scio, edita. Fragmenta continet Cat. ined. cod. Vindob. XLVI. Cf. Lambec. l. l., III, p. 175. Alia edidit. Ang. Maius in *Spicilegii Romani* tom. IV, p. 499. Errat autem Fabricius, qui l. l., p. 359, quædam ex commentariis in Ep. ad Rom., in I ad Corinth. et I ad Timoth. a Vigilio afferri perhibet. Cf. Vigil. Const. 35, 42, 43, et Act. conc. Const. II, IV, 35, 42.

Unum fragmentum commentarii *in Ep. ad Hebr.* in Act. conc. Const. II, IV, 32 (Vigil. Const. 32, Pelag. p. ep. 3, *ad Eliam* l. c., p. 430) legitur. Quod ibidem 46 (Vig. CP. 47) *ex interpretatione Ep. ad Hebr.* affertur, ex libro XII *De Incarn.* sumptum est.

Theodorum Epistolas septem catholicas interpretatum esse, Bandini l. l., III, p. 585, est et Ang. Maii l. l., I, p. XXI, opinio, quæ hoc uno, nullo sane nititur argumento, quod in Cat. cod. V, pl. VI, bibl. Laur. Med. inter explicatores illarum Epistolarum memorantur Th. Heracl., *Th. alter*; cf. Band. l. l., I, p. 102. Quid quod Cosmas Indic. l. l., p. 535, — οὔτε εἷς, inquit, αὐτῶν (πάντων τῶν ὑπομνηματισάντων τὰς θείας Γραφὰς) λόγον ἐποιήσατο τῶν Καθολικῶν? Cæterum non dubium quin Theodorus si non omnes Epistolas catholicas, Leontii enim verbis (Gall. *Bibl.* l. c., p. 687), « ob quam causam (sc. quia Jac. V, 11, patientia Jobi celebratur), ut arbitror, ipsam Epistolam Jacobi et alias deinceps aliorum catholicas abrogat et antiquat, » certo niti non licet, quatuor certe ut Ecclesia Antiochena (cf. Montf. Opp. Chrys., VI, p. 308, 309), rejecerit.

(*a*) Hunc Basilium episcopum Raphaneæ fuisse credo, qui synodo Constantinopolitanæ an. 381 subscripsit, eumdemque in Chrysostomi libris *De sacerdotio* commemorari, verisimillimum est. Cf. Montf. Opp. Chrysost., I, p. 361.

Digitized by Google

CAPUT IV.

DE SCRIPTIS THEODORI DOGMATICIS.

Ut libros dogmaticos Theodorus conscriberet, fere nonnisi studio adversarios impugnandi, qui Ecclesiæ perniciem afferre viderentur, adductus est, certe ne unum quidem confecit quo, missis aliorum opinionibus, suam ipsius tantummodo sententiam explicavit et firmavit. Sed de singulis illis libris singulatim dicendum.

A. *De incarnatione libri quindecim.*

Quos de incarnatione (*a*) libros quindecim (cf. Fac. IX, 3; Gennad. *De viris illust.*, c. 12) adversus Apollinaristas et Eunomianos (Arianos) (cf. Gennad. l. l., Fac. X, 1, 9, 3) Theodorus *presbyter* Antiochenus scripsit (*b*), et ampli, ad XV enim millia versuum continuisse dicuntur (cf. Fac. X, 1; Gennad. l. l.), et gravissimi fuerunt. Sed pauca eorum fragmenta interitum fugerunt eaque hæc sunt (*c*) : unum, *e libro primo*, Act. conc. Const. II, IV, 25 (Vig. CP. 26), nisi sequentia etiam, quod credo (26, *De interp. Evangelii libro primo*) huc pertinent, duo *e l. secundo*, ib. 49, 50 (Vig. CP. 50, 51 (*d*)); unum *e l. quinto*, Fac. IX, 3; unum *e l. sexto*, Fac. IX, 3; quatuor *e l. septimo*, Leont. l. c., p. 300-305 (*e*)) (Act. c. C. II, IV, 30); tria *e l. octavo* Leont. l. c., p. 305 (*f*)) (Act. C. C. II, IV, 29 [Vig. CP. 30]; VI, p. 169; Justinian. ep. *adv. eos qui tria cap. propugnant*, Bandin. l. l., I, p. 183); tria *e l. nono*, Fac. IX, 5; Leont. l. c., A p. 305, 306; quatuor *e l. decimo*, Fac. IX, 3, Leont. l. c., p 306 (*g*)) (Act. c. C. II, V, p. 94, 95); unum *e l. undecimo*, Act. c. C. II, VI, p. 168; decem *e l. duodecimo*, Leont. l. c., p. 306-308 (Act. c. C. II, IV, 46 [Vig. CP. 47]; V, p. 95; IV, 47 [Vig. CP. 48]; V, p. 98; IV, 48 [Vig. CP. 49]) (Act. c. C. II, VI, p. 169, Fac. IX, 3); sex *e l. tertio decimo*; Leont l. c., p. 308, 309 (*h*) (Act. c. C. II, IV, 53, Vig CP. 54); Fac. III, 2; tria *e l. quarto decimo*; Leont. l. c., p. 309 (Act. c. C. II, IV, 54; Vig. CP. 55); Act. c. C. II, IV, 17 (Vig. CP. 18); quatuor *e l. quinto decimo*, Act. c. C. II, V, p. 96, 97 (IV, 43, — *ex l. duodecimo*. Male; vide Leont. l. c., p. 309); IV, 27 (Vig. CP. 28, Leont. l. c.); Fac. IX, 3 (*i*). Restat unum, quod sciam, fragm. in Act. B conc. Lateran. an. 649, Hard. l. l., p. 896, ἐκ τοῦ Περὶ ἐνανθρ. servatum, sed ex quo libro desumptum sit vix dicas. Quanquam, nisi mea me conjectura fallit, nonnulla etiam librorum *tertii* et *quarti* fragmenta ætatem tulerunt; nimirum quæ librorum III et IV Theodori *Adversus Apollinarium* afferuntur (v. inf.), ea ad l. III et IV *De incarnat.* pertinuisse credo. Quippe ex solis l. III et IV *De incarnat.* nullus locus exhibetur, idque ideo potissimum justam mirationem facit, quod ex solis l. III et IV *Contra Apollinarium* quædam afferuntur. Deinde vero ex libro *De Apollinario et ejus hæresi* (Fac. X, 1), diverso utique ab illis libris *Contra* igitur l. in his Leontii lectorem adlego. Nonnulla C etiam eorum fragmentorum quæ Act. C. C. II continent, in Pelag. II papæ ep. 3, *ad Eliam*, l. c., p. 428, 429, leguntur.

(*a*) Titulum *Περὶ ἐναν θρωπήσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λόγ. ιε'*, fuisse credo (cf. Fac. IX, 3, *De inhumanatione Filii Dei*), non, ut Fabric. l. l., p. 353, putat, II. ἐν. τοῦ Μονογενοῦς. Nostræ sententiæ nec Leontius, qui per contemptum Theodori *κατὰ ἐν. τ. Κυρίου ἡμῶν Ἰ. Χ. λόγ.* (cf. Ang. Mai. l. l., VI, p. 300, citat; cf. infra *Κατὰ Βασιλείου*, et Cyrill. Alex. Opp. ed. Aubert. V, II, ep. p. 198), nec Gennad. l. l., *De incarn. Domini* officiunt. Ebedi. l. l., p. 33, unum tantum *De incarnatione* memorat. Cæterum futilis et a Tillemontio l. l., p. 446, et Fabricio l. l., p. 353, jam satis reprobata Garnerii est opinio, qua a libris *De incarnat.* non diversum est opus Theodori, quod a Facundo III, 2, *Codicis mystici* nomine laudatur. Nam et Facundus hæc duo opera manifesto discriminat et mysticum a Theodoro *sene* scriptum esse testatur Hesych. (cf. Act. C. Const. II, V, l. c., p. 104), ut qui tum illud opus mysticum dici potuerit sileam.

(*b*) Gennadius qui hos solos Theodori libros commemorat, « Th., inquit, *Antiochenæ Ecclesiæ presbyter*, vir scientia cautus et lingua disertus scripsit. » — Vana est Miræi et J. Bened. Carpzovii (Th. Raithu libell. *De incarn.* Gr. et Lat. Helmst. 1779 IV, p. 8) opinio a Gennadio Th. Raithuensem intelligi. Sed jure illud ex Genn. verbis effici ipsius Theodori verba in principio operis de Apollinario et ejus hæresi « Ante XXX enim jam hos annos *De inc. Dom.* codicem conscripsimus » argumento esse possunt.

(*c*) Ea quæ Leont. *C. Nest. et Eutych.*, l. III, de his Theodori libris excerpsit Ang. Mai. l. l., VI, p. 300 sq., separatim primus Græce edidit. Ad hunc

(*d*) Hæc duo fragm. junctim in uberiori leguntur, quod ex Theodori oratione Antiochiæ habita sumptum esse dicitur. Cf. Act. C. C. II, V, p. 99 (v. s. p. 14, n. 2).

(*e*) P. 302, num. 1 med. leg. : ὁ γὰρ τὴν ἐνοίκησιν ἐργάζεται τοῦ Θεοῦ καὶ ὁ τῷ (*leg.* τὸν) λόγῳ τῆς οὐσίας (*ratione habita essentiæ*) ἁπανταχοῦ παρόντα τισὶ καὶ σφόδρα εὐαριθμήτοις ἐκ τῶν ἁπάντων ἐνοικοῦντα γνωρίζει, εὐδοκίᾳ λέγω, τοῦτο πάντως καὶ τὸν τῆς ἐνοικήσεως τρόπον χαρακτηρίζει.

(*f*) Num. 6 leg. : — Πανταχόθεν ἄρα δῆλον, ὡς — — ἁφαρμόζον, ἑκάστης τῶν φύσεων ἀδιαλύτως ἐφ' ἑαυτῆς μεινάσης.

(*g*) Num. 12 leg. : — ἀλλ' ὅτι μὲν οὐ περὶ παντὸς ἀνθρώπου εἴρηται —.

(*h*) Errore in Maii ed. ἐκ τοῦ ιβ' λ. pro ἐκ τ. ιγ' D λ. legitur. Cæterum cognoscitur ex primo fragm., Theodorum in nobilissimo loco I Timoth. III, 16, ὃς, non ὃ aut Θεός legisse.

(*i*) Ex iis quæ Cyrillus Al. in libro deperdito, quo Diodori et Theodori doctrinam de incarnatione refutavit, exhibuit, quædam Theodori in Act. C. C. II, IV et V afferuntur. Nec sunt tamen omnia, quæ dicuntur, Theodorea, sed nonnulla Diodori, qui error non debet offensioni esse (v. s.). Noli vero illa hanc ob rem dubiæ fidei habere. Nimirum Theodorea, quæ maximam partem ex ejus libris *De incarn.* sumpta sunt, aliorum testimonio satis perspicua

Digitized by Google

Apollinarium (Fac. III, 2), apparet, Theodorum post libros *De incarnatione* intra XXX annos usque dum de Apollinario ejusque hæresi scriberet, nullos libros adversus Apollinarium edidisse. Quid vero? Num statui potest, eum postea illis libris Apollinarium impugnasse? Nec rectius contendas, eum primum contra Apollinarium, tum de incarnatione scripsisse. Facund. quidem III, 2, — *in opere quod contra Apollinarem edidit;* — IX, 4, *quarto adv. Apollin. l.;* et Leont. (Mai. l. l., VI, p. 310, 311) ἐκ τοῦ λ. τῶν κατὰ Ἀπολιναρίου αὐτῷ γραφέντων, ἐκ τ. λ. τῶν κατὰ Ἀπ., manifesto hos libros a libris *De incarn.* discernere videntur; sed cum ipse Leontius l. c., p. 299, se nonnisi libris *De incarn.* usum esse narret (ἐπειδὴ δὲ μόλις καὶ μετὰ πολλοῦ κόπου ἐπινοιῶν τε μυρίων τὴν *Κατὰ* B τῆς ἐναρθρωπήσεως βίβλον εὑρεῖν δεδυνήμεθα, σφόδρα γὰρ παραπεφυλαγμένως τὰ αὐτοῦ τοῖς ἀμυήτοις ἐκδιδόναι θαῤῥοῦσι, τούτου ἕνεκεν τὰ *Κατὰ* τῆς ἐναρθρ. τοῦ Σωτῆρος αὐτῷ εἰρημένα μόνα ἐν τῷ παρόντι συλλέξασθαι δεδυνήμεθα), ut aliter statuam illorum auctoritate non moveor. Multa vero fingas, quæ errorem eorum parere potuerunt. Sic fieri potuit ut Theodori asseclæ, cautione vel aliis de causis adducti, duos illos libros adversus Apollinarium (potissimum? solum?) scriptos separatim divulgarent. Fragmenta ipsa hæc sunt: tredecim *e l. tertio* Act. C. C. II, IV, 1 (*ex III libro c. — Apollinarium;* Vig. CP. 1; Justiniani ep., Bandin. l. l., I, p. 174, 175, Leont. l. l., p. 310); 2-7, 9 C (Vig. CP. 2-7, 9); 10 (Vig. CP. 10; Leont. l. c.; Justiniani ep., Band. l. l., I, p. 171); 11, 12 (Vig. CP. 11, 12); Fac. III, 2; Justiniani ep., Band., I, p. 175; sex *e. l. quarto*, Fac. IX, 4; Leont. l. c., p. 309 (Justiniani ep., Band., I, p. 170); Act. C. C. II, IV, 8 (Vig. CP. 8; Leont. l. c., p. 310; Justiniani ep., Band., I, p. 172); Leont. l. c., p. 311 (Justiniani ep., Band., I, p. 177; alterum dicitur ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ η' ψ. sumptum esse; Act. C. C. II, IV, 19 [Vig. CP. 20], *De interpret. octavi ps.;* sed cave Theodori *in Psalmos* commentarios intelligas), Justiniani ep., Band., I, p. 182.

Quam viam Theodorus in singulis libris ingressus sit dici non potest. Fragmenta enim cum ejus aut impugnandi aut defendendi causa exhibita sint, D in una fere eademque re versantur et nihil nisi brevissimi Theodoreæ disputationis panni sunt. Quanquam verbosus Theodorus hic rei argumento adductus quid eadem iterum iterumque repetendo posset videtur expertus esse. Ipse narrat (Fac. X, 1) se « Arii et Eunomii de incarnatione delicta nec non etiam Apollinarii vanam præsumptionem per totum opus *De incarnatione* examinasse, ut nihil, sicut sua ferret opinio, præteriisset ex his quæ et ad firmitatem ecclesiasticæ orthodoxiæ pertinerent et ad convincendam eorum impietatem. » Gennadio autem teste, l. l., in libris *De incarn.* « ratione purissima et testimoniis Scripturarum » ostendit, Jesum Christum « plenitudinem et deitatis et humanitatis habuisse, » et docuit « hominem duabus tantum substantiis, i. e. anima et corpore, constare, sensumque et spiritum officia esse animæ ingenita. » Idem addit, eum « quartum decimum librum proprie de increata et sola incorporea dominaque omnium S. Trinitatis natura de creaturarum ratione disserentem pro sensu cum auctoritate S. Scripturarum explicuisse, quinto decimo vero volumine totum operis sui corpus citatis etiam Patrum traditionibus confirmasse et communivisse. » Ex his quam disputandi rationem in universum secutus sit perspicitur. Ita vero meo judicio rem instituit, ut suam ipsius sententiam accuratius explicaret, defenderet, firmaret, adversariorum autem decreta non certo quodam ordine, sed hic illic de industria adoriretur. In ultimo libro suam doctrinam Patrum testimoniis firmavit et re ipsa commotus et ideo quod adversarii suæ sententiæ Patrum commendationem adjunxerant (*a*). Existimo autem, eum Apollinarii doctrinæ, quæ in tanto præsertim auctoris lumine periculosior videretur, magis quam Eunomii rationem habuisse. Refellit tamen etiam Eunomium idque qui factum sit conjiciendo licet assequi, probabilius tamen, qui Apollinarium impugnaverit disputes. Apollinarius vero, vir litteris Græcis quam maxime imbutus, affirmavit quidem Christo, Deo et homini, personæ unitatem tribuendam esse, sed quam rationem ut mysterium animo perciperent in Ecclesia tum inierant improbavit. Ex duobus perfectis (τελείοις) unum effici non posse, h. e. duas personas unam fieri non posse cum sibi persuasisset, ecclesiastica formula ideo ei displicuit, quod ea duce Christo nonnisi Verbo unitas competeret duplicemque Christum et duos filios esse statuendum esset. Itaque orthodoxis ἀνθρωπολατρῶν (Athanas. *De incarn.* sub fin., Gregor. Naz. or. 51, 1, p. 742 ed. Clemencet., hominicolarum, Fac. IX, 3,) nomen non denegandum censuit. Ipse autem ut conjunctione utriusque Christi naturæ unitatem personæ Christo vindicaret, idque intellectui humano aptaret, duce philosophia Platonica, quam imbiberat, fortasse veterum etiam Patrum exemplum intuitus,

genuina probantur (v. s. et inf.), quod idem de Diodori illis, quæ quidem ex ejus libro *Contra Synusiastas* vel Apollinaristas deprompta sunt, valet. Sunt autem hæc Diodorea: Act. C. C. II, IV, 44; V, p. 93 (cf. Leont. Galland. *Bibl.* l. c., p. 696); IV, 45; V, p. 92 (cf. Leont. l. c., p. 697); V, p. 92 (cf. Leont. l. c.). Jam duo restant, quorum alterum eo Diodori esse evincitur, quod ex libro *Contra Synus.* vel Apollin. sumptum dicitur (cf. Act. C. C. II, IV, 28; V, p. 93), alterum eo quod in mediis Diodoreis collocatum est. Cæterum librum illum Cyrilli esse temere negavit Fac. III, 6, 3, v. v. c. Liberati *Brev.*, c. 10.

(*a*) Cf. Eunom. *Apol.* Opp. Basil. M. ed. Garn., I, p. 622; Basil. *adv. Eun.*, I, l. l., I, p. 211, 212. Majori jure Apollinarius Patrum auctoritatem in auxilium vocare poterat. Origenes enim primus Christo humanum νοῦν etiam atque etiam vindicavit, atque hæc doctrina, quæ non poterat non placere, illo potissimum duce in Ecclesia recepta est.

Digitized by Google

facile in eam sententiam ductus est, ut cum homo tribus partibus constaret, humanam Christi naturam duabus tantum constitisse (τῷ σώματι et τῇ ψυχῇ ἀλόγῳ), divinam vero locum τοῦ νοῦ, τῆς ψυχῆς λογικῆς occupasse crederet, ita ut ὁ κυριακὸς ἄνθρωπος unam personam effecisset. Hanc doctrinam non quidem ex Scriptura sacra haustam, quæ tamen in nonnullis Scr. S. locis (Joan. I, 14, I Cor. XV, 47, al.) clare inesse videretur, facili negotio cum Scr. S. conciliavit, cum præsertim quæ aut divinæ aut humanæ Christi naturæ competerent, de toto Christo prædicare soleret. Sed hinc factum est, ut adversarii Apollinario, quem non intellexissent, plures opiniones tribuerent quæ ab eo alienæ erant (*a*). Quanquam eum, ut Theodoretus *Fab. hær.* IV, 8; *Il. e.* V, 3, refert (cf. Greg. Naz. *epp. ad Cledon.* I. II), περὶ τῆς θείας φύσεως κιβδήλοις χρησάμενον λόγοις βαθμούς τινας ἀξιωμάτων γεννῆσαι, atque ita vulgarem veterum sententiam, qua Christus et Spir. S. Deo Patre inferiores habebantur, revocasse cur neges non video. Sed protulerint adversarii (Theodoret. *Fab. hær.* IV, 8,) asperiore, quam quo Apollinarius voluit, sensu illam sententiam.

Inter eos qui tum Apollinarium refutarunt, Theodorus quodammodo eminuit, cujus ut indoles et doctrina, ita etiam impugnandi ratio ab illis diversa erat (*b*). Vereor autem ne hæc pugna ei fatalis exstiterit. Nam cum Apollinarius Christi naturas summa necessitudine connexuisset, imo confudisset, Theodorus quo indole sua ducebatur, majori etiam rationis perspicuitate eas ita diremit, ut hæreticum errorem non effugeret. Omnino vero summa erat utriusque viri diversitas. Inferior erat Theodorus eruditione animique perspicacitate, doctus tamen et ingeniosus. Apollinarius pro ingenio suo acuta ac poetica Platonis regula formatus, Theodorus natura sua ad Aristotelis sobrietatem feretur. Ille optimus Platonicus, hic non satis acutus Aristotelicus. Ille minus præjudicati attulit, hic facile auctoritati cessit. Theodorus vero recte evincere studuit, hominem duabus tantum partibus (substantiis) constare. Hoc enim probato Apollinarii doctrina nulla erat. Sed an in hac lubrica disquisitione satis feliciter versatus sit dubitare licet. Præterea arctissimæ illi naturarum Christi connexioni vel potius conversioni, quam Apollinarius somniaret, cum multa adversari tum ipsam naturam divinam multis probavit. Sed eum argumenta ex opere Christi contra Apollinarium repetiisse non credo. Maxime Scr. S. auctoritate nitebatur. Suam doctrinam cum Scr. S. belle convenire, in qua de Servatore dicta modo ad divinam, modo ad humanam ejus naturam, idque maxime pertineant, cum Apollinario totam Scr. S. pugnare. Sed I. Joan. I, 14, nonnisi accurata disputatione de ratione Verbi Dei hominem inhabitantis Apollinario e manibus extorquere potuit.

B. *Libri contra Eunomium.*

Ebediesu l. ., p. 33, 34, Theodori *duos tomos adversus Eunomium* et *unum tomum pro Basilio* memorat, quos amplum illum *contra Eunomium* librum, quem Photius se legisse testatur (*c*) cujusque fragmentum in Fac. IX, 3 (— ab opere *De incarn.* — ad aliud, quod contra Eunomium edidit — ubi decimo libro —) legitur, fuisse, et ideo credo quod Eunomium vix tam multis refutavit, et quia ut a Nestorianis in duo opera divideretur, libri moles et argumentum videtur effecisse. Quanquam hanc sententiam ipsa etiam Photii verba tuentur (*d*). De libri origine et indole hæc accipe.

Eunomius, magnus ille Arianorum antesignanus (*e*), cum *Apologiam* (*f*), quam paulo antequam Cyzici episcopus fieret (360) (*g*), nescio qua re provocatus (*h*) scripserat, a Basilio male refutatam

(*a*) Cæterum veteres non miror, quod Apollinarium Eutychianismi accusarunt. Sobrius Salig (*De Eutychianismo ante Eutych.*, Wolfenb. 1723. p. 97) Apollinaristas Eutychianis proximos habuit. Sed magna doctrinæ eorum est diversitas. Uterque enim eorum dux, a diversis initiis profectus, diversis necessitatibus et rationibus ductus est.

(*b*) Optime Athanasium *dogmatice* Apollinaristas refutasse existimo (v. Mœhler *Athan. d. Gr.*, II, p. 271 sq.). Gregorii, Nazianzenus (v. Ullmann l. l., 401 sq.) et Nyssenus (v. Schrœckh l. l., XIV, p. 58 sq.). pro oratoria sua indole hujusmodi pugnis minus apti, Apollinarii decreta nec ea qua par erat cura investigarunt nec profligarunt. Epiphanius autem hær. LXXVII more suo de Dimoiritis etiam disseruit.

(*c*) Phot. c. 4. — Θ. Ἀντιοχέως ὑπὲρ Βασιλείου κατὰ Εὐνομίου ἐν λόγοις κε'. c. 177. (ed. Andr. Schott. Rothom. 1653, p. 399.) — ὁ καὶ κατ' Εὐνομίου ἐν εἴκοσι καὶ ὀκτὼ λόγοις (κη'. Facilis erat error. Ultra lectio vera sit non dixerim) οὐκ ἀγεννῶς ἀγωνισάμενος καὶ τοῦ Βασιλείου τοῦ θεοπροσίου, μᾶλλον δὲ τῆς ἀληθείας κρατύνων δόξαν. Photium his l. duos diversos libros innuere vana est Assemani l. l., p. 34, opinatio. Leont. l. c. (Ang. Mai., l. l., VI, p. 299.) — τά τε ὑπὲρ Εὐνομίου κατὰ Βασιλείου τοῦ πάνυ, οὕτω γὰρ ἐγὼ καλῶ τὴν πάσης κατηγορίας μεστὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογίαν.

(*d*) Vanissima est Cavei l. c., p. 248, opinio, a libris *contra Eunomium pro Basilio* fortasse non diversos fuisse libros contra Apollinarium. (v. s.)

(*e*) Hujus viri, in multis egregii, res inimicorum potissimum rabie multis nebulis obvolutæ sunt, quæ ut quoad fieri potest tandem aliquando dissipentur optandum. Cum fructu cf. Fabric. l. l., IX, p. 207 sq., qui plurima, quæ huc pertinent, congessit; Basnag. *Thesaur. monum. eccles.*, I, p. 172 sq. (Vogt, *Bibl. hæres.* I, p. 484 sq.); A. Neander l. l., II; C. Rud. G. Klose *Gesch. und Lehre des Eunomius.* Kiel, 1833.

(*f*) Primum edita est a Fabricio l. l., VIII, p. 262, deinde in Op. Basil. ed. Garn., I, p. 618 sq.

(*g*) Basilius *c. Eun.* l. I, (Op. I, p. 209, 210) Eunomio nec Seleuciæ, in quam urbem Ariani vocati non venissent (a. 359), neque Constantinopoli, ubi Ariani superiores fuissent (a. 360) et civitates inter se partiti essent, ipse autem ἄθλον τῆς ἀσεβείας τὴν Κύζικον retulisset, apologia opus fuisse dicit, ut dolo eam confectam esse demonstret. Hinc nisi claudicat Basilii demonstratio, illo tempore *Apologiam* scriptam esse emergit.

(*h*) Doli postulatur a Basilio l. I, p. 209; sed

Digitized by Google

esse vidisset (*a*), adversario eo majori cupiditate obviam ivit, quo magis suis studiis orthodoxi officerent. Sed hoc ipsum suis partibus illatum damnum in causa fuisse credo, ut nova Eunomii *Apologia* (*b*) post Basilii demum mortem (*c*) in lucem prodiret. Tres, qui tum Eunomium oppugnassent, memorat Photius c. 4-7, quorum primus Gregorius Nyssenus, pietate etiam adductus, fratrem *duobus* libris defendit (*d*). Non multo post Theodorum Eunomium etiam tum superstitem impugnasse verisimile est. Photio autem recte puto Theodorus, qui sit ταῖς διανοίαις καὶ τοῖς ἐπιχειρήμασι λίαν πυκνὸς καὶ ταῖς γραφικαῖς ἄριστα πλουτῶν μαρτυρίαις, dicitur κατὰ λέξιν σχεδὸν τῶν Εὐνομίου λόγων τὴν ἀνασκευὴν ποιεῖσθαι, ἀμαθῆ τε λίαν τῶν τε θύραθεν μαθημάτων καὶ πολλῷ μᾶλλον τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσοφίας διὰ πολλῶν ἐπιδεικνύς. Propugnavit pro doctrina ecclesiastica atque ita Ecclesiæ viam tenuit, ut solius Leontii (v. s.) opprobrio occasionem præbuisse videatur. Eum autem Eunomium, quo

A animi perspicacitate, constantia ac philosopha eruditione inferior, superior litteris biblicis et ecclesiasticis erat, omnium optime adortum esse haud temere conjicias, sed sæviit etiam in eum et nescio quæ absurda in eum conjecit (Theodoret. *Fabul. hær.* IV, 3).

C. *De Spiritu sancto libri.*

Duobus tomis *De Spiritu S.* (cf. Ebediesu l. c., p. 33) videtur Theodorus τοὺς Πνευματομάχους impugnasse. Leont. *De sectis* IV (Gall. *Bibl.* l. c., p. 636) : — οἵτινες (Διοδ. κ. Θεοδ.) ἀντηγωνίσαντο πρὸς Ἀρειανοὺς καὶ Μακεδόνιον καὶ Ἀπολινάριον —.

D. *De Apollinario et ejus hæresi liber.*

Si vera sunt quæ de libris illis Theodori adversus Apollinarium supra dixi (col. 58), dubitari B non potest, quin liber qui Facundo X, 1, *De Apollinario et ejus hæresi* (*e*), Ebediesu l. l., p. 35, *De assumente et assumpto* dicitur, unus idemque sit. Nam de assumente et assumpto Theodorus nonnisi contra Apollinarium scribere potuit, neque causa

multis causis, quæ Basilium facile latuerunt, ad apologiam provocari potuit, præsertim cum manifesto etiam ad Semiarianos in ea respexerit.

(*a*) Basilium Ἀνατρεπτικὸν τοῦ ἀπολογητικοῦ τοῦ δυστεβοῦς Εὐνομίου (l. III, l. l., p. 207 sq.) fere anno 368 scripsisse ex his colligas : I. Eunomium in Basilio confutando non minimam vitæ suæ partem insumpsisse narrat Gregor. Nyss. *C. Eun.* I (Opp. Paris, 1638, II, p. 286); καὶ οὐδέν, inquit, ἀπεικὸς, τὸν ἐν τοσαύταις ἐτῶν Ὀλυμπιάσι πονήσαντα πλέον τι τῶν αὐτόθεν ἐπιβαλόντων παρασκευάσασθαι. Hæc sane non ad vivum usque resecanda, sed nisi inepti C iit Greg. Nyss., Eunomius multo post (ferme a. 380) in arenam descendit. II. Basilium autem non statim, sed aliquanto post Eunomii *Apologiam* oppugnasse non solum ex v. Basilii *adv. Eun.* I, l. l., p. 210, ποίας οὖν ἀπολογίας ἔτι καιρὸς ἦν τότε ; intelligitur, sed totus etiam Basilii Ἀνατρεπτικός ita comparatus est, ut cum scriberetur, orthodoxorum partes invaluisse perspicias. At quo tempore Eunomius *Apologiam* composuit regnarunt Ariani. Ita vero fere ad a. 368 ducimur, cui sententiæ III Basilii v. l. l., p. 207, — ἡμεῖς — παντελῶς ἀγύμναστοι τοῦ τοιούτου εἴδους τῶν λόγων ὄντες — belle conveniunt. — Libros quartum et quintum illius Ἀνατρεπτικοῦ non Basilii esse jam ex iis elucet, quæ Garner. l. l. p. LXIII sq. disseruit. Rupp (*Gregor's des B. v. Nyssa Leben und Meinungen.*, Lips. 1834, 8, p. 134): « Ich halte diese beiden letzten Bücher für die kurze Abweisung des Eun., welche der Nyssener auf der Synode zu Constantinopel dem Gregor v. Naz. und Hieronymus (*De viris ill.*, 128) : D — *Greg Nyss. — ante paucos annos mihi et Gregorio Naz. contra Eunomium legit libros*) vorgelesen haben soll, von welcher Photius (c. 6, 7.) zu berichten scheint. (at. Phot. duo eaque ampliora Gregorii scripta memorat. Omnino brevem Nysseni dissertationem Rupp excogitavit) Alle Gründe, welche sie dem Basilius zuzuschreiben verbieten, sprechen für Greg. v. Nyssa, und ich glaube, Schrœckh, der diese Gründe XIII, 58, angiebt (p. 58. sermo est de indole librorum III Basilii, pauca vero quæ Schrœckh. l. l. p. 56, 57, post Garnerium l. c. contra ultimorum libr. authentiam attulit, aliud atque in prioribus esse in iis genus scribendi, improbari voc. γέννημα de Filio Dei usurpatum, Sp. S. Deum vocari, iis Ruppii conjectura nihil probatur), ist nur desshalb nicht auf den Gedanken gekommen, sie dem Nyss. zu vindiciren, weil kein Codex etwas darüber sagt. ! Nihil hac disputatione vidi levius. Est autem Ruppii opinatio his maxime de causis rejicienda : I. Gregorius *duobus* tantum libris Eunomium oppugnavit. (v. inf.) II. A Nysseno alienum est illorum librorum dicendi et disputandi genus. Nolo singula afferre, est enim res manifesta, nisi forte Gregorius Gregorium exuit. Copiosus est, oratoris lenociniis delectatur, at in illo quisquis fuit conclusio excipit conclusionem, ideoque sententiis crebrum, verborum parcum jure eum dicas, sed ea est ejus orationis indoles, quam oratoria Gregorii virtus nunquam suam agnovisset. III. Uterque eamdem doctrinam defendit, sed Gregorius nonnulla hujus viri argumenta ægre adhibuerit. IV. Libri illi magis contra Eunomianos quam contra Eunomium videntur scripti esse. V. Gregorius prologum, epilogum aliaque nonnulla illis libris adjecisset, unde scriptorem agnosceres. Ne multa, ejusmodi est illa conjectura, quæ nemini in mentem venire debebat. Sed quæ Phot. c. 5 de Sophronii defensione Basilii contra Eunomium refert, apprime in hos libros quadrant, ideoque eos particulam illius operis esse haud improbabiliter conjicias. Sophronius autem idem opinor fuit, cujus Hieronym. *De script. eccl.*, c. 134, meminit. Certe quo jure eum Caveus l. l., p. 358, sæculo VI assignaverit non assequor.

(*b*) Ἡ ὑπὲρ τῆς ἀπολογίας ἀπολογία. Cf. Greg. Nyss., l. l., p. 297.

(*c*) Cf. Greg. Nyss. l. l., p. 285.

(*d*) Tribus libris Nyssenum Eunomium impugnasse dixit Rupp l. c., quorum posteriores (λόγ. ἀντιῤῥητικοὶ πρὸς Εὐνόμιον τὸν δυσσεβῆ τβ'. II, p. 284 sq., λόγος ἀντ. π. Ε. τ. δ. τβ' [ita hic liber male notatur] II, p. 724 sq.), paulo post brevem illum priorem (v. s.), quem v. d. ex Hieron. l. allato, credo ut haberet cui Pseudo-Basilianos libros tribueret, extricavit compositi essent. Nugæ. Nam cum liber, qui duodecimus male dicitur, ultimus Nysseni *contra Eunomium* sit, eum nonnisi duos illos libros contra Eunomium scripsisse ex ipsius Nysseni v. concludas l. c., p. 724-726. Hæc cum Photio et Hieronymo belle concinunt. Illi duo libri illi ob oculos erant, huic prior vel ut magis credo prioris pars recitabatur. Patet autem ex Hieron, l. l., partem saltem prioris l. a. 381 absolutam fuisse. Fortasse post demum Gregorius eum absolvit et in lucem edidit. Alterum scripsit, cum Eunomius denuo suam sententiam propugnasset.

(*e*) Male Tillemont. l. l., p. 446 : « C'est sans doute l'ouvrage contre Apollinaire dont on parle assez souvent et dont on cite le IIIe et le IVe livre. »

Digitized by Google

est cur plures eum quam duos libros adversum Apollinarium edidisse statuas. Haud raro autem iisdem libris varii tituli tribuebantur. Fortasse Nestoriani libro, quo de assumente et assumpto accurate edocebantur, illam inscriptionem indere maluerunt, quam titulo Apollinarii memoriam recolere. Unum quod superest fragmentum ex libri principio desumptum exhibet Fac. l. l., ex quo eum triginta annis post libros *De incarn.* scriptum esse cognoscitur. Narrat vero Theodorus, Apollinaristas, quorum nullus scriptis certamen suscipere ausus esset, infirmos athletas imitatos esse et callidos, qui fortiores, contra quos certare non possent, insidiis et machinamentis evertere conarentur. Scripsisse eos inter se procul dubio quædam inepta, quæ nunquam dixisset, v. c. quod oporteat putare et dicere duos filios, quamvis in libris *De incarn.* ubique contrarium plane docuisset, eaque suis scriptis inseruisse, quæ familiaribus aliquando etiam suis demonstrassent, quo se impietatis convincerent. Unum autem ex suis, qui fide dignus ab illis habitus esset, qui ista perlegeret, sibi quæ scripta fuissent renuntiasse. Ex his colligi potest, Theodorum hoc libro accuratissime suam de incarnatione sententiam exposuisse, quo calumniandi occasionem demeret. An jure adversarios pessimæ illius fraudis insimulaverit dubito. Neque enim ipse calumnias, quas putat, perscriptas, legit et fieri potuit, ut adversarii ad illa tantum loca, quorum quidem numerus non exiguus erat, animum advertere juberent, propter quæ Theodorum jure impietatis accusare sibi videbantur, ipsi autem quæ ex iis efficerentur paucis verbis enuntiarent, v. c. quod oporteat duos filios dicere. Quomodocumque autem est, quæ supersunt Theodori fragmenta, idem opprobrium quod Theodorus in Apollinaristas, Facundus in Acephalos conjecit, in illam adversariorum fraudem incidisse nego. Vide supra (col. 24).

E. *De miraculis libri.*

Unicus locus, quo quam suam indolem Servator v. θέλω, καθαρίσθητι Matth. VIII, 3, ostenderit exponitur, ἐκ τῶν εἰς τὰ θαύματα λόγου β', affertur in Act. conc. Later. (a. 649), Hard. l. l., III, p. 896, et a Maximo Opp. II, p. 91. Illi λόγοι autem non orationes (Schrœckh l. l., XV, p. 207, Reden?) erant, sed, ut recte Tillem. l. l., 445, libri *De miraculis Jesu Christi*, nisi, quod valde suspicor, omnino ex catalogo Theodoreorum librorum expungendi sunt. Fortasse eos minus accurata citandi ratio peperit illeque locus ex commentario in *Matth.* sumptus est.

F. *Contra magiam Persicam libri tres.*

Libros tres *Περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς καὶ τίς ἡ τῆς εὐσεβείας διαφορά* ad Mastubium, Armenum (ἐξ Ἀρμενίας ὁρμώμενον), chorepiscopum scriptos, Theodoro Mopsuesteno propter opiniones Nestorianas maxime in libro tertio conspicuas et propter commentum de ἀποκαταστάσει τῶν ἁμαρτωλῶν, cui scriptor faveret (*a*), recte vindicavit Photius, c. 81; cf. Ebediesu l. c., p. 34, *duo t. adversus Magiam*; Leont. l. c., p. 689, — *deliramenta tua contra Magusæos* (*b*); — p. 690, — *quæ contra Magusæos scripsit.* — Photius l. l., ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λόγῳ ἐκτίθεται τὸ μιαρὸν τῶν Περσῶν δόγμα, ὃ Ζασράδης (*c*) εἰσηγήσατο, ἤτοι περὶ τοῦ Ζαρονὰμ (*d*), ὃν ἀρχηγὸν πάντων εἰσάγει, ὃν καὶ τύχην

(*a*) In hac sententia an Theodorus fuerit male dubitat J. Augustin. Dietelmair (*Comment. fanat. de rer. omn. ἀποκαταστάσει hist. antiquior.*, Altorf. 1769, 8, p. 214, 245). Cf. Theod. fragmentum in Evang. Joannis ab Assemano Syriace editum, infra; Leont. l. c., p. 687, al.

(*b*) Voc. *Magusæi*, ex Syriaco ortum serioribusque Græcis adamatum, idem plane notat quod *Magi*. Interdum Persas in universum, Magis deditos significat, cf. v. c. Basil. ep. 258, Opp. III, p. 394. Suid. Μαγεία καὶ ἀστρολογία ἀπὸ Μαγουσαίων ἤρξατο. Οἱ γάρ τοι Πέρσαι Μαγῶν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζονται· καὶ Μαγουσαῖοι οἱ αὐτοί.

(*c*) Intelligendus Zoroastres. Sed illud Ζασράδης nullo pacto ferri potest. Qui enim σ ante ρ exstiterit? Imo aut Ζαράδης (Theodoret. *Græc. aff. cur.* IV, p. 935) legendum, aut, quod magis credo, Ζαράσδης (ita in Kleukeri *Anhang zum Zend-Avesta*, I, p. 190, ex Phot. ed. Genev. 1611), nomen et legitime factum et facile in Ζασράδης corruptum. De variis formis nominis Zoroastræ v. Gesenium V. S. R. (*De inscriptione Phœnicio-Græca.* Hal. 1825, p. 19, 20). Ea autem nominum Zeretoschtro (*Zere aurum, figurate salus, Teschtre stella*, v. Kleuker *Zend-Avesta* III, p. 4) et Ζωροάστρης dissimilitudo est, ut qui hoc ex illo ortum sit non perspiciam. Quid vero si Græci barbarum illud nomen ita mutarunt, ut Græce factum Græca etymologia, hic quidem satis apta (ζωρός, ἀστήρ) niteretur? Nonnihil commendationis huic sententiæ eo accedit, quod veteres Græci satis constanter usurpant nomina Ζωροάστρης, Ζωροάστρις, cum recentiores, qui nomen alia via acceptum nonnisi de barbaro Græcum fecerunt, neutiquam inter se conveniant. Quod Diogene Laert. teste (in Procem.) Dinon et Hermodorus μεθερμηνευόμενον τὸν Ζωροάστρην ἀστροθύτην εἶναι dixerunt, id mera conjectura nititur. Hujusmodi alia veterum v. in Gesenii *Geschichte der hebräischen Sprache und Schrift*, p. 224.

(*d*) Zeruane Akerene (*tempus infinitum*). Male Thom. Hyde *Hist. relig. vet. Pers.*, Oxon., 1700, p. 297, 79, 495, Abrahamum intellexit, quem errorem falsa verborum Photii interpretatio genuit.

(*e*) Zoroastres ipse quidem Zeruanen, tempus nullis finibus circumscriptum, summum principium esse statuit, sed cum illud ejusmodi esset, cujus notio non cogitando, nedum scribendo animo concipi posset, rarissime de eo in *Zend-Avesta* sermo fit. Ita vero hic illic hanc genuinam Zoroastræ sententiam evanuisse merumque dualismum locum occupasse credibile. At aliter se habuit tempore Theodori, ad quem accuratior etiam notitia illius principii pervenit. Etenim fieri non potuit, quin desiderium, quo ductus in eo in primis animus humanus plura per sæcula occupatus erat, ut rationes infiniti et finiti accuratissime enuclearet, ad Persas pertineret eosque præsertim ad summum suum principium animadvertere juberet. Ita ejus notio aliquatenus certe definita et usui communi magis adaptata. Recte quidem Zeruane ἀρχηγὸς πάντων dicitur, sed ne quis illum eum animo informaret cujus notionem Christianorum Deus complecteretur, Theodorus suis ipsius rationibus nixus eum τύχην nominavit. Vos, inquit, constituistis quidem

Digitized by Google

καλεῖ, καὶ ὅτι σπένδων, ἵνα τέχῃ τὸν Ὀρμίσθαν (*a*), ἔτεκεν ἐκεῖνον καὶ τὸν Σατατᾶν (*b*) · καὶ περὶ τῆς αὐτῶν αἱμομιξίας (*c*) καὶ ἁπλῶς τὸ δυσσεβὲς καὶ ὑπέρατσχρον δόγμα κατὰ λέξιν (*d*) ἐκθεὶς, ἀνασκευάζει ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ. Addit Photius, eum in reliquis libris piam doctrinam initio a mundi creatione capto cursim exposuisse. In his vero, mea sententia, ita versatus est, ut postquam de mundi creatione fusius disseruisset, in duo æva a Deo tempora distributa esse diceret ; alterum præparationis vim habuisse, perfectionis alterum ; posterioris ævi initium Christum fuisse, qui pro indole sua docendo, agendo, patiendo hominum necessitatibus ita succurrisset, ut jam via ad salutem pateret : ad hunc enim scopum omnia Deo moderante dirigi ; aliquando autem Christum iterum venturum, quo omnia mala auferret.

Eo vero consilio Theodorum hos libros conscripsisse existimo, ut Christianos edoceret et roboraret, fortasse etiam Zoroastræ asseclis doctrinam Christianam commendaret (*e*). Tum enim multi Zoroastræ sectatores in diversis Asiæ terris degebant, quod v. c. de Cappadocia Basil. ep. 258, III, p. 394, 395 (Strab. xv, 3) testatur, Persici autem Christiani per Magorum inprimis invidiam admodum vexabantur. Cf. Soz. *Hist. eccl.* II, 9 sq. ; Socrat. *Hist. eccl.* 7, 18, sq.; Theodoret. *Hist. eccl.* v, 38 (*f*).

G. *De perfectione regiminis.*

Theodorum tomum *De perfectione regiminis* (verba Syriaca male transtulit Assem. *De perf. operum*) confecisse solus Ebediesu l. l., p. 34, testis est.

H. *Contra defensores peccati originalis libri quinque.*

Qua occasione, quo anno et adversus quos Theodorus quinque libros *De peccato originali* conscripserit, cf. Phot. c. 177 : Θ. Ἀντ. πρὸς τοὺς λέγοντας φύσει καὶ οὐ γνώμῃ πταίειν τοὺς ἀνθρώπους — ἐν λόγ. πέντε, Ebedi. l. c., *duo t. adversus asserentem peccatum in natura situm esse*, Mar. Merc. v. inf. ; ambigitur nec quam rationem inierit a viris d. expositum esse video.

Phot. l. l. : Πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς δύσεως τοῦτο τὸ νόσημα νενοσηκότας γράφει τὸ βιβλίον, ὧν καὶ τῆς αἱρέσεως ἀρχηγὸν λέγει γενέσθαι ἐκεῖθεν μὲν ὁρμώμενον, τοῖς δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπιχωριάζοντα τόποις καὶ συντάττοντα λόγους ὑπὲρ τῆς καινοποιηθείσης αὐτῷ αἱρέσεως, διαπέμπειν τοῖς τὸ πατρῷον ἔδαφος οἰκοῦσιν, ὑφ' ὧν καὶ πολλοὺς ἐκεῖσε πρὸς τὸ οἰκεῖον φρόνημα ἑλκύσαι, ὡς καὶ Ἐκκλησίας ὅλας τοῦ ἀτοπήματος πληρωθῆναι (*g*). Ἀρὰμ δὲ τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν, οὐ γὰρ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, εἴτε ὀνομάζει εἴτε ἐπονομάζει, τοῦτον καὶ πέμπτον Εὐαγγέλιον προσαναπλάσαι λέγει ἐν ταῖς Εὐσεβίου τοῦ Παλαιστίνου βιβλιοθήκαις ὑποπλαττόμενον εὑρεῖν, καὶ ἀπώσασθαι μὲν τῆς θείας καὶ παλαιᾶς Γραφῆς, ἣν οἱ Ο' συνελληλυθότες ἐκδεδώκασι μετάφρασιν καὶ δὴ καὶ τὴν Συμμάχου καὶ Ἀκύλα καὶ τῶν ἄλλων, ἰδίαν δέ τινα καὶ καινὴν ἐπαρθῆναι συντάξαι, μήτε τῆς Ἑβραίων ὥσπερ ἐκεῖνοι ἐκ παιδὸς ἀσκηθέντα, μήτε τὸν τῆς θείας Γραφῆς νοῦν ἐκδιδαχθέντα, Ἑβραίων δέ τισι τῶν χαμαιπετῶν ἑαυτὸν ἐκδεδωκότα ἐκεῖθεν θαῤῥῆσαι ἰδίαν ἔκδοσιν ἀναγράφειν. His verbis Hieronymum notari non est quod pluribus doceam. Permiram Andr. Schotti ad Phot. l. l., Norisii l. l., I, p. 91, Basnagii l. l., p. 14, Tillemontii l. l., p. 448, opinionem, infaustam esse ejus appellationem Ἀράμ ab ἀρά ductam recte explosit Caveus l. l., p. 248, cum manifesto Aramæus dicatur (*h*). De quinto illo Nazaræorum evangelio v. Hieron. *ad Matth.* XII, 13 (ed. Martian.

summum principium, sed quod hanc unam vim habuit, ut inferiora duo principia in lucem ederet. Nihil ei præterea ad illa principia et res creatas. Itaque jure illud τύχην cæcam fortunam dicas, idque magis exinde patet, quod invitum Satanam protulit. (V. σπένδων, ἵνα.— satis ambigua sunt, sed ideo credo, quod res ipsa non certa ac definita notione absolveretur. Præterea nescimus, qua imagine illum Zeruanis partum descripserint. Vulgo σπένδ. vert. : *libationem faciens*, ego vero nonnisi fundendi notionem verbo indiderim, ut emanationis ratio obtinuerit.) At vero Magi ita potius videntur argumentati esse : Ut habeas in quo acquiescas, summo principio opus est, quod per se ejusmodi est, ut id mente non complectaris. Protulit ut quæ videmus exsisterent duo principia inferiora, utraque primo bona, sed alterum præclaram indolem in pravitatem convertit. Ita omnium quæ sunt causa et ratio est. Neque vero cæcam fortunam in omnium fastigio collocamus, sed ea est extremi illius altitudo ut nec quale sit neque ejus rationes ad duo illa principia, ad res creatas nullæ esse possunt, assequatur nisi ineptus.

(*a*) *Ormuzd*, *Ormuz*, *Hormizda*. Theodorus tantum, quod sciam Ὀρμίσθας dixit, sed Hormisdas nomen de hominibus sæpius dictum ex eodem fonte fluxit, Ὡρομάζης Plut. *De Is. et Os.* (*Moral.* ed. Wyttenb., II, p. 513); Ὡρομάσθης Diog. Laert. Prœem.

(*b*) Ahriman. V. Kleuker l. l., p. 5.

(*c*) Hujusmodi opprobria post in Magorum disciplinam cecidisse in magno Patrum consensu (cf. Potter ad Clem. Alex. *Strom.* III, 2, p. 515) male neges cum Hydio l. c., p. 297 ; v. etiam quæ Gesenius *De inscr. Phœnic. Gr.*, p. 17, adnotavit.

(*d*) Concludo ex his, Theodorum quædam scripta, quæ Zoroastræ nomine circumferrentur ob oculos habuisse. Cf. Euseb. *Præp. ev.*, I, 10.

(*e*) Idem Theodoretus iis spectavisse videtur, quæ se contra Magos scripsisse refert. Cf. Theodoret. ep. 113, IV, p. 1191. *in Levit.* ab in., I, p. 176.

(*f*) Tillemontius, qui Theodorum *presbyterum* Magos impugnasse putat l. l., p. 447, levissimo nititur argumento. « Dans le titre, inquit, il (*sc. Photius*) ne qualifie Théodore que prestre (?); ainsi il fit cet ouvrage avant son épiscopat. »

(*g*) Conferenda cum his quæ Marius Merc. l. c., p. 615, de origine Pelagianismi narrat, in quibus illud dubium, an *Rufinus*, *natione Syrus*, Aquileiensis ille intelligendus. Fuse hac de re disputavit Fontanin. in *Hist. lit. Aquil.*, l. v, c. 18, § 4, 415 sq., sed cum hunc l. assequi non potuerim, nolo jam meam sententiam interponere. In utramque partem a Norisio l. l., I, p. 11 sq.. et Garnerio *ad Mar. Merc.*, I, p. 130 sq., *Diss. de primis auctor. et defens. hær. Pelag.*, c. 3, disputatum. Nuperrime Joseph. Honorius Marzuttini in *Diss. de Turanii Rufini presb. Aquil. fide et religione*. Patav. 1835, 8, Rufinum Aquilei. cum Syro male confusum esse contendit. V. *Biblioteca Italiana*, n. CCXL, p. 369 (Mediol. 1835).

(*h*) Thom. Ittigium dissert. scripsisse de Aramo scriptore eccles. anti-pelagiano, obscurissimo

Digitized by Google

IV, p. 47); *Dial. III adv. Pelag.*, init., p. 533; *De scriptor. eccl.*, s. v. *Jacob.* Cf. Schott. *Isag. in libros N. T.*, p. 8 sq.; Credneri *Beiträge zur Einl. in die bibl. Schr.*, I, p. 388 sq. Nova autem Hieronymi bibliorum translatio inimicis ejus satis commodam vituperandi occasionem dedit. V. v. c. Rufin. *invect.* II, Opp. Hier. IV, p. 441. Quos libros de nova hæresi in patriam misisse dicitur Hieronymus, nulli alii esse possunt quam tres *Dialogi adversus Pelagianos* (IV, p. 483 sq.), scripti a. 415. Intelligitur ex illis quæ Photius retulit, Theodorum contra Occidentales in Oriente versantes scripsisse, ac novæ, quam putaret hæresin, auctorem Hieronymum, qui Occidentem etiam viro suo infecisset, habuisse. Photius autem ubi illa perhibuit, hæresis illius doctrinam Theodorum secutus his paucis complexus est: 1) homines φύσει πρότερον ἀγαθοὺς ἐν τῇ φύσει, corrupta jam et mortali facta per Adami peccatum, καὶ οὐκ ἐν τῇ προαιρέσει κεκτῆσθαι τὴν ἁμαρτίαν. 2) Ne recens natos quidem infantes a peccato liberos esse, cum ob Adami peccatum natura ἁμαρτωλή facta ad omnes ejus posteros propagetur. Cf. ps. L, 7, al.. Baptism., cœn. sacr., quod utrumque sacramentum infantibus prœbeatur. 3) Nullum hominem justum esse. Cf. ps. CXLII, 2, al. 4) Ne Christum quidem quatenus naturam peccatricem assumpsisset, peccati immunem esse, quanquam ei alibi σχήματι μόνῳ incarnationem tribuissent. 5) Matrimonium, vel certe coitus cupiditatem et seminis emissionem omniaque hujusmodi, quibus genus nostrum propagetur, corruptæ naturæ esse. Postquam deinde Theodorum optime interdum præcipue legitima Scr. S. interpretatione hæc refutasse, sed in Nestorii et Origenis errores incidisse observavit, de his sententiis Theodoreis disserit: ab initio quidem Adamum mortalem factum esse, sed ut peccatum odissemus Deum simulasse, quasi propter peccatum pœnæ loco mors imposita esset: duplicem esse peccatorum remissionem. Denique Theodori genus dicendi recte descripsit.

At vero Photio non prorsus convenit cum Mario Mercatore, qui « Theodori de secundo codice libr. IV et III contra s. Augustinum defendentem originale peccatum et Adam per transgressionem mortalem factum catholice disserentem, » quatuor fragmenta Latine vertit l. c., p. 702 sq. (leguntur etiam in Noris. l. l., I, p. 93 sq.). Tribus prioribus fragmentis docet Theodorus, biblicis imprimis nitens argumentis, Adamum mortalem creatum nullumque esse peccatum originale; ultimo vero æterna post resurrectionem supplicia esse negat.

In hac Photii et Marii Mercatoris dissensione disputatur a viris doctis, utrum contra Hieronymum an contra Augustinum Theodorus scripserit (cf. Cav. l. l., Basn. l. l., Neander l. l., II, p. 1360, 1361); quid quod Garnerius conjectura Theodorum mendacii vel malæ fraudis, qua libros contra Hieronymum scriptos post immutatos adversus Augustinum edidisset, accusavit? Garnerio aliquanto melius Norisius l. l., I, p. 88 sq.: « Pelagiani cum se ab Hieronymo et Augustino adversariis scriptis vellicari cognovissent, Theodori Mopsuesteni patrocinium implorarunt, ad quem etiam Hieronymi *Dialogos* recens quidem publicatos detulere. Ille scientia tumidus, quo solus sapere videretur, aliorum ingenia despiciens, sua tantum probabat: quare contra tres Hieronymi libros satis justum volumen in quinque libros digestum procudit. » P. 88. Idem v. d. Augustini etiam libros *De peccat. merit. et remiss.*, et ep. 89, *ad Hilarium*, Theodorum impugnasse putat. « Hieronymum enim in fine *Dialogorum* pauca tantum verba pro peccato originali astruendo habere, laudare vero pro ea re operosa Augustini volumina *De pecc. m. et rem.*, in Asiam ad se delata; Theodorum autem cum hæc legisset, haud dubie illa quæsivisse, præsertim cum ex Photii excerptis constet, eum ea impugnasse, quæ apud Augustinum tantum de originis reatu explicata legantur. Profecto Pelagium ejusque discipulos laudata Augustini volumina una cum epistola ad Hilarium, in synodo Diospolitana lecta, ad novum sectæ patronum misisse. » P. 99. Denique illos Theodori libros anno fere 416 conscriptos esse existimat propter Photii verba — λόγους ὑπὲρ τῆς καινοποιηθείσης αὐτῷ αἱρέσεως —, et ideo quia Zosimi litteris encyclicis, an. 418 publicatis, et, Mario Merc. teste, ad Orientales Ecclesias missis ac per totum orbem subscriptionibus SS. Patrum roboratis, Theodorus vix ausus fuisset contra orthodoxam sententiam tam multa scribere. Theodorum Cœlestium contra Hieronymum defendisse verbo monuit Baumgarten-Crusius, *Lehrbuch der christl. Dogmengesch.*, p. 323. Vir plane singularis latius vellem suam sententiam exposuisset.

Ut jam quid mihi videatur dicam, Theodorum paulo post exortam litem Pelagianam libros illos confecisse, sed neque Hieronymi neque Augustini scripta legisse affirmo. Illud Hieronymi memoria indubitatum redditur, hoc vero cum inde pateat, quod Theodorus Latine nescivit, tum eo certum est, quod neque in fragmentis neque in iis quæ de libris illis accepimus hujus rei ullum vestigium est. Quanquam Hieronymus *Dialogis* suis tantummodo negavit, posse hominem si vellet sine peccato esse et facilia esse Dei præcepta. Imo si quam rationem Theodorus in disputando secutus sit, probe memineris, dubitare non licet quin Pelagiani statim post synodum Diospoli mense Decembr. anni 415 habitam quæ litem illam continerent ei per litteras (*a*) significaverint, iis adjectis quæ in illa

pariter ac celeberrimo, quæ in heptade dissertt. appendici dissert. *De hæresiarchis ævi apostolici* subjuncta, p. 466 sq. legatur, auctor mihi est J. Franc. Buddeus *Isag. in theol. univers.*, p. 932.

(*a*) Fieri potuit ut illo tempore ipse Cœlestius Theodorum adiret; nihil tamen affirmo.

Digitized by Google

synodo acta erant (v. acta ex Augustino collecta in Harduin. I. l., I, p. 2009 sq., Fuchs, *Biblioth. der Kirchenvers.*, III, p. 328 sq.), Theodorus autem suum putaverit impia nonnullorum de humana natura decreta scribendo diluere. Hæc sententia, per se probabilis, his maxime nititur argumentis : Pelagium de actis illius synodi excerpsisse, quæ divulgarentur, certum est (cf. August. *De gestis Pelagii*, c. 32) ; eam Theodorus quæstionum tum motarum cognitionem habuit, quam nonnisi ex litteris, quæ breviter eas enarrarent, hauserit : contumeliæ, quibus Hieronymum affecit Theodorus ex hoc solo fonte manaverint. Quod vero pessime sane Hieronymus illius hæresis ἀρχηγός, imo auctor, qui sua labe Occidentales etiam Ecclesias contaminasset, appellatur, ne hoc quidem quale sit obscurum. Pelagiani enim, qui ad Theodorum litteras dederunt et quorum furor tum in Hieronymum in primis conversus erat, res antea in Occidente gestas quam fieri posset maxime oblivioni tradere studebant, ne Occidentis auctoritas Orienti fraudi esset. Cæterum haud importunæ fortasse Theodoro illæ Hieronymi contumeliæ erant, in cujus notitiam non tum primum venerit. Certe ter Hieronymus Antiochiæ morabatur (a. 374, 378, vel 379, 385), et si tum Theodoro innotuit, ejus odium eo quod Paulini partes sequebatur, incurrit. Post vero Origenem temere adortus est.

Quæ si recte disputavimus, Theodorum a. 316, aut saltem a. 317, de peccato originali scripsisse manifestum est (*a*). Aliter vero Tillemont. l. l., p. 449, Garnerium partim secutus : « Il le (ouvrage) fit après les loix de l'an 418 contre les Pelagiens (*rescriptum Honorii, pridie Kal. Maias* 418 *datum*, legitur in August. Opp. X, app., p. 70; Salviani Opp., Bremæ 1688, 4, p. 374 sq.), puisqu'il prétendoit que la crainte de la puissance empeschoit de parler contre ses adversaires ; et ce fut assez vraisemblablement après l'an 421, durant le temps que son diocèse servoit de retraite à Julien et aux autres évesques Pelagiens, et peut-estre à Pelage mesme, qui estoit particulièrement animé contre S. Jérome et pouvoit bien s'y estre retiré, après avoir esté chassé de Jerusalem. Que si la manière dont Photius rapporte qu'il y parloit de S. Jérome nous obligeoit de croire qu'il en parloit comme d'un homme vivant, il faudroit mettre cet ouvrage en 419 ou 420. » Verum Theodori ille locus (Marc. Merc. l. c., p. 703), in quo, ubi *mirabilem peccati originalis assertorem* absurdæ interpretationis Scr. S. dogmatumque perversitatis accusavit, « potentiæ, inquit, metus nullum contra sinebat effari, sed tantummodo taciti, qui div. Scripturarum habebant notitiam, detrahebant, » nihil huc facit. Neque enim legum publicarum potentia intelligenda, sed austeritatis Hieronymi atque auctoritatis, qua in homines grassabatur ; v. etiam statim seqq. : « *Novissime* vero in hanc dogmatis recidit novitatem, qua diceret—. »

At vero nondum de Mario Mercatore diximus. Quanquam hic quidem, cui facili errore Theodorus de peccato originali nonnisi contra Augustinum disputare potuisse videretur, morari nos non potest. Sed memorat tamen Theodorus *sapientissimos defensores peccati originalis* l. c. Potuit de Augustino quædam comperisse ; hoc affirmo, eum in Hieronymum potissimum, utpote hæresis illius ducem, tela sua conjecisse.

Si Theodorus singulis quinque libris quinque illas adversariorum sententias, quas attulit Photius, diluit, rei argumento adductus eadem sæpius repetiit. Summa quæstio, a qua reliqua suspensa erant, in Adamo versabatur, quem mortalem creatum nihil importuni humanæ naturæ importasse docendum erat. Argumentis usus est maxime exegeticis ; titubavit tamen ejus l. Genes. II, 17, interpretatio et eam sententiam procudit, quæ facile multos offenderet. Aptæ erant ab illa quæstione nonnullæ aliæ, v. c. de baptismi vi, in quas fortasse nondum satis accurate inquisierat. Omnino lites Pelagianæ ejus doctrinam amplificarunt. Summa autem diversitas Theodorum inter peccatique originalis assertores intercessit. Ille augustius de natura humana sentire suetus, exegeticis et iis argumentis quæ sobria ratio suppeditasset rem absolvit ; hi pectoris motibus conciti et rebus ecclesiasticis ducti via ac ratione philosopha decreta sua persecuti sunt.

Restat, ut de rationibus dicam quibus Theodorus post cum Pelagianis junctus erat. Plures autem Pelagiani Italia pulsi, aliis locis pressi, a. 422 ad Theodorum, quem sibi favere cognovissent, profecti sunt. Julianum, ep. Eclanensem, « cum sociis et participibus et συνταλαιπώροις suis magno nisu ad eum tanquam ad Christianorum dogmatum prædicatum magistrum tetendisse (*b*) » Marius Merc, l, c., p. 625, testatur, sed Cœlestium etiam (v. v. c. Schroeckh. l. l, XV, p. 92, Baumgarten-Crusius l. l.) et Pelagium (v. Tillem. l. c.) Mopsuestiam se contulisse haud absurde conjicias. Tum vero primum Pelagianos Nestorio innotuisse atque infaustum cum eo commercium iniisse credo. Sed Theodorus usque ad mortem cum iis fecit (*c*), neque unquam, quod sibi Tillemontius l. I, p. 440,

(*a*) Nihil huc pertinet, quod in *Chron. Edess.* hæresis asserentium peccatum naturæ insitum esse, dicitur a. 428 emersisse. Cf. Assem. l. l., I, p. 402. Hoc eo credo nititur, quod illo fere tempore Cœlestius, Julianus aliique Pelagiani se Constantinopolin ad Nestorium contulere.

(*b*) Julianum Mopsuestiæ, ubi octo libros contra Augustinum scripsit, usque ad Theodori mortem versatum esse male opinatus est Norisius l. l., I, p. 219. Cf. Mar. Merc. l. c., p. 625.

(*c*) In universum Pelagii doctrinam haud improbavit. Pelagianorum pater æque male dicitur ac Pelagii asseclam eum appelles. Omnino Nestoriani eum secuti sunt pluribusque Assemanus l. c. probavit, Chaldæos Nestorianos de originis peccato usque adhuc male sentire.

Digitized by Google

persuasit (*a*), Julianum anathematizavit. Nititur v. d. hoc Marii Merc. l., p. 625, « Agnoscat — Julianus ex hac translatione (symboli Theodorei), si legere non fastidierit, manente apud — Theodorum illa qua eum diximus mala fide secum Nestorium decepisse, etiam sibi magis suoque dogmati — esse contrarium, seque etiam post de Cilicia abscessum ab eo in episcoporum provinciæ suæ conventu anathemate esse damnatum. » At vero Julianus ex symboli translatione agnoscere jubetur, sibi Theodorum contrarium esse seque post abitum de Cilicia ab eo in episcoporum provinciæ conventu anathemate esse damnatum. Hinc illa opinio tum demum stare posset, si Julianus in symbolo nomine damnatus esset. Imo Marius Merc. hoc sibi vult : Cilicia ab Juliano relicta episcoporum provinciæ erat conventus, in quo Theodorus symbolum suum legit, quo alia perverse, sed de Adamo catholice docuit. Eos qui aliter sentirent anathemate damnavit atque ita etiam Julianum. Hanc loci illius interpretationem veram esse cum ipsum symbolum, quod plura de Adamo continet quæ Marius Merc. in suam sententiam interpretari poterat, tum ea argumento sunt, quæ Marius Merc. de symbolo disputavit. Perversam ejus de incarnatione doctrinam damnavit, de peccato originis nihil adjecit. Adde quod aliter si statuis difficultatibus implicaris, ex quibus te ægre expedias. Illum vero episcoporum conventum propter lites Pelagianas actum esse minus probabile. Cæterum ex Mario Merc. non certo concludere licet, symbolum illud post Juliani demum de Cilicia abitum conditum esse. Tum non factum, sed lectum est.

I. *Libri mystici.*

Libros mysticos, cf. Hesych. l. c., p. 104, — *mysticos sermones* —, quos Fac. III, 2, *codicem mysticum* dixit, Ebediesu l. c., p. 33, *tomum de arcanis* (minus recte Asseman. *De sacramentis* vertit), Theodorus *senex* scripsit (cf. Hesych. l. c.). Brevissimum tertii decimi libri fragmentum, quo Paulus Samosatenus, qui Christum purum hominem habuisset, angelus diaboli dicitur, attulit Fac. l. l., et Hesychius ad illos respiciens præsumpsisse eum narrat « libros componere adversus Domini Dei apparitionem. » Neque vero de incarnatione solum illis libris expositum fuisse existimo, sed in universum de arcanis Christianis. Cui sententiæ eo nonnihil commendationis adjicitur, quod Simeon presb. et monach. Nestor. sæc. XIII nonnulla de sacra cœna et baptismate refert (cf. Assem. *Bibl. Or*, III, I, p. 563), quæ Theodorus in libro *De profundis*, qui nullus nisi de quo sermo est, esse potest, docuisse perhibetur. Nugas quidem affert a Theodoro vix profectas : panis eucharistici a Christo in cœna consecrati particulis singulis apostolis distributis, solum Joannem suam particulam usque ad Pentecosten conservasse, ex qua tanquam ex fermento apostoli panem confecissent, quo primam liturgiam in cœnaculo celebrarent. Ita fermentum sacrum ex uno in alterum panem eucharisticum per Adæum et Marim apostolorum discipulos ad Syros Orientales traductum, quod sanctissime asservetur. Porro aquam, quæ ex latere Christi effluxisset ab Joanne in urceo collectam fermentum alterum aquæ baptismalis fuisse et ab eodem Adæo Syris Orientalibus traditam : sed sive liber corruptus est, sive, idem enim illud ipse Joannes tradere dicitur, male intellectus, in eo de sacramentis etiam sermo fuit. Cæterum Nestoriani posteriores in multas nugas delapsi sunt. Cf. v. c. Thilo, *cod. N. T. apocr.*, I, p. XXXII sqq.

K. *Epistolæ.*

Denique epistolas hic commemoro, quoniam ex parte certe argumenti dogmatici fuerunt. Photium Theodori epistolas legisse ex cod. 177 cognoscitur. Ebediesu l. c., p. 35, — *librum Margaritarum, in quo ejus epistolæ collectæ sunt.* Unum fragm. ex epistola *ad Artemium Alexandr.* presb. secunda, quod de Trinitate agit, exhibuit Fac. III, 5; tria epistolæ *ad Domnum*, in quibus de naturarum Christi ἑνώσει κατὰ εὐδοκίαν disseritur, ex Anastasii presb. ecloge χρήσεων δογματικῶν attulit Jacob. Sirmond. ad Fac. IX, 3. Theodorum autem de Cantico canticorum mea sententia in epistola quadam pluribus exposuisse jam supra p. 61, 62 (col. 47) dixi.

(*a*) « — Après qu'il (Julien) fut parti de ce pays, les évesques de la province ayant tenu un concile contre les Pelagiens, Theodore s'y trouva avec les autres et y prononça des anathèmes contre Julien. »

CAPUT V.

DE THEODORI SCRIPTIS ARGUMENTI PRACTICI.

Ad Theodori scripta, quæ practica appellari licet, duo hymni referendi essent, si recte ei tribuerentur. Sed eorum alter Ephræmi est (cf. Assem. l. l., I, p. 60) et ut hymnus, qui, Assem. l. l., II, p. 488, teste, in cod. quodam Syr. bibl. Vatic. inest, magis Theodoreus sit ego quidem valde vereor. In Theodoro nemo facile ingenium poeticum agnoscat. Rectius vero hæc scripta ei vindicanda :

A. *Tomus de sacerdotio.* Cf. Ebedi. l. .., p. 83.

B. *Tomus ad monachos.* Cf. Ebedi. l. l., p. 34.

Digitized by Google

C. *Oratio de legislatione.*

Theodorum hac oratione finem suis lucubrationibus imposuisse perhibet Ebedi. l. c., p. 35. Assemanus l. c. innuere videtur orationem ὅτι Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης εἷς ὁ νομοθέτης in Chrysost. Op. ed. Montf., VI, p. 403 sq., si non Chrysostomi, eam Theodori esse, quam Ebediesu memorasset. At vero neque Chrysostomi (cf. Montf. l. l., p. 400 sq.) nec Theodori est. Ab hoc enim illius indoles plane abhorret. Orator ille nescio quis τὴν ἁγίαν παρθένον καὶ θεοτόκον Μαρίαν πρεσβεύουσαν ὑπὲρ ἡμῶν appellavit, p. 415, et πολέμους ac βαρβάρους, qui exstinguendi essent memoravit p. 413, atque hæc quidem et alia hujusmodi orationem illam Justiniani ætate aut non multo post conscriptam esse argumento sunt.

D. *Liber ad baptizandos.*

Liber qui in Act. conc. Const. II *ad baptizandos*, Facundo IX, 3, male, *ad baptizatos*, et Mario Merc., vocabulo κατηχισμός perperam Latine facto, *catacismus* dicitur (*a*), sermones erant ad baptizandos habiti (*b*), in quibus Theodorus temporum rationibus adductus illud multis cavit, ne baptizandi de Christi naturis ac persona male sentirent. Ita vero in adversariorum reprehensionem incurrit, quorum studio hæc libri illius fragm. debemus : Mar. Merc. l. c., p. 704 (prima alia versione Fac. IX, 3, item media Act. C. C. II, IV, 35; Vig. C. 35); Act. C. C II, IV, 36-39 (Vig. C. 36-39); 41, 42 (Vig. C. 41-43); 40 (Verbis *ex interpr. sec. Matth. Ev.* ne decipiaris. Vig. C. 40); Act. V, p. 98. Si non in omnibus, in pluribus tamen hujus libri exemplaribus propter argumenti necessitudinem fuisse credo Theodori :

1) *Interpretationem symboli CCCXVIII SS. Patrum*, cujus fragmentum legitur in Act. C. C. II, IV, 31 (Vig. C. 31 ; Pelag. ep. 3, *Ad Eliam*, l. c., p. 430), et

2) *Symbolum*. Hoc certe in illo libro fuisse Theodori adversarii testantur, Fac. III, 5, quandoquidem *sermonibus* nonnisi sermones ad baptizandos intelligunt. Jam vero hunc librum unum eumdemque fuisse existimo, qui ab Ebedi. l. c., p. 33 *tomus de fide* dicitur. Sed de famoso illo *Symbolo* pluribus dicendum.

A Antonius et Jacobus, presbyteri, qui cum litteris commendatitiis ab Anastasio et Photio, presbyteris Nestorianarum partium studiosis, acceptis Constantinopoli Philadelphiam venerant, ἔκθεσίν τινα δογμάτων ἀσεβῶν secum attulerunt, cui ut hæretici nonnulli (τινὲς τῶν ἀπὸ Λυδίας ὁρμωμένων αἱρετικῶν, Quartodecimani) ad ecclesiasticam formulam redituri subscriberent curarunt. Hæc a Charisio, presbytero et œconomo ecclesiæ Philadelphensium, ad concilium Ephesinum delata, quod pœna interposita cavit, ne quis hæreticum ad aliud ac Nicænum Symbolum adduceret neve quæ ista fidei expositio præciperet, sentiret. Cf. Act. C. Ephes. act. VI, Hard. l. l., I, p. 1511 sqq. Hac de re acta Chalcedone rursus relecta, cf. Act. C. Chalc. l. l. II,
B p. 246 sq. Sed quæ in illis actis exhibetur prava fidei expositio, ea in Act. C. Const. II, IV, 71, Theodori Mopsuesteni affertur atque ad eamdem haud dubie etiam Leont. Byz., l. c., p. 687, respexit. At vero Theodori eam esse negavit Fac. III, 2, cum in Act. syn. Eph. ei non tribueretur et Cyrillus Orientalibus scripsisset : « Prolata est in s. syn. Eph. diffinitio veluti a Theodoro deposita, sicuti offerentes dicebant » (v. etiam Cyrill. Opp. l. c. p. 200). Addit præterea III, 5, Theodorum, cujus contra hæreticos pugnas et studium rectorum dogmatum Cyrillus laudasset, Trinitatem negare non potuisse. Nugæ. Neque enim obscurum est, cur Theodorus Ephesi illo modo taxatus sit.
C Nam nondum eo usque clarissimi viri, paucis annis ante mortui, reverentia evanuerat, ut non satius videretur ejus memoria intacta doctrinam rejicere, idque vere dictum esse ipsa Cyrilli illa verba documento sunt. Quanquam jam Marius Mercator l. c., p. 626, illud *Symbolum* Theodori esse testis est gravissimus. Ipsa autem *Symboli* (*c*) indoles prorsus Theodorea est, sive ad doctrinam respicis; attende v. c. ad vocc. δεσπότης, συνάφεια, ad rationem qua duplex Christi persona negatur, et ad ea quæ de utroque Adamo ac de utraque καταστάσει præcipiuntur; sive ad orationem (*d*). Cæterum non temere Theodorus potestatem *Symboli* conficiendi sibi sumpsisse existimandus est. Cf. Binghami *Origin. eccl. conv. Grischov.* I, Hal., 1751,
D p. 118 sq. Illud autem egit, ut novum suum *Symbolum* ad temporis necessitates plane compositum,

(*a*) Titulus libri hic fuit : Κατηχισμὸς (vel Κατηχήσεις, cf. Chrysostom. Opp. ed. Montf. II, p. 225) πρὸς τοὺς βαπτιζομένους, h. e., τοὺς βαπτίζεσθαι μέλλοντας. V, quæ disputavit Touttée Opp. Cyrill. Hieros. Par. 1720, I, p. CXVI.

(*b*) Cf. Mar. Merc. l. c., p. 704, *ex octavo sermone catacismi*. — Act. C. C. II, V, p. 98, *in allocutionibus, quas fecit ad baptizandos*. — Nec alius nisi hic liber Theodori *sermones* sunt, quos ejus adversarii memorant. Fac. III, 5.

(*c*) Græce legitur in Act. C. Eph. l. c., p. 1515 sq. [Walch. *Bibl. symb. vetus.* Lemgoviæ 1770, 8, p. 203 sq.], Latine, diversæ autem sunt versiones, ap. Mar. Merc. l. c., p. 626 [Walch. l. l., p. 206 sq.], in Act. C. Eph. l. c., in iisdem, sed alia versione in Steph. Baluzii *Nova coll. concil.* cum suppl. ad coll. Phil. Labbei., Paris. 1707, p. 532 sq. et app. Mar. Merc. l. c., p. 664, in Act. C. Chalced. II, l. c., p. 247 sq. [Walch. l. c., p. 209 sq.]; in Act. C. Const. II, l. c. Ultima autem verba, πᾶς ὁ μὴ ποιῶν τὴν ἁγίαν ἡμέραν τοῦ Πάσχα — — non Theodori esse, sed propter usum *Symboli* in Ecclesia Philadelphensi esse adjecta facile intelligitur. Desunt etiam in verss. ap. Mar. Merc. l, c., p. 626, et in Act. C. C. II, l. c.

(*d*) Theodoro *Symbolum* recte tribuerunt Garner. *ad Mar. Merc.* ; Zorn. *Opusc.* S I, p. 202 ; Walch. l. c., p. 213 ; Schroeckh l. c., XVIII, p. 264 ; al. Vana sunt quæ contra monuit Basnag. *Thes. monum.*, I, p. 14, § 10 : « Nestorio tribuit *(symbolum)* Manuel Caleca l. II *Contra Græcos*, Bellarm., III, 5, *De Christo*, et Petav. l. X, *De Incarn*, c. 9, § 4. » Fabric. l. l., p. 360. In Bellarm. et Petav. l. c. nihil hujusmodi. Calecæ quæ huc pertineant non legi.

Digitized by Google

lis imprimis hæreticorum erroribus præclusis in quos incidere tum proclive esset, genuinam fidem animis infigeret.

E. *Liturgia.*

Theodori liturgiam veterum solus Leont. l. c., p. 687, Græca ex codd. attulit Euseb. Renaudotius *Liturg. Or. coll.* II, p. 582 : Τολμᾷ (Θ.) καὶ ἕτερον κακὸν τῶν εἰρημένων οὐ δεύτερον. Ἀναφορὰν γὰρ σχεδιάζει ἑτέραν παρὰ τὴν πατρόθεν ταῖς ἐκκλησίαις παραδεδομένην, μήτε τὴν τῶν ἀποστόλων αἰδεσθεὶς (*a*), μήτε τὴν τοῦ μεγάλου Βασιλείου (*b*) ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι συγγραφεῖσαν λόγου τινὸς κρίνων ἀξίαν· ἐν ᾗ ἀναφορᾷ βλασφημιῶν, οὐ γὰρ εὐχῶν τὴν τελετὴν ἀνεπλήρωσεν· posterioribus vero temporibus Nestoriani (*c*) sæpissime commemorant, nec dubito quin Theodorus temporum rationibus adductus liturgiam condiderit, quod cuique episcopo licuit. Cf. Bingh. l. l. I, p. 117. Omnino vero ejus æquales in rebus liturgicis, quæ emendatione egere viderentur, operam collocasse accepimus. Sed quæritur utrum illa Theodori liturgia, quæ apud Nestorianos in usu est (*d*) quamque Renaudot. l. l., II, p. 616-621, Latine exhibuit (*e*) genuina integrave sit, an vero minus. Difficilis hæc quæstio eo difficilior redditur quod Renaudotius recentissimis codd., altero mutilato, altero mirum in modum interpolato usus est. Cf. l. l., p. 566. Auguror tamen nonnulla tantum, quæ Nestorianismum redolere viderentur interpolando dempta esse.

Omnino de liturgiis veterum (*f*) tria tenenda: primum earum antiquissimas sensim ac paulatim exstitisse; alterum, clarissimos Ecclesiæ doctores, quorum liturgiæ laudantur, non tam novas cudisse quam quæ in usu essent plus minusve auxisse atque emendasse; tertium, has ipsas etiam auctas atque emendatas liturgias cum multo usu tererentur, tempore majores minores subiisse mutationes. Ex quibus efficitur, Theodori liturgiam, ut genuina

Sed Facundum Nestorio illud ascribere errore perhibuit Walch. l. c. — Ἔκθεσιν πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας ἤτοι περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος Justino Martyri, in cujus Opp. legitur ed. Paris. 1636, fol. [Colon. 1686, fol.], p. 372 sq. male tributam esse certum est (v. v. c. Oudin. l. l. I, p. 199); eam vero a Theodoro Mops. profectam esse multis docere studuit Jablonski in *Thes. epistol. Lacroz.*, I, p. 193 sq. Tantum non omnia, quæ v. d. disseruit, nugatoria sunt, nec necesse est, ut hanc opinionem, quam a quoque, qui Theodorum satis noverit, repudiatum iri confido, refutem; sed quid mihi de memorabili illa fidei expositione videatur dicam. Ego vero propter l. p. 386: Εἴπατε ἡμῖν, οἱ τὸν Χριστιανισμὸν προσβεύειν προσποιούμενοι, οἱ ἐπ' ἀναιρέσει τῶν δύο φύσεων τὰ τοιαῦτα καὶ ζητοῦντες καὶ προϊσχόμενοι, οἱ τὰ τῆς κράσεως καὶ συγχύσεως καὶ τῆς ἀπὸ σώματος εἰς θεότητα μεταβολῆς ἵνα κραθῇ τὰς τοιαύτας ἐπαπορήσεις πραγματευόμενοι, οἱ ποτὲ μὲν εἰς σάρκα τὸν Λόγον τετράφθαι λέγοντες, ποτὲ δὲ τὴν σάρκα εἰς Λόγον οὐσιωθῆναι· — — quo quidem solo scriptor adversarios, qui alii ac Monophysitæ esse vix possunt (v. omnino p. 385-387), impugnat, eam haud multo post sæc. v medium compositam esse affirmo atque huic sententiæ rationes belle respondent, quibus scriptor videtur cum Nestorianismo junctus fuisse. Sed hac de re diversimode disputatum. Sic le Quien (*Diss. Damasc.* Opp. Joan. Damasc. I, p. CXII) in Expositione fidei nonnisi Nestoriani venêni indicia atque argumenta deprehendit, nulla contra Nestorianismi sic dicti vestigia Salig (*De Eutychian. ante Eut.*, p. 358). Neuter recte. Imo si modo memineris, Nestorianismum eo tantum ab orthodoxa formula discrepare, quod Christi naturæ tanta perspicuitate rationis, cujus discriminare proprium est, discerpuntur, ut duplicem Christi personam, etsi invitus afferas, a quo errore facile alii nascuntur, eum tamen interpretando cum orthodoxia conciliari posse, non sane inficiandum, scriptorem illum in pluribus Nestorianum sese prodere neque eo offendes quod fidei illa Expositio a pluribus veteribus (cf. Fabric. l. l., VII, p. 65), quorum nullus Leontio Byz. antiquior est, genuinus Justini M. fetus habitus est (*). Quæ ille nescio quis p. 381-385 disputavit, manifesto Nestoriana sunt eaque arte ad orthodoxorum sensus trahere vel ideo non licet, quia in solos Monophysitas invectus est. Ne multa, erat ille Nestoriana formula initiatus, fortasse scholæ Antiochenæ discipulus (Muenter in Stæudlini et Tzschirneri *Archiv für Kirchengesch.*, I, p. 25), qui a contentionum strepitu aliquatenus remotus libello suo paci consulere studuit. Itaque etiam atque etiam inculcat, quam reconditum sit Incarnationis mysterium, atque ab eorum temeritate abhorret qui illud prorsus perspexisse sibi videntur. Oratione usus est hic illic verbosa, in qua multum diligentiæ posuit. Quid quod Atticam elegantiam æmulatus est? cf. v. c. p. 372, ὑγιᾶ, p. 375, al., ὑεῖς, p. 385, ὑέσι, p. 381, δοξάζειν, *putare*. Eos, ad quos locutus est, modo τοὺς τῆς Ἐκκλησίας τροφίμους p. 375; modo τοὺς Ἐκκλησίας ὑεῖς p. 375; modo τοὺς Ἐκκλησίας παῖδας, p. 382, appellavit. Reliqua notatu digna, dogmatica imprimis ne longus sim, hic prætereo.

(*a*) Hæc quæ sit nesciunt. Mea sententia ea intelligenda quæ tunc vulgo in usu erat cujusque originem illius temporis credulitas ab apostolis repetiit. Nec minus probabile eamdem eam fuisse, cujus pannos ex genuinis Chrysostomi scriptis collegit Bingh. l. l., v, p. 195 sq.

(*b*) Superest Basilii liturgia Græce, Syriace et Coptice, sed in diversis linguis admodum inter se discrepat. V. Renaud. l. l., I, p. 1 sq.; p. 57 sq.; II, p. 548 sq. (Op. Basil. ed. Garn., II, p. 674 sq.). Sane interpolata est variasque temporum injurias experta, sed cur neque illam neque adeo ullam aliam a Basilio profectam esse dicas non video. Illud modo rite perpendas velim, qua ratione novæ liturgiæ confectæ sint.

(*c*) Sobensem eam, quæ in libris missalibus nec vero in Theodori operibus esset omisisse credo. Alius argumenti erat tomus *De arcanis* (sacramentis), ad quem Assem. al. librum *ad baptizandos* et liturgiam retulerunt. Vide supra.

(*d*) Assemano teste l. l., III, II, p. 228, exstat in omnibus missalibus Nestorianorum libris. Bis legitur in codd. Amidensibus; cf. Assem. l. l., I, p. 581, 583.

(*e*) Fabric. l. l., X, p. 361 : « Fragmenta ex liturgia Syriace et Lat. ap. Rich. Sim. ad Gabriel. Philadelphum, p. 148 sq. » Errorem Renaudotii l. l., II, p. 625. correxit Assem. l. l., III, II, p. 228, additis verbis Syriacis.

(*f*) Cum fructu cf. de his Bingh. l. l. v. p. 111 sq.

(*) In Justini Opera fortasse propter prima verba Ἱκανῶς τὸν κατὰ Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων λέξαντες ἔλεγχον — se insinuavit.

Digitized by Google

sit, integram non esse (*a*), quanquam quæ dempta quæve addita sint incertum. Ut vero quid de authentia statuendum explicemus, paulo altius repetendum. Nestorianorum quatuor sunt liturgiæ, quarum prima SS. apostolorum (Adæi et Maris) dicitur (v. Renaud. l. l. II, p. 584-597). Usitatissima est, antiqua etiam, sed temporum decursu valde mutata (cf. v. c. p. 588, ubi sacerdos Mariam orat, ut pro se Filium deprecetur). Secunda est Diodori, nondum quantum scio edita. Renaudotium, qui nullam Diodori liturgiam fuisse dixerat l. l., II, p. 569, 575, 622, quemque La Croze *Hist. du Christ. des Indes*, I, p. 322 (Cf. ejus *Remarques sur l'hist. du Chr. des Indes*, Halle 1757, p. 15) secutus erat, refutavit Assem. l. l. III, 1, p. 29, 30; vide etiam p. 236. Tertia Theodori a Dominica prima Annuntiationis usque ad Dominicam Palmarum celebrata, eo imprimis a prima differt, quod sacerdos prolixius loquitur. Quarta denique Nestorii (Renaud. l. l. II, p. 626-638), quinquies singulis annis celebrata, eamdem quam Theodori indolem refert, nisi quod verbosior est. Est quidem antiqua, sed Nestorio perperam tribuitur. Quanquam cur hoc factum sit, vestigia quædam veteris liturgiæ Constantinopolitanæ produnt, quæ in ea videntur inesse. Jam cum prima illa et quarta (de secunda nihil loquimur) falso ad auctores quosdam referantur, idem in tertiam cadere male concludas. Illud enim non nugati sunt Nestoriani, imo facilem errorem admiserunt. Vulgaris illa et a Patribus accepta liturgia facile ab apostolis, altera aliunde ut videtur allata facile a Nestorio repetita. Sed cum Theodorum liturgiam composuisse constet, ego quidem illam ei ascripserim. Ultra tamen probabilitatem progredi non audeo. Ex interna liturgiæ indole hanc in rem nihil efficitur. Nam ut de lingua sileam, doctrina in libris liturgicis nec dogmatica perspicuitate enucleatur neque ea affertur nisi quæ in cœtu, cui destinati sunt, recepta est. Nestorianismi autem indicia manifesta non solum Nestorii illa liturgia, ut Renaud. l. l. p. 643, 644, existimat, sed reliquæ etiam continent, ea nimirum quæ in liturgias cadere possunt.

(*a*) Hæc conjectura, siquidem conjecturam dicis, quod per se certum est, immerito Renaudotio l. l., p. 578, futilis neque ullis argumentis fundata dicitur. Argumenta credo sat multa suppeditabunt varii Nestorianorum libri missales.

EXCERPTUM

EX LEONIS ALLATII DIATRIBA DE THEODORIS

(Num. LXV.)

(Edidit et notis illustravit card. Angelo Mai, in *Bibliotheca nova Patrum*, t. VI, p. 116.)

Theodorus Mopsuestenus Diodorum Tarsi episcopum audiit, et Flavianum Antiochenæ Ecclesiæ antistitem; eorumque dogmatibus enutritus et clare atque fortiter elaborare edoctus, ut ait Domnus Antiochenus *ad Theodosium imperatorem*, et Joannes in sua *ad concilium Orientalium epistola*, hæreticorum catervis immissus est. Fuit Joannis Constantinopolitani episcopi condiscipulus, erudiitque Nestorium, ut præter alios habet Evagrius *Histor. eccles.* lib. I, cap. 2, et Anthiochenæ Ecclesiæ tum ipse Theodorus, tum Nestorius, exstitere presbyteri. Sed Theodorum Mopsuestenum episcopum concionantem Antiochiæ audiebat Nestorius adhuc presbyter, insignis et ipse in docendo, ut Gennadius cap. 53 testatur, et ex tempore declamator. Antequam episcopatui præesset, in eremum secedens solitariam vitam egit, sed mundi illecebris et luxuriæ sordibus pellectus, quam amplexatus fuerat vitæ vale dicens, in mundum confugit, et desertor factus est: postmodum dictis Chrysostomi resipiscens, delictorum veniam impetrat, et desertum vitæ institutum denuo exosculatus, usquequo licuit continuavit. Tandem episcopus factus, in pace catholicæ communionis, non solum sine ulla querela, sed etiam cum gloria magna defunctus, ut notat Facundus Hermianensis *pro trium capitulorum defensione* lib. VIII, cap. 1, ex Joanne Antiocheno, agonibus adversus Arianos, et Eunomianos, et alios hæreticos plurimis per omnem suam vitam ubique decoratur, et a synodo Chalcedonensi, a Joanne Constantinopolitano atque Gregorio Nazianzeno, superstes, et post obitum, a Joanne et Domno Antiochenis, et tota synodo Orientis, atque Cyrillo Alexandrino, et Proclo Constantinopolitano contra adversariorum calumnias multiplici ratione defenditur. Et sane, cum adhuc in vivis esset, ob dogmata neminis offensionem incurrisse probat quoque Leontius *De sectis* act. IV, 3. Περὶ δὲ τοὺς χρόνους ἐκείνους ἐγένοντο δύο ἄνδρες μεγάλοι, Διόδωρος ὁ Ταρσοῦ ἐπίσκοπος, καὶ Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας, οἵ τινες ἀντηγωνίσαντο πρὸς Ἀρειανούς, καὶ Μακεδόνιον, καὶ Ἀπολλινάριον, καὶ τὴν ὅλην

Digitized by Google

Γραφὴν ὑπεμνημάτισαν, καὶ ἐν τιμῇ ὄντες μεγάλῃ ἀπέθανον, καὶ οὐδεὶς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν ἐπελάβετό τινος αὐτῶν, ἀλλ' ἐγκώμια ἔγραψαν εἰς αὐτοὺς πολλοί· καὶ Βασίλειος γὰρ αὐτοὺς ἐγκωμιάζει, καὶ Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος. Ὕστερον δὲ κινουμένου τοῦ Νεστοριανοῦ δόγματος, ἠναγκάσθη Κύριλλος, ὁ πρώην αὐτοὺς ἐπαινῶν, κατὰ τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν γράψαι, ἐπειδὴ ἀπ' αὐτῶν ἰσχυρίζετο τὸ δόγμα αὐτοῦ ὁ Νεστόριος· ὑπομνηματίσαντες γὰρ οὗτοι τὴν ἁγίαν Γραφήν, οὐκ ἔστησαν ἄχρι τοῦ δέοντος· ἀλλὰ βουληθέντες μερίσαι τὰς ἐν τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ, φωνὰς, τὰς μὲν τῇ θεότητι, τὰς δὲ τῇ ἀνθρωπότητι, εὑρέθησαν δύο ὑποστάσεις τοῦ Χριστοῦ καὶ διαίρεσιν εἰσάγοντες. Καὶ δι' αὐτὸ ἠναγκάσθη ὁ Κύριλλος κατ' αὐτῶν γράψαι, ἐπειδὴ ἀπ' αὐτῶν ἰσχυρίζετο τὸ δόγμα αὐτοῦ ὁ Νεστόριος. Διὰ τοῦτο δὲ ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν οὐδεὶς αὐτοῖς ἀντεῖπεν· ἐπειδὴ τὸ μάχεσθαι πρὸς τὰς μείζους αἱρέσεις, ἔσχε πὰ τοιαῦτα δόγματα. Μετὰ δὲ χρόνον ὀλίγον τοῦ ἀποθανεῖν Θεόδωρον καὶ Διόδωρον, ἀνέστη ἡ αἵρεσις Νεστορίου· *Exstiterunt iis temporibus magni quidam duo viri, Diodorus episcopus Tarsi, et Theodorus Mopsuestiæ, qui et adversus Arianos, et Macedonium et Apollinarem pugnabant, universasque Litteras sacras commentariis illustrarunt, et in pretio habiti mortem oppetierunt, nec ipsis vivis quisquam dictum aliquod eorum reprehendebat, imo complures scriptis encomiis eos celebrarunt; nam et Basilius, et Joannes Chrysostomus eos prædicant. Verum postea moto dogmate Nestoriano, coactus est Cyrillus qui et ipse pridem eos laudasset, adversus eorum opera scribere* (*a*), *quia dogma suum Nestorius ex iis confirmaret; namque editis illi in sacras Litteras commentariis intra fines non constiterant, sed cum distribuere vellent sacrarum Litterarum voces, alias ad divinitatem, alias ad naturam humanam relatas, deprehensum est eos duas Christi hypostases et divisionem quamdam introducere. Quam ob causam Cyrillus adversus ipsos scribere coactus fuit, confirmante dogma suum ex iis Nestorio. Vivis quidem ipsis cur nemo contradixerit, factum ideo, quod pugnandi contra sectas majores necessitas ejusmodi dogmata tegeret. At paulo postquam diem Theodorus ac Diodorus obiissent, suscitata Nestorii fuit hæresis.* Post mortem etiam a multis laudatum, et, licet id a multis summopere postularetur, ab ejus damnatione abstinuisse Patres, narrat idem Leontius act. VI, 4: Ὁ δὲ Ἴβας καὶ αὐτὸς Νεστοριανὸς, ὡς δηλοῖ ἡ γραφεῖσα παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην, ἐν ᾗ ἄνω καὶ κάτω ἐπαινεῖ τὸν Θεόδωρον, ἀφ' οὗ τὰ ἴδια δόγματα ἰσχυρίζετο ὁ Νεστόριος. *Ibas autem et ipse Nestorianus fuit, quemadmodum ab eo perscripta ad Marim Persam epistola docet, in qua sursum deorsum Theodorum laudat, cujus auctoritate dogmata sua Nestorius confirmabat.* Et infra: Ἀλλὰ πάλιν ἐπαποροῦσιν, ὅτι Καὶ διὰ τί μὴ ἀπῄτησεν αὐτὸν ἀναθεματίσαι Θεόδωρον, ἀλλ' ἐδέξατο τὴν ἐπιστολὴν αὐτοῦ τὴν πρὸς τὸν Μάριν, ἐν ᾗ πολλὰ ἔστιν ἐπαινῶν τὸν Θεόδωρον; Ὅτι καὶ τοῦτο πρότερον μᾶλλον ἐγκαλέσαι τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ ὤφειλον, ἤπερ τῇ συνόδῳ· αὐτὸς οὖν ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ζητησάντων τινῶν ἤδη ἀναθεματίσαι τὸν Θεόδωρον, φαίνεται γράφων πρὸς Πρόκλον, ὅτι οὐ δεῖ ἀναθεματίζειν· οἱ γὰρ Ἀνατολικοὶ πάντες, φησὶ, μέγαν ἔχουσι διδάσκαλον τὸν Θεόδωρον· καὶ ἐὰν αὐτὸν ἀναθεματίσωμεν, μέγα σχίσμα ποιοῦμεν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τῶν Ἀνατολικῶν· ὧν εἷς καὶ Ἴβας μὴ ἀνασχόμενος αὐτὸν ἀναθεματίσαι. Ὁ γοῦν ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐκώλυε, πῶς τοῦτο ποιῆσαι εἶχεν ἡ σύνοδος; *Sed rursus objiciunt, cur ab eo non requisierit, ut Theodorum anathematizaret, imo scriptam ad Marim epistolam receperit, in qua Theodorum frequenter Ibas prædicat? nimirum et hoc potius de sancto Cyrillo queri debebant, quam de synodo; nam sanctæ memoriæ Cyrillum, cum nonnulli hoc ipsum quærerent, ut Theodorus anathemati subjiceretur, ad Proclum scripsisse constat, minime Theodorum anathematizari debere: nam Orientales, inquit, universi Theodorum pro magno doctore habent, quem si anathemati subjecerimus, in Orientalium Ecclesia dissidium ingens excitabimus: quorum unus est Ibas, qui eum anathematizari non patietur. Quod ergo sanctus Cyrillus fieri prohibebat, quo pacto synodus facere poterat?* Nec aliud innuisse videtur Eulogius Alexandrinus in oratione *De unione Theodosianorum et Gainitarum* apud Photium cod. 227. Κύριλλος δὲ τοῦ Μοψουεστίας Θεοδώρου κατὰ τὴν Ἐφαν ὡσαύτως ἀναχηρυττομένου τῆς κοινωνίας οὐκ ἀφίστατο· ἐώρα γὰρ ἀκηράτους σωζόμενα δόγμασι τὰ τῆς εὐσεβείας καιριώτατα· *Cyrillus vero a Theodori Mopsuestiæ episcopi per Orientem eodem anathemate percussi communione non abstinuit; videbat enim sinceris dogmatibus servari præcipuos religionis articulos.*

Quidquid tamen hi asserant, certum est Theodori dicta quæ Nestorianæ hæresi favebant, vel extra catholicæ fidei normam, sive suis in scriptis, sive in aliorum commentariis fuerant disseminata, nunquam fuisse ab orthodoxis Patribus approbata, quinimo a pluribus privatim, tum demum in concilio V generali una cum Theodoro ipso, ut hæretica et catholicis auribus noxia rejecta, et anathemati subjecta, et Theodori memoriam e diptychis protrusam, ut tradit Justinianus imperator in edicto (*b*) Εἰδότες ὡς οὐδέν. Θεόδωρος δὲ τῇ οἰκείᾳ ἐντελευτήσας ἀσεβείᾳ, ἀπὸ πάσης Ἐκκλησίας ἐξεβλήθη. Ἀμέλει τοι καὶ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς ἐν Μοψουεστίᾳ Ἐκκλησίας, ἐν ᾗ λέγεται ἐπίσκοπος γεγενῆσθαι διὰ τὰς βλασφημίας, δι' ἃσπερ Ἕλλησί τε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Σοδομίταις παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων συνηριθμήθη, ἀπήλειψαν ἐξ ἐκείνου τῶν ἱερῶν τῆς Ἐκκλησίας διπτύχων τὴν τούτου προσηγορίαν, ὡς τὰ περὶ τούτου συστάντα κατὰ τὴν αὐτὴν πόλεν παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας ὑπομνήματα δείκνυσιν. *Theodorus vero in sua impietate mortuus, ab universa Ecclesia proscriptus est. Quin et tota Ecclesia Mopsuestena, cujus episcopus fuisse dicitur, propter ejus blasphemias,*

(*a*) Ex Cyrilli libris, nunc deperditis, *Adversus Theodorum Mopsuestenum et Diodorum Tarsensem*, fragmenta nos edidimus in *Nova Patrum bibliotheca*, t. IV, p. 451-455; deque ea re plura ibi diximus in adnotationibus.

(*b*) *Conc.* Labb. t. V, col. 716.

Digitized by Google

quarum gratia a sanctis Patribus, paganis et Judæis, et Sodomitis adnumeratus est, ab illo tempore nomen ejus ex sacerdotum ejusdem Ecclesiæ catalogo seu diptychis expunxit, quemadmodum acta seu monumenta in illa civitate de hoc in episcoporum concilio illius provinciæ testantur. Et in illius locum Cyrilli Alexandrini mentio, qui adversus eum, illiusque dogmata certamen subierat, suffecta fuit, quod plurimorum testimoniis in synodo Mopsuestena probatur. Georgius Cedrenus in synopsi de V generali synodo, p. 376 : Ἔτι δὲ καὶ κατὰ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας, διδασκάλου γεγονότος τοῦ Νεστορίου τοῦ ἰουδαιόφρονος, ἀναθεμάτισαν μετὰ τῆς λεγομένης Ἴβα ἐπιστολῆς· *Theodorum quoque Mopsuestenum episcopum præceptorem Nestorii ejus, qui Judaicis erroribus germana sensit, et Ibæ epistolam anathematizarunt.* Photius in *Bibliotheca* cod. 18: Ἀνεγνώσθη πρακτικὰ τῆς πέμπτης συνόδου, ἐν οἷς τὰ λεγόμενα Τρία κεφάλαια ἐτραχταῖσθη τὰ περὶ Ὠριγένους, καὶ ἀνεθεματίσθη αὐτὸς καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ· τὰ περὶ Διοδώρου Ταρσοῦ, καὶ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας, καὶ αὐτοὶ ὁμοίως ἀνεθεματίσθησαν· *Lectæ sunt actiones quintæ synodi, quibus tractatum* De tribus, *ut vocant*, capitulis : *de Origene, qui cum scriptis suis anathemate damnatus ; de Theodoro Mopsuesteno, et Diodoro Tarsensi, qui et ipsi similiter anathemate damnati sunt.* Et Gregorius Magnus lib. VII, epist. 54, tradit sedem apostolicam Sozomeni *Historiam* suscipere recusare, vel eo solo nomine, quod nimium profusus est in laudibus Theodori Mopsuesteni, et eum Ecclesiæ doctorem fuisse tradit. *Sed ipsam quoque Sozomeni* Historiam *sedes apostolica recipere recusat, quoniam multa mentitur, et Theodorum Mopsuestiæ nimium laudat atque usque ad diem obitus sui magnum doctorem Ecclesiæ fuisse perhibet.* Ubi notat Vossius lib. II, *De hist. Græcis* cap. 20: Quod de Theodoro Mopsuestiæ ait, id hodie in Sozomeno non leges, sed in Theodoreto (*Hist.* V, 40). Quare videri possit μνημονικὸν Gregorii ἁμάρτημα. Sed vero similius est scripsisse hoc Sozomenum in iis quæ perierunt ; nam ipse Sozomenus refert in præfatione se *Historiam* suam produxisse usque ad consulatum Theodosii Junioris septimum decimum, ita ut pene viginti annorum historia desideretur. Plura etiam de hoc alibi leges, et quidem in *Chronico* Victoris Tununensis apud Casinium, ed. Basnagii t. I.

Pravas Theodori opiniones recitat Theodorus presbyter Rhaitenus in libro *De Incarnatione Domini*. Μετὰ τοῦτον δὲ τὸν Ἀπολλινάριον, εὐθέως ἀναφαίνεταί τις Θεόδωρος τῆς Μοψουεστίας πόλεως οὕτω λεγομένης ἐν τῇ γῇ τῶν Κιλίκων τὴν ἡγεμονίαν λαχών, ὃς ἐκ διαμέτρου τῷ Ἀπολλιναρίῳ φερόμενος, ὕβρει οὐ τὰς τυχούσας τολμηρᾷ ψυχῇ καὶ ἀφόβῳ καρδίᾳ καταχέει τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ἄνθρωπον ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς κοινὸν ἀποκαλῶν, καὶ ἐκ προκοπῆς λαβόντα τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, Θεὸν ὀνομάζεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτίσματος ἀξιωθῆναι ἐν πρώτοις τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς, εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος βαπτισθέντα· τὸν δὲ Θεὸν Λόγον διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν κατ' εὐδοκίαν ἐν αὐτῷ κατοικήσαντα, μεταδοῦναι αὐτοῦ τῆς θείκης ἀξίας καὶ προσκυνήσεως εἰς ὕστερον κατὰ τὴν τελείωσιν. Ταῦτά τε καὶ ἕτερα πολλὰ δυσφημήσας τοιαῦτα, δύο φύσεις ἰδιοπεριορίστους φησὶν εἰδέναι ἐπὶ Χριστοῦ, σχέσει τινὶ καὶ μόνον ἀλλήλαις οἰκειωμένας. Δευτέρα καὶ αὕτη πλάνη τοῦ μίαν φύσιν, καὶ δύο φύσεις ἰδιοπεριορίστους μὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ὁμολογεῖσθαι ἐν τῷ Χριστῷ. *Post hunc Apollinarem, repente exstitit Theodorus quidam Mopsuestiæ urbis, in regione Cilicum, præsulatum nactus, Apollinari plane contrarius, qui contumelias non vulgares audaci animo, et imperterrito corde in Christum Dominum effudit, hominem unum, nostri similem, et vulgarem appellando, qui, ex progressu gratia Dei accepta, Deus nominetur, et a baptismate in Jordane inter primos donum sancti Spiritus sit consecutus, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizatus ; Deum vero Verbum, ob excellentem virtutem ejus, libenter in eo habitasse, eique divinam dignitatem impertisse, et adorationem deinceps post consummationem. Iis et aliis impie dictis, duas naturas inquit se novisse in Christo propriis suis finibus terminatus, solaque habitudine inter se conciliatas. Altera et hæc blasphemia est, unam naturam et duas naturas suis finibus circumscriptas in Christo non recte confiteri.* Hæc ipsa Suidas in Lexicon suum retulit voc. Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας· Georgius Cedrenus in *Synopsi chronica* pag. 381, apud quem Justinianus imp. in *Epistola ad synodum* : Τούτων δὲ τῶν τεσσάρων συνόδων οὕτω γενομένων, καὶ ἐπιβεβαιωθεισῶν, καὶ κρατουσῶν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, οἱ τὰ Νεστορίου κρατοῦντες ἐσπούδασαν αὖθις τὴν αἵρεσιν αὐτῶν κρατῦναι διὰ τῆς Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας ἀφορμῆς, πολλῷ χείρονα τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ Νεστορίου βλασφημήσαντος. Ὅθεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἀκολουθοῦντες τοῖς ἡμετέροις πατράσι, καὶ βουλόμενοι τὴν ὀρθὴν πίστιν ἀλώβητον διαφυλάττεσθαι, προτρέπομεν καὶ τούτου τὰς βλασφημίας διεξετάσαντας κατ' αὐτοῦ, καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ ἀποφήνασθαι· πρὸς γὰρ ταῖς ἄλλαις ἀναριθμήτοις αὐτοῦ δυσφημίαις εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν γενομέναις, ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστόν, ὑπὸ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, καὶ τῶν τῆς σαρκὸς ἐπιθυμιῶν ἐνοχλούμενον, καὶ τῶν χειρόνων κατὰ μικρὸν ἀφιστάμενον πρὸς τὰ κρείττονα τῇ προκοπῇ τῶν ἔργων ἐληλυθέναι, καὶ τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ γενόμενον ἄμωμον, καὶ ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον ἐν ὀνόματι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος βαπτισθῆναι· καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰληφέναι, καὶ υἱοθεσίας ἠξιῶσθαι, καὶ καθ' ὁμοίωσιν βασιλικῆς εἰκόνος εἰς πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸν Χριστὸν προσκυνεῖσθαι, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄτρεπτον ταῖς ἐννοίαις, καὶ ἀναμάρτητον γεγενῆσθαι. Καὶ πρὸς τούτοις, εἶπε τοιαύτην γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὸν Χριστὸν, ὁποίαν ὁ Ἀπόστολος ἔφη περὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικός· Ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. *His quatuor conciliis sic actis, et confirmatis, et auctoritatem in Ecclesia Dei obtinentibus, Nestorii se-*

Digitized by Google

quaces denuo suam hæresim confirmare conati sunt, opera Theodori Mopsuesteni, qui multo pejora, quam Nestorius ejus discipulus blasphemavit. Nos igitur sequentes sanctos Patres nostros, et volentes rectam fidem sine ulla macula conservare, hortamur vos, ut hujus quoque blasphemias examinantes, de eo et sectatoribus ejus sententiam feratis : nam præter innumera alia, quæ impie in Christum Deum nostrum maledicta evomuit, id quoque protulit, alium esse Deum Verbum, alium Christum qui ab animi perturbationibus, et carnis cupiditatibus, molestiam ipsi exhibentibus, paulatim ut a deterioribus desistens, actuum profectu in melius evaserit, inculpataque optimæ vitæ ratione usus sit, qui ut purus homo, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizatus, per baptismum gratiam Spiritus sancti consecutus, adoptione sit dignatus, et ad similitudinem regiæ imaginis Christus in persona Dei Verbi adoratus ; et post resurrectionem animo constanti, et peccatorum vacuo fuerit. Præterea pronuntiavit eam fuisse Verbi cum Christo unionem, quæ est ab Apostolo dicta viri cum muliere : « Et erunt duo in una carne. » Theodori item prava dogmata prosequitur Hesychius presbyter Hierosolymitanus in *Historia ecclesiastica*, cujus verba recitantur in V synodo, collat. 5, et alii.

Scripsit innumera prope volumina, in quibus cum aliorum hæreses oppugnat, tum ipse alias et μείζονι τῷ μέτρῳ parturit, et cum Apollinarem refellit, Nestorii impii dogmata expromit. Joannes Antiochenus, et synodus Orientis *Ad Proclum Constantinopolitanum*, ut est apud Facundum lib. VIII, cap. 1 : *Nimis animæ nostræ vulneratæ sunt, quia non solum nos viventes tales calumnias ab his, qui conturbare volunt Ecclesias continue sustinemus, sed etiam qui bene de vita profectus est beatus Theodorus, qui quinque et quadraginta annis clare in doctrina præfulsit, et omnem hæresim expugnavit, et nullam ulicubi detractionem ab orthodoxis in vita suscipiens, post longi temporis hinc discessum, et post multa certamina, et post decem millia librorum adversus hæreses scripta, et postquam in conspectu sacerdotum et imperatorum et populorum probatus est, periclitatur quæ hæreticorum sunt sustinere, et illis proximus prædicari.* Nos ex tot libris, illos quos adnotare datum fuit, commemorabimus. Primumque sibi locum habeat Ἑρμηνεία τῆς κτίσεως, *Interpretatio creationis*. Legit eam Photius in *Bibliotheca* cod. 38. Ἀνεγνώσθη Θεοδώρου Ἀντιοχέως οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, *Ἑρμηνεία τῆς κτίσεως*. Ἐν τόμοις ἑπτὰ ἡ πρώτη βίβλος ἐπεραίνετο. Τὴν δὲ φράσιν οὐδὲ λαμπρὸς, οὐδὲ λίαν σαφής. Φεύγων δὲ τὸν δυνατὸν αὐτῷ τρόπον τὰς ἀλληγορίας, καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν τὴν ἑρμηνείαν ποιούμενος · ταυτολογεῖ δὲ τὰ πλεῖστα, καὶ ἄχαρίς πως καὶ ἀηδὴς εἶναι δοκεῖ · ἀλλὰ καὶ τὸ Νεστορίου δόγμα, εἰ καὶ πρὸ Νεστορίου ὑπῆρχεν, ὑπερευγόμενος. Οὗτος δέ ἐστιν ὁ Μοψουεστίας. *Lectus Theodori Antiocheni liber est cum hac inscriptione*, Interpretatio creationis. *Liber primus septem tomis absolvebatur. Stylus illi neque illustris neque valde perspicuus. Fugiens vero, quantum in ipso est allegorias, et historiarum duntaxat expositionem tractans, eadem identidem repetit, et ingratus atque molestus legenti accidit : quin et Nestorii sententiam, quamvis illo prior fuerit, tacite vomit. Hic est Theodorus ille Mopsuestiæ.* Multa hujusce videre est in catenis Græcis *in Genesim*. Hujus expositiones non usquequaque probatæ sunt a Philopono in *Hexaemeri expositione*. Photius ibidem : Οὗτος δέ ἐστιν ὁ Μοψουεστίας, ὃν καὶ πλείστας εὐθύνας Ἰωάννης ὁ Φιλόπονος, ὡς αὐτός φησι, τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας ἐν οἰκείῳ τῷ *εἰς τὴν Κτίσιν* πονήματι ἐδείχθη σπουδαίως εἰσπραττόμενος · *Hic est Theodorus ille Mopsuestiæ, a quo sæpenumero constat Joannem Philoponum, ut ipsemet fatetur, rationem hujusmodi interpretationis bona fide ac serio exegisse in suo* De universi creatione *opere*. Et apertius cod. 43 : Καὶ συμφωνῶν ὁ Φιλόπονος σχεδὸν ἐν τοῖς πλείστοις Βασιλείῳ τῷ Μεγάλῳ, ἀντιπίπτων δὲ δι' ὅλου τῷ Μοψουεστίας Θεοδώρῳ, ὃς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἐνστησάμενος, *Ἑρμηνείαν τῆς κτίσεως* τὸ βιβλίον ἐπέγραψεν· οὗ τὰς δόξας διελέγχων ὁ Φιλόπονος τὴν ἐναντίαν ἐτράπετο · *Atque ut Basilio Magno Philoponus plurimum fere consentit, sic per omnia Theodoro Mopsuestiæ repugnat, qui idem argumentum aggressus*, Interpretationem creationis *librum inscripsit, cujus opiniones Philoponus reprehendens contra nisus est.* Et quod magis est, in V synodo generali, collat. 4, ea tanquam hæretica, et piis auribus noxia condemnantur. Unde etiam colligitur opus in plures libros fuisse divisum (*a*).

Psalmos quoque Davidicos commentario et expositionibus adornavit. Ex hisce expositionibus quædam recitantur, quibus illius hæresis, et cum Nestorio consensus convincitur, ex commentario scilicet *in psalmos* VIII, XXI, et LXVIII, in V synodo generali, collat. 4, et *in psalmum* XLVIII, a Facundo Hermianensi lib. IX, cap. 1, ut Theodorum ab hæresi defendat. Quod an recte præstiterit, aliorum esto judicium. Nos aliter sentire cogimur, qui scimus has *in psalmos* expositiones etiam ab ipso Theodoro non fuisse usquequaque probatas. Multa enim sibi effugisse, ut incipienti, quæ maturiore castigatione indigeant, scribit idem ipse *ad Cerdonem* lib. *De allegoria et historia adversus Origenem* apud Facundum lib. III, cap. 6, et lib. X, cap. 1 : *Ego quidem quod nostra sic laudes, non alii cuipiam imputo, quam amicitiæ, quam circa nos habes, quam etiam in multis et magnis rebus semper ostendisti : et maxime quoniam ea quæ scripta sunt* in psalmos *miraris, quæ etiam primo cæterorum omnium scripsimus. Non autem quantam oportuerat habuimus circa istam rem diligentiam ; passi enim sumus quæcunque incipientes, ut evenit, in imperitia scribendi constituti : siquidem et multas immutationes, illo*

(*a*) Non in creationem tantummodo, id est in Genesim, scripsit Theodorus, verum etiam in alios libros V. T. Mihi occurrebant in Vaticanis codicibus sparsim ejusdem auctoris fragmenta id est *in Exodum, in Numeros, in Josue, in Judices, in Isaiæ Ezechiæque preces, in odas.*

Digitized by Google

tempore quæ nostra sunt susceperunt, quas non est præsentis temporis enarrare : ex qua causa magis negligenter a nobis composita sunt plurima, et maxime illa quæ prima sunt. Neque negat id Facundus lib. x, cap. 5 : *Theodorus ultro semetipsum reprehendens in expositione Psalmorum confessus est, quod negligenter a se composita fuerint plurima, et maxime illa quæ prima sunt, et perhibuit aliqua in suos libros ab Apollinaristis immissa.* Rem vero nobis, ut sese habuit, ingenue narrat Hesychius presbyter Hierosolymitanus in *Historia ecclesiastica : Et iterum bene conversari, iterum in clericatu esse cœpit, et Antiochia relicta in Tarsum transmigravit, ex qua in Mopsuestiam transiit, ordinatus in ea episcopus, nondum Deo volente manifestam impietatis illius prædicationem fieri. Prima autem elementa suæ doctrinæ ex Judaico vaniloquio incipiens, codicem* in prophetiam Psalmorum *conscripsit, omnes de Domino prædictiones abnegantem. Culpatus vero et periclitatus, contraria sibi dixit non ex voluntate, sed compulsus omnium querimoniis, et codicem ipsum delere pollicitus, latenter conservabat Judaicæ impietatis viaticum : igni enim sua commentaria simulans tradere, malitiose abscondere illecebram conabatur : tempus quidem plurimum, in exiguo loco prava loquens, qui esset merito latebat.* Exstat nunc quoque Theodori Antiocheni ἐξήγησις continuata εἰς τὸν ψαλτῆρα, *in psalterium expositio*, in bibliotheca Vaticana, in Escuriali Regia, et alibi. Quam ipse vidi, incipit in psalmo secundo, ἐν τῇ μνήμῃ τῶν ἀσεβῶν τὸν πρῶτον συμπεράνας ψαλμόν (*a*).

Necnon ex ejusdem commentario *in Cantica canticorum* recitantur nonnulla in V synodo generali, collat. 4. Quid vero ipse de eo libro senserit, ex eodem audiamus : *Cum me piguisset Cantica canticorum perlegere, quoniam neque secundum propheticam speciem exposita sunt, neque secundum historiarum traditionem, sicut scriptura Regnorum, neque demonstrativa admonitione studii utuntur, nescio quomodo tuarum litterarum præceptum, de Cantico canticorum exigens a nobis irrecusabiliter causam, fecit me circa eam diligentiorem, violenter quidem. Et sic, nec enim cessavi, et initio ipso lectionis, quasi studiosa alacritate oscitans frequenter, et dormiens, sicut convivio codicis nuptialis, et hoc regali, percantatus*, etc. Reliqua videri possunt in eodem concilio, collat. 4.

Ex ejusdem etiam commentario *in duodecim prophetas* quædam recitantur in eadem synodo, collat. 4. Et exstant ad hunc diem *in Oseam* P., Εἰς ἔλεγχον τῶν ἀβασανίστως ἐπιβάλλειν ταῖς προφητικαῖς ἐπιχειρούντων φωναῖς· *in Ioelem* P., Πρόκειται ἡμῖν τοῦ μακαρίου Ἰωὴλ τοῦ προφήτου τῆς σαφηνείας ἀπάρξασθαι νῦν· *in Amos* P., Πρόδηλον οὖν ὅτι καὶ ὁ μακάριος Ἀμὼς ὁ προφήτης, ὃν ἑρμηνεύειν Θεοῦ χάριτι· *in Abdiam* P., Ἀπεχθῶς ἄνωθεν Ἰδουμαῖοι πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας ἔσχον· *in Jonam* P., Εἷς καὶ αὐτὸς τῆς τε Παλαιᾶς καὶ Νέας ὑπάρχων Θεός· *in Michæam* P., Παραπλήσια τοῖς περί τε Ὡσηὲ, καὶ Ἀμὼς, καὶ τοὺς λοιποὺς ὁπόσοι· *in Nahum* P., Νινευὶ πόλις ἦν μεγάλη, πλήθει τε κομῶσα, καθὼς ἡ θεία διδάσκει Γραφή· *in Abbacuc* P., Ἤδη τοῦ Ἀσσυρίου μὲν τῶν δέκα φυλῶν αἰχμαλώτους εἰς τὴν οἰκείαν ἀπαγαγόντος χώρων· *in Sophoniam* P., Οὐ πόρρω τοῦ μακαρίου Ἀμβακοὺμ τῷ χρόνῳ τὴν προφητείαν ταύτην· *in Aggæum* P., Ὡσηὲ μὲν, καὶ Ἰωὴλ, καὶ Ἀμὼς, καὶ Μιχαίας οἱ μακάριοι προφῆται κοινὸν πρὸς ἅπαντα (*b*).

In exponendis quoque Novi Testamenti voluminibus sedulam operam collocavit. Illinc ex ejus commentario *in Matthæum* lib. I et IV, quædam recitantur in eadem synodo, collat. 4, et apud Facundum, lib. III, cap. 2.

Ex commentario item *in Lucam* quædam ipsius afferuntur in eodem concilio, et complura in catenis Græcis *in Lucæ Evangelium*.

Quemadmodum et ex commentario *in Joannem* lib. I et lib. VI, pleraque, et a Facundo lib. IX, cap. 3, quædam.

Expositionis ejusdem *in Acta apostolorum* meminit Justinianus imperator in Edicto de fide orthodoxa, cujus principium est, *Εἰδότες ὡς οὐδέν*. Τὸ δὲ χεῖρον ὅτι ἐν τῇ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων γενομένῃ παρ' αὐτοῦ δῆθεν ἑρμηνείᾳ συγκρίνων ὁ αὐτὸς Θεόδωρος τὸν Χριστόν. *Quod autem deterius est, etiam in expositione, quam* in Acta apostolorum *composuit, idem Theodorus comparat Christum*, etc. Ex hujus expositionis libro I, referuntur aliqua in eadem synodo, collat. dicta.

Illius etiam expositionem *in Epistolam ad Romanos* meminit Facundus, lib. III, cap. 6. Et ex iisdem quædam adducit. Ex eadem interpretatione quædam recitantur in quinta synodo collat. dicta (*c*).

Scripsit quoque librum seu commentarium *in*

(*a*) Vidit Allatius codicem Vaticanum 617, ubi reapse, initio ducto a psalmo secundo, commentarius dicitur Theodori Antiocheni. Sed tamen errorem non agnovit Allatius ; est enim is commentarius Theodoreti, non Theodori, ut ego legens comperi, erroremque in ipso Vaticano indice emendandum manu mea curavi. Imo vero codicis mendum diligenter me jam coarguisse memini in præfatione ad priorem editionem tomi I *Script. vet.* p. XXII. Utique Mopsuesteni plurimæ partes genuinæ commentarii *in Psalmos* editæ postea fuerunt in Corderii catena ; sed plurimæ adhuc latent in codicibus, tantoque numero, ut id Mopsuesteni opus propemodum in integrum restitui posse videatur ; quod me facturum, vita comite, conjunctis etiam partibus Corderianis, spondere ausim.

(*b*) Nescio cur Allatius reticeat de Zacharia et Malachia. Utique Zacharias deest in codice Vat. 618, quem solum vidisse Allatium puto. Ibidem tamen Malachias non deerat. Nos vero tandem adepti Columnensem codicem pervetustum cum integerrimo commentario Mopsuesteni ad XII prophetas (quem codicem pretio emptum in Vaticanos pluteos intulimus), præclarissimum hoc Mopsuesteni opus vulgavimus in *Script. vet.* tomo VI ; et nuper demum Latinitate quoque totum donavimus.

(*c*) Partem expositionis hujus *in Ep. ad Rom.* insignem Græce nos edidimus in *Spicil. Rom.* t. IV, p. 499-573.

Digitized by Google

symbolum Nicænum, sententias Patrum ad suos errores comprobandos detorquens. Justinianus imperator in Edicto supra laudato: Ἀλλ' οὐδὲ Θεόδωρος ὁ Ἕλληνάς τε καὶ Ἰουδαίους καὶ πάντας αἱρετικοὺς τῇ ἀσεβείᾳ ὑπερβαλλόμενος· οὗτος γὰρ πρὸς ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ βλασφημίαις, οὐκ ἠρκέσθη τῷ πρὸς τὴν ἰδίαν πλάνην παρερμηνεῦσαι σύμβολον τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων, ἀλλὰ καὶ περιφρονήσας τούτου, *καὶ τὰ ἑξῆς. Neque ipse Theodorus, qui paganos, Judæos, ac omnes hæreticos impietate superavit; huic enim præter alias blasphemias non satis fuit apte ad suum errorem perfidiose interpretari symbolum trecentorum decem et octo sanctorum Patrum, sed contempto illo*, etc. Ex hac symboli Nicæni interpretatione quædam referuntur in V synodo, collat. sæpe jam prædicta.

Eoque tandem contempto, scripsit ipse marte proprio symbolum omni impietate plenum, in synodo Ephesina et Chalcedonensi lectum et condemnatum. Idem Justinianus ibidem: Ἀλλὰ περιφρονήσας τούτου, ἕτερον σύμβολον ἐξέθετο πάσης ἀσεβείας πεπληρωμένον, ἐν ᾧ ἀναθεματίσαι τοὺς ἑτέρως φρονοῦντας ἐτόλμησεν· ὥστε ὅσον κατὰ τὴν ἐκείνου μανίαν πάντας τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καὶ Πατέρας κατακεκρίσθαι. Τοῦτο δὲ τὸ ἀσεβὲς Θεοδώρου σύμβολον καὶ ἐν τῇ κατ' Ἔφεσον πρώτῃ συνόδῳ, καὶ ἐν Χαλκηδόνι ἀναγνωσθὲν, ὑφ' ἑκατέρας συνόδου μετὰ τοῦ ἐκθεμένου καὶ τῶν δεξαμένων αὐτὸ κατεκρίθη. *Sed contempto illo, aliud procudit symbolum omni impietate refertum, in quo etiam damnare ausus est eos qui aliter ab ipso sentirent, ut, quantum in se situm erat, damnaverit omnes sanctos apostolos et Patres. Hoc autem impium Theodori symbolum et in synodo prima Ephesina et in Chalcedonensi lectum, ab utraque una cum auctore ejus, et id recipientibus damnatum fuit.* Cyrillus tamen Alexandrinus, cui in hoc negotio major fides habenda est, symbolum tantum in Ephesina condemnatum dicit, nulla facta de illius auctore mentione, quod jam in vivis esse desiisset. Sic enim in *Epistola ad Proclum, Constantinopolitanum patriarcham* (ed. Aubert, t. V, part. II, p. 200): Ἴστω δὲ ἡ σὴ ὁσιότης ὅτι προσενεχθείσης τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐκθέσεως παρ' αὐτοῦ συνταχθείσης, ὡς οἱ προενεγκόντες ἔφασκον, οὐδὲν ἐχούσης ὑγιὲς, κατεκιβδήλευσε μὲν αὐτὴν ἡ ἁγία σύνοδος, ὡς διεστραμμένων γέμουσαν ἐννοιῶν, καὶ τὴν Νεστορίου δυσσέβειαν οἱονεί πως πηγάζουσαν· κατακρίνασα δὲ τοὺς οὕτω φρονοῦντας, οἰκονομικῶς οὐκ ἐμνημόνευσε τοῦ ἀνδρὸς, οὐδὲ αὐτὸν ὑπέθηκεν ὀνομαστὶ τῷ ἀναθεματισμῷ δι' οἰκονομίαν, ἵνα μή τινες τῇ ὑπολήψει τοῦ ἀνδρὸς προσεσχηκότες ἀποβάλωσιν ἑαυτοὺς τῶν ἐκκλησιῶν. Ἡ δὲ ἐν τούτοις οἰκονομία ἄριστόν τι χρῆμα καὶ σοφόν· εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐν τοῖς ζῶσιν ἔτι, καὶ σύνοπλος ἦν ταῖς Νεστορίου δυσφημίαις, ἢ συναγορεύειν ἤθελεν οἷς ἔγραφεν αὐτὸς, πέπονθεν ἂν καὶ τὸν εἰς ἴδιον πρόσωπον ἀναθεματισμόν· ἐπειδὴ δὲ ἀπεδήμησε πρὸς Θεὸν, ἀρκεῖ καθάπερ ἐγῷμαι τὰ ἐκτόπως αὐτῷ γεγραμμένα ἐκβάλλεσθαι παρὰ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων τὰς δόξας, ὅτε ταῖς αὐτοῦ περιτυγχάνουσι βίβλοις· καὶ τὸ περαιτέρω χωρεῖν, θορύβων ἔσθ' ὅτε τίκτει προφάσεις· *Sciat vero sanctitas tua quod expositione, quæ nihil sani habebat, ab eo composita, uti dicebant ii qui eam attulerant, apud sanctam synodum prolata, eam quidem reprobavit sancta synodus utpote perversis conceptibus refertam, et Nestoriana impietate quasi fluentem; eis autem qui ita sapiunt condemnatis, dispensative nullam viri mentionem fecit, nec ipsum nominatim anathemati subjecit propter dispensationem, ne scilicet aliqui magnam viri opinionem spectantes, se ipsos ab ecclesiis separarent. In his vero dispensatione uti, optimum ac prudens est consilium; si enim viveret nunc, et defensor esset blasphemiarum Nestorii, seu tueri suo patrocinio vellet ea, quæ ipse scripserat, utique etiam in propria persona anathemate feriretur: at cum ad Deum migraverit, sat est, prout ego censeo, quæ absurda et inepta ab eo conscripta sunt, expungi ab iis qui recte sentiunt, quando ejus libri occurrant; ulterius autem progredi, esset plane turbarum causas excitare.* Falso itaque Justinianus auctorem symboli damnatum esse asseverat. Facundus lib. III, cap. 2, negat aperte symbolum illud fuisse compositum a Theodoro, et conscriptorem ejus fuisse a dictis synodis condemnatum: *Adhuc tamen aliud magnum ac duplex eorum mendacium publicemus: quod Chalcedonense concilium, non Ephesini tantum, verum etiam ipsius Chalcedonensis judicio videri notabile voluerunt dicentes: Theodori symbolum et in Epheso sub sancto Cyrillo synodus, et in Chalcedone condemnaverunt, atque anathemati subdiderunt cum conscriptore ejus; cum in Ephesina synodo referatur quidam nomine Charisius presbyter, et œconomus Philadelphiæ, nescio quos Antonium et Jacobum presbyteros accusasse de societate Nestorii, et docuisse quod non Ecclesiæ symbolum, sed aliud, conversis Tessarescædecatitis hæreticis, qui non cum Ecclesia, sed quartadecima luna Pascha celebrabant, tradiderunt; nec ibi dicatur, vel ab ipso Charisio, vel a quoquam, illud symbolum Theodori fuisse. Beatus Cyrillus scribens Orientalibus dicit: Prolata est in sancta synodo Ephesina definitio, veluti a Theodoro deposita, sicuti offerentes dicebant. Nec affirmat eam Theodori fuisse, verum neque cum ejus conscriptore, ut isti confingunt refert esse damnatam, quia et nec juste fieret.* « *Lex enim nostra,* » *sicut in Evangelio scriptum est,* « *non judicat hominem, nisi audierit ab eo prius, et cognoverit quid faciat* [1]. » *Falsum ergo est, et quod dixit apud synodum Ephesinam Theodori symbolum cum suo scriptore damnatum. In Chalcedone etiam non alibi mentio Theodori facta est, nisi ubi ex epistola venerabilis Ibæ recitatum est nomen ejus. Cognoscant itaque se nihil suis subreptionibus profecisse, quibus obtinere conati sunt, ut Chalcedonensis synodus sibi contraria videretur, approbans epistolam laudantem Theodorum, quem cum symbolo damnaverit suo.* Lege etiam ejusdem libri capitulum quintum,

[1] Joan. VII, 51.

Digitized by Google

ubi probatur adversatum fuisse Sabellio, ac tres in Trinitate personas agnovisse, et symbolum istud, in quo negatam perhibent Trinitatem, priorum testimonio non esse Theodori, nec negare eam potuisse, quem beatus Cyrillus *adversus Arianorum et Eunomianorum hæreses*, viginti forte et adhuc amplius libros, et alia tradit conscripsisse. Quidquid tamen sit, hoc symbolum recitatum est in V synodo generali, unaque cum illius auctore condemnatum, collat. 4. *Et postquam lectæ sunt blasphemiæ Theodori Mopsuesteni, et impium ejus symbolum, sancta synodus exclamavit: Hoc symbolum Satanas composuit. Anathema ei, qui hoc symbolum composuit. Hoc symbolum Ephesina prima synodus una cum auctore ejus anathematizavit. Unum tantummodo fidei symbolum scimus, quod Nicæni sancti Patres exposuerunt et tradiderunt.*

Scripsit præterea *contra Apollinarem, illiusque hæreses*, plures libros, quos, qui Theodori laudibus favent, summopere prædicant. Theodoretus lib. v *Histor.* cap. ultimo: Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον, καθ' ὃν ὁ θεῖος Θεόδοτος τὴν Ἀντιοχέων ἔθυνεν Ἐκκλησίαν, Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας ἐπίσκοπος πάσης μὲν Ἐκκλησίας διδάσκαλος, κατὰ πάσης δὲ φάλαγγος αἱρετικῆς ἀριστεύσας, τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο. Οὗτος τῆς μὲν Διοδώρου τοῦ πάνυ διδασκαλίας ἀπήλαυσεν, Ἰωάννου δὲ τοῦ θειοτάτου γεγένηται κοινωνός τε καὶ συνεργός· κοινῇ γὰρ τῶν πνευματικῶν Διοδώρου ναμάτων ἀπήλαυον. Ἐξ δὲ καὶ τριάκοντα ἐν τῇ προεδρίᾳ διετέλεσεν ἔτη, κατὰ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου παρατατόμενος φάλαγγος, καὶ τὸν ληστρικὸν Ἀπολλιναρίου καταγωνιζόμενος λόχον, καὶ τὴν ἀρίστην πόαν τοῖς θείοις προβάτοις προσφέρων· *Per id tempus, quo divinus Theodotus Antiochenam regebat Ecclesiam, Theodorus episcopus Mopsuestiæ, qui totam Christi Ecclesiam sua doctrina erudierat, et contra universas hæreticorum phalanges victoriam reportaverat, mortem obiit. Iste et Diodori viri excellentissimi, doctrinæ particeps factus est, et sanctissimi Joannis socius et adjutor: etenim ambo conjunctim sapientiæ præcepta ex spiritalibus Diodori fluentis hauserunt. Triginta sex annis præsulatum gessit Theodorus; neque unquam cessavit tum contra Arianam et Eunomianam sectam velut in acie dimicare, tum clandestinum Apollinaris manipulum impugnare, tum optimam herbam sanctis Christi ovibus suppeditare.* Meminit quoque Leontius Byzantius *Contra Nestorium et Eutychetem*. Ex tertio et quarto libro ejusdem operis multa recitantur in V synodo, dicta collat. Profert etiam nonnulla Facundus, lib. III, cap. 2, et lib. IX, cap. 4, et lib. X, cap. 1. An diversum ab hoc fuerit aliud opus ejusdem *contra Synusiastas et Apollinaristas?* Synusiastæ dicti sunt Apollinaristæ, quod Dei et hominis Christi unam docerent esse naturam σύγκρατον, id est commistam et compositam, humanam et divinam: ideoque progenitores Eutychianorum, quod idem isti affirmarent, dicti sunt. Facundus lib. VIII, cap. 4: *Agebat enim Theodorus frequenter tam libris quam sermonibus in populum* Contra Synusiastas, *sive ut ab auctoris sui nomine sunt vocati, Apollinaristas, progenitores Eutychianæ dementiæ, qui temporibus ejus exorti unam Christi dicebant esse naturam; quibus repugnans, si forte per humanam fragilitatem lapsus invenitur in verbo, quid impium synodus fecit, quod eum tantis attestantibus credidit in sensu mansisse catholico?* Sic qui contra Apollinaristas scribebant, κατὰ συνουσιαστῶν scribere dicebantur. Sic Diodori Tarsensis Κατὰ συνουσιαστῶν a Leontio lib. III, laudatur, et Cyrilli Alexandrini et Theodori Antiocheni eodem titulo ab Anastasio in ecloge χρήσεων cap. 5 (*a*). Quædam ex hoc opere recitantur in V synodo, quæ dicuntur proposita et refutata fuisse a beato Cyrillo collat. 4.

Adversus Arianorum et Eunomianorum hæreses, viginti forte et adhuc amplius libros, et alia præter hæc evangelica et apostolica dicta interpretatus est, de quibus S. Cyrillus refert apud Facundum lib. II, cap. 3: *Et hos quidem labores nullus ausus est increpare, sed dextro decreto honorare studium rectorum dogmatum, quod in eis est;* quæ etiam recitantur in V synodo, atque in his illa quæ Facundus commemorat, hoc titulo: *Ex secundo libro Cyrilli episcopi Alexandriæ de eo quod unus est Christus contra Theodorum.* Sed longe diversa est lectio synodi, qua Theodorus perstringitur, non laudatur. Sic enim habet: *Quos quidem libros nollet aliquis increpare, magis autem honoraret, si inesset eis dogmatum rectitudo.* Laudari ait potuisse libros Theodori, si nihil pravi docerent: mox vero quædam in illis impia inesse demonstratur.

Item *adversus Eunomium pro divo Basilio* libros viginti quinque. Legit Photius in *Bibliotheca* cod. 4: Ἀνεγνώσθη Θεοδώρου Ἀντιοχέως *ὑπὲρ Βασιλείου κατ' Εὐνομίου* ἐν λόγοις κε'. Ἔστι δὲ τὴν μὲν φράσιν οὐ πάνυ λαμπρὸς, ταῖς δὲ διανοίαις καὶ τοῖς ἐπιχειρήμασι λίαν πυκνὸς, καὶ ταῖς γραφικαῖς ἄριστα πλουτῶν μαρτυρίαις· κατὰ λέξιν δὲ σχεδὸν τῶν Εὐνομίου λόγων τὴν ἀνασκευὴν ποιεῖται, ἀμαθῆ τε λίαν τῶν τε θύραθεν μαθημάτων, καὶ πολλῷ μᾶλλον τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσοφίας διὰ πολλῶν ἐπιδεικνύς· ὁ δὲ Μοψουεστίας γεγονὼς ἐπίσκοπος οὗτός ἐστιν, οἶμαι· *Lecti sunt Theodori Antiocheni* pro Basilio adversus Eunomium *libri viginti quinque. Est illi phrasis non usquequaque conspicua: sensibus tamen et argumentis nimium quantum densus, sacræ Scripturæ testimoniis egregie abundat. Ad verbum fere Eunomii rationes refellit, imperitum eum valde externarum disciplinarum, multoque magis nostræ theologiæ pluribus ostendens. Hic vero Mopsuestiæ, ut puto, episcopus fuit.* Libros infra cod. 177, dicit fuisse viginti octo. Ἔστι μὲν οὗτος ὁ Θεόδωρος ὁ καὶ κατ' Εὐνομίου ἐν εἴκοσι καὶ ὀκτὼ λόγοις οὐκ

(*a*) Item Cyrillus *Contra Synusiastas* apud nos *Script. vet.* t. VII, pp. 10, 15, 27, 290, 295, 302. Quod idem est atque contra Synchyticos. *Bib. nov. PP.* t. IV, p. 445. Atque huic scilicet Cyrilli scripto testimonium dabat prædicta quinta synodus coll. 4.

Digitized by Google

ἀγεννῶς ἀγωνισάμενος, καὶ τὴν Βασιλείου τοῦ θεσπεσίου, μᾶλλον δὲ τῆς ἀληθείας, κρατύνων δόξαν. *Idem hic Theodorus ille est, qui* adversus Eunomium *libris octo et viginti non segniter depugnavit, et sancti Basilii vel ipsiusmet veritatis potius sententiam confirmavit.* Et cod. 138, ejusdem operis meminit, de Eunomii *adversus Basilium* scripto edisserens : Οὗ περιτυχόντες Θεόδωρος, καὶ Γρηγόριος Νύσσης, καὶ Σωφρόνιος, ὧν ἐμνήσθημεν ἄνωθεν, πολλαῖς αἰκίαις λόγων λωβησάμενοι, οὐδὲν ἧττον τοῦ προτέρου νεκρὸν, καὶ πάσης ἀπόζοντα ἀκαθαρσίας τῷ γεγεννηκότι ἀπέῤῥιψαν · *In quod incidentes Theodorus, et Gregorius Nyssenus, atque Sophronius, quorum supra est a nobis facta mentio, multis sermonum plagis non secus quam prius aliud conficientes, jam præ impuritate olidum in auctorem suum projecerunt.* An ex hoc vel superiori opere decerpta sunt, quæ recitat Facundus lib. IX, cap. 3, quis, cum neutrum exstet, dijudicabit?

Adversus Origenem de allegoria et historia ad Cerdonem. Unde et Origenianorum odium incurrit. Facundus lib. III, cap. 6.

Adversus eos qui asserunt peccare hominem natura non voluntate, libros quinque. Legit Photius in *Bibliotheca* cod. 177 : Ἀνεγνώσθη βίβλιον οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, *Θεοδώρου Ἀντιοχέως*, ὁ Μοψουστίας δέ ἐστιν, ὡς ἀπό τινων ἐπιστολῶν ἐμάθομεν, *Πρὸς τοὺς λέγοντας, φύσει καὶ οὐ γνώμῃ πταίειν τοὺς ἀνθρώπους*. Διαπεραίνεται μὲν αὐτῷ ὁ πρὸς αὐτοὺς ἀγὼν ἐν λόγοις πέντε, πρὸς δὲ τοὺς ἀπὸ δύσεως τοῦτο τὸ νόσημα νενοσηκότας γράφει τὸ βιβλίον, ὧν καὶ τῆς αἱρέσεως ἀρχηγὸν λέγει γενέσθαι. Ἐκεῖθεν μὲν ὁρμώμενον, τοῖς δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπιχωριάζοντα τόποις, καὶ συντάττοντα λόγους ὑπὲρ τῆς καινοποιηθείσης αὐτῷ αἱρέσεως, διαπέμπειν τοῖς τὸ πατρῷον ἔδαφος οἰκοῦσιν· ὑφ' ὧν καὶ πολλοὺς ἐκεῖσε πρὸς τὸ οἰκεῖον φρόνημα ἑλκύσαι, ὡς καὶ Ἐκκλησίας ὅλας τοῦ ἀτοπήματος πληρωθῆναι · *Lectum est opus Theodori Antiocheni, qui Mopsuestenus ille episcopus est, ut ex quibusdam epistolis cognovimus, hoc titulo :* Contra asserentes peccare homines natura, non voluntate. *Ea disputatio quinque libris absolvitur, quos adversus occidentales hac labe infectos scripsit. Inde enim oriundum hæresis hujus auctorem in orientis modo regionibus versari, librosque de recens abs se excogitata hæresi compositos ad populares suos in patriam transmittere narrant, ut jam ibi multos per hanc artem in suam pertraxerit sententiam, integrasque adeo Ecclesias absurdis illis imbuerit opinionibus* (a). Pete reliqua ab eodem. In hoc etiam multa non sana inspersisse idem Photius adnotavit, et qualisnam fuit in eo opere expressit.

Opus mysticum. Ex cujus libro tertio decimo recitat Facundus lib. III, cap. 1, verba contra Paulum Samosatenum.

Quod Deus peccatum docuit, et mortem introdu-

xit. Ex eo nonnulla adducuntur in concilio V generali, collatione 4 sæpius laudata.

Librum item *ad baptizandos.* Ex quo nonnulla afferuntur in V synodo, collat. dicta, et aliqua recitat Facundus lib. IX, cap. 3, ex libro *ad baptizatos.* Idemne id fuerit, an diversum opus?

De Incarnatione libros XV. Decimo quinto namque libro ipsum totum opus *De Incarnatione* conclusit, ut refert Facundus lib. IX, cap. 3. Eorum argumenta recenset Gennadius *De viris ill.* cap. 12 : *Theodorus Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, vir scientia cautus, et lingua disertus, scripsit adversus Apollinaristas et Eunomianos* De Incarnatione Domini *libros quindecim, ad quindecim millia versuum continentes. In quibus ratione purissima et testimoniis Scripturarum ostendit Dominum Jesum, sicut plenitudinem deitatis, ita plenitudinem humanitatis habuisse. Docet et hominem duabus tantum substantiis constare, id est anima et corpore, sensumque et spiritum non alteram substantiam, sed officia esse animæ ingenita, quibus spirat, quibus rationalis est, quibus sensibile facit corpus. Quartum decimum autem hujus operis librum proprie de increata et sola incorporea dominaque omnium sancta Trinitatis natura, et de creaturarum ratione disserens, pio sensu cum auctoritate sanctarum Scripturarum explicuit ; quinto decimo vero volumine, totum operis sui corpus, citatis Patrum traditionibus, confirmavit et communivit.* Meminit Justinianus in Edicto *De fide orthodoxa:* Ἀλλὰ καὶ τῶν δύο φύσεων μίαν δύναμιν, ἤτοι δυναστείαν λέγων, ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν φανερός ἐστιν, ὡς καὶ ἐν τούτῳ ἀκολουθεῖ τοῖς εἰρημένοις αἱρετικοῖς, Θεοδώρῳ μὲν λέγοντι ἐν τοῖς περὶ ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ διαφόροις λόγοις ἀσεβῶς ἐκτεθεῖσι, Νεστορίῳ δὲ ἐν πολλοῖς συγγράμμασιν · *Quin et cum duarum naturarum unam virtutem sive potentiam auctor epistolæ asserit, plane se prodit hæreticarum assertionum sectatorem, Theodori quidem, qui idem diversis* De Incarnatione *libris impie editis affirmat : Nestorii vero in variis scriptis,* etc. Et Cyrillus Alexandrinus (t. V, part. II, p. 198), in epistola ad clericos et Lamponem presbyterum : Ἠτιῶντο δὲ τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἀνατολῆς ὡς ἀποσιωπήσαντας μὲν δῆθεν τὸ Νεστορίου ὄνομα, καὶ προσποιουμένους αὐτὸν ἀποστρέφεσθαι, μεταπηδήσαντας δὲ ἐπὶ τὰ Θεοδώρου βιβλία τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἐν οἷς πολλῷ χαλεπώτεραι τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν εἰσι κείμεναι· πατὴρ γὰρ γέγονε τῆς Νεστορίου κακοδοξίας, καὶ τὰ αὐτοῦ λαλήσας ὁ δυσσεβὴς ἐν τούτοις γέγονεν, ἐν οἷς νῦν ἐστιν · *Accusabant autem orientales episcopos, quasi tacentes quidem Nestorii nomen, et dissimulantes eum aversari, transilientes autem ad Theodori libros* De Incarnatione, *in quibus multo pejores Nestorii blasphemiis positæ sunt ; pater enim fuit Nestorii perfidiæ, et illius dogmata elocutus, irreligiosus in his factus est, in quibus modo est.* Multa impia ex lib. I, II, VII, VIII, XII, XIII, et

(a) Hoc Theodorum libro vulnerasse, si fieri potuisset, S. Hieronymum ob ea quæ adversus Pelagianos scribebat, jamdiu philologi agnoverunt.

Digitized by Google

XIV recitantur in V synodo. Vide etiam Facundum qui sæpissime illius operis testimoniis utitur. Ea tamen inserta esse ab hæreticis, et Apollinaristis potissimum, testatur idemmet Theodorus, in principio operis, cui titulum fecerat : *De Apollinari et ejus hæresi.* Verba ejus referuntur a Facundo lib. x, cap. 1 : *Ante triginta enim jam hos annos* De Incarnatione Domini *codicem conscripsimus usque ad quindecim millia versuum pertingentem. In quo Arii et Eunomii de hac re delicta, necnon etiam Apollinarii vanam præsumptionem per totum illud opus examinavimus, ut nihil, sicut mea fert opinio, præterirem ex his quæ ad firmitatem ecclesiasticæ orthodoxiæ pertinerent, et ad convincendam eorum impietatem. Sed hi qui omnia facillime præsumunt, et præterea rursum ab Apollinario, qui princeps hujus hæresis fuerat, instituti, omnibus quidem similiter sentientibus opus nostrum manifestum fecerunt, si quo modo aliqua invenirent valentia ad convincendum ea quæ in eo sunt scripta. Quoniam vero nullus contra certamen scriptis suscipere præsumebat, imitati sunt infirmos athletas et callidos, qui, dum non possunt contra fortiores certare, insidiis eos et machinamentis quibus possunt conantur evertere. Scripserunt enim ipsi inter se procul dubio quædam inepta, quæ a nobis unquam minime dicerentur. Denique hæc ipsa in medio nostrorum scriptorum in quadam parte interposuerunt, et suis familiaribus demonstraverunt; aliquando autem et nostris, qui per facilitatem suam omnia pronis animis audiebant, et hoc quasi documentum, sicut putabant, nostræ impietatis, videntibus præbebant. Unum autem ex his scriptis erat, duos filios dicere. Sic enim nos fecerunt in hoc opere dicentes, quod oporteat putare et dicere duos filios, et vehementer nos istum sermonem defendere, dum nos in illa scriptura ubique manifeste diceremus, quod non oporteat duos filios dicere. Necesse erat ergo non solum inepta, sed etiam infirma illa scripta audientibus apparere, quoniam neque firma ratione neque convenienti hoc possibile erat ostendi; et ab illis idcirco infirmis erat conscriptum, quatenus ille qui scripserat, facilius inde convinci potuisset. Unus ergo ex nostris propter multam facilitatem hæc nostra esse credidit scripta, et hujus rei gratia dignus fide ab illis creditus est qui ista perlegerat, et renuntiavit nobis ea que fuerant scripta. Cum ergo audissemus, culpavimus quidem illum, quod contra nos dictis sermonibus credidisset de his rebus, quas sæpius et in Ecclesia et privatim dicentes nos audivit, cum fideliorem scriptis nostram vocem judicare debuerit ad documentum nostræ sententiæ, quam in dogmatibus nostrum votum est conservare.* Hinc concludit Facundus : *Accepisti, clementissime imperator, quo livore semper, et qua fallacia institutores Eutychianorum synusiastæ insidiati fuerint dictis Theodori, et quomodo tentaverint levissimorum catholicorum mentes a doctrina ejus avertere, ut non solum prave interpretarentur ea quæ ille recto sensu docebat obvius eorum stultitiæ, verum etiam libros ejus interposita falsitate corrumperent. At ille hinc vel eorum malitiam, vel facilitatem catholicorum fiducialiter arguebat, quod palam prædicaret in Ecclesia Christi quæ sanæ doctrinæ congruerent, et vox ejus fidelior scriptis esset ad documentum suæ sententiæ. Absentis enim scripta, quæ corrumpi ab inimicis Ecclesiæ possunt, vocis ejus testimonio præferri non debuerant.* Et lib. IX, cap. 3 : *Nam cui bene sentienti non sufficeret ad cognoscendam Theodori fidem, ipse solus ejusdem operis titulus? Quis enim eum audiens condidisse libros* De incarnatione, *aut, ut proprie hoc exprimam, minus quidem Latino, sed necessario verbo, sicut a Græcis dicitur, de inhumanatione Filii Dei, duos eum putet filios prædicasse? Nam qualiter Filium Dei, id est Deum Verbum, non hominem quoque diceret, quem diceret inhumanatum?* De titulo hoc Σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως, et de eo inter orthodoxos atque heterodoxos discrimine, repete quæ supra diximus. Advertendum interim est, cum Gennadii verba ad Theodorum Raithenum presbyterum Possevinus transfert, asseritque hunc librum e Græco in Latinum Godefridum Tilmannum vertisse, et Margarinum Bignæum in *sanctorum Patrum bibliothecam* inseruisse tom. I editionis II Parisiensis, eum non uno modo labi. Hic etenim Antiochenus, qui *De incarnatione Domini* libros XV scripsit, longe diversus est a Theodoro Raitheno : et liber Theodori Raitheni *De divina œconomia*, et modo carnis a Deo assumptæ, in quo de Manete, Paulo Samosateno, Apollinari, Theodoro Mopsuesteno, Nestorio et Eutychete agitur, et versus a Tilmanno, longe alius est ab hoc Theodori Antiocheni in quindecim libros diviso. Et Antiochenum hunc Theodorum Mopsuestenum esse, et non Raithenum, pluribus modis ex Photio aliisque probatur. Et plane Theodori Mopsuesteni libri *De incarnatione*, quod ipse sciam, non exstant (imo prorsus perierunt). Vide quæ infra dicimus de Theodoro Raitheno.

De Persarum magia libros tres. Legit Photius in *Bibliotheca* cod. 81 : Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον Θεοδώρου *Περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς, καὶ τίς ἡ τῆς εὐσεβείας διαφορά*, ἐν λόγοις τρισί· προσφωνεῖ δὲ αὐτοὺς πρὸς Μαστούβιον ἐξ Ἀρμενίας ὁρμώμενον, χωρεπίσκοπον δὲ τυγχάνοντα· καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λόγῳ ἐκτίθεται τὸ μιαρὸν τῶν Περσῶν δόγμα ὃ Ζασράδης εἰσηγήσατο, ἤτοι περὶ ταῦ Ζαρουὰμ, ὃν ἀρχηγὸν πάντων εἰσάγει, ὃν καὶ τύχην καλεῖ· καὶ ὅτι σπένδων, ἵνα τέκῃ τὸν Ὡρμίσδαν, ἔτεκεν ἐκεῖνον καὶ τὸν Σατανᾶν· καὶ περὶ τῆς αὐτῶν αἰμομιξίας· καὶ ἁπλῶς τὸ δυσσεβὲς καὶ ὑπέραισχρον δόγμα κατὰ λέξιν ἐκθεὶς ἀνασκευάζει ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ· ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς δυσὶ λόγοις τὰ περὶ τῆς εὐσεβοῦς διέρχεται πίστεως, ἀπὸ τῆς κοσμογονίας ἀρξάμενος, καὶ περὶ αὐτῆς τῆς χάριτος ὁμοίως, καὶ ἐπιτροχάδην διελθών· οὗτος δ' ὁ Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας εἶναι δοκεῖ· τήν τε γὰρ Νεστορίου αἵρεσιν, καὶ μάλιστα ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ ἐπικρατύνων προσαναφωνεῖ· ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ἀποκατάστασιν τερατεύεται. *Lecti sunt Theodori* De persica magia, et quid

a pio cultu differat, *libelli tres, quos Mastubio Armeno, chorepiscopum agenti, inscribit. Ac primo quidem libro exponit nefandum Persarum dogma, quod Zasrades induxit; sive de Zaruam, quem principem omnium facit, et fortunam etiam appellat; hinc libatione oblata, ut Hormisdam gigneret, et illum et Satanam præterea genuisse; de eorum insuper sanguinis mistione (incestis nuptiis); denique ubi simpliciter impium et perobscenum dogma ad verbum proposuit, priore illud libro refellit. Reliquis duobus de fidei pia doctrina tractat, ducteque a mundi creatione exordio, ad ipsam legem gratiæ pari modo cursim dilabitur. Ilic Theodorus ille Mopsuestenus esse creditur; Nestorii enim hæresim maxime libro tertio confirmans proclamat. Quin et impiorum in pristinum statum restitutionem confingit.*

Adversus Juliani Apostatæ calumnias in Christianos, laudatur in catena Græca *ad Lucam* (*a*) : Θεοδώρου Μοψουεστίας ἐκ τῶν *Πρὸς τὰς κατὰ χριστιανῶν κατηγορίας Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου· Ex commentariis Theodori Mopsuesteni* adversus Juliani desertoris criminationes in Christianos.

Epistolam ad Domnum laudat Anastasius in ecloge *Χρήσεων δογματικῶν* his verbis : Θεοδώρου Μοψουεστίας ἐκ τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς· *Theodori Mopsuesteni ex epistola ad Dominum* (*b*).

Epistolam ad Artemium Alexandrinum presbyterum. Ex ea recitat aliqua Facundus lib. III, cap. 3.

Epistolam ad Joannem Chrysostomum, qua Chrysostomianæ respondet post lapsum. Quod cum non intellexissent epitomatores Gesneriani verterunt : *Antigramma contra Joannem Chrysostomum*. Inveniturque ms. passim in bibliothecis Italiæ sub hoc titulo : Θεοδώρου τοῦ ἐκπεσόντος ἀντίγραμμα πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις πατέρα ἡμῶν Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον· *Theodori lapsi responsio ad litteras S. P. N. Joannis Chrysostomi*. P., Πάντοτε οἱ ἐν εὐδίοις λιμέσι κομιζόμενοι. Et sane inconsiderate loquuntur qui lapsum hunc a Theodoro Mopsuesteno distinguunt, cum unus idemque sit, et lapsus iste, et Theodorus Mopsuestenus, necnon Theodorus Antiochenus, quod plerique cum non essent subodorati, diversum fecere. Et de his postremis satis abundeque esse videtur conjectura et suspicio inter alios Photii. Epistolam Savilius in appendicem ad opera Chrysostomi retulit, namque ad illam pertinent duo libelli Chrysostomiani *Πρὸς τὸν ἐκπεσόντα τοῦ ἐναρέτου βίου*. Non potest esse, inquit rigidus ac tetricus censor, Theodori frigidum hoc ineptum et pene ridiculum σύνταγμα, quem Sozomenus πολυΐστορα fuisse, et liberalibus disciplinis excultum tradit. At plane ridiculum non esse, fletus ipse et lacrymæ quibus ubique inundatur, non patitur. Potius ridiculus est Savilius, ut aiebat Nicolaus Alemannus, qui risum quærit in lacrymis Theodori pœnitentis, sibique fortasse permisit in viri docti lugubri lamentatione facundiæ frigiditates et leporum ineptias. Verum sicuti Theodorus lacrymans hoc opus profudit, neque frigidum est, neque ineptum, sed ut illud Savilius politulum vellet atque limatulum, sic esset plane ridiculum.

At, inquit, Sozomenus Theodorum πολυΐστορα fuisse scribit, adde etiam ῥητόρων ἱκανῶς ἐπιστήμονα. Respondet Alemannus doctissime : Verum πολυΐστωρ appellatur, non facundus et eloquens, sed is qui litteris multis præditus, rerumque plurium ac varia scientia sit, ut A. Gellius ait de Appione vocato πολυΐστωρ (*c*). Cyrillus autem (*contra Jul.* lib. X, p. 342), ut Clementis Alexandrini facultatem dicendi, et eruditionem suis nominibus exprimeret, ἑλλόγιμον illum vocavit, et πολυΐστορα, quas voces ipse explicat alibi (lib. VII, p. 231). Κλήμης ἀνὴρ ἑλλόγιμος καὶ πολυμαθής, καὶ ἀναγνωσμάτων ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσας βάθος. Neque vero etiam qui in oratoribus versatus est, et summos rhetores audivit, uti Theodorus Libanium, statim eloquens disertusque evasit. Nec enim ille naturam ad id accommodatam habuit, neque operæ pretium duxit eam arte limare, ut in suis illis monumentis, quæ vidimus, plane declarat. Legimus vero quædam diversorum ejus operum ἀποσπασμάτια, aliquot psalmorum enarrationes, et integros *in prophetas minores* commentarios, quos nisi Savilius in promptu habeat, consulat in citatis locis Photium, qui ejusdem aliquot opera legit, atque ita censuit : Τὴν δὲ φράσιν οὐδὲ λαμπρὸς, οὐδὲ λίαν σαφὴς· ταὐτολογεῖ δὲ τὰ πλεῖστα, καὶ ἄχαρίς πως, καὶ ἀηδὴς εἶναι δοκεῖ· *Stylus illi neque nobilis, neque admodum perspicuus est. Eadem identidem repetit, et ingratus atque molestus legentibus accidit.* Et alibi (cod. 177) : Ἀσαφὴς δέ ἐστι, καί τοι λέξει οὐ ξενιζούσῃ χρώμενος, ἀλλὰ τῷ σχοινοτενέσι χρῆσθαι ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον περιόδοις καὶ παρεμβολαῖς ἀλλεπαλλήλοις, δι' ὧν καὶ εἰς μήκιστον ὁ νοῦς ἀποτείνεται τῶν προκειμένων, τῷ τε τῶν ὀνομάτων ταῖς πλαγίαις καὶ ταῖς μετοχικαῖς λέξεσι πλεονάζειν, τὰ αὐτά τε πολλάκις, καὶ μηδὲ σὺν κόσμῳ ἐπανακυκλεῖν, καὶ τὰς ἐπαναλήψεις πλέον τῶν διηγήσεων, ὅπερ ἀμέθοδον παντελῶς ταῖς περιστάσεσι μεμεστῶσθαι, καὶ τοῖς τοιούτοις οὐκ ὀλίγοι ζόφον τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων κατασκεδάζει· *Etsi autem dictionibus utatur non inusitatis, obscurus tamen est : tum quia ut plurimum immodice prolixas habet periodos, et interpositiones crebras, per quas etiam sensus quam longissime a re proposita recedit; tum etiam quia nominum obliquis ac participiis redundat, et res easdem frequenter, neque id satis ornate, volvit ac revolvit, tum denique quia repetitiones illius pluribus, quam narrationes ipsæ, quod omnino sine methodo fit, rerum adjunctis refertæ*

(*a*) Reapse ex catena *in Lucam* codicis Pal. Vat. XX, edidit ætate nostra sex quæ ibi erant hujus operis fragmenta vir perdoctus Fed. Muenterus præsul Hafniensis.

(*b*) Duo nos fragmenta protulimus in *Script. vet.* tomo VII, p. 69.

(*c*) Gell. V, 14. Sequitur autem vulgarem lectionem Allatius, pro *Plistonices*, ut nunc legitur in Gellii contextu.

Digitized by Google

sunt, atque ob hujusmodi causas non parum obscuritatis scriptis ejus aspergit. Si hoc igitur est Theodori dicendi genus, hæc de qua agimus epistola, ipsissima Theodori est (*a*).

Pergit Savilius : Neque cujusquam, ut opinor, illius ætatis esse potest hoc σύνταγμα, cum et tunc et aliquot post sæculis Chrysostomi cognomen ignotum fuisse videatur, ut ex Georgio Alexandrino qui post ducentos minimum annos vixit, constare potest. Qua ætate auditum sit nomen Chrysostomi, fusius alibi diximus, subdit Alemannus, ut hic repetere opus non sit. Addimus ad illa modo hæc : Licet Chrysostomus antequam in solitudinem veniret, sæpe suæ eloquentiæ specimen ediderit, ut in illa *De Valentiniano imperatore ejusque liberis* oratione, quam Libanius est admiratus, tamen propius ad veritatem accedit, ut postmodum illa ἐπωνυμία data Chrysostomo sit. Et primo vel ab Antiochenis, ut Metaphrastes ait, vel a Byzantinis eidem concionanti, tam honorifice sit acclamatum. Theodorus vero scripsit ad Chrysostomum dum adhuc in solitudine versaretur. Codex vero Vaticanus DLXVI, ex quo Savilius descriptam habuit hanc Theodori epistolam, perantiquus est, sed nomen Chrysostomi admisit ex margine; nam codices DLXIX, et MCCCCLV, eam παρενθήκην non habent. Qui sicuti Joannis ἐπωνυμίᾳ non officiunt, sic ille prior Savilio nihil plane suffragatur ad Theodori epistolam impostura notandam.

Aliam imposturam observat. Circa finem, inquit, compellat Chrysostomum *patrem*, cum tamen, nisi fallor, juvenis Chrysostomus ad Theodorum sine lubio juvenem, ut qui nondum attigerat annum ætatis suæ vicesimum, scripserit. Sic enim compellat Theodorus : Θεοφιλέστατε ἀδελφὲ καὶ πάτερ· καὶ γὰρ ὡς πατέρα ἐπιγράφεσθαι, καὶ ὡς ἀδελφῷ τὰ πρεσβεῖα δοῦναι, οὐδέποτε ἀμφέβαλλον. Et de sodali, et coetaneo suo Libanius in libro *Περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης* sic habet : Κρισπίνῳ μάλα ἐχρώμην Ἡρακλειώτῃ νεανίσκῳ, ὃς ἡλικιώτης ὢν ἐμὸς, πατέρα με ᾤετο προσορᾶν, τοῖς ἐμοῖς νόμοις ἐν μείζοσι καὶ ἐλάττοσι παιθόμενος. Quid ergo mirum si Theodorus Chrysostomum non absolute *patrem* nominat, sed etiam fratrem appellat? Patrem non longo ætatis progressu, sed maturitate, prudentia, et consilio; neque enim semel partes egit patris apud Theodorum Chrysostomus, et cum ad vitæ monasticæ institutum suscipiendum allexit, ut narrant Socrates et Sozomenus, et cum ambo adhuc pueri Libanium Athenis audiebant, ἡνίκα σοι πολλὰ παρῄνουν εἰς μουσεῖα φοιτῶντι. *Cum*, inquit, *multa te admonebam in ludum litterarium ventitantem.* Hujus vero generis admonitores, qui vel ad meliorem frugem alios revocarent, vel religionis doctrina erudirent, etiamsi laici ordinis essent, patres vocatos nemo eruditus ignorat. Cæsarius Gregorii Nazianzeni frater, licet instituto medicus, et officio quæstor, ab amicis quos in dialogo alloquitur sæpe πατὴρ φιλότεχνος salutatur, quoniam ut Clemens Alexandrinus in primo *Stromatum* ait, αὐτίκα πατέρας τοὺς κατηχήσαντας φαμέν, *statim eos patres appellamus, a quibus doctrina imbuti sumus.* Et υἱὸς πᾶς ὁ παιδευόμενος, ut idem subdit, *filius est quicunque instituitur*, id est merito nuncupatur. Origenes Gregorio Neocæsariensi scribere consueverat, ut est in *Philocalia* cap. 13 : Χαῖρε ἐν Θεῷ, κύριέ μου σπουδαιότατε, καὶ αἰδεσιμώτατε υἱὲ Γρηγόριε, παρὰ Ὠριγένους. Vocat quidem κύριον ob generis nobilitatem, υἱόν vero ob institutionem. Paulinus Christianus (*b*) Ausonio gentili ita scribit :

Hanc cum tenere discimus, possumus tibi
Non exhibere, id est patri,
Cui cuncta sancta jure chara nomina
Debere me voluit Deus?
Tibi disciplinas, dignitatem, litteras,
Linguæ, togæ, famæ decus,
Provectus, alius, institutus debeo,
Patrone, præceptor, pater.

Quemadmodum παῖδα Timotheum, ad quem Dionysius Areopagita, vocat. Sed Chrysostomus in exsilium proficiscens, singulari charitatis declaratione, quos etiam per Evangelium genuerat Christo filios, patres dicit : Ἓν σῶμά ἐσμεν, οὐ σῶμα κεφαλῆς, οὐ κεφαλὴ σώματος χωρίζεται· διειργόμεθα τῷ τόπῳ, ἀλλ' ἑνούμεθα τῇ ἀγάπῃ· οὐδὲ θάνατος διακόψαι δυνήσεται· κἂν γὰρ ἀποθάνῃ μου τὸ σῶμα, ζῇ ἡ ψυχὴ, καὶ μέμνηται τοῦ δήμου· ὑμεῖς ἐμοὶ πατέρες. Ἱῶς

(*a*) Recusa fuit hæc Theodori lapsi epistola in Maurina Chrysostomi editione t. I, p. 891 seqq. Jam vero Montfauconius, qua libertate solet, incunctanter eam ut insulsi Græculi commentum damnat, atque in Savilii sententiam pedibus it, tum propter styli, ut ait, genus, tum ob illos et *Chrysostomi* et *patris* titulos, qui Savilio scrupulum non immerito injecerunt. Nolo equidem apologiam hujus scripti agere, sed certe Montfaucomius si hanc ineditam Allatii diatribam vidisset, mitius fortasse ac temperatius judicium protulisset. Nam quod attinet ad *Chrysostomi* vocabulum, probat Allatius sero id in codicibus epistolæ huic fuisse additum ; *patris* vero titulum morali latoque tantum sensu poni a Theodoro, patet ex ejus verbis circa finem, ἀδελφὲ καὶ πάτερ, *frater ac pater*. Nam Theodorus patrem simul fratremque dicit Chrysostomum, quod de juvene quoque benemerente et amante apte dici posse, nemo negabit. Ego vero observo, etiam illud in epistola recitatum Jonæ exemplum, ubi dicit Theodorus : Οὗτε δὲ ἐκεῖνος διὰ μισανθρωπίαν ἐλυπήθη, ἀλλ' ἐκινδύνευε, μὴ τῆς φιλανθρωπίας μέρος, διαβολὴν κατὰ τοῦ ἀποστείλαντος ὡς ψεύστου ἐργάσηται· *Neque vero ille quod odio homines haberet indoluit, sed periclitatus est ne clementiam mittentis se, in crimen mendacii verteret;* locus, inquam, hic non valde abludit ab illo Theodori in genuino *ad Jonam* commentario, quem nos edidimus (Jon. IV, 2), ὅτι τε ἐντεῦθεν αὐτῷ περιέσται τὸ ψεύστου τινὸς καὶ ἀπατεῶνος δόξαν λαβεῖν· *se fallacis hominis ac deceptoris famam adepturum.* Hæc breviter exercitii gratia disserere libuit, ita tamen ut litem sub judice libenter relinquam.

(*b*) In editione Muratorii *poem.* X, 79. Jam vero ad hanc editionem notæ mihi sunt Viti Juvenatii viri cl. mss. adnotationes doctæ ac perquam severæ, et luce dignæ.

Digitized by Google

ὑμῶν δύναμαι ἐπιλαθέσθαι; Ὑμεῖς ἐμοὶ πατέρες, ὑμεῖς ἐμοὶ ζωή, ὑμεῖς ἐμοὶ εὐδοκίμησις· *Unum corpus sumus, neque caput a corpore, neque corpus a capite separatur. Etiamsi loco dividimur, sed charitate conjungimur; ego a vobis nec morte divellar: nam etsi corpus meum moriatur, anima mea vivit, et memoriam vestri tenebit; vos mihi patres. Quomodo vestrum obliviscar? Vos mihi patres, vos mihi vita, vos mihi gloriatio.* Qua nota charitatis Chrysostomi erga suos, etiam homiliam tertiam in *Acta apostolorum* insignitam invenies.

Parum oppido Savilio erat, ut frigidulis hisce rationibus Theodori epistolam Calvinianis Lutheranisque adversam exsibilaret, nisi aliud ejusdem putidum munimentum, suis favens sectariis, veluti ab ovo excitasset; nam ait ex Vaticana bibliotheca depromptum Theodori Ἀντίγραμμα, si legitimum est, et non spurium, plane diversum esse ab oratione a Sozomeno memorata, quam videtur Theodorus a Chrysostomo minime provocatus, vel ante reditum, vel in ipso reditu ab eremo in sui excusationem adornasse. Quænam isthæc Theodori oratio est, quam quæsito auctore Sozomeno sibi fingit Savilius? Acutus sane homo! Ut audivit Theodorum monachum excucullatum nescio quid in sui excusationem attulisse, statim egregiam aliquam lucubratiunculam subodoratus est, ita plane adornatam, ut decebat monachum desertorem, Deo cui se devoverat renuntiantem, castitati et continentiæ vale dicenti, nuptias et connubia quæritantem. Si Theodori orationem ea capita complectentem alicubi in bibliothecis Savilius reperisset, multo libentius in gratiam sectariorum edidisset, quam hanc epistolam, quæ monasticam asserit disciplinam, castitatis observantiam, vota Deo a monachis nuncupanda, sancteque solvenda, peccatorum exhomologesim, pœnitentiæ lacrymas, et suffragiorum efficacitatem, quam epistolam ita stomachatur et nauseat, ut ob id frigidam, ineptam et ridiculam eam appellet. Sed, quæso, videamus quæ fuerit Savilio causa somniandi illam Theodori orationem. Neque enim Sozomenus, quem citat, hoc ait; sunt quippe hæc ejus verba (lib. VIII, 2): Ἀλλ' οὗτος μὲν ἡνίκα τὴν ἀρχὴν ἐνέτυχε τοῖς θείοις νόμοις, καὶ ἱεροῖς ἀνδράσιν ὡμίλησεν, ἐπῆνεσε ταύτην τὴν ἀγωγὴν καὶ κατέγνω τῶν ἀστυκῶν· οὐ διήρκεσε δὲ τὴν αὐτὴν προθυμίαν ἔχων. Μεταμεληθεὶς δὲ πρὸς τὸν πρότερον βίον εἵλκετο, οἷα δὲ εἰκὸς, ἐναντίοις λόγοις κοσμήσας τὸ σπουδαζόμενον ἐκ παλαιῶν ὑποδειγμάτων, ἦν γὰρ πολυΐστωρ, εἰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθεν· *Hic vero Theodorus ab initio quidem cum in sacras leges incidisset, et cum sanctis viris conversaretur, hoc vitæ genus approbabat, ac sæculare damnabat; sed in eodem hoc proposito non perstitit. Sed tamen pœnitentia ductus, ad priorem vitæ consuetudinem retractus fuit, et quod est consentaneum, contrariis argumentis propositum suum ornans, ex veterum exemplis, erat enim variæ ac multæ lectionis, in urbem reversus est.* Nullam hic orationem Sozomenus memorat a Theodoro compositam, sed tantum innuit rationes aliquas ab eo inter consulendum, deque suo discessu cum monasterii præfecto statuendo forte adductas. Quæ num etiam ab eo adductæ fuerint, certo se scire Sozomenus aperte negat, sed credibile id esse ait, οἷα εἰκός, atque probabile, et verosimile. En tibi Savilium plane pueriliter deceptum. In Sozomeno nos alio ex capite fidem desideramus; nam Theodoro plus æquo addictus, in ejus lapsus narratione fucum veritati fecisse videtur. Id igitur animadvertendum hic est, non solum Justiniani temporibus fuisse Theodori studiosos, qui ejus lapsum et hæreses ὑποκορίσαι, et mitiorem in partem interpretari conarentur, ut Facundus Hermianensis episcopus in duodecim libris *De tribus capitulis*, Basilius Cilix, Leontius, et alii; sed ejus etiam æquales et synchronos hoc idem summo studio curasse. Nam Theodoretus in epistolis (*a*) affirmat, scripsisse se βίβλον ὑπὲρ Διοδώρου καὶ Θεοδώρου, ἐν ᾗ τὴν κατ' αὐτῶν γεγενημένην γραφὴν διέλυεν, οὐ δείσας τῶν κατηγόρων τὴν δυναστείαν· *Librum pro Diodoro et Theodoro, in quo illatas eis accusationes refellebat, nihil veritus accusatorum potentiam.* Hunc librum innuit Justinianus in suæ fidei professione: Θεοδώρητος ὁ πολλοὺς ὑπὲρ Θεοδώρου λόγους τε καὶ ἐπαίνους ἐκτείνας· *Theodoretus qui multos libros pro Theodoro scripsit, laudesque ejus copiose celebravit.* In quibus quam præclare de Theodoro senserit, colligi potest, cum ex ejus epistolis, ubi ἅγιον *sanctum* illum nominat, tum etiam ex ultimo *Historiæ* ejus *ecclesiasticæ* libro et capite, ubi magnis illum laudibus extollit. Hæc eadem nimirum de Theodoro sentiebat Sozomenus, quare vehementer fides historica vacillat, ubi Theodori lapsum ita prosequitur, ut nullum intelligas crimen in eo, quem Chrysostomus centies ἐκπεπτωκέναι repetit. Ἔκπτωσις autem ecclesiasticis scriptoribus est, ut ait Cæsarius paulo ante laudatus, Ἡ ἐξ ἀρετῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπονόστησις, καὶ ἡ ἐκ παρθενίας ἐπὶ λαγνείαν ὁρμή· *Cum a virtute ad vitia, et a pudicitia ad luxuriam receditur ac diffluitur.* Neque vero Theodorus antequam ab eremo discederet, ita erat omni voto solutus, ut referre pedem, retroque respicere posset. In mentem ei Chrysostomus revocat τὰς πρὸς Χριστὸν συνθήκας, *cum Christo spirituale conjugium.* Ipse vero Theodorus in hac epistola· Εὔξασθε, τίμιοι Πατέρες, μνησθῆναί μου τῆς καλῆς ὁμολογίας, ἣν ὡμολόγησα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων· *Orate, venerandi Patres, ut illa mihi ante oculos versetur promissio, quam coram Deo vel angelis, et hominibus spopondi.* Quid ergo subdit Sozomenus de honesto licitoque matrimonio, quod Theodorus meditaretur? Curnam etiam γάμον illud nominat? Nam Chrysostomus *ad Theo-*

(*a*) In editione Sirmondi, epist. 16, quem Theodoreti pro Theodoro ac Diodoro librum non recenset Garnerius dissert. 2, cap. 9 inter opera Theodoreti deperdita.

Digitized by Google

dorum ita scribit : *Τίμιος*, φησὶν, *ὁ γάμιος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· σοὶ δὲ οὐκέτι δυνατὸν τὰ δίκαια φυλάξαι τοῦ γάμου· τὸν γὰρ ἐπουρανίῳ συναφθέντα νυμφίῳ, τοῦτον μὲν ἐᾶσαι, γυναικὶ δὲ αὐτὸν συνάψαι, μοιχεία τὸ πρᾶγμά ἐστι· κἂν μυριάκις αὐτὸν γάμον καλῇς· At, inquis*, honorabile connubium, et torus immaculatus[1]. *Tibi vero matrimonii jura nequaquam convenire possunt. Si quis enim cœlesti se sponso conjungat, deinde eo repudiato se mulieri copulet, adulterium committit, licet illud contentiose decies millies matrimonium appelles.* Igitur qui Theodori lapsum ad rationem veritatis revocare velit, unum Chrysostomum audiat, necesse est, ex quo rem sic habeat. Theodorus non diu postquam Christo nomen dederat, φροντίζειν πραγμάτων πατρῴων cogitur; et dum facta sibi tantisper facultate a monasterii præfecto, in urbe versatur, in transversum agitur, et carnis illecebris irretitus, Hermionem, quam ardentissime adamaverat, etiam matrimonio sibi conjungere parabat. Hic primus Theodori jam monachi lapsus in luxuriæ cœnum, ut Chrysostomus ipse notat, τῆς σῆς ψυχῆς τὸ πρῶτον πεσούσης πτῶμα. Antequam vero in eremum secederet, immerito ejusdem cœni et impudicitæ a Savilio insimulatur, qui perperam accepit in malam partem illud εἰς μουσεῖα φοιτῶντι, putatque μουσεῖα fuisse Antiochiæ loca voluptatibus et lasciviæ dicata, quæ Theodorus adolescens frequentaret, cum ibi Chrysostomus usitato Græcis vocabulo ludum litterarium nominet, quemadmodum in epistola prima (edit. t. I, p. 28) *ad eumdem Theodorum* de Urbani Phœnicis filio idem nomen ad rem litterariam significandam sumit : Οὗτος τὸ μὲν πρῶτον ἐῤῥῶσθαι πολλὰ ταῖς ἐντοῖς μουσείοις διατριβαῖς εἰπών· *Hic primum quidem longum vale dicens scolasticis exercitamentis*, suis deinde visus est inutilis, quoniam ut statim Chrysostomus addit : Πρὸ ὥρας τῶν περὶ τοὺς λόγους πόνων ἀποπηδήσας μηδὲν ἐκεῖθεν καρπώσασθαι ἐδυνήθη· *Præpropere litterariis laboribus se subduxit, ita ut inde nihil utilitatis perceperit.* Et *in psalmum quartum* : Οὐκ εἰς μουσεῖον ἀπιέναι δεῖ, οὐδὲ παιδαγωγοὺς μισθῶσαι καὶ ῥήτορας καὶ σοφιστάς· *Neque opus est ludum adire litterarium, neque mercede pædogogos conducere, neque rhetoras, neque sophistas.* Sed eo minus errare Savilius eo in loco debuerat, quod voci μουσεῖα conjunxit auctor verbum φοιτᾷν, quod Græci scriptores ita ex usu ad studia transtulerunt, ut inde discipulos φοιτητὰς appellarint.

Denique, ne hoc etiam dissimulemus, epistolæ Chrysostomianæ 112, male Savilius inscribit, Θεοδότῳ ἐπισκόπῳ. Nempe ignorat, quanta fuerit inter Patres de illa epistola controversia sub Justiniano imperatore, reponendumque omnino esse Θεοδώρῳ ἐπισκόπῳ, isque est Mopsuestenus hic de quo agimus, ut affirmant Liberatus Carthaginensis diaconus, et Facundus Hermianensis lib. VII, 7, qui integram eam epistolam Latinitate donatam suo scripto inseruit. Facundus vero ejus epistolæ testimonio urget adversarios Theodori Mopsuesteni. Liberati, et Facundi antiquis codicibus, bene respondent Vaticani epistolarum Chrysostomi codices DCCXII, et MCXCIV. Justinianus autem imperator in *Libello confessionis fidei* unicam videtur legisse Chrysostomi *ad Theodorum epistolam*, eam nimirum quam ad eum lapsum dederat; aliam vero, quæ ejusdem laudes contineret, non agnoscere. Patres autem Constantinopolitani secundi concilii, licet eam Chrysostomo non abdicent, aliter tamen de illa judicant, quam fautores Theodori Mopsuesteni. Nam inquiunt : *Sin autem aliquis concedat ad ipsum Theodorum scriptam eam fuisse, certum est quod Joannes, qui per totum suum pontificatum veritatis verbum recte tractavit, ignorans tales blasphemias conscripsisse Theodorum, hujusmodi ad eum litteras dederat.* Alii duos narrant Theodoros, Ecclesiæ Mopsuestenæ præpositos, et ad posteriorem fuisse datam eam Chrysostomi epistolam volunt. Theophanes in chronologia : Ἡ δὲ τοῦ Χρυσοστόμου ἐπιστολὴ ἡ *πρὸς Θεόδωρον Μοψουεστίας*, οὐχὶ πρὸς τὸν πρῶτον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔσχατον γενόμενον ἐστίν· *Chrysostomi epistola* ad Theodorum Mopsuestenum, *non ad seniorem ejus Ecclesiæ episcopum, sed ad juniorem data fuit.* Verum errat Theophanes : nam Theodorus Junior, genere Galata, supremum diem vitæ egit, ut perspicue declarant, et sæpe repetunt acta concilii Mopsuesteni, anno Justiniani imperatoris vicesimo, scilicet centesimo quadragesimo et amplius ab obitu Joannis Chrysostomi. Neque diptycha illius Ecclesiæ in eadem synodo recitata alium habent Theodorum post Antiochenum illum lapsum. Sed esto, fuerit alius, cujus nomen a tabulis illis ecclesiasticis exciderit, is vero etiam vix erit statim a lapso, ita ut inter eos nullus intercesserit alius Ecclesiæ Mopsuestenæ præsul, et de hoc Theophanes intelligat, ne hac quidem ratione stabit illius sententia : nam Chrysostomus in exsilio moritur etiam tum superstite Theodoro Antiocheno lapso, qui longe post sub Theodosio Juniore, exacto Ecclesiæ præsulatus sexto atque tricesimo anno, suum diem obiit, ut quinto *Histor.* libro extremo narrat Theodoretus. Imo vero neque hæc epistola, quia Chrysostomi est, et *ad Theodorum Mopsuestenum* data, aliquid suffragari potest fautoribus illius, quod Justinianus timent ac Theophanes. Nam ut patres, qui ob causam trium capitulorum Constantinopoli convenerant, atque alios, latere potuit impietas Theodori, sic aliquando Chrysostomum honorificentioribus verbis de illo scribentem. Certe latuit summos ejus tempestatis in oriente doctores et ecclesiarum antistites, Nectarium Constantinopolitanum, Theophilum Alexandrinum, Flavianum Antiochenum, Gregorium Nyssenum, Amphilochium Iconii, Palladium Cæsariensem, et alios quibuscum Theodorus consedit, ac sententiam dixit in Constantinopolitano celebrato imperatoribus Ar-

[1] Hebr. XIII, 4.

Digitized by Google

cadio tertium, et Honorio secundum consulibus, scilicet paulo ante quam Joannes Chrysostomus Ecclesiæ Constantinopolitanæ administrationem capesseret.

Subjungamus hoc quoque : Roberto Balforeo in adnotationibus *ad Theodorum Raithenum* videtur alius esse Theodorus Mopsuestenus, quem pleno ore Nicephorus lib. XIV *Eccles. histor.* cap. 30, et Theodoretus lib. V extremo laudant. Hoc tamen ex iis quæ diximus falsum esse deprehenditur, et potissimum cum ad tempora quintæ generalis synodi nullus alius fuerit Mopsuestenus Theodorus, præter hunc, idque abunde probatum sit in synodo Mopsuestena ; id quod episcopi secundæ Cilicum provinciæ, et plures alii ex diptychis Mopsuestenæ Ecclesiæ, et probatissimorum hominum testimoniis probant, Theodori veteris, illius scilicet de quo nunc scribimus, nullam esse mentionem ; et alium Theodorum, qui in fine diptychorum scriptus erat, ex Galatia oriundum, ante tres annos mortuum fuisse. Ergo de hoc secundo non sunt verba Theodoreti. Qui enim tot ante annos defunctus, hujus sub Justiniano viventis meminisse potuit? Et cum usque ad hujus recentioris tempora nullus alius fuerit, certa sunt Theodoreti verba de vetere Theodoro Mopsuesteno. Nicephorus verba Theodoreti et sententiam exscribit, neque de alio sermonem habet, quam de quo Theodoretus ipse locutus fuerat. Facessat igitur alius hic Theodorus recentior a Balforeo et aliis excogitatus, et tantopere a Theodoreto laudatus.

Hujus præterea Theodori (nam erit operæ pretium hoc adnotare, sive ob Nestorianam hæresim, sive ob aliam causam) apud Syros tanta fuit auctoritas, et cultus, ut quam plurima illius in propriam linguam transtuleriut. Quænam vero illa fuerint, Ebedjesu episcopus Solæ et Armeniæ in *Catalogo librorum ecclesiasticorum*, quem ille scripsit lingua Syriaca, in hunc modum expressit. Verba illius ita reddidit linguarum orientalium peritissimus Abrahamus Ecchellensis (*a*) : *Theodorus commentator composuit quadraginta et unum tomum, qui sunt prophetæ centum et quinquaginta* (*b*), *quorum singuli constant triginta capitibus. Item expositionem* in quinque libros Moysis, *quam tribus complexus est tomis, mirum in modum elucubratam*, ad magnum Alphæum. *Psalmos quoque Davidis exposuit tribus libris*, ad Cerdonem et fratrem ejus. In duodecim prophetas *duobus tomis commentatus est*, ad mar Tyrium (*c*). In Samuelem *commentatus est uno tomo*, ad Mamarianum. In Jobum *quoque duobus tomis*, ad Cyrillum Alexandrinum. In Ecclesiasten *unico libro commentatus est, deprecante Porphyrio. Exposuit etiam Isaiam, Ezechielem, Jeremiam et Danielem, singulos singulis tomis complectens, quibus finem imposuit suis elucubrationibus* in Vetus Testamentum. *Matthæum uno exposuit tomo*, ad Julium; *Lucam vero et Joannem duobus tomis*, ad Eusebium; *Acta apostolorum uno complexus est tomo*, ad Basilium; *Epistolam ad Romanos exposuit, item* ad Eusebium; *Ambas vero Epistolas ad Corinthios duobus tomis exposuit ac dilucidavit, deprecante Theodoro. Eustratius* (*d*) *postulavit expositionem quatuor epistolarum quas commemoraturus sum, nempe Epistolæ ad Galatas, et ad Ephesios, et ad Philippenses, et ad Colossenses. Binas autem ad Thessalonicenses, deprecante Jacobo exposuit. Item duas ad Timotheum, supplicante Petro ; et deprecante Cyrino commentatus est in Epistolas ad Titum, et Philemonem. Direxitque ad eumdem commentarios* in Epistolam ad Hebræos; *adeoque quinque tomis imposuit finem commentariis* in Epistolas Apostoli. *Conscripsit præterea librum* De sacramentis, *et* De fide *alium, unum tomum* De sacerdotio, *et duos* De Spiritu sancto, *unum* De incarnatione, *duos* contra Eunomium. *Item duos* contra asserentes in ipsa natura positum esse peccatum : *duos* (*tres*) contra magiam, *unum* ad monachos, *unum* de obscura locutione, *unum* De perfectione operum (*e*), *quinque* adversus eos qui Scripturas figurate interpretantur, *unum* pro Basilio, *et unum* De assumente et assumpto. *Item librum unum quem inscripsit* Margaritarum, *et illum qui ejus complectitur epistolas. Demum tractatum* De legislatione, *quo finem suis imposuit lucubrationibus* (*f*).

(*a*) Recudit postea emendatiorem hunc catalogum, notisque plurimis illustravit Jos. Sim. Assemanus in sua *Bibliotheca orientali*, t. III, a quo meliora aliquot sumenda judicavi.

(*b*) Id est (ceu explicat Assemanus) quorum moles tanta est, ut centies et quinquagies libros prophetarum omnium superet.

(*c*) Ecchellensis *Turim*, Assemanus *mar Tyrium*. Ego suspicor legendum, pro Syriaco titulo *mar*, *Martyrium*. Etenim *Martyrius*, qui fuit deinde patriarcha Antiochenus, coævus fuit laudatorque Chrysostomi, ideoque etiam Mopsuesteno contemporaneus. Consule nostram *Novam biblioth. PP.* IV, ubi est pars panegyrici in Chrysostomum ab hoc *Martyrio* dicti. Sane *Turis* monachus legitur apud prædictum Ecchellensem p. 73, sed omittit hunc Assemanus, qui eum scribere debuisset inter capp. 87 et 88. Omisit autem, quia errorem esse agnovit Ecchellensis, de cujus aliis mendis admonet nos tomo prædicto p. 1 et 4.

(*d*) *Estratea* Allatius ex Ecchellensi p. 29, qui etiam in Indice id mendum repetiverat, quo errore ex mæcenate *Eustratio*, fecit *Estrateam* auctorem.

Menda Ecchellensis non agnovit Allatius, linguarum orientalium, ut videtur, imperitus; cujus hortatu cæteroquin se hunc catalogum edidisse narrat Ecchellensis in præf. p. 27.

(*e*) Ecchellensis *De perfectione regiminis.*

(*f*) De Mopsuesteni scriptis sedulo nos quoque diximus in præf. tomi I prioris editionis *Script. vet.*, ex quo loco non memorata nonnulla cognosci possunt ab Allatio, et præcipue ex Fabr. cum Harl. *B. G.* t. X, p. 346 sqq., id est *liturgia, hymnus, quæstiones biblicæ, commentarius in Marcum, de miraculis Christi.* Item nos *Script. vet.* VII, p. 73, fragmentum protulimus Θεοδώρου περὶ Νεστοριανῶν, qui tamen Raithenus fortasse, non Mopsuestenus, intelligendus est. Tum vero in tomo VI *Script. vet.* post commentarios *in* XII *minores prophetas*, alia Mopsuesteni copiosa fragmenta attexuimus, quæ postea plena manu cumulaturi sumus. Item tom. I, in cit. præf. diximus quam frustra multi dixerint (nunc tamen Allatium excipio) Mopsuestenum scripsisse decem millia librorum. Quis enim jam nescit, *myriadem* dici a Græcis pro plurimo numero, ut a Latinis *sexcenta?*

Digitized by Google

THEODORI MOPSUESTENI

COMMENTARIUS

IN DUODECIM PROPHETAS MINORES

—

ANG. MAII PRÆFATIO

(Præfixa editioni Græcæ anni 1832 in *Scriptorum veterum nova Collectione*, tom. VI.)

—

I. Theodori Mopsuestiæ episcopi *Commentarios ad prophetarum XII*, quos minores dicimus, *vaticinia* ante septennium edere cœpi, impressis videlicet tribus brevioribus, cum prologis aliquot. Nunc integrum tanti interpretis opus editurus, illas quoque leviores partes associandas putavi, ne Theodorus videlicet sua membra desideret, quæ in tomi angulo jamdiu distracti collocata, et cum idem tomus recuderetur omissa, nuspiam quærentibus hodie apparent. Hoc suscepto consilio, illa pariter proœmii mei repetenda pars fuit, quæ de hoc Theodori opere loquitur, prætermissa tamen de reliquis ejusdem operibus disputatione. Theodorus igitur nobili genere Antiochiæ natus est, Libanii in eloquentia, Flaviani ac Diodori et Carterii in theologia discipulus, philosophicis quoque doctrinis abunde instructus, et ob multiplicem scientiam polyhistor dictus, Joan. Chrysostomi condiscipulus ac familiaris; quo hortatore Theodorus prioris a se luxuriæ blandimenta depulit; Theodoreti (utinam non et Nestorii ac Barsumæ!) magister; hæreseon, Origenis, Arii, Apollinaris, Eunomii, Persicæ etiam magiæ et Juliani Apostatæ oppugnator; ab Orientalibus sapientiæ mare, et Scripturarum interpres κατ' ἐξοχήν dictus, universæ Ecclesiæ doctor interdum appellatus, et Magni denique cognomento donatus (*a*). Atque ego statim confiteor Theodori scripta variis erroribus fuisse conspersa; justeque eum in hæreseos, si non pertinacem culpam, certe errantiam vocatum, tum quia id ipse auctor interdum confessus est (*b*); tum quia graviora sunt quam ut elevari possint testimonia in eum dicta a S. Cyrillo in *Epistola ad Proclum*, a Leontio *Contra Nest.* lib. III, a Maximo in opusculis p. 91, a Justiniano in sacra epistola et in illa prolixiore quam primus Bandinius edidit; a Theodoro Raithunensi in opusculo *De incarn.*, a Mario Mercatore in Actis, ab Hamartolo in Chronico inedito, a Photio in *Bibliotheca* et in epistolis, et a generali quinto concilio totis actionibus quarta et quinta, et canone duodecimo, necnon in pontificum maximorum magni Gregorii (*c*), et præsertim Pelagii II (*d*) epistolis: nec Vigilium prætereo, qui, etsi principio damnare Mopsuestenum nolvit, ne plurimos episcopos huic faventes gravius offenderet, deinde tamen, ad scripta certe quod attinet, damnanti synodo assensus est, atque errores singulos mirabili constituto coarguit. Mitto alios minoris plerumque nominis accusatores; mitto hodiernos oppugnatores, quos inter Norisium in *Pelagiana historia;* quamvis et multi defensores sunt, præsertim liberioris sententiæ homines. Sed mihi equidem parum placet illorum institutum, qui hominum a vetere Ecclesia damnatorum, neotericis conatibus orthodoxiam vi obtrudunt. Quanquam et pii interdum theologi id consilium secuti sunt, ita ut ex. gr. Origenem Halloixius, Stavolus adhuc ineditus Cæsariensem Eusebium copiosis scriptis defenderint. Sane ad Mopsuesteni tutelam Occidens prope universus cum Africa olim conspiraverat: quare et tristissimum illud schisma exarsit Aquileiense episcoporum Theodoro patrocinantium, quod Romani pontifices vix tandem aliquando post CLX annos exstinxerunt (*e*). Tum exstant Facundi Hermianensis in Africa episcopi volumina duodecim, et alia duo ejusdem scripta; et præterea complura veterum testimonia sunt (Theodoreti ibæque puta), quæ Theodoro laudem affundunt. Sed certe ad Latinos laudatores quod attinet, audiendus Pelagius II papa in disertissimis *ad Eliam patriarcham schismaticum* et *ad Istriæ episcopos litteris* (*f*):

(*a*) Socrat. V, 3; Sozom. VIII, 2; Evagr. I, 2; Facund. II, 2; Gennad. XII; Theodoret. *Hist. eccl.* V, 40; Leont. *contra Nest.* III, et *De sect.* act. 4; Niceph. XIII, 30.

(*b*) Apud Facund. III. 6, X. 5; Hesych. fragm. hist. in concil. V, ed. Colet. tom. IX, p. 248; Liberat. *Breviar.* cap. 4.

(*c*) Ep. I. 25, II, 51, VII, 34.

(*d*) Hard *Concil.* tom. III, p. 430.

(*e*) *Monum. Aquil.* ind. chron.

(*f*) Hard. *Concil.* tom. III, p. 430.

Digitized by Google

Latini homines Græcitatis ignari, dum linguam nesciunt, errorem tarde cognoverunt; quorum constantia, quousque verum cognoscerent, a certamine non quievit. Causa rei tantæ fuit, quod episcopi illi præconia et scripta Theodori in Chalcedonensi, ut falso putabant, concilio probata, in Constantinopolitano deinde damnata ægre ferebant.

II. *Commentarium ad XII prophetas minores*, quem nunc edere aggredior, in duobus offendi Vaticanæ bibliothecæ codicibus, altero qui fuit olim cujusdam dignitate πρωτοασηκρήτις, deinde vero Joannis cardinalis Florentini Salviati; postea in Romanorum Columnensium bibliothecam transiit; denique ad codices Vaticanos ante decennium, me præfecto, accessit. Is est codex membraneus pervetustus, sæculi circiter undecimi, integerrimus et emendatissimus. Alter codex ad Vaticanam collectionem jam diu pertinens, chartaceus et recens, commentarioque ad Zachariam carens, cujus rei non dubiam causam paulo post recitabo. Jam hic recens adeo vetustioris illius lectionem sequitur, ut ex eodem exscriptum valde arbitrer. Ego certe nullam recentioris rationem habui, sed præstante antiquo semper sum usus. Satis itaque mihi ad curandam editionem in Pontificia bibliotheca subsidii fuit; sed quia tamen par thesaurus alibi quoque exstat, non gravabor notitiam exterorum codicum, quæ mihi indaganti occurrit, paucis exponere. In primis Cæsaris bibliotheca Vindobonensis duos habet Theodori *in* XII *prophetas* codices, quorum alterum sub numero CLXIII descripsit Lambecius (*a*); de altero huic plane simili prolixe Forlosia (qui de editione quoque cogitavit) loquitur apud Kollarium in supplementis p. 167. Atque hi duo Vindobonenses chartacei sunt, nec antiqui: quin adeo secundus delatus ex Italia fuit ab Apostolo Zeno Vindobonam: satis autem apparet apographum esse veteris codicis Columnensis, nunc Vaticani; quandoquidem tria illa scholia a Kollario edita, quibus in Zachariæ prophetæ margine theologus Græcus nescio quis castigat quasdam Theodori nostri sententias, ea, inquam, scholia in marginibus Columnensis codicis exstant, atque ad litteram cum illis editis congruunt. Jam quia commentarius Mopsuesteni *in Zachariam* criminationi alicui patere visus est, idcirco illum Vaticani recentioris codicis scriptor prætermisit: quod ego consilium minime probo; neque enim periclitatur Ecclesiæ status, sicubi forte Mopsuestenus audacia vel novitate interpretandi paulo liberius vagatur. Quintus codex Venetus est a Montfauconio (*b*) in Grimanorum bibliotheca observatus. Sextus æque Venetus est, quem idem Montfauconius (*c*) apud Meletium Typaldum vidit. Septimus codex apud Gerasimum Blachum in Gallia fuit, teste Combefisio (*d*). Atque hunc codicem inspexit etiam, ut puto, Stephanus ab Altimura (Lequinius) qui in *Panoplia* p. 433, ait se legisse Mopsuesteni *Commentarios in* XII *prophetas*. Octavi codicis notitiam primus, ut arbitror, prodidit Possevinus (*e*), qui exstare eum dixit Romæ in bibliotheca Vallicelliana; quem ego codicem cum observarem, deprehendi esse tenue interpretationis *in Oseam* fragmentum, paginis duodecim constans, usque ad secundi capitis versiculum tertium decimum. Huius porro præclari operis codices qui manu diutius versaverint, tres saltem comperio viros; quorum primus est Franciscus Turrianus (*f*), a quo Romæ degente Vaticanum ipsum codicem lectum augurari licet. Secundus est Samuel Tenulius, qui in litteris *ad Nic. Heinsium* (*g*) ait se in Latio descripsisse sibi Theodori Antiocheni *in Oseam* fragmenta; quæ locutio ejus facit ut existimem loqui Tenulium de codice Vallicelliano, qui reapse nihil habet, ut diximus, præter breve *in Oseam* fragmentum. Tertius est Anselmus Bandurius, qui in conspectu operum Nicephori quem Fabricius vulgavit (*h*), ait p. 626, se inter cætera editurum Theodori quoque Mopsuesteni *in prophetas* XII *commentarium*. Jam quia Bandurius se id beneficio Cosmi III, ducis Etruriæ, cujus ipse bibliothecam regebat, facturum spopondit (quanquam fidem neque Bandurius Florentiæ neque Forlosia Vindobonæ liberaverunt), putabat Fabricius (*i*) codicem ejus operis in bibliotheca Medicea exstare. Nunc autem ejusmodi codicem Bandurio ignotum videmus; ex quo sequitur ut in Medicea bibliotheca non fuerit. Revera Bandurius nil aliud ait nisi se id opus e bibliothecis eruisse, quas inter paulo ante Vaticanam commemoraverat: et quidem si de sua Medicea loqueretur, Mopsuestenum apud se habere dixisset. Tum vero et ille codex Salviatorum, nunc Vaticanus, illa adhuc ætate Florentiæ apud veteres dominos, ut credo, fuit; qua in urbe ad Bandurii notitiam manusque facile venit.

III. Age vero, de auctore operis quominus dubitemus, testis adest in cunctis, qui noti sunt, manuscriptis codicibus constans titulus Θεοδώρου Ἀντιοχέως, *Theodori* scilicet patria *Antiocheni*. Sed quia non unus fuit Antiochiæ natus Theodorus, ecce nobis Photius (*j*) quatuor

(*a*) Tom. IV, p. 359, ed. nov.
(*b*) *Diar. Ital.* p. 39, et *Bibl. mss.* p. 478.
(*c*) *Diar. Ital.* p. 46, *Bibl. mss.* p. 478.
(*d*) *Bibl. conc.* tom. I, p. 44.
(*e*) *Appar.* tom. III, cod. Vallic. p. 27.
(*f*) Ad const. ap. II. 5; pro epp. pont. II, 20, IV, 10, v. 21; *De auct. summ. pont.* lib. III, ed. Florent. p. 99. Et primo quidem loco late disputat Turrianus de interpretandi genere, quo utitur Mopsuestenus, atque id non immerito castigat; satisque demonstrat totum a se *in* XII *prophetas commentarium* fuisse lectum.
(*g*) Burman. *Syllog.* tom, II, p. 801.
(*h*) *Bibl. Gr.* ed. nov. tom. VII, p. 611.
(*i*) Tom. X, p. 358.
(*j*) Codd. IV, XXXVIII, LXXXI, CLXXVII.

Digitized by Google

recensens opera Theodori Antiocheni nomine insignita, Mopsuestenum diserte intelligendum esse docet; primo quidem loco dicens: Ὁ δὲ Μοψουεστίας γεγονὼς ἐπίσκοπος οὗτός ἐστιν, οἶμαι· secundo autem loco: Οὗτος δέ ἐστιν ὁ Μοψουεστίας· tertio loco post memoratum de magia Persarum Theodori Antiocheni opus, subdit: Οὗτος δ' ὁ Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας εἶναι δοκεῖ (et quidem δοκεῖ in re certa dici solitum apud Græcos quosdam auctores, demonstrat Montfauconius *præf. ad Euseb. comm. in Ps.* cap. x); quarto denique loco: Ἀνεγνώσθη βιβλίον, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ Θεοδώρου Ἀντιοχέως· ὁ Μοψουεστίας δέ ἐστιν, ὡς ἀπό τινων ἐπιστολῶν ἐμάθομεν· *Lectus est liber Theodori Antiocheni; hic autem ille est Mopsuestiæ episcopus, ut ex quibusdam epistolis mihi innotuit.* Ergo duo hinc noscimus, nempe tum codices quoque veteres operum Mopsuesteni, nedum eos quos nunc habemus, præ se tulisse Theodori Antiocheni nomen; tum quoties in his id nomen prope per antonomasiam occurrit, intelligendum esse Mopsuestenum. Porro autem quod noster Theodorus *in* XII *prophetas* scripserit, diserte affirmat Syrus Ebediesus in catalogo: præterquam quod ejus operis titulus in concilio etiam quinto (*a*) scribitur; quem tamen postremum locum ad trutinam deinceps vocaturus sum. Præterea quod opus Mopsuesteni in manibus habeamus, inde etiam cognoscimus, quia in exordio *commentarii ad Oseam* et alibi non semel declarat auctor se *in Psalmos* quoque scripsisse: porro a Mopsuesteno illustratum fuisse Psalterium, notissimum est. Sed enim nihil æque demonstrat germanas esse Mopsuesteni has prophetarum minorum explanationes, quam ipsum scribendi genus, quod veterum de eo testimoniis sine ulla dubitatione respondet. In primis cernimus hunc auctorem sequi maxime litteram et historiam, atque omnem allegoriam studiosissime fugere: rursus nullo vitio æque laborare, quam permultarum repetitionum in eadem interdum pagina ingestarum: quæ sane tautologia delicatis auribus multo est molestissima. Idem longis periodis involvitur, alte incipit, diu pendet, vel insertis novis sententiis longe recedit, ita ut legenti vel interpretanti salebrosus interdum fiat. A Mopsuesteno dum Scripturas arbitrio suo explanaret reprehensos atque irrisos sæpe fuisse antiquiores interpretes ait Leontius *contra Nest.* III, 11. Ejus vero nunc moris perfrequentem demonstrationem in his commentariis videmus. Item Scripturæ permultas auctoritates a Mopsuesteno citari solitas ait Photius; quod ab eo verissime dictum commentarii nunc docent. Sed enim quod ait Tillemontius (*b*) Mopsuestenum universa Biblia complexum memoria fuisse, cujus rei testem citat Leontium *De sectis* act. IV; errat plane vir doctus non intellectis Leontii verbis τὴν ἄλλην Γραφὴν ὑπεμνημάτισεν. Sane pro ἄλλην legendum esse ὅλην, res ipsa clamat, et revera Leontii interpretes explicant *universa*. Verumtamen ὑπεμνημάτισεν non *memoria retinebat*, sed *commentatus est* significat. Quare dicendum, *ad universa Biblia commentatus est*. Imo plerosque omnes auctoris quem edimus characteres, in Theodoro Photius deprehendebat. Sic enim cod. XXXVIII: Φεύγων τὸν δυνατὸν αὐτῷ τρόπον τὰς ἀλληγορίας, καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν τὴν ἑρμηνείαν ποιούμενος· ταυτολογεῖ δὲ τὰ πλεῖστα, καὶ ἄχαρίς πως καὶ ἀηδὴς εἶναι δοκεῖ. Tum cod. IV, Ἔστι δὲ μὲν φράσιν οὐ πάνυ λαμπρός· ταῖς δὲ διανοίαις καὶ τοῖς ἐπιχειρήμασιν λίαν πυκνός, καὶ ταῖς γραφικαῖς ἄριστα πλουτῶν μαρτυρίαις. (Photius codice item sexto densitatem sententiarum Theodori innuit.) Denique cod. CLXXVII: Ἀσαφὴς δέ ἐστι, καί τοι λέξει οὐ ξενιζούσῃ χρώμενος· ἀλλὰ τῷ σχοινοτενέσι χρῆσθαι ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον περιόδοις καὶ παρεμβολαῖς ἀλλεπαλλήλοις, δι' ὧν καὶ εἰς μήκιστον ὁ νοῦς ἀποτείνεται τῶν προκειμένων, ταῖς τε τῶν ὀνομάτων πλαγίαις καὶ ταῖς μετοχικαῖς λέξεσι πλεονάζειν, τὰ αὐτά τε πολλάκις καὶ οὐδὲ σὺν κόσμῳ ἐπανακυκλεῖν, καὶ τὰς ἐπαναλήψεις πλέον τῶν διηγήσεων (ὅπερ ἀμέθοδον παντελῶς) ταῖς περιστάσεσι μεμεστῶσθαι, καὶ τοῖς τοιούτοις, οὐκ ὀλίγον ζόφον τῶν αὐτοῦ γραμμάτων κατασκεδάζει. Porro ad fugam allegoriarum quod attinet, cui Mopsuestenus ubique studet, ipse scilicet sibi est consentaneus, qui opus contra Origenem atque allegoricos scripsit (*c*). Profecto Origenem sine limite allegoricis interpretationibus indulsisse, eoque instituto sacram doctrinam et historiam pessum sæpe dedisse, atque innumera errorum portenta invexisse, nemo est qui neget. Morbum hunc ingeniosissimi Origenis satis præsenserat pater ejus, Christi inclytus martyr Leonidas, qui, ut tradit Eusebius (*d*), admonefecerat filium ne ultra obvium sensum in divinis Scripturis quidquam requireret, μὴ τῆς προφανοῦς διανοίας περαιτέρω τι ζητεῖν παραινῶν. Et quidem ego contra Origenis audaciores aliquot allegorias, locos nonnullos Patrum incognitos producturus in lucem aliquando sum. Cæsariensis Eusebius Origenis perstudiosus apologeticon scripsit pro allegoricis hujus interpretationibus; cujus rei certiores nos facit Ebediesus in catalogo (*e*), qui addit Eusebii id opus refutatum fuisse a Theodoro. Quare jam nemo mirabitur, nihil omnino allegorico sensu apud nostrum auctorem dici. Cæteroqui quod attinet ad Augustini (*f*) seu potius Pauli dictum, quod omne Vetus Testamentum figura sit Novi, quodque omnia ad Christum postea venturum relata fuerint, Theodori quoque nostri constans sententia est tum in prologis tum etiam alibi. Profecto allegoricum et anagogicum et quodvis mysticum interpretandi genus nemo pius per se contemnet, quod ipsis apostolis Patribusque apostolicis haud inusitatum videmus. Cæteroquin quatenus procedendum sit, id demum prudentes decernent, qui neque

(*a*) Act. 4, p. 211.
(*b*) *Mém. eccl.* tom. XII p. 451.
(*c*) Ebediesus catal. cap. 19, Facund. III, 6; Liberat. cap. 24.
(*d*) *Hist. eccl.* VI, 2.
(*e*) Cap. 11.
(*f*) *De Gen. ad litt.* I, 1.

Digitized by Google

tota credulitatis frena laxabunt, neque committent ut non tam interpretari videantur quam vim Scripturis inferre : quasi non sit piaculum sacram doctrinam depravare, et ad voluntatem suam oracula trahere repugnantia. Nonnulli interim tantum sibi sumpsere, ut quidquid ipsi vellent, Scriptura sentiret. Et tamen magnus Hieronymus (*a*) commemoratis vetustiorum aliquot *in Zachariam prophetam* commentariis mysticis, statim subdit se historiæ Judæorum tropologiam miscuisse Christianorum, ut ædificaret supra petram et non super arenam, ac stabile jaceret fundamentum quod Paulus architectus posuisse se scribit.

IV. Reliquum est ut suborientes quasdam contra authentiam operis, seu potius de auctore ejus, dubitationes refellam. In quintæ synodi actione quarta, multarum adversus Theodorum criminationum vicesima hunc habet titulum : *Theodori Mopsuesteni ex principio commentarii* (*b*), *quod in duodecim prophetas scripsit, abnegans prophetias de Christo esse prædictas ; sed non volentes* (loquitur Mopsuetenus) *ista considerare, voces omnes trahere ad Dominum tentant Christum, ut et quæ de populo facta sunt, simili modo intelligerent, et risum præstarent Judæis, quando ex scriptorum sequentia nihil ad Dominum Christum pertinentes ostendunt voces.* Pergit deinde Mopsuesteni accusator cap. 21 et 22 proferre aliquot psalmorum locos, e quibus vaticinium exclusum conqueritur a Mopsuesteno. Jamvero *Commentarii in* XII *prophetas* sine dubio initium interpretatio Oseæ est, non tam quia id ordo ipse in codicibus docet, quam quia sic ait primis verbis auctor. Atqui in hoc, quod dixi, initio nullum consonum synodico illi testimonio verbum est. Quid ergo? idcircone de auctore dubitare licet? minime gentium. Cum enim aliunde explora-tissimum sit, commentarii hujus Mopsuestenum esse auctorem, sequitur ut in synodico codice pro *Commentario in* XII *prophetas*, *Commentarius in Psalmos* reponendus sit ; isque error vel Callonymo concilii notario seu eclogario, qui ibi recitat, ascribendus est ; vel certe postea in synodicos codices, quorum nullus satis antiquus superesse videtur, irrepsit. Synodi quintæ Græcus vel saltem Latinus codex mihi nullus ad manum est, in quo lectionem vestigem : præsertim quia synodi hujus acta pleraque perierunt. Ergo interim, donec synodicus codex aliquis meliorem fortasse lectionem offerat, ego quidem ad removendam hanc contradictionem sequentibus utar argumentis. Titulus ille *ex principio commentarii in* XII *prophetas* prorsus videtur esse obreptitius ; quidquid enim ibi præcedit aut sequitur, id e Theodori *Commentario in Psalmos* desumitur : præcedit enim *ejusdem ex interpretatione octavi psalmi ;* sequitur *ejusdem in psalmum vicesimum primum.* Et postea *ejusdem de interpretatione* LXVIII *psalmi.* Sed quod caput est, loci ipsi, qui sub falso titulo *Commentarii in* XII *prophetas* citantur, universi e Psalmis petuntur, atque intermedii sunt inter octavum et vicesimum primum psalmum, qui laudatur in subsequente titulo ; nempe proferuntur e psalmis XII et XV, et ex ipso XXI ; qua ex re apparet synodicum eclogarium nihil aliud ibi recitare quam locorum seriem ex *Commentario* Mopsuesteni *in Psalmos* ordinatim excerptorum. Et quidem in Psalmis maxime interpretandis ansam criminationibus obtulerat Mopsuestenus, qui juvenili in iis audacia exsultaverat : nam si certe vera narrat Leontius lib. III, 15, *contra Nest.*, psalmos omnes ad Zorobabelem et Ezeciam retulerat, tribus tantum Christo Domino reservatis. Tum Hesychius historicus apud concil. V, act. V, de Mopsuesteno sic loquitur : *Prima elementa suæ doctrinæ ex Judaico vaniloquio incipiens, codicem* in prophetiam psalmorum *conscripsit, omnes de Domino prædictiones abnegantem.* Neque tamen externo testimonio opus est, cum ipsum auctorem habeamus scripta sua *in psalmos* præcipue sic accusantem in epistola quadam apud Facundum III, 6 : *Ea quæ scripta sunt* in psalmos *miraris, quæ etiam prima cæterorum omnium scripsimus : non autem quantam oportuerat habuimus circa istam rem diligentiam : passi enim sumus quæcunque incipientes, ut evenit, in imperitia scribendi constituti : siquidem et multas immutationes ab illo tempore quæ nostra sunt susceperunt, quas non est præsentis temporis enarrare : ex qua causa magis negligenter a nobis composita sunt plurima, et maxime illa quæ prima sunt.* Iterum ipse Facundus X, 5 : *Theodorus ultro semetipsum reprehendens in expositione Psalmorum, confessus est quod negligenter a se composita fuerint plurima, et maxime illa quæ prima sunt.* Sane si de uno opere hic loquitur Facundus, utique apparet, Theodorum ex sua Psalmorum interpretatione præcipue vituperavisse principium operis (de quo scilicet principio apud textum synodicum sermo est). Sed esto sane ambiguum, utrum apud Facundum vocabulum *prima* significet *primordia operis*, an potius *scribendi initium ;* minime vero dubia est Leontii auctoritas *contra Nest.* lib. III, 43, ubi scripta Mopsuesteni vituperans, in his recenset τὴν κατὰ τῶν ἱερῶν ψαλμῶν τυφλοποιὸν προθεωρίαν : sic enim edidi ex Græco codice Vaticano, quæ verba in Turriani Latinitate, quæ sola hactenus edita fuerat, sic habent, *et præmeditationem excæcantem in sacros Psalmos.* Sane Turrianus interpretari potuisset *præfationem :* quis enim nescit, argumenta seu præfationes Græcarum vel orationum vel hujusmodi lucubrationum appellari προθεωρίας ? Valde igitur censeo synodicum eclogarium respexisse ad præfationem *Commentarii Psalmorum*, in qua Theodorus liberiore ingenio luserat, et quædam contra mysticos figuratosve sensus audacius effuderat (puta illa verba synodici testimonii), quæ deinde ipsemet retractavit, ut ait Hesychius. Denique no

(*a*) *Prolog. ad comm. in Zach.*

(*b*) Concil. hic et alibi *commenti ;* sed malo id esse mendum librarii qui non intellexerit litteræ compendium cum superposita lineola.

Digitized by Google

magnopere mirandum est, si forte unum pro altero Mopsuesteni opus recitatum fuit, si certe constat non id solum esse commissum, verum et ejus titulos interdum fuisse valde perversos. Nonne enim Leontius libros Theodori *De incarnatione* et *Commentarios in Jobum*, propterea quod insanis sententiis et damnificis referti erant, inscripsit seu appellavit *κατὰ ἐναθρωπήσεως*, *adversus incarnationem*, et *κατὰ τὸν Ἰώβ*, *adversus Jobum?* Profecto id in ipso concilio quinto ex odio vel certe notariorum errore fa tum justissime asserit in adnotationibus ad notitiam Theodori nostri (*a*) Tillemontius, cujus hæc verba sunt : *Dans le cinquième concile* (*b*), *entre les passages cités de Théodore de Mopsueste pour justifier sa condamnation, on en trouve un cité de son* commentaire sur saint Matthieu ; *et à la teste du suivant il y a*, ejusdem ex libro quod Deus peccatum docuit et mortem introduxit. *Théodore n'a point assurément donné ce titre à aucun de ses ouvrages : et il faut que ce soit une erreur qu'on prétend tirer de quelqu'un de ses livres, et sans doute du* Commentaire sur saint Matthieu, *nommé immédiatement auparavant, si nous lisons* ex eodem libro. Prorsus ita superius nos diximus, locum illum, qui dicitur ex *Commentario in* XII *prophetas*, referendum esse ad citatum in præcedentibus Psalterii librum. Hæc, inquam, peremptoria demonstratio est adversus eos qui synodicum testimonium nobis objecerint. — Sic olim ego disputaveram, ut *proœmium in Psalmos* pro *proœmio in* XII *prophetas* scribendum esse in synodo suaderem. Nunc illud in mentem venit, fieri posse ut generale aliquod proœmium *in minores prophetas* olim exstiterit Theodori nostri, quod in codicibus non sit conservatum, propter reverentiam fortasse erga concilium a quo fuit illud vituperatum. Certe a Theodoreto, qui Theodorum in eorumdem prophetarum interpretatione valde sectatur, generalem prologum præscribi videmus : tum in textu nostro Theodori si pro εἰς ἔλεγχον τῶν, etc. scribatur εἰς ἔλεγχον οὖν τῶν, etc., hæc una particula, quæ fortasse tum est subducta cum priora resecarentur, satis indicaret generale a Theodoro proœmium fuisse præpositum. Illa etiam verba p. 1, v. 5. καθ' ἃ πρόσθεν ἔφθην εἰπών (si certe interpungatur ante ἐν ψαλμοῖς, secus si postea) haud rem in diverso opere dictam, sed in præsente scripto denotant : quod si ita est, generalis prologus necessario intelligitur, qui sine dubio tam copiosis *in* XII *prophetas commentariis* videtur fuisse convenientissimus.

V. Nunc quo ingenio, qua ratione, quo fine Theodorus hos ad prophetas commentarios instruxisse videatur, sobria cum brevitate dicendum est. Atque in primis fecundum Theodori felixque ingenium mirari licet, qui de penu suo pleraque omnia sumit, neminem imitatur, nedum expilat. Cumque hi prophetæ præ omnibus sacrorum Bibliorum partibus sint obscurissimi, ita ut sine interprete prorsus legi non possint, Theodorus tanta eos facilitate, tam naturali pronoque decursu edisserit, ut ipse non verba legere, sed in prophetæ cujusque mentem, oculorum aciem intendere videatur. Quamobrem non sine causa a multis arcem interpretum tenere dictus est. Neque vero Theodorus vel Hebraicum textum vel Syriacam ex Hebræo derivatam interpretationem, vel Origenis *Hexapla*, in censum vocat : imo Syriacam interpretationem (Antiochenus licet homo) ejusque anonymum interpretem non semel vellicat pp. 185, 194, 202; quippe Græco LXX Interpretum textu contentus, hunc unum osculatur ac sequitur, propter summam, ut ait, seniorum illorum peritiam atque sapientiam, et propter apostolorum auctoritatem, qui hanc versionem Christianis neophytis commendaverunt (pp. 185, 194, 202). Neque ipsam Hebræorum linguam Theodorus calluit, a qua nullum mutuatur lumen ; et præterea p. 91 : *Aiunt*, inquit, *ῥεμφάν* significare *phosphorum in lingua Hebræorum :* quo dicto, non scientia propria, sed aliena auctoritate, de vocabulo Hebraico judicare se demonstrat. Rursus p. 185, cum Græcorum Interpretum discordia sit a Syro in vocabuli Hebraici explicatione, ipse quidem Græcos sequitur, non quasi grammaticali ductus vi, sed reverentia. Quare non recte collineat apud Rosenmullerum (*c*) Ernestius, qui suspicatur ideo judaizantem visum fuisse Christianis Mopsuestenum, quod secundum textus Hebraicos interpretationem fecisset. Neque Theodorus (secus ac hodierni critici pompatice quidem, sed non sine confusione atque impedimento legentium faciunt) multiplicem eruditionem, multorumve auctorum nomina congerit; imo cum forte controversia incidat de urbibus Bothro, Tharsis, atque Ammone, disputationem quantocius abrumpit noster, quominus a suo propheta ne latum quidem unguem discedat. Ex tot autem ante se Bibliorum explicatoribus, ne unum quidem nominatim appellat ; anonymos nunquam fere sine vituperatione commemorat, veluti pp. 71, 141, 222, 254. Qui vero sint isti anonymi, ex Hieronymi, qui fuit Mopsuesteno nostro coævus, *Prologo ad Oseam* intelligere fortasse licet, qui ait ante se prophetarum minorum fuisse interpretes Origenem, Apollinarem, Pierium, Eusebium Cæsariensem, ac Didymum. Hos igitur, vel ex his aliquos, a Theodoro reprehendi suspicor. Nam de ipso Hieronymo cogitandum vix puto, non tam quia coætaneus, ut dixi, erat, quam quia commentarios Latinos a Græci sermonis homine lectos vix est credibile. Immensum prope opus, nunc deperditum, ad prophetas minores Origenes scripserat : quare magnopere arbitror id præcipue Mopsuesteno, propter diversam interpretandi indolem, displicuisse. Sed ne Pierii quidem vel Apollinaris vel Didymi aliquid superest : denique et Eusebii *Demonstrationis evangelicæ* liber XVIII, in quo de Osea quædam disputaverat, periit.

(*a*) *Mém. eccl.* tom. XII p. 674.
(*b*) Ed. Coleti tom. IX, p. 221. cap. 56.
(*c*) *Hist. interpr.* part III, p. 266.

Digitized by Google

VI. Nunc quia de iis dixi, qui Theodorum in his exponendis prophetis præcesserunt, liceat breviter nonnullos quoque, qui Theodorum subsecuti sunt, commemorare; priscos, inquam, quorum scripta ad nos pervenerunt : sunt enim (ut omittam Judaicos et brevissima Hesychii capita) Græci tres, Theodoretus, Cyrillus, Theophylactus; Latini item tres, Hieronymus, Rufinus atque Remigius : quorum ego commentarios lectitans, Theodoretum quidem Mopsuesteni asseclam esse videbam, in prologis quandoque etiam plagiarium : sed tamen neque acumine neque ubertate cum hoc comparandum. Cyrillus grandem tomum commentariorum suorum implevit, in quibus plurima moralia dicit ac mystica. Theophylactus denique sequioris ævi homo pauca ut puto de suo profert, sed ex antiquorum lucubrationibus litterales, morales, mysticas expositiones, pro sui temporis more, defloral. In Latinis Hieronymus singulari sua præstantia eminet; omnes enim ingenii, eloquentiæ doctrinæque thesauros ad suas in hos prophetas expositiones contulit. Post quem Rufinus prophetarum quinque aggressus interpretationem, copiosam potius moralemque paraphrasin fecit, et in prologo iniquum de Hieronymo judicium tulit, cujus orationem vel per allegorias Origenis vel per fabulosas Judæorum traditiones totam defluxisse ait. Tertius Remigius Antisiodorensis est, qui sæculo nono sub Carolo Calvo floruit. Hujus *Commentarios ad XII prophetas minores* anno 1545 Joannes Hentenius edidit, qui deinde in *Lugdunensem PP. Bibliothecam* translati fuerunt. *Commentarium* vero *in Oseam* necessario se omisisse Hentenius ait, quia hunc unicus, quem nactus erat, codex desiderabat. Ego vero antiquum codicem Vaticanum perlustrans *in Oseam* quoque *commentarium* Remigii reperi, mutilum tamen, nempe usque ad capitulum quintum necdum expletum. Neque is defectus membranarum est, quæ, ut fit, exciderint : etenim in qua pagina Oseas imperfectus desinit, ibidem incipit Joël : unde cognoscimus antiquum amanuensem nonnisi hanc Remigiani *Commentarii in Oseam* partem præ manibus habuisse. Jam etsi Hentenius magnis laudibus a se editos commentarios effert, ego tamen Remigium in calonibus potius ἑρμηνείας quam in principibus numerem; quod de aliis etiam commentationibus ejus ad sacra Biblia qua editis qua ineditis æque judico. Certe illud frequens etymologiarum studium parum utile est vel solidum. Attamen aliud mihi Remigii opus est observatum, profana eruditione valde saturum, cujus hercle editionem, cum otium fuerit, non negligam. Interim tam rari codicis copiam nactus, nolui committere ut hæc inedita pars *Commentarii ad Oseam* diutius in tenebris delitesceret. Itaque in parte mei voluminis, unde aliam canonici generis lucubrationem ejeceram, hoc Remigii supplementum locavi.

VII. Sed jam oratio revertatur ad Theodorum, cujus si plurimas expositionum harum laudes detexere velim, vel infinitus sim, vel certe perpetuum commentarii ejus commentarium adornare deberem. In primis auctor universam vaticiniorum materiam mente complexus, mire inter se commiscet, invicemque illustrat, et cum prophetis majoribus, præsertim vero cum Psalmis Davidicis passim connectit. Prologorum vero dignitas, excursuum sive amplificationum ubertas, quæstionum acumen, locorum difficillimorum spontanea ac ludibunda propemodum explicatio legentes philologos magnopere, ut spero, oblectabit. Exempli causa, Amosi verba cap. I, 3 : *Super tribus sceleribus Damasci et super quatuor non convertam*, felicissime noster atque ex indole orientalium idiomatum explicat sic : *Dicit super tribus et quatuor, nempe pro multis. Nam quia numerus post unum et duo pluralis dicitur, verbo tribus multos denotat, verbo autem quatuor multitudinem exaggerat.* Rursus ad verba Michææ cap. v, 5 : *Suscitabuntur super eum septem pastores, et octo morsus hominum*, post irrisam nonnullorum interpretum vanitatem, ait simpliciter *septem* more biblico intelligi de perfecto seu magno numero, *octo* autem de ejus excessu. Idque illuminat Domini verbis Petro dicentis, ut non septies peccata dimitteret sed septuagies septies; et illis Ecclesiastæ, *Da partem septem necnon et octo;* de quibus mystica quædam et persubtilia commentatur Ambrosius libro v, *in Lucam* n. 49 : quem Ambrosii locum Cimmeriis tenebris obsitum Maurini editores ægre declarant; Mopsuestenus autem prædicta verba simpliciter vereque explicat : *Munifice da egentibus, neque in hoc abundare recuses.* Et universum quidem Testamentum Vetus præparationem Novi fuisse, atque omnia a Deo ad venturum Christum directa, sincere sancteque multis locis Theodorus fatetur, v. gr. p. 1, 69, 72, 114-116, 120, 208, præcipue vero in *prologo ad Jonam :* cujus prophetæ grande illud intra cetum viventis miraculum, quod quidam recentes critici scelerate deridenl (ne Christo quidem Matth. xii, 40, credentes), nonnulli allegorice tantum admittunt, vel prophetæ somnium existimant, alii ex fabulis ethnicorum, puta de Andromeda, vel de Hercule qui Neptunii canis visceribus evasit incolumis, conglutinatum dictitant; pie Theodorus, ut mos est Ecclesiæ Patrum et catholicorum, summaque cum reverentia amplectitur nec de eo quæstionem ullam fieri patitur. Ut autem mentis Theodori, qua prophetias de Christo tradit, illustre specimen dem, non recusabo in gratiam illorum qui Græce nesciunt (quandoquidem Latinam interpretationem ab hoc volumine exclusi, quam liberiori otio absolvendam perpoliendamque reservo) luculentum tractum Latine ponere ad illa Joelis verba cap. II, 28-31 : *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiæ vestræ, et senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt. Et super servos meos, et super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo; et vaticinabuntur. Et dabo prodigia in cœlo et super terram, sangui-*

Digitized by Google

nem et ignem et vaporem fumi; sol vertetur in tenebras, et luna in sanguinem, ante quam veniat dies Domini magnus et illustris. Ibi, inquam, post alia dicta Theodorus disputat sic : *Verba hæc beatus Petrus Judæos alloquens de Spiritus sancti adventu usurpavit convenientissime, quandoquidem prisca lex futurorum omnium quædam umbra fuit. — Et illa quidem vetera parvum quid erant et tanquam adumbratum; ita ut secundum hyperbolen potius quam secundum rei veritatem, dicta fuerint, sed ipsa demum dictorum veracitas in Christo Domino effectum manifeste habuit; quo tempore magna omnia et terrifica novaque et mira præ cunctis priscæ legis eventibus apparuerunt : ita ut Vetus Testamentum ænigmatis loco fuerit, rerum autem sub Christo Domino gestarum magnitudo veritatem demum stiterit. Atque ita beatus aiebat David de populo :* Non est derelicta anima ejus in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem [1] : *quod sane de re tum gesta intelligi nequit, sed metaphorice atque hyperbolice dicitur ereptus populus de periculo atque pernicie. Rei porro ipsius vaticiniique veritas in Christo Domino palam facta est, cum propter resurgendi virtutem neque anima ejus diu apud inferos corpore sejuncta mansit, neque corpus corruptionem ullam passum fuit, quod non solum figuram propriam retinuit, in qua mortuum fuerat, verum etiam ad immortalem incorruptibilemque naturam transiit. Quamobrem priora illa, ænigma fuerunt; hæc posteriora, veritas. Beatus igitur Petrus verbis illis tanquam olim metaphorice non sine causa dictis, nunc autem eventum verum in gesta re consecutis, usus est; ita ut nunc magis præsentibus esset credendum, quam de priscis illis obstupescendum.* Et paulo infra : *Cuncta verissima in Christo Domino evaserunt; nam et sol vere obtenebratus fuit, et luna pariter; magnaque et multa cœlo terraque prodigia acciderunt; et Christi Domini salutaris sanguis visus est; et ignis spectrum, quod descendentis Spiritus vim significabat; cui præcessit fumi vapor, qui eventuras crucifixoribus pœnas portendebat. Tunc etiam Spiritus sancti gratiæ cuncti participes facti sunt, multisque ac variis charismatibus insigniti : quare alii prophetabant, alii plurima edebant miracula, ob asserendam gestæ rei magnitudinem, et Christi Domini seu fidem seu gloriam constabiliendam. Quod olim igitur metaphorice propheta vel hyperbolice dixerat, nunc manifestam habet significatarum rerum veritatem; imo verba infra res ipsas sunt. Cur itaque hoc vaticinium itemque reliqua, quotquot de aliis dicta a prophetis sunt, de Christi Domini incarnatione beati apostoli intellexerint, hanc merito quam diximus causam credere licet. Sic enim et antiquarum rerum historia minime ficta apparet, et magnitudo præsentium ex illarum comparatione magis coarguitur; atque illud undique apparet, res nimirum veteris legis ad Novi Testamenti eventus referri : adeo tamen priora posterioribus cedere, quantum corpore umbram deteriorem esse par est, etsi ad hoc quadrare videtur.* Hactenus Theodorus ; cui astipulantem dabo Rufinum, qui in *Commentario ad Oseæ verba* cap. xi, 1, *Ex Ægypto vocavi Filium meum*, sic scribit : *Quod de populo dictum esse prophetiæ textus ostendit, hoc etiam ad personam Domini nostri Jesu Christi posse transferri, apostolica monstravit auctoritas; per quem videlicet ea quæ Judæis data erant divinæ pietatis insignia, et cumulatius nobis conferrentur et gratius.* Ne illud quoque non dicendum est, quod prophetarum ordo apud Theodorum diversus a communi in Græcis editionibus est, illi vero conformis quem Latina vulgata retinet. Ea porro versiculorum distinctio, quam neoterici invexerunt, quamque jam mutare ob pervulgatum usum non expedit, absurda sæpe et contra orationis sententiam cognoscitur : quod vitium in majoribus quoque capitulorum sectionibus quandoque admissum videmus ; quæ omnia Theodori sermo, qui diversis utitur pausis, emendat. Atque hanc capitum divisionem inconsulte admodum factam in Ciceronis quoque orationibus, demonstrasse me olim memini, cum Verrinarum partes ex antiquissimo Vaticanæ bibliothecæ palimpsesto ederem. Sed tamen Theodorus non idcirco aliter contextum biblicum discriminandum demonstrat, quod ipse ullam capitum versiculorumque sectionem faciat ; est enim in codice continua scriptura (etsi ego in editione discriminavi); sed quia dum aliter exorditur orationem, itemque aliter claudit, quam Vulgatus textus præ se fert, diversam respirationum sectionumque rationem se agnovisse demonstrat.

VIII. Superest ut Theodorum, quatenus a recto tramite videtur deflectere, coarguamus ; haud illius quidem diatribæ more quæ inter scripta Chrysostomi ad Theodorum lapsum legitur, sed leni potius admonitione legentium ut periculosam quandoque ipsius ἑρμηνείαν caveant. Est enim peculiare Theodori institutum, ut prophetas historice explicet, id est ut vim passim vaticiniorum de Veteris Testamenti rebus hominibusque intelligat ac interpretetur : atque in his nominatim minoribus prophetis captivitatem semper ac postliminium Judæorum præ oculis habet; in duobus autem postremis, Zacharia scilicet et Malachia, tempora quoque Machabæorum agnoscit; ad Christum autem ejusque Ecclesiam nonnisi fere propter veriorem plenioremque ἔκβασιν, id est *eventum*, vaticinia refert, ut in recitato exemplo cognovimus, rursusque ad Michæam v, 2, ubi de promissionibus a Deo Davidi factis noster disputat; et ad Zachariam ix, 10, ubi vaticinium inter Zorobabelem et Christum dividi posse negat. Atqui hæc ratio non immerito Græcis Latinisque Patribus ipsisque etiam conciliis suspecta atque improbata fuit : sunt enim reapse vaticinia multa, quæ Christum unice, nemine interposito, spectant ; neque Theodori auctoritas tanta est, neque ejus acumen tam singulare credendum, ut quod alii Patres, tales tantique viri, sublimiore illo tantummodo sensu prædictum putarunt ac docuerunt, huic arbitratu suo de rebus primum

[1] Psal. xv. 10.

Digitized by Google

humanis explicare liceat, deinde ad divinas transferre : quæ ratio quantopere apud vulgus prophetiarum vires infringat, imbecillorum fidem debilitet, foresque etiam incredulitati nonnullorum pandat, pii omnes sentiunt. Sane hoc genus interpretationis apprime Judæis capitalibus Christi Christianorumque omni tempore hostibus, placuisse par est : ob eamque causam *Ἰουδαιόφρονα* Theodorum a Georgio Hamartolo in chronico adhuc inedito dictum puto ; tum etiam quia synedricorum commentarios (nescio quo usus interprete) videtur studiose lectitavisse, vel potius Judæos magistros audisse : nam certe apud Renaudotium (*a*) Bar-Salibæus abs Judæis institutum Theodorum nostrum affirmat. Utique quas Hieronymus dicit esse Hebræorum sententias, eas apud Theodorum quandoque legimus. Quod tamen observat in suo *Commentario in Jonam* Hieronymus, Hebræum Josephum *Tharsis* intellexisse Ciliciæ Tarsum ; id Theodorum adversantem habet. Nec porro Judaicæ sectæ amorem Theodoro imputare licet, etenim in prologo ad Jonam Judæorum adversus Christum pervicaciam severe castigat. Illud etiam paulo liberius apud Theodorum dici videtur p. 63, 212, 223, quod Veteris Testamenti hominibus neque Filii neque Spiritus sancti personæ prorsus innotuerint ; quod tamen privilegium prophetis certe nonnullis haud debemus eripere. Quare commentario ad Zachariam substrata legimus Græci hominis scholia, adversus hanc Theodori audaciam, quam ego quoque aliquantum inhibui. Illud denique vix est probandum quod Dei locutiones ad propheta visionesque et varias revelationes unico sæpe denotat *ἐνεργείας* vocabulo ; quanquam hac super re sapienter acuteque Theodorus disputat sub initium Nahumi, ubi *λῆμμα* vocabulum explicat, et in recta prorsus sententia consistit. Neque vero quisquam sanus mihi succensebit, quod Theodori scripta, etsi errori aliquando proxima, in lucem emittam ; nævi enim ac vitia bonis, ut puto, plurimis obruuntur : tum ego hanc apologiam in præfatione ad Photium, præsertim vero ad Arianorum fragmenta (t. III, part. II, p. 186-187) tam invicte instruxi, ut nullum addere verbum jam opus sit.

IX. Constitueram olim cuncta Theodori fragmenta ex Vaticanis præsertim catenis Græcis atque Orientalium linguarum codicibus conjunctim edere (*b*) : quod quia nunc per occupationes non licuit, fragmenta saltem ampla ex ejus deperditis De incarnatione Domini, et Contra Apollinarem, et *in Psalmos* libris, quæ Leontius olim transcripsit, Canisius Latine tantummodo edidit, nunc ego Græce ex Vaticano pervetusto codice proferenda curavi, cum Leontii de his judicio, qui latentem in his hæresim recte arguit, et in proœmio complura Theodori opera enumerat, quæ consectanei tam studiose occultabant, ut Leontius ipse nonnisi opere *De incarnatione* potitus sit. Sed enim nos multo olim plura Theodori scripta in præfatione ad primum Collectionis nostræ volumen percensuimus.

(*a*) *Liturg. Or.* t. II, p. 622.

(*b*) Horum fragmentorum specimen, præter id quod edidi ad Photii Amphilochianam primam cap. 33, exstat in Vaticana *in Lucam* Catena inedita Nicetæ, ubi de sancto Spiritu in Jesum baptizatum superveniente sermo fit, etc. Legitur infra inter Theodori fragmenta in Joannem.

ANG. MAII PRÆFATIO ALTERA.

(*Bibliotheca nova Patrum*, tom. VII, Romæ 1854.)

I. De sacrorum librorum obscuritate (quam in prophetis præcipue comperiri necesse est) Polychronius Apamensis episcopus breve olim capitulum scripsit, quod nos in antiquissimo codice Vaticano observatum, et a Photio etiam inter Amphilochianas quæstiones quas edidimus relatum, ante hos annos in Scriptorum veterum primo volumine collocavimus. Quam nunc rem commemorare non fuit inutile, ut major hinc laus ad Polychronii fratrem Theodorum nostrum Mopsuestenum redundet, cujus tam planam tamque perspicuam prophetarum minorum interpretationem efferimus, quorum plerumque elocutio, si nuda spectetur, pene præ cæteris sacrosanctæ Scripturæ auctoribus obscuritatis caligine premi videtur. Et nihilominus luminosus adeo vir Theodorus librum ipse quoque de obscura locutione (Bibliorum ut puto) conscripserat, ab Ebediesu in catalogo suo memoratum, quo scripto fratri suo Polychronio suppetias fortasse ferebat. Sed nonne vero, dicet aliquis, aliæ etiam exstant ad hos salebrosos prophetas explanationes? Exstant sane, ut publici libri docent, utque alias nominatim recensui ; mirumque est quod intra quinquaginta circiter annos, nempe ab extrema sæculi quarti parte, ad medium fere sæculum quintum (quod hercle doctius Ecclesiæ ævum fuit) floruerunt nobilissimi prophetarum horum interpretes Theodoro nostro contemporanei, 1, S. Hieronymus ; 2, Rufinus, ut vulgo in codicibus librisque scribitur ; 3, S. Cyrillus Alexandrinus ; 4, Theodoretus. Horum inquam omnium videmus typis impressos luculentos commentarios, quos cum Mopsuesteno nostro conferre, perutile jucundumque lectori fore

Digitized by Google

puto : quibus ego etsi nihil detrahere volo, aio nihilominus nostrum hunc videri scribendi arte non inferiorem, limpitudine autem et naturali quadam facilitate prope gratiorem. Felicem rursus ætatem illam prædico, quæ præter hos quinque, tulit et alios nunc deperditos eorumdem prophetarum interpretes, scilicet Didymum teste Hieronymo *De vir. ill.* c. 109; Chrysostomum, quem se legisse ait in præfatione sua Rufinus, pariterque Ephræmius Antiochenus apud Photium (cod. 129, ed. p. 820); Eudociam denique augustam, ut idem in codice 184 tradit Photius. Quod si vera est Parisiensis codicis 142 inscriptio, latet ibi coævi prædictis Epiphanii *in Nahumum* commentatio. Nam cujusnam sæculi homo is fuerit, cujus nos olim fragmenta tria recitavimus (*Script. vet.* VII, p. 68), hoc titulo : Εὐβίωνος ἐκ τῆς περὶ προφητῶν ἐξηγήσεως, *Ebionis ex enarratione in prophetas*, non facile definietur : etenim in codice nobili Vaticano, quem iterum inspeximus, scribitur perspicue Ἐβίωνος, ita ut cogitandum videatur de Ebione Joannis apostoli contemporaneo. Sane Ebionæi, auctore authentico Epiphanio (hær XXX, 18), cæteros prophetas detestantes, unum Christum agnoscebant prophetam, de quo uno reapse tria illa fragmenta loquuntur. At vero Labbeus (conspect. op. Damasc. p. 50), legebat in codice Gallicano Εὐβίωνος. Utra lectio sit verior, Deus scit; sed certe et Eubion antiquus homo fuit, quandoquidem Anastasius presbyter, apud quem fragmenta illa servata sunt, ad prisca sæcula pertinet, nec fere Mopsuesteno recentior judicandus est. Anastasio autem contemporaneus fuit Hesychius, cujus multæ sparsim ad prophetas adnotationes in Vaticanis codicibus latent.

II. Verumtamen ut ad Mopsuestenum nostrum redeamus, hominis quidem historiam, tota antiquitate et præsertim in Oriente famigerati, in alia nos Scriptorum collectione t. VI, adumbravimus, deque librorum ejus multitudine, meritis, ac reprehensionibus, satis, ut puto, diximus, et nobis nunc plura dicendi otium fecimus. Quia tamen pleraque nonnisi Græce in lucem antea extulimus, visum est tanto auctore diutius homines Græce ignaros non fraudare : itaque antiquæ nostræ promissionis memores totum impigre Latinum fecimus, tamque spisso opere magnam hujus voluminis partem implevimus. Et scopus quidem Mopsuesteni est, Judaicam præsertim historiam illustrare; ita tamen ut propheticum spiritum, et relationem ad Christum præcipuis in locis agnoscat ac fateatur, quanquam sæpe κατ' ἐκβασιν, id est secundum pleniorem in Christo Christianisque rebus vaticiniorum eventum : quod genus interpretandi, etsi aliis quoque SS. Bibliorum interpretibus non plane insolitum, in Theodoro tamen suspectum aliquando fuit; et id sane nonnisi pie sinceraque cum fide a Christiano scriptore fieri debet. Quam ob rem noster visus est aliquibus δυοδαιτόφρων; quanquam ipse Christo se firmiter credere, et ejus deitatem œconomiæque mysterium religiose venerari, liquido demonstrat, puta pp. 139, 150, 191. Utrum vero et Hebraice sciverit, non satis constat; sed Syriacæ saltem dialecti non fuit ignarus, quoniam Syrum ex Hebraico interpretem non semel exagitat ac refutat pp. 241, 252, 263. At ipse certe LXX interpretes unice sequitur, admiratur, ac laudat p. 252. Præterea variam et curiosam eruditionem sponte deditaque opera vitare se dicit p. 136, 159, 227, et prophetarum tantummodo vocibus explanandis incumbere.

III. Hoc nos opus in Vaticano, olim Columnensi, miræ integritatis et antiquitatis codice invenimus, et cum alio insuper Vaticano, nec antiquo tamen nec integro, interdum contulimus. Testes quidem operis erant, synodus quinta œcumenica act. 4; deinde Ebediesu in catalogo cap. 19; quotquot denique operis codices nomen nostri Theodori inscriptum habent. Et quidem Ebediesu ait Theodorum scripsisse hoc opus ad quemdam *mar Turim*, ut scribit Echellensis Ebediesu editor; at vero Assemanus in altera editione scribebat *mar Tyrium*, nunquam immemor sui Syriatici *mar;* ego vero ausim contra Assemanum emendare *Martyrium*, Chrysostomi adeoque etiam Theodori æqualem, et postea Antiochiæ patriarcham, quæ fuit Theodori patria; ideoque pronum creditu est, missum ab eo opus ad civem ut verisimile est suum, illustrem adeo virum, qui Antiochenas demum infulas consecutus est. Quod si quis quærat cur passim Theodorus in codicibus *Antiochenus* potius quam *Mopsuestenus* dicatur; hanc causam esse puto, quod Mopsuestiæ episcopi duo fuerunt Theodori, prior antiquior qui secundæ Antiochenæ synodo subscripsit; posterior hic celeberrimus noster, qui distinctionis gratia vocitabatur ex patria sua Antiochenus. Sic ego in codicibus fieri video de Joanne Xiphilino patriarcha Constantinopolitano ejus nominis octavo, qui pariter distinctionis gratia dicitur *Chalcedonensis*, a patria vel fortasse a priore episcopatu, ut conjecturaliter judico. Certe duos Anthimos qui ætate mea Constantinopolitanam cathedram insederunt, haud numerali nota apud Græcos distingui audio, sed priorem *Ephesium* ubi fuit antea exarchus episcopus; alterum *Thessalonicensem*, a priore item episcopatu, nominari.

IV. Promisimus olim partem Theodori non modicam *Commentarii in Psalmos*, ex codicibus Vaticanis sumendam, efferre; verum ea res breviorem postea ambitum, ob illas causas nacta est, quas apto in loco diximus, ubi quidquid ejus operis interim in manus venit, post prophetas exposuimus. Feliciores in Theodori commentario ad Joannem fuimus, cujus ingentem reapse tractum cum peculiari animi voluptate in lucem protraximus. Neque tamen nunc repetere placuit, partes illas non modicas *in Epistolam ad Romanos*, quæ Græce quarto *Spicilegii Romani* volumini olim inseruimus : neque item complures illas, quæ cum Latine tantum exstarent vel in synodi quintæ actis, vel apud Leontium in Basnagiana Canisii

Digitized by Google

editione, nos primi Græce in sextum *Scriptorum veterum* tomum contulimus. Lectores ergo utantur feliciter novis his celeberrimi SS. Bibliorum commentatoris divitiis, quas pontificiæ bibliothecæ codicibus acceptas debent : meminerintque, rerum quidem historiam ne in prophetis quidem esse perimendam, ut Cyrillus ipse et Chrysostomus et Gregorius PP., aliique Patres monent : Christum tamen præcipue ejusque Ecclesiam, qui est sacræ Scripturæ scopus, nostræque salutis negotium, præ oculis habeant.

Est autem ordo, quem codex Vat. tenet, commentariorum Theodori apud nos hic :

In Oseam p. 1.
In Joelem p. 68.
In Amosum p. 91.
In Abdiam p. 140.
In Jonam p. 150.
In Michæam p. 170.
In Nahumum p. 210.
In Habacucum p. 231.
In Sophoniam p. 249.
In Aggæum p. 269.
In Zachariam p. 284.
In Malachiam p. 263.

Sequuntur fragmenta *in Psalmos* p. 390 ; et *in Joannis Evangelium* p. 396-408.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΣ
ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΩΣΗΕ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

—

THEODORI ANTIOCHENI
COMMENTARIUS IN OSEAM PROPHETAM.

—

1 Contra eos qui temere prophetica verba tractanda suscipiunt, atque ut viam posterioribus muniam, aggrediar, Deo adjutore, ad res propheticas explanandas, capto initio ab Osea, qui et princeps inter reliquos prophetas ætate est. Nam ex quo beatus David, sicut ego in superioribus dixi, cunctas quæ populo eventuræ erant rerum publicarum conversiones manifeste in psalmis enarraverat, silentium intermedia tempora occupavit, quia scilicet nihil ab illo vaticinante prætermissum fuerat. Sed enim statim ac tempus adfuit, quo cœperunt adversa pati decem tribus, Assyriis eas prementibus, donec funditus avitis eversas sedibus Sennacherimus in extranea loca transtulit ; cum jam, inquam, factum esset initium calamitatum, quas genti impendere multo ante David prædixerat ; Ezeciæ nimirum ætate, qui Judæ et Benjamini tribubus imperitabat ; divina gratia, rebus jam instantibus, prophetas publice misit, primumque in his Oseam, qui quidquid divinitus illis eventurum erat nuntiaret : quique in memoriam veluti revocans prædictas olim a Davide calamitates, harum mox futurarum culpam Israelitis imponeret, a Dei cultu ac notione jampridem aversis, atque ad idola dæmones-

A (Cod. Column. XLV, p. 1.) Εἰς ἔλεγχον τῶν ἀβασανίστως ἐπιβάλλειν ταῖς προφητικαῖς ἐπιχειρούντων φωναῖς, καὶ μὴν καὶ πρὸς κατασκευὴν τῶν ἑξῆς, ἀρξώμεθα τῆς τῶν προφητικῶν σαφηνείας, Θεοῦ διδόντος, ἀπὸ τοῦ Ὡσηὲ τὴν ἀρχὴν ποιησάμενοι, ὃν καὶ πρῶτον εἶναι τῷ χρόνῳ συμβέβηκε τῶν λοιπῶν προφητῶν· τοῦ γὰρ μακαρίου Δαυὶδ, καθ' ἃ πρόσθεν ἔφθην εἰπὼν (1), ἐν ψαλμοῖς ἁπάσας τὰς περὶ τὸν λαὸν ἐσομένας μεταβολὰς ἐπίοντος προδήλως, σιγὴ μὲν τὸν ἐν μέσῳ χρόνον κατεῖχεν, ἅτε ἀρκούντως ἅπαντα προειρηκότος ἐκείνου· ἐπειδὴ δὲ ἐπιστῆναι τὸν καιρὸν συνέβη καθ' ὃν ἤρξαντο κακῶς πάσχειν αἱ δέκα φυλαί, τῶν Ἀσσυρίων αὐτὰς πολιορκούντων ἄχρις οὗ παντελῶς αὐτὰς τῶν οἰκείων τόπων ὁ Σενναχηρεὶμ ἀφελὼν εἰς ἀλλοτρίους μετ-
B ὤκισε τόπους. Τά τε πόρρωθεν τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ προειρημένα περὶ τῶν τῷ λαῷ συμβησομένων χαλεπῶν, τὴν ἀρχὴν ἐντεῦθεν ἐδέχετο· ὅπερ οὖν ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν Ἐζεκίαν ἐγένετο καιρῶν, τῆς Ἰούδα φυλῆς βασιλεύοντα σὺν τῇ Βενιαμὶν, προεβάλετο τῶν πραγμάτων ἐγγύθεν ὄντων ἡ θεία χάρις τοὺς προφήτας, καὶ πρό γε τῶν λοιπῶν τὸν Ὡσηὲ μηνύοντα τὰ περὶ αὐτοὺς θεόθεν [a-a] ἐσόμενα, (p. 2) καθάπερ τινὰ ὑπόμνησιν ποιούμενον τῶν παρὰ τῷ Δαυὶδ πάλαι τε εἰ-

[a-a] I m. θειόθεν.

(1) Videlicet in commentario suo *ad Psalmos*, cujus ingentes reliquias nos volumine hoc exhibebimus.

Digitized by Google

ρημένων καὶ πρόπαλαι, ὡς ἂν τῶν τε ἐσομένων χαλεπῶν τοὺς Ἰσραηλίτας ἀποφήνειεν αἰτίους, ἀποστάντας μὲν τῆς περὶ τὸν Θεὸν θεραπείας τε καὶ γνώσεως, περὶ δὲ τὰ εἴδωλα καὶ τοὺς δαίμονας ἅπασαν ἔχοντας τὴν σπουδήν· δῆλόν τε ποιήσειεν ὅτι οὐκ ἔκ τινος συντυχίας γίγνεται ταῦτα· πόρρωθεν δὲ εἴρητό τε καὶ προώριστο τῷ Θεῷ γενέσθαι, τὴν τούτων αὐτῶν ἐπισταμένῳ κακίαν, καὶ τὰ περὶ αὐτοὺς ὄντινα τρόπον προσῆκεν οἰκονομεῖν εἰδότι σαφῶς, εἰς προπαρασκευὴν τῆς τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ δείξεώς τε καὶ παρουσίας· ὥστε γὰρ δῆλον ἅπασιν γενέσθαι ὅτι τὴν περὶ τὸν λαὸν κηδεμονίαν διὰ τὸν ἐξ αὐτῶν προσδοκώμενον φανήσεσθαι ποιεῖται, ἐκδίδωσι μὲν τὰς δέκα φυλὰς τῇ τῶν Ἀσσυρίων αἰχμαλωσίᾳ· φυλάττει δὲ ἐπὶ τῶν τόπων τὴν Ἰούδα μόνην, ἐξ ἧσπερ ἤμελλεν ὁ Δεσπότης ἀναφαίνεσθαι τὸ κατὰ σάρκα Χριστός. Ἧνπερ οὖν εἰς αἰχμαλωσίαν ὕστερον ἀπελθοῦσαν διὰ τὰς αὐτῶν ἐκείνων παρανομίας ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ τοῦ βασιλεύσαντος τῶν Βαβυλωνίων, ἐπανελθεῖν παραδόξως πεποίηκεν· ἐπανελθόντων μὲν καὶ ἐκ τῶν λοιπῶν φυλῶν τινῶν εὐαριθμήτων ἐξ ἑκάστης, τῆς Ἰούδα δὲ μόνης ἐπαναχθείσης ὅλης· ὡς ἂν γένοιτο δῆλον ὅτι ἠδύνατο μὲν βουληθεὶς ὁ Θεὸς καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας ἐπαναγαγεῖν ὁμοίως ταύτῃ· (p. 3) ἀμελήσας δὲ τῶν λοιπῶν, περὶ ταύτην ἅπασαν ἔθετο τὴν φροντίδα, ἀφ' ἧσπερ ἤμελλεν ὁ Δεσπότης ἀναδείκνυσθαι Χριστὸς, ἐπὶ κοινῇ τῇ πάντων φανούμενος σωτηρίᾳ· κατὰ δὲ τοῦτον τὸν λόγον καὶ αἱ τῶν προφητῶν μηνύσεις ἐτύγχανον ἀναγκαῖαι, δηλοῦσαι ὅτι πάλαι τε δεδογμένα τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τοῦ μακαρίου Δαυὶδ εἰρημένα, νῦν λαμβάνει πέρας, ἀπορρήτως ἅπαντα οἰκονομοῦντος τὰ περὶ αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ· ὅπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος Ὡσηὲ ποιῶν ὁ προφήτης, τὰ περὶ τὸν λαὸν ὑπὲρ ὧν ἠσέβουν κατὰ θείαν ἐσόμενα βουλὴν μηνύει σαφῶς· ἄρχεται δὲ οὕτως·

A que perquam studiose conversis; **2** atque ut idem palam faceret, haud casu aliquo hæc mala contingere, sed multo ante edicente ac decernente Deo, cui et Israelitarum improbitas explorata erat, et simul comperta ratio, qua cum his agendum erat, ob viam parandam Christi Domini ostensioni atque adventui. Deus etenim ut omnes certiores faceret, se populi curam gerere propter eum qui ex hujus genere oriturus exspectabatur, idcirco tradidit decem tribus Assyriacæ captivitati, unicam vero retinuit in suis sedibus Judæ tribum, de qua Dominus exiturus erat secundum carnem Christus. Quam item captivam deinceps abductam propter pares iniquitates a Nabuchodonosoro Babyloniorum rege, redire mirabiliter voluit; quicum etiam B de reliquis tribubus exiguus numerus postliminio reversus est; interim dum una Judæ tribus cum suo populo omni in patriam se recepit: quo perspicuum fieret, volenti Deo possibile fuisse reliquas universas haud secus quam istam revocare: verumtamen neglectis cæteris, ad hanc unam curas suas contulisse, ex qua Dominus proditurus erat Christus, cum denique pro communi salute conspiciendum se daret. His ita se habentibus, prophetarum quoque vaticinia necessaria erant, quorum ope notum fieret, pœnas olim a Deo decretas atque a beato Davide prædictas, nunc demum inflictum iri, arcana Dei providentia cunctas populi vices moderante. Atque ob hanc videlicet causam beatus quoque propheta Oseas manifeste significat quæ Deo mandante C eventura populo erant propter ejus impietatem. Sic autem incipit:

ΚΕΦ. Α'.

Στίχ. α'. — « Λόγος Κυρίου ὃς ἐγενήθη πρὸς Ὡσηὲ τὸν τοῦ Βεηρὶ, ἐν ἡμέραις Ὀζίου καὶ Ἰωάθαμ καὶ Ἄχαζ καὶ Ἐζεκίου βασιλέων Ἰούδα, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοὰμ υἱοῦ Ἰωὰς βασιλέως Ἰσραήλ. » Ὡς ἐπιγραφή τίς ἐστιν αὕτη τοῦ βιβλίου περιεκτικὴ, δηλοῦσα τόν τε προφήτην οὗπερ ἐστὶ τὰ εἰρημένα, καὶ τὸν καιρὸν καθ' ὃν εἰρήκει ταῦτα· λόγον δὲ Κυρίου τὴν ἐνέργειαν ἁπανταχοῦ λέγει τὴν ἐφ' ὅτῳ δήποτε γιγνομένην· ὡς τὸ, « Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, » ἵνα εἴπῃ ὅτι τῇ ἐνεργείᾳ συνέστησαν τῇ θείᾳ· θείαν δὲ ἐνέργειαν κἀνταῦθα λέγει κατ' ἣν ἀποκάλυψις τῶν ἐσομένων ἐγίνετο τῷ προφήτῃ· ἀφ' ἧσπερ αὐτῷ καὶ τὸ λέγειν τε καὶ μηνύειν τὰ ἐσόμενα δύναμις ὑπῆρχεν· εἰς δήλωσιν δὲ ἀκριβεστέραν, καὶ τοῦτο Πατρὸς προστίθησιν ὄνομα· ἀναγκαίως δὲ λέγει καὶ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧπερ κατὰ τὴν ἀποκάλυψιν τὴν ἐγγενομένην αὐτῷ θειόθεν ἐμήνυε τὰ ἐσόμενα· (p. 4) λέγει δὲ ὅτι καθ' ὃν καιρὸν Ὀζίας τε ἐβασίλευε καὶ Ἰωάθαμ καὶ Ἄχαζ καὶ Ἐζεκίας· ἀφ' ὧν σκοπήσειεν ἂν τις εἰκότως ὅτι οὐχ ὑπὸ μίαν τινὰ ἁρμονίαν συγγέγραφεν τὸ βιβλίον ὁ προφήτης, ἀλλ' ἐν διαφόροις καιροῖς τὰς περὶ τῶν ἐσομένων ἀποκαλύψεις δεχόμενος, ἐποιεῖτο τῶν ἐσομένων τὴν μήνυσιν·

CAP. I.

Vers. 1. — « Verbum Domini quod factum est ad Oseam filium Beeri, in diebus Oziæ et Joathami et Achazi et Ezeciæ regum Judæ, et in diebus Jeroboami Joaso nati **3** regis Israelis. » Hic titulus quidam est, libri argumentum habens, simulque declarans et a quo propheta et quo tempore dicantur hæc. Verbum autem Domini pro vi divina ubique dicit Scriptura, quacumque in re se exserat. Velut illud: « Verbo Domini cœli firmati sunt [a], » quasi dicat, vi divina eos fuisse compactos. Porro vim divinam hic D quoque dicit, a qua futurorum revelatio prophetæ fit, dicendique virtus exhibetur atque ante significandi quæ ventura erant. Jam ob sui pleniorem notitiam, Patris quoque nomen ascribit: tum etiam necessario tempus adnotat, quo secundum impertitam sibi divinitus revelationem res posteras prædicebat. Præfinit igitur tempus quo regnaverunt Ozias et Joathamus et Achazus et Ezecias. Unde quivis cognoscere queat, haud una continuatim serie scriptum fuisse hunc a propheta librum, sed prout variis temporibus futurorum notiones excipiebat, sic vaticinia edidisse; facta haud semel earumdem rerum mentione pro divinis ad se oraculis, quæ in populo vulgabat, ut hunc futuris

[a] Psal. xxxii, 6.

Digitized by Google

ὡς καὶ θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων προτιθεὶς τὸ εὐ- mittebam. Nunc quia sic illos tractantes, malam
τελὲς ὑμῖν ποιῆσαι, καὶ πρὸς ἐπίγνωσιν ἀγαγεῖν τὴν mihi retributionem obtulistis, justam peccatorum
ἐμὴν, ἔπεμπον τοὺς προφήτας· ἐπειδὴ δὲ τοιαῦτα vindictam perferetis. Nam misericordiæ officium
αὐτοὺς διατιθέντες κακοῖς ἠμείβεσθε τὰ παρ' ἐμοῦ D quoque est, propter eos qui male sunt passi, sup-
γενόμενα, δώσετε τῶν παρανομημάτων δίκην δι- plicium injuriosis decernere. « Ipsi autem tanquam
καίαν· (p. 47) ἐλέου γὰρ τὸ καὶ ὑπὲρ τῶν πασχόντων homo pactum transgrediens, illic me contempse-
κακῶς τιμωρίᾳ περιβάλλειν τοὺς ἀδικοῦντας. « Αὐτοὶ runt. » Vos autem in transgressione vestra perse-
δέ εἰσιν ὡς ἄνθρωπος παραβαίνων διαθήκην, ἐκεῖ verastis, neglecto quod mecum pepigistis antiquo
κατεφρόνησάν μου. » Μεμενήκατε γὰρ ἐπὶ τῆς βά- fœdere, neque prorsus despecto, adeo ut prophetas
σεως (7) τῆς οἰκείας, τῶν μὲν ἄνωθεν ὑμῖν συντε- quoque id vobis commemorantes interfeceritis.
θέντων πρὸς ἐμὲ λόγον οὐδένα ποιούμενοι, καταπεφρονηκότες δέ μου παντελῶς· ὥστε καὶ τοὺς ὑπο-
μιμνήσκοντας ὑμᾶς περὶ τούτου τῶν προφητῶν ἀνελεῖν.

Στίχ. η'-ια'. — « Γάλγαλα πόλις ἐργαζομένη μά- Vers. 8-11. — « Galgala civitas quæ operatur
ταια. » Αἰτία δὲ τούτων ὑμῖν ἡ Γάλγαλα, παρ' ᾗ vana. » Causa horum vobis Galgala, apud quam

[20] Psal. XLIII, 10.

(6) Cod. οὐδέ, quod visum est corrigendum, quamquam plerumque codex est emendatissimus, firmaque et optima manu scriptus.

(7) Ita cod. βάσεως, seu mendose, ut arbitror, pro παραβάσεως.

Digitized by Google

noxium vanumque idolorum studium expromitis. Sic enim et in superioribus dixit, « Ne abieritis in Galgala civitatem; neque vana operemini, » ait, ut quæ in ea patrantur, significet. « Quæ conturbat aquam. » Illi qui limpitudinem et puritatem piæ religionis, in mei agnitione apparentem, idolorum admistione inquinant. « Et fortitudo tua, viri piratæ. » Quæ vim suam videlicet in errantium damno demonstrat; quemadmodum mos est piratis, aliorum damnis incumbere, suasque vires in cæterorum pernicie ostendere. « Celarunt sacerdotes viam, occisione Sicima peremerunt, quia iniquitatem patraverant [21]. » Exemplo vult illorum nequitiam explanare: Quia, patres vestri, inquit (dicit autem Jacobi filios Levim ac Simeonem), postquam fornicariam injuriam sorori suæ illatam viderunt, tanta rei indignatione exarserunt, ut oblique quidem ac subdole Sicimitas sint allocuti, amicitiam simulantes: id enim innuunt verba: « Viam celarunt, » sed idoneo captato tempore, cunctos uno impetu propter illud flagitium interemerunt. « In domo Israelis vidi horribilia; **32** ibi fornicationem Ephraimi. » Et res quidem illorum ita se habuit. Nunc vero in universo Israele plena horroris aspexi; fornicationem universalem, non corporis, sed corruptæ animæ atque a Deo apostaticæ. « Contaminatus est Israel, et Judas omisit messem suam. » Cuncti ad prævaricationem spectabant, idolorum cultu polluti; cuncti infirmum ac profligatum salutis suæ negotium esse ostendebant. Nam veluti si quis agricola peractis seminationibus, et jam frugibus messem postulantibus, mox ignaviæ se dederet, agricolationem suam pessumdaret, præteritum omnem laborem inertia sua futilem redderet: sic vos, inquit, tot tantisque bonis potiti, egressi Ægypto, emenso deserto, lege accepta, promissam terram adepti, et in conveniente religioni loco constituti; cum jam fructus oportebat ad Deum ferre, tunc omnia vestri gratia acta, per malitiam vestram cassa effecistis: omissa videlicet post tot taliaque beneficia fructuum redditione, factaque ad vitium universali atque omnimoda perversione. Paria his apud Isaiam: « Exspectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas [22]. »—« Incipe fruges colligere, cum ego convertero captivitatem populi mei, et Israelem sanavero. » Quamobrem vobis novo initio opus est, quod ego per summam benignitatem vobis concedam, dum præter spem omnem humanam de captivitate vos reducam. Nam certe si volueritis ad meliorem vitam intendere, novo vobis initio opus est; ut si denique acceptorum munerum magnitudine pudefacti, in virtutis studio deinceps versemini, id vobis factitare liceat. Nam verbum « Incipe » dicit pro, Incipere poteris, cum volueris ad officium spectare. Nunc vero quid?

A τὴν ἐπιβλαβῆ καὶ μάταιον περὶ τὰ εἴδωλα σπουδὴν ἐπιδείκνυσθε· οὕτω γὰρ καὶ ἀνωτέρω λέγει, « Μὴ εἰσπορεύεσθε εἰς Γάλγαλα τὴν πόλιν· καὶ ἐργάζεσθε, λέγει, μάταια, » τὰ ἐν αὐτῇ γιγνόμενα σημαίνων. « Ταράσσουσα ὕδωρ. » Οἱ τὸ διειδὲς καὶ καθαρὸν τῆς εὐσεβείας ἐν τῇ γνώσει διαφαινόμενον τῇ ἐμῇ, τῇ τῶν εἰδώλων ἐπιθολοῦντες ἐπιμιξίᾳ. « Καὶ ἡ ἰσχύς σου ὡς ἀνδρὸς πειρατοῦ. » Ἣ πᾶσαν τὴν δύναμιν τὴν οἰκείαν ἐν τῇ τῶν ἀπατωμένων ἐπιδείκνυται βλάβῃ· ὃν δὴ τρόπον καὶ τοῖς πειραταῖς ἔθος ἐστὶ περὶ τὴν ἑτέρων ἐσπουδακέναι βλάβην, καὶ τὴν οἰκείαν δύναμιν διὰ τῆς ἑτέρων διαδείκνυσθαι ἀπωλείας. « Ἔκρυψαν ἱερεῖς ὁδόν· ἐφόνευσαν Σίκιμα· ὅτι ἀνομίαν ἐποίησαν. » Ἐκ παραθέσεως βούλεται τὴν τούτων ἐπιδεῖξαι κακίαν· Ὅτι οἱ μὲν πατέρες, φησὶν, εἰ
B ὑμέτεροι (λέγει δὲ τοὺς υἱοὺς Ἰακὼβ, Λευΐ τε καὶ Συμεών), ἵνα (8) πορνικὴν ἐπήρειαν ὑπομείνασαν ἴδωσιν αὐτῶν τὴν ἀδελφὴν, (p. 48) τοσαύτην ἔσχον τὴν ἀγανάκτησιν ἐπὶ τῷ γεγονότι, ὥστε λαθραίως μὲν καὶ μετὰ δόλου διαλεχθῆναι τοῖς Σικιμίταις προσποιούμενοι φιλίαν· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, « Ἔκρυψαν ὁδόν· » καιροῦ δὲ λαβόμενοι, πάντας κατ' αὐτὸν ἀνεῖλον ὑπὲρ τοῦ γεγονότος. « Ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἰσραὴλ εἶδον φρικώδη, ἐκεῖ πορνείαν τοῦ Ἐφραΐμ. » Καὶ τὰ μὲν ἐκείνων, φησὶ, τοιαῦτα· νῦν δὲ ἐν ἅπαντι τῷ Ἰσραὴλ φρίκης εἶδον μεστὰ, πορνείαν ἁπάντων οὐκ ἐν σώματι συστᾶσαν, ἀλλ' ἐν διαφθορᾷ ψυχῆς καὶ ἀποστάσει Θεοῦ. « Ἐμιάνθη Ἰσραὴλ, καὶ Ἰούδας ἀφῆκε θερισμὸν αὐτοῦ. » Πάντες πρὸς μίαν εἶδον παρανομίαν τῇ
C τῶν εἰδώλων μιανθέντες θρησκείᾳ· καὶ πάντες ἀτελῆ καὶ διεφθαρμένην τὴν ἑαυτῶν ἀπέδειξαν σωτηρίαν· ὡς γὰρ εἴ τις γεωργὸς τελειωθέντων σπερμάτων, καὶ τοῦ καρποῦ τὸν θερισμὸν ἀπαιτοῦντος, ἤδη πρὸς ῥᾳθυμίαν ἰδὼν, ἀπολέσειεν μὲν τὰ γεωργηθέντα, κενὸν δὲ πάντα τὸν προειληφότα πόνον διὰ τῆς οἰκείας ἀποφήνειεν ῥᾳθυμίας· οὕτως ὑμεῖς, φησὶ, τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀπολελαυκότες ἀγαθῶν, ἐξεληλυθότες Αἰγύπτου, διαβάντες τὴν ἔρημον, νόμον δεξάμενοι, τὴν γῆν ἀπειληφότες τὴν ἐπηγγελμένην, τὸν τῇ θρησκείᾳ πρέποντα κτησάμενοι τόπον· ὅτε τοὺς καρποὺς ἐχρῆν λοιπὸν (p. 49) τῷ Θεῷ προσκομίζειν, τότε πάντα τὰ ὑπὲρ ὑμῶν γεγονότα περιττὰ διὰ τῆς ἑαυτῶν ἀπεδείξατε κακίας· ἀφέντες μὲν τὸ ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ τοὺς ὑπὲρ τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων
D εὐεργεσιῶν καρποὺς, περὶ δὲ τὴν τοῦ χείρονος ἐκτροπὴν ἀσχοληθέντες ὅλοι δι' ὅλων· ὁμοιόν ἐστι τούτῳ καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ· « Ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. » — « Ἄρχου τρυγᾶν σεαυτῷ ἐν τῷ ἐπιστρέφειν με τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου, ἐν τῷ ἰᾶσθαί με τὸν Ἰσραήλ. » Ὥστε δεῖν ὑμῖν πάλιν ἑτέρας ἀρχῆς, ἣν δι' ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν ἐγὼ παρέξω, ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ὑμᾶς παρὰ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐπανάγων ἐλπίδα· τότε δὴ λοιπὸν πρὸς τὸ κρεῖττον ὁρᾷν ἐθέλοιτε, ἀρχῆς ὑμῖν ἑτέρας δεήσει· ἵνα κἂν γοῦν τῶν τότε δωρεῶν αἰσχυνθέντες τὸ μέγεθος, περὶ τὴν τοῦ κρείττονος ἑαυτοὺς ἐπιμέλειαν τρέψητε τοῦ λοιποῦ, τότε μὲν δὴ τοῦτο, φησὶν, τοιεῖν ὑμῖν ἐξέσται· τὸ γὰρ « Ἄρχου, » λέγει ἀντὶ τοῦ, Ἄρξασθαι δυνήσῃ, βουληθεὶς πρὸς τὸ δέον ἰδεῖν. Νῦν δὲ τί;

[21] Gen. xxxiv, 27 sqq. [22] Isa. v, 4.

(8) Videtur deesse μή, vel scribendum esse ὅτ' ἂν εἶδον.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Ζ'. A CAPUT VII.

Στιχ. α'-δ'. — « Καὶ ἀποκαλυφθήσεται ἡ ἀδικία Ἐφραΐμ, καὶ ἡ κακία Σαμαρείας, ὅτι εἰργάσαντο ψευδῆ. » Πρόδηλος ἅπασιν ἡ παρανομία ἣν εἰργάζεσθε ἅπαντες, καὶ ὅτι ἀποστάντες μου, πρὸς τὸ ψεῦδος ἐωρᾶτε, (p. 50) διὰ τῆς τιμωρίας ἣν ὑπομενεῖτε δικαίως ὑπὲρ ὧν παρενομεῖτε τοιαῦτα· πῶς, καὶ τίνα τὸν τρόπον; « Καὶ κλέπτης πρὸς αὐτὸν εἰσελεύσεται, ἐκδιδύσκων λῃστὴς ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ, ὅπως συνάδωσιν ᾄδοντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. » Ὡς γὰρ ἂν εἴ τις κλέπτης ἢ λῃστὴς ἐν ὁδῷ ποτε περιτυχὼν ἐκδύσειεν τοὺς προστυχόντας, καὶ εἰς οἰκίαν εἰσελθὼν τὰ ἐνόντα λάβοι· οὕτω, φησὶν, ἐπελθόντες ὑμῖν οἱ πολέμιοι ἅπαντα τά τε κατ' οἰκίαν τά τε ἔξω προσόντα ὑμῖν αἱροῦσιν, τὰ μὲν ἀφαιροῦντες, τὰ δὲ ἀφανίζοντες παντελῶς· ὥστε ἅπαντας ὑμᾶς ὑπὸ τῆς συμφορᾶς κατεχομένους, ᾄσματα θρήνου μεστὰ κατὰ ταυτὸν ᾄδειν, ὀδυνωμένους τε κατὰ καρδίαν ἐπὶ τοῖς γινομένοις, καὶ ὀλοφυρομένους δι' ὀλοφυρτικῶν ῥημάτων ἐπὶ τῷ μεγέθει τῶν συμφορῶν τῶν συμβαινουσῶν ὑμῖν. « Νῦν ἐκύκλωσεν αὐτοὺς τὰ διαβούλια αὐτῶν, ἀπέναντι τοῦ προσώπου μου ἐγένοντο. » Ἁπάντων δὴ τῶν μετὰ πολλῆς αὐτῶν ἐπιτετελεσμένων τῆς κακίας μνήμην λαβὼν, περιβαλῶ μεγίστοις αὐτοὺς κακοῖς· ἀνάλογον οἷς βουλευόμενοι μετὰ πολλῆς ἀναιδείας ἐπ' ὄψεσι διεπράττοντο ταῖς ἐμαῖς. « Ἐν ταῖς κακίαις ηὔφραναν βασιλεῖς, καὶ ἐν τοῖς ψεύδεσιν αὐτῶν ἄρχοντας. » (p. 51) Ὥστε πολλὴν τοῖς ἐναντίοις εἴτε βασιλεῦσιν εἴτε ἄρχουσιν ἡδονὴν ἐγγενέσθαι, οἳ κατακρατήσουσί τε αὐτῶν καὶ αἰχμαλώτους λήψονται, ὑπὲρ ὧν τε διεπράττοντο κακῶν· καὶ ὅτι δὴ τὴν ἐμὴν ἀφέντες γνῶσιν, τὴν ψευδῆ καὶ ἀπατηλὴν τῶν δαιμόνων μετῆλθεσαν θρησκείαν. « Πάντες μοιχεύοντες ὡς κλίβανος καιόμενος εἰς πέψιν. » Συμφώνως γὰρ ἅπαντες τῆς γνώσεως ἀποστάντες τῆς ἐμῆς μοιχικήν τινα γνώμην ἀνεδέξαντο, πρὸς τὴν τῶν δαιμόνων ἀποκλίναντες θεραπείαν· καὶ δίκην κλιβάνου πρὸς πέψιν ἐκκεκαυμένου, μετὰ θερμῆς τινος τῆς προθυμίας πρὸς τὴν ἀκολασίαν ῥέποντες ἐκείνην. « Κατακαύσει αὐτοὺς ἀπὸ τῆς φλογός. » Ἀλλὰ γὰρ ἐξ αὐτῆς δὲ ταύτης καταναλωθήσονται τῆς γνώμης. « Ἀπὸ φυράσεως στέατος ἕως τοῦ ζυμωθῆναι αὐτὸ ὅλον, αἱ ἡμέραι τῶν βασιλέων ὑμῶν. » Ὡς γὰρ εἰ στέας ληφθέν τε καὶ ἐμβληθὲν ἀλεύρῳ ζυμοῖ τε καὶ ἐναποτελεῖ τὸ σύμπαν, οὕτως ἐξότε περ τὴν παράνομον ταύτην κατεστήσασθε βασιλείαν, ἀπὸ τοῦ Ἱεροβοὰμ λαβόντες τὴν ἀρχὴν, πρὸς τὴν αὐτὴν γνώμην τῆς κακίας ἅπαντες ἐνεύσατε ὁμοίως.

Στίχ. ε'-θ'. — « Ἤρξαντο ἄρχοντες θυμοῦσθαι ἐξ οἴνου. » Οἵ τε γὰρ ἄρχοντες αὐτῶν μέθαις καὶ οἰνοφλυγίαις προσεῖχον, ἀκράτῳ κατὰ πάντων ὡς ἐκ τοιαύτης παροινίας τῷ θυμῷ κεχρημένοι. (p. 52) « Ἐξέτειναν τὴν χεῖρα αὐτῶν μετὰ λοιμῶν. » Πρὸς πλεονεξίαν ἐώρων, κοινωνίαν ἑλόμενοι πρὸς ἅπαντας τοὺς διεφθαρμένους τὸν τρόπον. « Διότι ἀνεκαύθησαν ὡς κλίβανος αἱ καρδίαι αὐτῶν, ἐν τῷ καταῤῥάσσειν αὐτοὺς ὅλην τὴν νύκτα. » Ἐξεκαίοντο γὰρ δίκην κλιβάνου τὴν διάνοιαν ἐκ τῆς μέθης ἧς δι' ὅλης ἐπετήδευον τῆς νυκτός. « Ὕπνου Ἐφραΐμ ἐνεπλήσθη. » Ὡς ἐκ μέθης τοίνυν τοιαύτης δίκην τῶν ὕπνῳ βαρεῖ κατεχομένων, οὐδένα τοῦ προσήκοντος ἐποιοῦντο

33 Vers. 1-4. — « Et revelabitur iniquitas Ephraimi, et Samariæ malitia, quia operati sunt mendacium. » Quam operamini omnes nequitiam, dum a me digressi ad mendacium spectatis, ea manifesta cunctis fiet a pœna, quam merito ob hæc flagitia luetis. Quam ob rem, aut quomodo? « Et fur ingredietur ad eum, latro spolians in via, ut concinant canentes in corde suo. » Nam veluti si quis fur aut latro in via aliquando occurrens viatores spoliet, et ædes ingressus, rem domesticam auferat: sic, inquit, supervenientes vobis hostes, omnia quæ sive domi sive extra possidetis capient, partim asportantes, partim funditus consumentes; ita ut vos omnes calamitate pressi, cantilenas B lamento plenas simul concinatis, cum gemitibus cordis ob hujusmodi eventum, et cum vocis ululatibus, propter infortuniorum gravitatem quæ vos corripuerunt. « Nunc circumdederunt eos cogitationes suæ; coram facie mea factæ sunt. » Jam vero omnium ab ipsis patratorum malitiam in memoriam revocans, gravibus eos malis irretiam; merito quidem propter multam qua præ oculis meis ita egerunt impudentiam. « Iniquitatibus suis lætificaverunt reges, mendaciis suis principes. » Contigit enim, ut hinc multam tum reges tum principes caperent voluptatem; qui idcirco eos superabunt, captivosque abducent, propter peccata adamussim quæ commiserunt; et quia scientia mei omissa, C falsum et fraudulentum dæmonum cultum asciverunt. « Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus ad coquendum. » Concorditer omnes a scientia mei recedentes, adulterinam veluti sententiam susceperunt ad dæmonum cultum declinandi; clibanique instar ad coquendum 34 succensi, fervido quodam animi impetu ad illud flagitium decurrerunt. « Exuret eos in flamma. » Sed enim hoc ipso consilio suo consumentur. « Fermento arvinæ, donec fermentetur totum, dies regum vestrorum. » Veluti si quis sumptam arvinam in farinam conjiciat, tota hæc fermentatur, et universam massam perficit: ita ex quo illegitimum hoc constituistis regnum, capto initio abs Jeroboamo, in unam eamdemque sententiam cuncti pariter conspirastis.

D Vers. 5-9. — « Cœperunt principes furere a vino. » Principes eorum crapulæ et ebrietati indulgebant, ira immodica adversus omnes tanquam crapulati utentes. « Extenderunt manum suam cum pestilentibus. » Avaræ cupiditati mentem intenderunt, inita cum pessimis omnibus societate. « Ideo exarserunt ut clibanus corda eorum, dum tota nocte agitantur. » Mentem more clibani inflammatam gerebant a crapula, cui tota nocte vacarunt. « Somno repletus est Ephraimus. » Ergo tanquam ex crapula hujusmodi somno gravi correpti, nullius honesti officii curam gerebant. « Mane factum est, et succensa est quasi ignis lux: calefacti sunt

Digitized by Google

omnes quasi clibanus ardens. » Die succedente, rursus in eodem opere erant, quasi igne inflammati, et quasi clibanus calefacti, atque ad turpia facta incitati. « Et ignis devoravit judices eorum. » Meritam ergo pœnam sustinent, dum igni veluti, quicunque apud eos regnabant, hostili sunt traditi cædi. « Cuncti reges eorum ceciderunt. » Exitio et cædi omnes tradentur. Cur? « Nemo erat inter eos, qui invocaret me. » Quia una mente erant, nullumque prorsus habere mei respectum volebant. « Ephraimus commistus est populis. » Hoc etiam beatus improperat David, dicens: « Commisti 35 sunt inter gentes [33]. » Interdictum quippe per legem eis omnino erat, quominus alienigenis commiscerentur; ideoque id merito hic etiam illis exprobrat. « Ephraimus factus est subcinericius panis, qui non reversatur. » Adeo inconversus in eadem permansit malitia, sicut ille manere solet immobilis in quocunque ponitur loco. « Comederunt alieni robur ejus. » Sustinet ergo debitam punitionem: sceleste enim alienigenis commistus, ab ipsis funditus exterminabitur. « Ipse autem nescivit; cani efflоruerunt ei, et ipse ignoravit. » Quia in officii sui ignorantia perseveravit, ne a longævitate quidem ad bonam frugem converti passus, idcirco hæc perpetietur.

A λόγον. « Πρωΐ ἐγενήθη, καὶ ἀνεκαύθη ὡς πυρὸς φέγγος· πάντες ἐθερμάνθησαν ὡς κλίβανος καιόμενος. » Ἡμέρας δὲ ἐπιλαμβανούσης, τῶν αὐτῶν ἥπτοντο πάλιν, ἀναπτόμενοί τε δίκην πυρὸς, καὶ ὥσπερ τις κλίβανος διαθερμαινόμενοί τε, καὶ διεγειρόμενοι πρὸς τὴν τῶν ἀτόπων ἐργασίαν. « Καὶ πῦρ κατέφαγε τοὺς κριτὰς αὐτῶν. » Κατάλληλον τοίνυν ὑπομένουσι τὴν τιμωρίαν, δίκην πυρὸς πάντων τῶν ἄρχειν ἐν αὐτοῖς ὑπειλημμένων τῇ τῶν πολεμίων παραδιδομένων σφαγῇ. « Πάντες οἱ βασιλεῖς αὐτῶν ἔπεσον. » Ἀπωλείᾳ καὶ σφαγῇ παραδοθήσονται πάντες. Τίνος ἕνεκεν; « Οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς ὁ ἐπικαλούμενος πρός με. » Ἐπειδὴ καὶ σύμφωνον εἶχον τὴν γνώμην, οὐδένα λόγον ἐμοῦ ποιεῖσθαι καθάπαξ ἐθέλοντες. « Ἐφραΐμ ἐν τοῖς λαοῖς αὐτὸς συνανεμίγνυτο. » Τοῦτο καὶ ὁ μακάριος αὐτοὺς αἰτιᾶται Δαυὶδ λέγων· (p. 53) « Καὶ ἐπεμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι. » Καὶ γὰρ ἦν ἀπειρημένη παντελῶς αὐτοῖς ἐκ τοῦ νόμου ἡ πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους ἐπιμιξία· εἰκότως οὖν αὐτοῖς ὀνειδίζει κάνταῦθα τοῦτο. « Ἐφραΐμ ἐγένετο ἐγκρυφίας οὐ μεταστρεφόμενος. » Οὕτως ἀμετάβλητος τὸν τρόπον ἐπὶ τῆς αὐτῆς μεμενηκὼς κακίας, ὥσπερ ἐκεῖνο μένειν εἰωθεν ἀμετακίνητον ἐφ' οὗπερ τέτακται τόπου. « Κατέφαγον ἀλλότριοι τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ. » Ὑπομένει τοίνυν ἀνάλογον τὴν τιμωρίαν· παρανόμως γὰρ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιμιγείς, ὑπ' αὐτῶν

B

ἐκείνων ἀφανισθήσεται παντελῶς. « Αὐτὸς δὲ οὐκ ἔγνω· καὶ πολιὰ ἐξήνθησεν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς οὐκ ἔγνω. » Ἐπειδὴ γὰρ διαμεμένηκεν ἐπὶ τῆς τῶν προσηκόντων ἀγνοίας, οὐδὲ τῷ μακρῷ χρόνῳ πρὸς τὸ δέον ἐλόμενος ἰδεῖν, διὰ τοῦτο πείσεται τοιαῦτα.

VERS. 10-12. — « Et humiliabitur arrogantia Israelis in facie ejus, nec reversi sunt ad Dominum Deum suum, et non quæsierunt eum in omnibus his. » Quoniam itaque erga Deum contumeliosi fuerunt, dum sic impudenter ac pertinaciter dæmonum superstitioni adhæserunt, illorumque sequelam vero Deo antetulerunt, videbunt humiliationem suam, quam merito sustinent, postquam ne in catastrophe quidem ad Deum inclinare voluerunt. « Eratque Ephraimus quasi columba insipiens, non habens cor: Ægyptum invocabant, et ad Assyrios abierunt. » Qualis est columba, quæ ne de pullis quidem suis sollicita est; quibus sibi ablatis, iisdem locis nidificare rursus solet, futurorum improvida, quia æque eripi poterunt: sic et isti se habuerunt, nullum sensum exitii sui capientes, sed exspectantes Ægyptorum auxilia, quæ non impetrarunt; dum interea grandi cum potestate Assyrii eos abducebant captivos in regionem suam. « Et cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum: quasi volucres cœli detraham eos. » Fugere ab illorum, inquam, servitute prorsus non 36 licebit; quia ego, reti veluti, decreto meo illos comprehensos, in captivitatem quasi totidem aves abducam. « Castigabo eos ipso suæ tribulationis auditu. » Tanta illis inferam mala, ut vel ipsa permolesta eventurorum malorum auditio sufficiat ad correptionem.

C

Στίχ. ι'-ιβ'. — « Καὶ ταπεινωθήσεται ἡ ὕβρις τοῦ Ἰσραὴλ εἰς πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐπέστρεψαν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐξεζήτησαν αὐτὸν ἐν πᾶσι τούτοις. » Ὑπὲρ ὧν τοίνυν ἐξύβρισαν εἰς τὸ Θεῖον, οὕτως ἀναιδῶς καὶ ἀμεταθέτως περὶ τὴν τῶν δαιμόνων ἐσχηκότες θεραπείαν, καὶ τὴν περὶ ἐκείνους σπουδὴν προτιμήσαντες τῆς περὶ τὸ ὄντως Θεῖον, ὄψονται τὴν ταπείνωσιν τὴν οἰκείαν, ἣν ὑπομένουσι δικαίως, (p. 54) οὐδὲ ἐκ μεταβολῆς νεῦσαι πρὸς τὸν Θεὸν βουληθέντες. « Καὶ ἦν Ἐφραΐμ ὡς περιστερὰ ἄνους οὐκ ἔχουσα καρδίαν· Αἴγυπτον ἐπεκαλοῦντο, καὶ εἰς Ἀσσυρίους ἐπορεύθησαν. » Οἱαπέρ ἐστιν ἡ περιστερὰ μηδὲ τῶν οἰκείων γεννημάτων ποιουμένη λόγον· ὧν ἀφαιρουμένη, ἐπὶ τῶν αὐτῶν τόπων νεοττεύειν εἴωθεν πάλιν, οὐδὲ μίαν

D

ἔχουσα προμήθειαν τῆς ἀφαιρέσεως τῶν γεννωμένων· οὕτω δὴ καὶ οὗτοι γεγόνασιν, αἴσθησιν τῆς ἀπωλείας οὐ λαμβάνοντες τῆς οἰκείας, ἀλλ' ἀναμένοντες μὲν τὴν ἐκ τῶν Αἰγυπτίων βοήθειαν, τυγχάνοντες δὲ οὐθενός· ἅτε μετὰ μεγάλης τῆς δυναστείας τῶν Ἀσσυρίων αἰχμαλώτους αὐτοὺς ἀπαγόντων ἐπὶ τὰ οἰκεῖα. « Καθὼς ἂν πορεύωνται, ἐπιβαλῶ ἐπ' αὐτοὺς τὸ δίκτυόν μου· καθὼς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἄξω αὐτούς. » Διαφυγεῖν αὐτοὺς, φησὶ, τὴν ἐκείνων αἰχμαλωσίαν, τῶν ἀδυνάτων· ἐπειδὴ ὥσπερ τινὶ δικτύῳ τῇ ἀποφάσει περιβαλὼν αὐτοὺς, δίκην πετεινῶν εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν ἀπάξω. « Παιδεύσω αὐτοὺς ἐν τῇ ἀκοῇ τῆς θλίψεως αὐτῶν. » Τοιαῦτα δὲ αὐτοῖς ἐπάξω κακὰ, ὥστε καὶ τὴν ἀκοὴν τῶν ἐπελευσομένων αὐτοῖς κακῶν βαρυτάτην οὖσαν, ἀρκεῖν εἰς παιδείαν αὐτοῖς.

[33] Psal. cv, 35.

Digitized by Google

Στίχ. ιγ'-ις'. — Καὶ τί τὸ τούτων αἴτιον πάλιν λέγων· « Οὐαὶ αὐτοῖς ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμοῦ· δείλαιοί εἰσιν (p. 55) ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμέ· ὑπὲρ γὰρ τῆς εἰς ἐμὲ παρανομίας πείσονται ταῦτα· ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτούς, καὶ αὐτοὶ κατελάλησαν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ. » Καὶ γὰρ ἄνωθεν ἐγὼ μὲν αὐτοὺς εὖ ἐποίουν, αὐτοὶ δὲ τὴν ἀγνωμοσύνην περὶ ἐμὲ ἐπεδείκνυντο τὴν οἰκείαν· ἀπήλλαξα μὲν γὰρ αὐτοὺς τῆς ὑπὸ Αἰγυπτίους δουλείας, ἐκεῖνοι δὲ πᾶν ὅ τι βλάσφημον ἐφθέγγοντο εἰς ἐμέ· ποτὲ μὲν μόσχον ἐργαζόμενοι καὶ λέγοντες· « Οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραήλ, οἳ ἐξήγαγόν σε ἐκ τῆς Αἰγύπτου· » ποτὲ δὲ ἐπεὶ ἐπάταξε πέτραν, καὶ ἐῤῥύησαν ὕδατα, καὶ χείμαῤῥοι κατεκλύσθησαν, « Μὴ ἄρτον δονήσεται δοῦναι, ἢ ἑτοιμάσαι τράπεζαν τῷ λαῷ αὐτοῦ; — Καὶ οὐκ ἐδόησαν πρός με αἱ καρδίαι αὐτῶν. » Νεῦσαι δὲ πρός με εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ, καὶ ἀναμεῖναι τὴν παρ' ἐμοῦ δωρεάν, εἰς νοῦν οὐκ ἐβάλοντο. « Ἀλλὰ ὠλόλυζον ἐν ταῖς κοίταις αὐτῶν· ἐπὶ σίτῳ καὶ οἴνῳ κατετέμνοντο. » Τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσεληλυθότες, καὶ τῆς παρ' ἐμοῦ δοθείσης αὐτοῖς ἀναπαύσεως τετυχηκότες (κοίτην γὰρ αὐτῶν τοῦτο καλεῖ), μηδένα λόγον ἐμοῦ ποιούμενοι, περὶ τὴν τῶν δαιμόνων ἠσχολοῦντο θεραπείαν, ὁλολύζοντές τε καὶ κατατεμνόμενοι κατὰ τὸ παρ' ἐκείνοις εἰθισμένον· ἅπερ οὖν ἐπλήρουν, αὐτοῖς λογιζόμενοι τῶν δεδομένων αὐτοῖς ἀγαθῶν παρ' ἐμοῦ τὴν χορηγίαν. « Ἐπαιδεύθησαν ἐν ἐμοί. » (p. 56) Ὑπὲρ δὴ τούτων ὧν εἰς ἐμὲ παρηνόμουν δέξονται παρ' ἐμοῦ τὴν πρωσήκουσαν παιδείαν αὐτάρκη. Διδάσκει δὲ αὐτοὺς ὡς παρηνόμουν τοιαῦτα ποιοῦντες. « Καὶ ἐγὼ κατίσχυσα τοὺς βραχίονας αὐτῶν, καὶ εἰς ἐμὲ ἐλογίσαντο πονηρά. » Καὶ ὅτι ὁ μὲν τὴν ἰσχὺν ἅπασαν αὐτοῖς παρέχων κατὰ τῶν πολεμίων ἦμην ἐγώ· οἱ δὲ πᾶν ὅ τι ἄτοπον καὶ ἀσεβείας μεστὸν μετῆσαν ἀσεβοῦντες εἰς ἐμέ. « Ἐπεστράφησαν εἰς οὐθέν. » Μεταβαλομένους γὰρ αὐτοὺς διὰ τῆς ὀργῆς καὶ τῆς τιμωρίας τῆς ἐμῆς ἔδειξα ὄντας τὸ μηθέν. « Ἐγένοντο εἰς τόξον οὐ τεταμένον. » Ὥστε μηδὲν αὐτοὺς διαλλάττειν τόξου οὐκ ἐντεταμένην ἔχοντος τὴν νευρὰν, ὅπερ ἀνωφελές ἐστι τῷ πολεμοῦντι, μέχρις ἂν ἐπὶ τούτου τοῦ σχήματος ᾖ· οὕτως ἔσονται ἄπρακτοι κατὰ τῶν πολεμίων καὶ ἀσθενεῖς· τοῦτο οὖν λέγει τὸ, « Ἐπαιδεύθησαν ἐν ἐμοί, » ἵνα εἴπῃ, ὅτι Οὐχ ὁμολογοῦντας ὧν ἔλαβον παρ' ἐμοῦ τὴν ἀπόλαυσιν τῇ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολῇ, τὸ δέον αὐτοὺς ἐπαίδευσα, σαφῆ τῆς παρανομίας αὐτῶν παρεχόμενος αὐτοῖς τὴν ἀπόδειξιν. « Πεσοῦνται οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἐν ῥομφαίᾳ, δι' ἀπαιδευσίαν γλώσσης αὐτῶν. » Οὗτοι μὲν οὖν ἀσθενήσουσιν· οἱ πολέμιοι δὲ τοσαύτην ἕξουσι κατ' αὐτῶν τὴν ἰσχύν, (p. 57) ὥστε καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν σὺν τοῖς λοιποῖς ἀνελεῖν, ὑπὲρ ὧν ἀπαιδεύτως ἐφθέγγοντο κατ' ἐμοῦ.

A

B

C

D

Vers. 13-16. — Atque horum causam mox dicens, « Væ eis, inquit, quoniam resilierunt a me! Infelices sunt, quia impie egerunt in me: utique propter suas erga me offensas, hæc patientur. Equidem eos redemeram, at ipsi locuti sunt contra me mendacia. » Olim ego eis bene feceram, at ipsi ingrati adversus me exstiterunt. Subduxi eos servitio Ægyptiorum, at ipsi nullum blasphemiæ genus adversus me non dixerunt, nunc fabricato vitulo dicentesque: « Hi dii tui, Israel, qui te Ægypto eduxerunt [24]: » nunc postquam (Moyses) petram percusserat, et aquæ effluxerant, et torrentium instar inundaverant, adhuc tamen dicebant: « Num Dominus dare panem poterit, mensamque apparare populo suo [25]? — Neque ad me clamaverunt corda eorum. » Ad me vero sincera mente declinare, et donativum exspectare, non cogitarunt. « Sed ululabant in cubilibus suis: super tritico et vino secabantur. » Contra vero, ne postea quidem quam in promissam terram devenerant, data a me ipsis requie potiti, hanc enim cubile eorum nuncupat, nihil de me solliciti, dæmonum superstitioni vacabant, ululantes semetque secantes, pro more illic consueto: quæ dum agerent, accepta ferebant dæmonibus bona illa quæ ego largitus fueram. « Eruditi fuerunt a me. » Ob hæc autem quæ contra me peccaverunt, congruam sufficientemque me auctore castigationem nanciscentur. Porro eis demonstrat, quod ita se gerentes peccaverint. « Ego roboraveram brachia eorum, at ipsi in me cogitaverunt malitiam. » Ego enimvero robur omne iis adversus hostes indideram, at ipsi turpe quodlibet **37** et impietate scatens cum offensa mea patraverunt. « Conversi sunt in nihilum. » Conversos illos, ob iram meam pœnamque a me impositam, nihil esse ostendi. « Facti sunt quasi arcus minime intentus. » Ita ut nihil differant ab arcu intentum nervum non habente; qui sane inutilis bellatori est, quandiu hac conditione est. Sic erunt inertes adversus hostes atque imbecilli. Hoc itaque significant verba, « Eruditi sunt a me; » nempe eos non confitentes bonorum a me acceptam possessionem, imo in pejus conversos, debitum officium docui, perspicuam iniquitatis suæ faciens illis demonstrationem. « Cadent principes eorum gladio propter imperitiam linguæ suæ. » Hi ergo infirmabuntur: hostes autem tam validis erunt viribus, ut etiam illorum principes cum reliquis sint interfecturi; propterea quod inscite adversus me verba effutiebant.

ΚΕΦ. Η'.

Στίχ. α'-γ'. — « Οὗτος ὁ φαυλισμὸς αὐτῶν ἐν γῇ Αἰγύπτου ἐπὶ φάρυγγι αὐτῶν· ὡς γῆ ἄβατος, ὡς σάλπιγξ, ὡς ἀετὸς ἐπ' οἶκον Κυρίου. » Ταῦτα δὴ πείσονται μιμησάμενοι τῶν πατέρων αὐτῶν τὴν γνώμην, οἳ κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐξεφαύλιζον τὰς εἰς αὐ-

CAP. VIII.

Vers. 1-3. — « Hæc est subsannatio eorum in terra Ægypti in gutture eorum, ut terra invia, ut tuba, ut aquila super domum Domini. » Hæc sane patientur, dum parentum suorum imitantur sententiam, qui in Ægypto teruncii æstimabant ac-

[24] Exod. XXXII, 4. [25] Psal. LXXVII, 19

Digitized by Google

cepta a Deo beneficia : nam locis inviis similes erunt, desertioni omnimodæ traditi, in qua constituentur dum tuba bellica clamose super eos clangit, et imminentem hostium incursum nuntiat, qui quidem quam citissime aderunt, more aquilæ prædæ suæ subito involantis. Sic utique et hostes advenient, qui populum destruent, et Dei domum inflammabunt. Hoc autem addidit, ob iræ ostendendam magnitudinem, quod nempe ne propriæ quidem domui parcet, sed excidio eam præter reliqua hostibus tradet. **38** Deinde cur hæc eventura sint declarans : « Quia transgressi sunt, inquit, fœdus meum, et contra legem meam sceleste egerunt. » Etenim absurdum existimavi, postquam hi pactum meum violaverant, et omni impietate adversus legem meam prævaricati fuerant, templo parcere, quod isti gressu suo inquinaverant atque polluerant. « Ad me clamabunt : Deus, cognovimus te. » Tunc rebus ipsis, et imposita a me his pœna convicti, potentiam meam fatebuntur inviti. « Quia Israel aversatus est bona, inimicum persecuti sunt. » Merito hæc patientur, qui collatis a me beneficiis ingrati fuerunt. Atqui eo tempore, quo ego illis opem tuli, facile admodum hostes suos superarunt.

A τοὺς γεγενημένας παρὰ τοῦ Θεοῦ δωρεάς· ἀδάτῳ γὰρ ἔσονται παραπλήσιοι, τῇ ἐρημίᾳ παραδοθέντες παντελεῖ, εἰς ἣν καταστήσονται, τῆς πολεμικῆς σάλπιγγος ἐπ' αὐτοὺς ἠχούσης μέγα, καὶ τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον μέλλουσαν γνωριζούσης, ἣ μετὰ πολλῆς αὐτοῖς ἐπελεύσεται τῆς ὀξύτητος, δίκην ἀετοῦ ἀθρόον ἐφισταμένου τοῖς θηρωμένοις· οὕτω γὰρ δὴ καὶ οἱ πολέμιοι ἐπελεύσονται, τούτους τε ἀφανίζοντες, καὶ τὸν οἶκον πυρπολοῦντες τὸν θεῖον· τοῦτο δὲ προστέθεικεν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μεγέθους τῆς ὀργῆς, ὅτι μηδὲ τοῦ οἴκου φείδεται τοῦ οἰκείου, ἐκδιδοὺς αὐτὸν εἰς ἀφανισμὸν μετὰ τῶν λοιπῶν τοῖς πολεμίοις· εἶτα καὶ ἀνθ' ὅτου ταῦτα γενήσεται δηλῶν· « Ἀνθ' ὧν παρέβησαν τὴν διαθήκην μου, καὶ κατὰ τοῦ νόμου ἠσέβησαν. » Ἐπεὶ καὶ ἄτοπον ἡγούμην B τούτων παραβάντων τὴν διαθήκην τὴν ἐμὴν, καὶ παντελῶς εἰς τὸν νόμον ἠσεβηκότων τὸν ἐμὸν, τοῦ οἴκου φείδεσθαι ὃν ἐρρύπουν τε καὶ ἐμόλυνον τῇ ἐπιβάσει τῇ οἰκείᾳ. « Ἡμῖν ἐμὲ κεκράξονται· Ὁ Θεὸς, ἐγνώκαμέν σε. » (p. 58) Τότε ὑπὸ τῶν πραγμάτων καὶ τῆς ἐπαγομένης αὐτοῖς τιμωρίας, ἄκοντες τὴν δύναμιν ὁμολογήσουσι τὴν ἐμήν. « Ὅτι Ἰσραὴλ ἀπεστρέψατο ἀγαθὰ, ἐχθρὸν κατεδίωξαν. » Πείσονται μέντοι τοιαῦτα δικαίως οἱ περὶ τὴν δόσιν τῶν ἀγαθῶν τῶν παρ' ἐμοῦ γεγονότες ἀγνώμονες· καίτοι γε ὁπότε παρεῖχον αὐτοῖς τὴν ἐμὴν βοήθειαν μετὰ πολλῆς τῆς εὐμαρείας κρατοῦντες τῶν ἐχθρῶν τῶν οἰκείων.

Στίχ. δ'-ς'. — « Ἑαυτοῖς ἐβασίλευσαν, καὶ οὐ δι' C ἐμοῦ ἦρξαν, καὶ οὐκ ἐγνώρισάν μοι. » Οὕτω δέ με παντελῶς παρελογίσαντο, ὡς καὶ τὸν παρ' ἐμοῦ δοθέντα βασιλέα παραγραψάμενοι, αὐτοὶ βασιλείαν κατεστήσαντο ἰδίαν, οὐδένα τῶν περὶ ἐμὲ ποιησάμενοι λόγον· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, « Οὐκ ἐγνωρίσαντο. — Τὸ ἀργύριον αὐτῶν καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν ἐποίησαν ἑαυτοῖς εἴδωλα, ὅπως ἐξολοθρευθῶσιν. » Καὶ τὴν μὲν παρ' ἐμοῦ βασιλείαν, τήν τε περὶ τὸν νόμον παρεγράψαντο θεραπείαν, βασιλείαν δὲ ἰδίαν καταστησάμενοι (λέγει δὲ τὴν ἐπὶ τῶν δέκα φυλῶν γεγονυῖαν, ἀρξαμένην ἀπὸ τοῦ Ἱεροβοὰμ, ὃς καὶ τὰς δαμάλεις πρῶτος αὐτοῖς κατεσκεύασεν), ἀκόλουθα τῇ περὶ τὴν ἐκλογὴν τῆς βασιλείας ἀτοπίᾳ διαπραττόμενοι, (p. 59) εἴδωλα πολλά τε καὶ ποικίλα τὰ μὲν ἐκ χρυσοῦ κατεσκεύασαν, τὰ δὲ ἐξ ἀργύρου· ἀφ' ὧν οὐδὲν ἕτερον D ἀλλ' ἢ τὸν ἀφανισμὸν κερδανοῦσι τὸν οἰκεῖον· καὶ ἐπειδὴ τὴν τῆς βασιλείας αὐτοῖς ὠνείδισε καινουργίαν, ὅθεν δὴ κατὰ τῶν δαμάλεων ἐτολμήθη πρῶτον, ἀκολούθως ἐπάγει· « Ἀπόῤῥιψον τὸν μόσχον σου, Σαμάρεια· παρωξύνθη ὁ θυμός μου ἐπ' αὐτούς. » Ἀπόστηθι δὴ τῆς περὶ τὰς δαμάλεις ἀσεβείας· οὐδὲ γὰρ ὡς ἔτυχεν ὤργισμαι ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων παρανομίᾳ. « Ἕως τίνος οὐ μὴ δύνωνται καθαρισθῆναι ἐν τῷ Ἰσραήλ; Καὶ αὐτὸ τέκτων ἐποίησε, καὶ οὐ Θεός ἐστιν. » Ἀλλ' οὐδὲ ὁ μακρὸς χρόνος ἐξεπαίδευσέ σε τὸ δέον; οὐδὲ ἀπέθου τῆς τοσαύτης ἀσεβείας τὸν ῥύπον; κέχηνας δὲ περὶ εἴδωλα ἐξ ἀνθρωπίνων γινόμενα χειρῶν, ἃ πότε ἂν εἰκότως νομισθεῖεν θεοὶ, τοιαύτην ἔχοντα τῆς ὑπάρξεως τὴν αἰτίαν; « Διότι πλανῶν ἦν ὁ μόσχος σου, Σαμάρεια. » Καὶ οὐ δεδύνησαι συνιδεῖν ὅτι ἡ τῶν δαμάλεων κατασκευὴ πλάνης σοι τῆς ἀπὸ Θεοῦ γέγονεν αἰτία, ὥστε καὶ διὰ τοῦτο χρῆναι μισεῖν αὐτὰ δικαίως;

Vers. 4-6. — « Sibimetipsis regnaverunt, non per me imperaverunt, et mihi minime notificaverunt. » Tantopere insanierunt, ut datum a me regem exauctorantes, ipsi proprium sibi regem constituerint, nihil jam de jure meo solliciti : id enim denotat dictio : « Nequaquam notificaverunt. — Argentum suum, et aurum suum fecerunt sibi idola, ut dispereant. » Et institutum a me regnum, et legitimam religionem aboleverunt, ut regnum sibi proprium constituerent. Dicit vero illud decem tribuum, cujus initium Jeroboamus, qui et juvencas primus ipsis fabricavit : hæque consentanea regni novi absurditati idola multa ac varia ex auro argentoque sibi efformarunt; a quibus aliud nihil quam exterminium suum consequentur. Et quoniam illis regni novi institutionem exprobravit, unde juvencarum facinus ortum erat, consequenter addit : « Abjice vitulum, Samaria; concitatus est furor meus adversus eos. » Recede a juvencarum impio cultu; neque enim mediocriter patrato sceleri **39** irascor. « Quousque tandem emundari non poterunt in Israele? Idolum hoc artifex fecit, et non est Deus. » Siccine, ne temporis quidem diuturnitas te docuit officium tuum? neque tantæ impietatis maculam eluisti? sed idola manuum humanarum opus admiraris, quæ sane quandonam dii credi poterunt, cum talem habeant exsistentiæ suæ causam? « Propterea fallax est vitulus tuus, o Samaria. » Nondum itaque potuisti cognoscere, juvencarum fabricam tibi causam aberrandi a Deo exstitisse, quam ob rem justo eas odio prosequi debeas?

Digitized by Google

Στίχ. ζ'-ι'. — « Ὅτι ἀνεμόφθορά ἐστι, καὶ ἡ καταστροφὴ αὐτῶν ἐκδέξεται αὐτά· δράγμα οὐκ ἔχον ἰσχὺν τοῦ ποιῆσαι ἄλευρον· ἐὰν δὲ καὶ ποιήσῃ, ἀλλότριοι καταφάγονται αὐτό. » Διαλλάττει γὰρ οὐδὲν τῶν γεννημάτων ἐκείνων, (p. 60) ἃ ὑπὸ καύσωνος ἀνέμου ξηρανθέντα τε καὶ διαφθαρέντα, ἄχρηστα παντελῶς ἐστι πρὸς διατροφὴν ἀνθρώποις· φθορὰ μὲν γὰρ αὐτὰ διαδέχεται καὶ ἀπώλεια· ἔστι δὲ ἀνωφελὲς ἀνθρώποις, ἄλευρον εἰς διατροφὴν ἐπιτήδειον οὐ δυνάμενον ποιεῖν· εἰ δ' ἄρα τι καὶ γένοιτο, ὡς φαῦλον εἰς βρῶσιν προστίθεται ἀλόγων· τὸν αὐτὸν γὰρ δὴ τρόπον καὶ ἡ περὶ τὰ εἴδωλα θεραπεία ἐπιβλαβὴς μέν ἐστι καὶ ὄνησιν παρέχουσα οὐδὲ μίαν· ὥστε εἴ τι καὶ περίεστιν ὑμῖν ἐτέρωθεν, τῶν πολεμίων ἔσται καὶ τοῦτο κέρδος διὰ τὴν ἐνοῦσαν ὑμῖν ἀσέβειαν. « Κατεπόθη Ἰσραὴλ· νῦν ἐγένετο ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὡς σκεῦος ἄχρηστον· ὅτι αὐτοὶ ἀνέβησαν εἰς Ἀσσυρίους. » Παντελῆ γὰρ ἀφανισμὸν ὑπὲρ τούτων ὑπομενεῖτε, ληφθέντες ὑπὸ Ἀσσυρίων· ὥσπερ τι σκεῦος παντελῶς ἄχρηστον ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἔσεσθε, οὐδενὸς ἀξιούμενοι λόγου. « Ἀνέθαλε καθ' ἑαυτὸν ἐμοί. » Ἐπέδωκαν εἰς πλῆθος διὰ τῆς ἐμῆς κηδεμονίας, καὶ οὐδένα ποιεῖσθαί μου λόγον ἐθέλοντες, τοσούτων ἀγαθῶν ὄντος αὐτοῖς αἰτίου, αὐθαδείᾳ πάντα διεπράττοντο κατὰ τὸ δοκοῦν ἑαυτοῖς· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *καθ' ἑαυτόν*. « Ἐφραὶμ δῶρα ἠγάπησεν. » Καὶ οὐδὲ τοῖς παροῦσιν ἀρκούμενοι πρὸς πλεονεξίαν ἐώρων. « Διὰ τοῦτο παραδοθήσεται ἐν τοῖς ἔθνεσιν. » Εἰκότως ἄρα ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γεγονότες αἰσθήσονται ὧν τε ἠσέβουν εἰς ἐμὲ, ὧν τε ἠδίκουν. (p. 61) « Νῦν εἰσδέξομαι αὐτούς. » Ἀναμενῶ γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων *χώρᾳ*· εἰς ἐκείνην διὰ τῆς αἰχμαλωσίας ἕλκων αὐτούς, ὥστε τῶν ἀσεβημάτων τῶν οἰκείων αἴσθησιν λαβεῖν τότε· πῶς καὶ τίνα τὸν τρόπον; « Καὶ κοπάσουσι μικρὸν τοῦ χρίειν βασιλέα καὶ ἄρχοντας. » Παύσονται γὰρ τοῦ τὰς παρανόμους ταύτας βασιλείας τε καθιστάναι καὶ ἀρχὰς, τῇ αἰχμαλωσίᾳ παιδευόμενοί τε, καὶ τῆς παρανομίας αἴσθησιν λαμβάνοντες τῆς οἰκείας.

VERS. 7-10. — « Quia corrupit (semina) ventus, excipiet ea subversio. Culmus farinæ efficiendæ vim non habens : quam si forte fecerit, vorabunt eam alieni. » Haud differt (idololatria) a germinibus illis, quæ æstuoso vento exsiccata et corrupta, nutriendis hominibus prorsus sunt inepta : etenim corruptio et exitium manet hæc : sunt quippe inutilia, quia farinam alendo aptam ex se promere nequeunt ; nam si forte hinc aliquid efficiatur, id jumentis pabuli causa projicitur. Pari namque ratione, idolorum servitus noxia est, et nullam certe utilitatem suppeditat. Quod si quid aliunde vobis supersit, id quoque lucro hostibus cedet, propter hærentem vobis impietatem. « Devoratus est Israel ; nunc factus est in nationibus quasi vas inutile ; quia ipsi ascenderunt ad Assyrios. » Supremum quippe exterminium hanc ob causam patiemini, mancipia Assyriis facti : vasis instar ad omnia inutilis inter alienigenas versabimini, et flocci flemini. « Germinavit apud seipsum mihi. » Cum in multitudinem providentia mea excrevissent, neque idcirco me pensi habere vellent, qui tantorum ipsis bonorum causa exstiti, cuncta audacter agebant libito suo : id enim denotat dictio, « apud seipsum. — Ephraimus munera dilexit. » Ne his quidem quæ sibi aderant contenti, plus habere satagebant. « Idcirco tradetur nationibus. » **40** Digne profecto sub jugo hostium positi agnoscent quæ in me impie egerint, et quæ inique patraverint. « Nunc excipiam eos. » Exspectabo scilicet eos in regione Assyriorum, in quam captivos pertrahendos curabo, ut tum demum impietatum suarum sensum capiant. Sed quamobrem, et quomodo? « Et aliquandiu cessabunt ab ungendo regem ac principes. » Desinent hæc impia regna principatusque constituere, captivitate eruditi, et nequitiæ suæ sensu concepto.

Στίχ. ια'-ιδ'. — « Ὅτι ἐπλήθυνεν Ἐφραὶμ θυσιαστήρια, εἰς ἁμαρτίας ἐγένοντο αὐτῷ. » Καὶ γὰρ εἰκότως ὑπομένουσιν ταῦτα, ὑπὲρ ὧν τὴν ἀσεβῆ βασιλείαν κατεστήσαντο ἐκείνην· ἐπειδὴ ταύτην εὗρον ὁδὸν τοῦ πολυειδῆ τῶν εἰδώλων εὑρέσθαι τὴν θεραπείαν, πολλά τε ἑαυτοῖς ἐγεῖραι καὶ ποικίλα θυσιαστήρια, ἐν οἷς δὴ μάλιστα πλημμελήσαντες δικαίως δώσουσι δίκας. « Καταγράψω αὐτῷ πλῆθος, καὶ τὰ νόμιμα αὐτοῦ. » Τοῦτο γὰρ δὴ τῶν θυσιαστηρίων τὸ πλῆθος καὶ τῶν νόμων τῶν καινῶν ὧν εὕραντο περὶ τὴν τῶν εἰδώλων θρησκείαν, ὥσπερ ἔγγραφόν τινα κατηγορίαν ἀποθήσομαι κατ' αὐτῶν δικαίαν, ἐπὶ τοῖς τοσούτοις παρανομήμασι τὴν ἀπόφασιν κατ' αὐτῶν ἐξάγων. « Εἰς ἀλλότρια ἐλογίσθη θυσιαστήρια τὰ ἠγαπημένα. » Καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰ θυσιαστήρια ἃ πολλὴν τὴν ἀγάπην ἐπεδείκνυντο καὶ τὴν σπουδὴν, (p. 62) ὑπὸ τὴν τῶν πολεμίων γενήσεται ἐξουσίαν. « Διότι ἐὰν θύσωσι θυσίαν καὶ φάγωσι κρέα, Κύριος οὐ προσδέξεται αὐτά. » Εἰ γὰρ δὴ καὶ πειρῷντο θυσίαις ἐξιλάσκεσθαι τὸ Θεῖον, ἀπογευόμενοι τῶν ἐν ταῖς θυσίαις κρεῶν, κατὰ τὸ εἰωθὸς, οὐδὲ τούτων ἔσται τις λό-

VERS. 11-14. — « Quia multiplicavit Ephraimus altaria, facta sunt ei in peccatum. » Merito hæc patiuntur, postquam impium illud regnum constituerunt, atque hanc viam excogitarunt multiformem sibi adinveniendi idolorum culturam ; nec non multa ædificandi sibi diversaque altaria, apud quæ potissimum delinquentes justas pœnas persolvent. « Scribam ei multitudinem, et legitima ejus. » Hanc enim altarium multitudinem legumque novarum, quas invenerunt circa idolorum culturam, justæ adversus eos accusationis instar, scripto comprehensam, habebo : quibus verbis sententiam ob tanta crimina de illis fert. « Velut aliena computata sunt altaria dilecta. » Namque et altaria, quæ multo digna amore studioque videbantur, sub hostium venient potestatem. « Quia si immolaverint hostiam, et comederint carnes, Dominus non suscipiet eas. » Nam etsi forte hostiis conentur placare Deum, gustatis sacrificiorum ritu solito carnibus, nulli hoc Deo curæ erit, neque ullam peccatorum gratificabitur remissionem. « Nunc recordabitur

Digitized by Google

iniquitates eorum, et ulciscetur peccata eorum. » Memor eorum quæ impie egerunt, non propitiabor illis, sed dignas peccatis ipsorum pœnas imponam. « Ipsi ad Ægyptum se converterunt, **41** et apud Assyrios polluta comedunt. » Inter has ærumnas petent quidem ab Ægypto auxilium, at nullum inde emolumentum capient; sed captivi in Assyriam abacti, servitutis experientur mala. « Et oblitus est Israel factoris sui, et ædificavit delubra. Et Judas multiplicavit urbes munitas : et mittam ignem in civitates ejus, et devorabit fundamenta illarum. » Creatori suo nullum deferre obsequium voluerunt, sed delubra ædificaverunt ob idolorum culturam. Mox urbes insuper mœnibus communire tentabant, quasi aliquod malis remedium ita inventuri. Sed neque hæc eis proderunt hilum : tantam enim tamque terribilem, hostium manu, illis pœnam infligam, quæ ignis instar cunctos consumens, a fundamentis propemodum urbes ipsorum cunctas delebit.

γος τῷ Θεῷ, οὐδέ τινα ὑπὲρ τούτων αὐτοῖς τῶν παρανομημάτων χαριεῖται λύσιν. « Νῦν μνησθήσεται τῶν ἀδικιῶν αὐτῶν, καὶ ἐκδικήσει τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. » Μεμνημένος γὰρ ὧν ἠσέβουν, ἵλεως μὲν αὐτοῖς οὐκ ἔσομαι, ἀναλόγους δὲ τῶν παρανομημάτων αὐτοῖς ἐπάξω τὰς τιμωρίας. « Αὐτοὶ ἀπέστρεψαν εἰς Αἴγυπτον, καὶ εἰς Ἀσσυρίους ἀκάθαρτα φάγονται. » Ἐν δὲ τούτοις τοῖς δεινοῖς αἰτήσουσι μὲν ἐξ Αἰγύπτου βοήθειαν, ὠφέλειαν δὲ ἐντεῦθεν καρπώσονται οὐδὲ μίαν, αἰχμάλωτοί τε ἀπαγόμενοι εἰς Ἀσσυρίους, καὶ τῆς ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ πειρώμενοι κακίας. « Καὶ ἐπελάθετο Ἰσραὴλ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν, καὶ ᾠκοδόμησε τεμένη· καὶ Ἰούδας ἐπλήθυνε πόλεις τετειχισμένας· καὶ ἐξαποστελῶ πῦρ εἰς τὰς πόλεις αὐτοῦ, καὶ καταφάγεται τὰ θεμέλια αὐτῶν. » Τοῦ μὲν γὰρ πεποιηκότος αὐτοὺς λόγον ἔχειν οὐκ ἐβούλοντο, τεμένη δὲ ἐπὶ τῇ τῶν εἰδώλων ᾠκοδόμουν θεραπείᾳ· εἶτα ἐπὶ τούτοις τὰς πόλεις τείχεσιν ὀχειροῦν ἐπειρῶντο, ὡς ἂν τούτῳ τινὰ λύσιν εὑρήσοντες (p. 63) τῶν κακῶν· ὀνήσει δὲ αὐτοὺς οὐδὲ ταῦτα οὐδέν· ἐπειδὴ τοιαύτην καὶ οὕτω φοβερὰν αὐτοῖς τὴν διὰ τῶν πολεμίων ἐπάξω τιμωρίαν, ὥστε πυρὸς δίκην ἅπαντας ἐπινεμομένην, μόνον οὐκ ἐκ βάθρων ἁπάσας αὐτῶν ἀφανίσαι τὰς πόλεις.

CAP. IX.

VERS. 1-4. — « Noli lætari, Israel, noli exsultare sicut populi, quia fornicatus es a Domino Deo tuo. » Nequaquam decet vos, æque ac reliquos homines, lætari ac gestire : etenim illi nullam acceperunt doctrinam quæ ad veram ipsos religionem ducere posset : vos autem post disciplinam multam, Deique notitiam, mente læva a scientia vobis tradita recedentes, ad idolorum cultum deflexistis. « Dilexisti munera super omnem aream tritici. » Utique etiam primitias frugum omnium dæmonibus obtulisti, quibus datorum tibi bonorum causam imputabas. « Et area ac torcular non novit eos. » Meritam referetis pœnam, fructuum privationem. « Non habitaverunt in terra Domini. » Ne in terra quidem vobis concessa manebitis. Namque « habitaverunt » dicit pro « habitabunt, » consueta temporum enallage utens, sicut apud beatum **42** quoque Davidem id sæpe usuvenire nos demonstravimus. « Habitavit Ephraimus in Ægypto, et apud Assyrios polluta comedunt. » Postquam exsules in Ægypto fueritis, illinc omnes ad Assyriacam captivitatem transferemini. « Non libaverunt Domino vinum, nec ei placuerunt. » Et ferendarum utique ad idola oblationum studium tantum ac liberalitatem præ se gerebant, ut ex omni area primitias illis darent : verumtamen bonorum omnium datori Deo, ne vini quidem libamina offerre unquam voluerunt, nec quidquam agere quod Deo jucundum esse potuisset, pro dantis certe proposito. Nam sicut ait beatus David : « Jucundum sit ei eloquium meum [46] ; » id est dulce et acceptabile videatur; ita hoc loco, « Non placuerunt ei, » dicitur pro, Nihil ei gratum facere unquam voluerunt. Deinde ut demonstret,

ΚΕΦ. Θ'.

Στίχ. α'-δ'. — « Μὴ χαῖρε, Ἰσραὴλ, καὶ μὴ εὐφραίνου καθὼς οἱ λαοὶ, ὅτι ἐπόρνευσας ἀπὸ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου. » Οὐ τοίνυν παραπλησίως τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις ἁρμόττον ὑμῖν εὐφραίνεσθαι καὶ χαίρειν· ἐπειδὴ οἱ μὲν οὐδὲ μίαν ἐδέξαντο διδασκαλίαν πρὸς εὐσέβειαν αὐτοὺς ἄγειν οἵαν τε οὖσαν· ὑμεῖς δὲ μετὰ πολλὴν παίδευσίν τε καὶ ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ, μοχθηρᾷ γνώμης τῆς προσηγορίας ὑμῖν γνώσεως ἀποστάντες, ἐπὶ τὴν τῶν εἰδώλων ἐτράπητε θεραπείαν. « Ἠγάπησας δόματα ἐπὶ πᾶσαν ἄλωνα σίτου. » Καὶ δὴ καὶ ἀπαρχὰς ἐξ ἁπάντων προσῆγες τοῖς δαίμοσιν, αὐτοῖς λογιζόμενος τῶν δοθέντων τὴν αἰτίαν. « Καὶ ἄλων καὶ ληνὸς οὐκ ἔγνω αὐτούς. » Δώσετε τοίνυν δίκην ἀξίαν, τῶν καρπῶν τὴν ἀφαίρεσιν. « Οὐ κατῴκησαν ἐν τῇ γῇ τοῦ Κυρίου. » Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς τῆς δοθείσης ὑμῖν μενεῖτε· τὸ γὰρ, « οὐ κατῴκησαν, » ἀντὶ τοῦ, οὐ κατοικήσουσι, τῇ ἐναλλαγῇ τοῦ χρόνου συνήθως χρησάμενος, καθὰ καὶ παρὰ τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ ἐν πολλοῖς ἡμῖν δέδεικται τοῦτο. « Κατῴκησεν Ἐφραὶμ Αἴγυπτον, καὶ ἐν Ἀσσυρίοις ἀκάθαρτα φάγονται. » (p. 64) Φυγάδες δὲ ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον γενόντες, ἐκεῖθεν ἅπαντες ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων αἰχμαλωσίᾳ παραδοθήσεσθε πάντες. « Οὐκ ἔσπεισαν τῷ Κυρίῳ οἶνον, καὶ οὐχ ἡδυναν αὐτῷ. » Καὶ περὶ μὲν τὰς τῶν εἰδώλων προσφορὰς τοσαύτην ἐπεδείκνυντο τὴν σπουδὴν καὶ τὴν φιλοτιμίαν, ὥστε ἀπὸ πάσης ἅλωνος αὐτοῖς ἀπαρχὰς διδόναι· τῷ δὲ Θεῷ τῷ πάντων αὐτοῖς αἰτίῳ τῶν ἀγαθῶν, οὐδὲ σπονδὰς οἴνου προσάγειν εἵλοντο πώποτε, οὐδέ τι ποιῆσαι τῶν ὅσα ἥδειν ἡδύναντο τὸν Θεὸν διὰ τὴν τῶν ποιούντων πρόθεσιν· ὡς γὰρ ὁ μακάριος λέγει Δαυὶδ, « Ἡδυνθείη αὐτῷ ἡ διαλογή μου, » ἀντὶ τοῦ, Ἡδεῖα αὐτῷ καὶ προσηνὴς φανείη· οὕτως ἐνταῦθα λέγει· « Οὐχ ἥδυ-

[46] Psal. CIII, 34.

Digitized by Google

ναν αὐτῷ, » ἀντὶ τοῦ, Οὐδὲν τῶν αὐτῷ κεχαρισμένων εἵλοντο πώποτε ποιῆσαι. Εἶτα δεικνὺς ὅτι ὀνειδίζων αὐτοῖς τὴν γνώμην λέγει, οὐ μὴν τοῦ Θείου τούτοις τερπομένου·

« Αἱ θυσίαι αὐτῶν ὡς ἄρτος πένθους αὐτοῖς· πάντες οἱ ἐσθίοντες αὐτὸν μιανθήσονται. » Τοσοῦτον δὲ ἀφέστηκε τοῦ δεῖσθαι θυσιῶν, ἢ ταύταις ὁρίζεσθαι τὴν οἰκείαν τιμήν, ὥστε κἂν εἴ προσαγάγοιεν θυσίας, οὐ δέξεται ταύτας Θεός· ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῖς πενθοῦσι προσαγάγοι τροφήν, χαλεπὴν ἡγοῦνται τῶν δοκούντων ἅπασιν ἡδέων τὴν ὄψιν, τῇ τοῦ πένθους μνήμῃ νυττόμενοι, (p. 65) καὶ οὐδὲ προσίεσθαι τὴν προκειμένην ἀνεχόμενοι τροφήν· καὶ πᾶς δὲ ὅστις οὖν ἐν πένθει μεταλαμβάνειν ἀναγκαζόμενος τροφῆς, ὥσπερ τινὰ μιασμὸν ἢ λύμην ἡγούμενος τὴν τροφήν, οὐ προσίεται ταύτην· οὕτω τὰς προσαγομένας αὐτῷ θυσίας, εἰ δή τι τοιοῦτο ποιεῖν ἐθέλοιεν, ὁρᾷ ὁ Θεός· ἡδέως μὲν αὐτὰς παρὰ τῶν εὐγνωμόνως προσαγόντων δεχόμενος, χαλεπὴν δὲ τῆς προσκομιδῆς τῶν φαύλων καὶ τὴν ὄψιν εἶναι νομίζων, τῇ μνήμῃ τῆς ἀσεβείας, ᾗ συζῶντες, ἐν εἰρωνείᾳ τινὶ προσάγειν δοκοῦσι τὴν θυσίαν. « Διότι οἱ ἄρτοι αὐτῶν, ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, οὐκ εἰσελεύσονται εἰς τὸν οἶκον Κυρίου. » Πᾶσα τοίνυν προσκομιδὴ ἣν ἂν ποιῶνται, εἰς αὐτοὺς ἀποστραφήσεται, δεκτὴ Θεῷ κατ' οὐδένα γινομένη τρόπον· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, « Οὐκ εἰσελεύσονται εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, » ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἔσται δεκτὰ Θεῷ, ὡδὲ παρόντα αὐτὰ τῷ Κυρίῳ λογιεῖται, πόρρωθεν ἀποπεμπόμενος ὡς ἐξ ἀσεβοῦς προσαγόμενα γνώμης. Ὡς γὰρ ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Κάϊν κακῶς προσκεκομικότα λέγει· « Πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ, » ἀντὶ τοῦ, Σοὶ ἀπέστραπται τὰ προσκομισθέντα, καὶ αὐτὸς αὐτῶν ἔσο κύριος· ἐγὼ δέδεγμαι καθάπαξ οὐδέν· οὕτως ἐνταῦθα λέγει· « Οἱ ἄρτοι αὐτῶν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, » ἀντὶ τοῦ, Τὰ προσκομιζόμενα παρ' αὐτῶν, αὐτοῖς ἔσται, οὐκ ὄντα Θεῷ δεκτά· ἄρτους δὲ ὠνόμασε τὰς προσφοράς, ἐκ μέρους ἁπάσας λέγων τὰς προσφοράς, (p. 66) ἐπειδὴ καὶ ἄρτους προσφέρειν εἰώθεσαν· ὡς καὶ ἀνωτέρω φησιν· « Ἠγάπησαν πέμματα μετὰ σταφίδων. »

Στίχ. ε'-ζ'. — « Τί ποιήσετε ἐν ἡμέρᾳ πανηγύρεως, καὶ ἐν ἡμέρᾳ ἑορτῆς τοῦ Κυρίου; » Τοιοῦτοι δὲ περὶ Θεὸν γεγονότες, τίνα ἀποφυγὴν εὑρήσετε τῶν κακῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἐν ᾗπερ ἂν ἡ πανήγυρίς τε καὶ ἑορτή τις ἐπιτελεῖται τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ ἀναιρέσει τῇ ὑμετέρᾳ, ὡς ἂν ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ πολεμίων κατασφαττομένων δικαίως; « Διὰ τοῦτο ἰδοὺ πορεύσονται ἐκ ταλαιπωρίας Αἰγύπτου, καὶ ἐκδέξεται αὐτοὺς Μέμφις, καὶ θάψει αὐτοὺς Μαχμάς· τὸ ἀργύριον αὐτῶν ἔλεθρος κληρονομήσει αὐτό, ἄκανθαι ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν. » Ὑμεῖς μὲν γὰρ μετὰ πολλὴν ταλαιπωρίαν ἦν ὑπομενεῖτε εἰς τὴν Αἴγυπτον ὡς ἐπί τινα καταφεύγοντες σωτηρίαν ἐκστασθήσεσθε ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων εἰς τὴν παρ' ἐκείνοις ἀπαγόμενοι αἰχμαλωσίαν· διελεύσεσθε δὲ τὰς τῆς Αἰγύπτου πόλεις, ποικίλων ὑμᾶς διαδεχομένων κινδύνων· τοῦτο γὰρ λέγει, « Μέμφις καὶ Μαχμάς, » ἵνα εἴπῃ, ὅτι Διελεύσεσθε τῆς Αἰγύπτου

A se illorum mentem increpare, non autem Deum rebus hujusmodi delectari, ait :

« Sacrificia eorum quasi panis luctus ipsis erunt ; omnes qui comedent eum contaminabuntur. » Tantum abest, ut Deus sacrificiis indigeat, vel his contineatur honor ejus, ut etiamsi aliquis ei hostias offerat, non sit has recepturus Deus. Sed quemadmodum si quis ingentibus alimenta afferat, bi nihilominus tristem existimant horum aspectum, qui omnibus jucundus est, quia luctus sui memoria compunguntur, neque attingere oblatos cibos volunt ; rursusque quemadmodum quisquis in luctu versans, si cibum capere forte adigatur, habet B hunc piaculi ac detrimenti loco, neque ori admovere patitur : ita Deus oblata sibi sacrificia (si quis ita agere voluerit) spectat sane libenter et recipit quæ a benevolis dantur ; sed molestum sibi judicat oblationis, quæ a malis fiunt, aspectum ; atque ob impietatis, in qua illi versantur, memoriam, ironice illi quodammodo videntur hostiam offerre. « Quia panes eorum, animabus ipsorum : non intrabunt in domum Domini. » 43 Quælibet ergo oblatio quam fecerint, ad ipsos revertetur ; nam Deo certe nullatenus acceptabilis erit : sic enim valent verba, « Non intrabunt in domum Domini ; » id est, Deo accepta non erunt, neque sibi præsentia reputabit, sed longe repellet, ceu cum malo mentis habitu oblata. Nam sicut Caino Deus prave C offerenti dixit : « Ad te conversio ejus, et tu dominaberis illius [27], » id est, Ad te revertuntur oblata, tu horum esto dominus ; ego enim nihil prorsus admisi : ita hoc etiam loco ait : « Panes eorum, animabus ipsorum ; » id est, Quæ ipsi attulerint, sunto illis, quia Deo non sunt acceptabilia. Panum autem nomine nuncupavit oblationes, ex parte cunctas appellans oblationes ; nam et reapse panes offerri consuetum erat ; sicut et in superioribus dixit : « Offerebant placentas cum vinaceis. »

Vers. 5-7.—« Quid facietis in die solemni, in die festivitatis Domini ? » Tales cum erga Deum fueritis, quodnam effugium invenietis malorum die illa, qua solemnem veluti conventum ac festum celebrabit Dominus ob vestrum peractum supplicium, D qui tanquam ejus adversarii et hostes jure meritoque perempti fuistis ? « Quapropter ecce abibunt de miseria Ægypti, et excipiet eos Memphis, et sepeliet eos Machmas. Argentum eorum possidebit interitus, spinæ in tabernaculis ipsorum. » Enimvero vos post miseriam quam pertulistis in vestro ad Ægyptum, quasi ad salutis locum, perfugio, abstrahemini illinc ab Assyriis ad serviendam apud ipsos servitutem. Pertransibitis Ægypti urbes, varia permutantes pericula : nominat autem « Memphis et Machmas, » ut dicat transituros eos per Ægypti urbes, afflictos et perditos ab Assyriis. Peribunt autem simul vestra omnia ; tantaque ve-

[27] Gen. IV, 7.

Digitized by Google

stras urbes atque regiones occupabit solitudo, ut illic nemine habitante spinæ succrescant. **44** « Veniunt dies ultionis, veniunt dies retributionis. » Hæc autem tunc perferes, propinquante jam tempore, quo tuam oportet impietatem ulcisci, et iniqua opera tua remunerari. « Et sedebit Israel tanquam propheta insaniens, tanquam homo spiritu agitatus. » In tantum malorum devenies, ut nihil differas a falsa propheta in gravem exstasim mali spiritus operatione conjecto, ac ne illa quidem sentiente quæ ante pedes sunt. Adeo dejectus mente eris, propter malorum gravitatem! Cur? « Multitudine iniquitatum tuarum multiplicata fuit insania. » Quia nempe multa cum iniquitate vixisti, teque omnino idolorum insaniæ addixisti

A τὰς πόλεις, συντριβόμενοί τε καὶ ἀπολλύμενοι ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων· ἀπολεῖται δὲ καὶ τὰ προσόντα ὑμῖν ἅπαντα· τάς τε πόλεις ὑμῶν καὶ τὰς χώρας τοσαύτη καταλήψεται ἐρημία, (p. 67) ὥστε ἀκάνθας αὐτόθι φύεσθαι μηδενὸς οἰκοῦντος. « Ἥκουσιν αἱ ἡμέραι τῆς ἐκδικήσεώς σου, ἥκουσιν αἱ ἡμέραι τῆς ἀνταποδόσεώς σου. » Ὑπομενεῖς δὲ ταῦτα τότε ἐγγίζοντος τοῦ καιροῦ καθ' ὃν ἐκδικηθῆναί σου χρὴ τὴν ἀσέβειαν, καὶ ἀποδοθῆναί σοι πρέποντα ὧν διαπραττόμενος ἠσέβεις. « Καὶ καθίσεται Ἰσραὴλ ὥσπερ ὁ προφήτης ὁ παρεξεστηκὼς, ἄνθρωπος ὁ πνευματοφόρος. » Ἐν τοσούτοις δὴ γενήσῃ τοῖς κακοῖς, ὥστε μηδὲν ἀπεοικέναι ψευδοπροφήτου, εἰς ἔκστασιν πολλὴν ἐκ τῆς τοῦ πονηροῦ πνεύματος ἐνεργείας καταστάντος, καὶ οὐδὲ τῶν παρόντων αἴσθησιν ἔχοντος· οὕτως ἔξω τῶν σαυτοῦ φρενῶν ἐκ τοῦ μεγέθους γενήσῃ τῶν κακῶν· τίνος ἕνεκεν, « Ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀδικιῶν σου ἐπληθύνθη μανία. » Ἐπειδὴ πολλῇ μὲν ἀδικίᾳ συνέζης, πολλῇ δὲ τῇ περὶ τὰ εἴδωλα μανίᾳ σαυτὸν ἐκδεδώκεις παντελῶς.

VERS. 8-10. — « Scopus Ephraimus cum Deo : propheta laqueus tortuosus super omnes vias ejus. » Oporteret sane te esse cæteris exemplar et quasi scopum honesti, Deoque juvante docere alios virtutem, quam tu ipse a Deo didiceras; sed contra factus es ad vitium via; ita ut nihil a tristi laqueo differas incurrentibus periculoso. Sic omnibus impietatis regula exsistis. « Insaniam in domo Dei sui defixit. » Idololatria universam terram promissionis implesti : nam Dei domum terram promissionis appellat, utpote a Deo habitatam. « Corrupti sunt sicut in diebus collis. » Cuncti a virtute ad vitium conversi estis, mentis corruptionem experti haud dissimilem illis qui in deserto irreligiosi fuerunt, quique vitulo conflato dicebant : « Ili sunt dii tui, o Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti [38]. » Nam « dies collis » tempus illud appellat. Igitur haud secius illis corrupti estis, id est, parem illis morbum contraxistis. « Recordabitur iniquitates eorum, ulciscetur peccata eorum. » Consequenter itaque, revocata iniquitatum vestrarum memoria, sumet de vobis pœnas, peccatis vestris congruas. « Quasi uvam in deserto inveni Israelem, et quasi ficum in **45** ficulnea præcocem patres vestros vidi. » Equidem tantum exprompsi erga patres vestros affectum, quantum quisque experitur, si forte in deserto uvam videat præter omnem spem oculis oblatam, vel ficum in arbore ante consuetum tempus exstantem. « Ipsi autem intraverunt ad Beelphegor, et abalienati sunt in confusionem, et facti sunt abominabiles. » Qui ad adorandum idolum declinaverunt, a me semet abalienarunt, nulla re alia quam confusione dignos se ostendentes, quoniam a Deo tantorum illis bonorum auctore ad idolum transfugerunt, a quo nihil boni acceperant. Quare et abominabiles facti, sub hostium suorum jugum missi sunt. Postquam hæc de illis dixit, addit :

86 VERS. 1-3. — « Quia ecce ego in diebus illis et tempore illo, cum convertero captivitatem Judæ et Hierusalem, congregabo omnes gentes, et deducam eas in vallem Josaphat : et disceptabo cum eis ibi super populo meo, et hæreditate mea Israele, qui dispersi sunt in nationibus, quæ regionem meam diviserunt : et super populum meum miserunt sortes, et tradiderunt pueros meretricibus, et puellas vendebant pro vino ut biberent. » Significat quæ Israelitis post reditum erant eventura, Gogique incursionem, quam cum ingenti multitudine adversus Hierusalem faciet, et cladem quam ob hanc audaciam erat experturus. Nam postquam, inquit, reduxero vos Hierusalem, multæ undique conspirabunt contra vos gentes. Dicit autem : « Congregabo omnes gentes, » non quod ipse sit eas adducturus, sed quod iis permissurus propositum proprium exsequi. Et quidem illos puniit qui Israelitarum reditui infesti fuerunt : neque tamen illi voluntati suæ obsequi valuerunt contra Judæos, sed terribilem potius et inperatam a Dei viribus pœnam retulerunt. Propterea dicit se congregasse omnes gentes, nempe dicere volens, sivisse ut sua perversa uterentur sententia, et contra Hierusalem impetum facerent, ut sumpto illic de iis supplicio, et tutelæ erga populum, et suæ potentiæ specimen exhiberet. Jam postquam dixit, « Congregabo omnes gentes, » addidit : « Et deducam eas in vallem Josaphat, » id est, Eo loco, inquit, agam eos adversus Hierusalem, ibidemque

(18) Cod. λειφθ.

(19) Dicit hæc cum didascalica dignitate Theodorus; quæ tamen merito omnibus non placuerunt, nempe quod prophetiæ nonnisi secundum effectum, κατ' ἔκβασιν, ad res Christianas spectaverint.

(20) Cod. ἑαυτοῦ.

Digitized by Google

ultionem quasi concinnans pro populo meo, pro diguitate puniam, ob ipsorum facinora, quod nempe illum quaqueversus spargere voluerint, regionemque partiri in qua 87 meo juri obnoxia habitabat, et ipsos simul incolas sortito dividere : per summum denique scelus illorum quoque pueros atque puellas in prostibulis ponere, ut suam explerent libidinem, multamque haberent pergræcandi copiam. His circa Gogum dictis. pergit porro :

A τὴν κοιλάδα Ἰωσαφάτ·» τουτέστιν, Ἐκεῖ αὐτοὺς ἄξω εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ αὐτόθι ὥσπερ τινὰ δίκην πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τοῦ ἐμοῦ συγκροτήσας τιμωρήσομαι δικαίως, ὑπὲρ ὧν κατ' αὐτῶν διεπράξαντο, ἁπανταχοῦ τε αὐτοὺς διασπεῖραι βουληθέντες, καὶ διελέσθαι μὲν τὴν γῆν ἐν ᾗπερ κατὰ γνώμην ᾖχουν τὴν ἐμὴν ἐμοὶ προστήκουσαν· διελέσθαι δὲ κλήρῳ καὶ αὐτοὺς ἐκείνους· τετολμήκασι δὲ πρὸς ἅπασι καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν εἴτε παῖδας εἴτε καὶ κόρας ἀποδίδοσθαι· ὡς ἂν δὴ ἐκείνων εἰς πόρνας τε τὴν οἰκείαν ἀκολασίαν ἐκπληροῖεν, καὶ πολλὴν ἔχοιεν τῆς μέθης τὴν ἀφθονίαν· ταῦτα τῶν περὶ τὸν Γὼγ ἕνεκεν εἰρηκὼς, ἐπάγει·

VERS. 4 8.—« Verum quid mihi et vobis, Tyrus et Sidon et tota alienigenarum Galilæa? Nunquid ultionem vos retribuetis mihi? aut iram in corde retinetis adversus me? Cito veleciterque reddam vicissitudinem vobis super capita vestra; pro eo quod argentum meum aurumque cepistis, et selecta quæque ac pulchra in delubra vestra intulistis, et Judæ filios filiosque Hierusalem vendidistis filiis Græcorum, ut ejiceretis eos de finibus suis. Ecce ego suscitabo eos de loco, in quo vendidistis eos : et convertam retributionem vestram in capita vestra : et vendam filios vestros ac filias vestras in manus filiorum Judæ : vendentque eos in captivitatem genti longinquæ; quoniam Dominus locutus est. » Quandoquidem Gogi exercituum adversus Hierusalem visa incursione, Tyrii Sidoniique et omnes finitimi alienigenæ, idoneum tempus oblatum sibi existimaverant perdendi funditus Israelitas, quibus clam irascebantur, propter bella secum gesta, et illorum Deo adjuvante victorias; idcirco ait : Vos autem cur iræ tenaces, et occasionem nacti voluntatem vestram explendi, cur, inquam, contra mei juris populum audaciam sumitis? Certe velim sciatis me cito vestrum hoc consilium puniturum; propterea quod illorum opes cunctas capientes, in templa vestra contulistis : insuper et ipsorum filios vendidistis, non sine spe populum universum finibus suis expelleadi : cujus facinoris mihi pœnas dabitis : namque illos ex angustiarum suarum pressura expediam, imo et hostium nunc victores efficiam : 88 ut sic vos remunerer pro vestris adversus eos facinoribus; filiique vestri ac filiæ in servitutem rapiantur, ac procul divendantur, unde eos recuperare sit vobis impossibile. Ilis veluti vaticinio suo interpositis circa Tyrios ac Sidonios, cunctosque finitimos, qui per illud tempus Gogo ad Judæorum perniciem faverant, sermonis sui seriem prosequitur sic :

Στίχ. δ'-η'. — «Καὶ τί ἐμοὶ καὶ ὑμῖν, Τύρος καὶ Σιδὼν καὶ πᾶσα Γαλιλαία ἀλλοφύλων; Μὴ ἀνταπόδομα ὑμεῖς ἀνταποδίδοτέ μοι, ἢ μνησικακεῖτε ὑμεῖς ἐπ' ἐμοί; Ὀξέως καὶ ταχέως ἀνταποδώσω τὸ ἀνταπόδομα ὑμῶν εἰς κεφαλὰς ὑμῶν· ἀνθ' ὧν τὸ ἀργύριον ἐλάβετε, καὶ τὰ ἐπίλεκτα καὶ τὰ καλὰ εἰσηνέγκατε εἰς τοὺς ναοὺς ὑμῶν· καὶ τοὺς υἱοὺς Ἰούδα καὶ τοὺς υἱοὺς Ἱερουσαλὴμ ἀπέδοσθε τοῖς υἱοῖς τῶν Ἑλλήνων, (p. 132) ὅπως ἐξώσητε αὐτοὺς ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῶν· ἰδοὺ ἐγὼ ἐξεγερῶ αὐτοὺς ἐκ τοῦ τόπου, οὗ ἀπέδοσθε αὐτοὺς ἐκεῖ, καὶ ἀνταποδώσω τὸ ἀπόδομα ὑμῶν εἰς τὰς κεφαλὰς ὑμῶν· καὶ ἀποδώσομαι τοὺς υἱοὺς ὑμῶν καὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν εἰς χεῖρας υἱῶν Ἰούδα· καὶ ἀποδώσονται αὐτοὺς εἰς αἰχμαλωσίαν, εἰς ἔθνος μακρὰν ἀπέχον, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν.» Ἐπειδὴ γὰρ τοὺς περὶ τὸν Γὼγ ἐπιόντας ἑωρακότες τὴν Ἱερουσαλὴμ, Τύριοί τε καὶ Σιδώνιοι, πάντες τε οἱ περίοικοι τῶν ἀλλοφύλων, καιρὸν ἔχειν ᾠήθησαν τοῦ παντελῶς ἀπολέσαι τοὺς Ἰσραηλίτας, μνησικακοῦντες αὐτοῖς ὑπὲρ ὧν πεπολεμήκασί τε πολλάκις, καὶ κεκρατήκασιν αὐτῶν διὰ τῆς θείας ῥοπῆς, τοῦτο λέγει· Ὑμεῖς δὲ τίνος ἕνεκεν μνησικακοῦντες, καὶ καιρὸν εὑρόντες τοῦ τὰ δοκοῦντα διαπράξασθαι, τοιαῦτα κατὰ τῶν ἐμοὶ προσηκόντων τετολμήκατε; Ἴστε γὰρ ὅτι ὀξέως ὑμῖν ἐπάξω τὴν ὑπὲρ τῆς γνώμης ταύτης τιμωρίαν, ἀνθ' ὧν ἅπαντα τὰ προσόντα τούτοις λαβόντες, εἰς τοὺς ναοὺς εἰσηνέγκατε τοὺς ὑμετέρους· ἔτι δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν διαπωλήσαντες, ἐλπίδι τοῦ πάντας αὐτοὺς τῶν ὁρίων ἐκβαλεῖν τῶν οἰκείων· ὥνπερ οὖν ὑμᾶς εἰσπράξομαι δίκας· (p. 133) ἀπαλλάξω γὰρ τούτους τῆς κατεχούσης αὐτοὺς ἀνάγκης· νῦν δὲ καὶ κρείττους ἐργάσομαι τῶν πολεμίων· ὥστε καὶ ὑμῖν ἀποδοῦναι, ἀνθ' ὧν εἰς αὐτοὺς τετολμήκατε, λαβεῖν τούς τε υἱοὺς ὑμῶν καὶ τὰς θυγατέρας αἰχμαλώτους· καὶ δὴ καὶ ἀποδόσθαι αὐτοὺς μακράν που, ὅθεν οὐδὲ δυνατὸν ὑμῖν αὐτοὺς ἀνασώσασθαι ἔτι· ταῦτα πρὸς τοὺς Τυρίους τε καὶ Σιδωνίους καὶ τοὺς περιοικοῦντας ἅπαντας παρενθεὶς, ὡς ἂν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐπικεχειρηκότας συμπρᾶξαι τοῖς ἀμφὶ τὸν Γὼγ ἐπὶ τῇ κατὰ τῶν Ἰουδαίων ἀπωλείᾳ, ἔχεται τῆς οἰκείας ἀκολουθίας, καὶ φησι·

VERS. 9-12.—« Prædicate hæc in gentibus, sanctificate bellum, suscitate pugnatores, accedite et ascendite, omnes bellatores : concidite aratra vestra in gladios, et falces vestras in lanceas : infirmus dicat, Fortis ego sum : congregemini et venite, omnes gentes de circuitu, et illuc coacervemini :

Στίχ. θ'-ιβ'. — «Κηρύξατε ταῦτα ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ἁγιάσατε πόλεμον· ἐξεγείρατε τοὺς μαχητάς· προσαγάγετε καὶ ἀναβαίνετε, πάντες ἄνδρες πολεμισταί· συγκόψατε τὰ ἄροτρα ὑμῶν εἰς ῥομφαίας, καὶ τὰ δρέπανα ὑμῶν εἰς συρομάστας· ὁ ἀδύνατος λεγέτω, ὅτι Ἰσχύω ἐγώ· συναθροίζεσθε καὶ εἰσπορεύεσθε,

Digitized by Google

πάντα τὰ ἔθνη, κυκλόθεν, καὶ συνάχθητε ἐκεῖ· ὁ πρῶος ἔσται πολεμιστής. » Ὡς γὰρ εἶπεν ἀνωτέρω, ὅτι Συνάξω αὐτοὺς διὰ τὴν προῤῥηθεῖσαν αἰτίαν, οὕτω κάνταῦθα ὡς ἂν αὐτὸς αὐτοῖς ἐγκελευόμενος. Ἅπαντες δή, φησὶν, ὁπόσοι ταύτην ἔχετε τὴν γνώμην κατὰ τῶν ἐμοὶ προσηκόντων, μετὰ πολλῆς μὲν συνάχθητε τῆς σπουδῆς· συγκροτήσατε δὲ πρὸς αὐτοὺς πόλεμον· (p. 134) καὶ δὴ καὶ τὰ τῆς γεωργίας ὄργανα εἰς ὅπλων μετάθετε χρῆσιν, ὡς ἂν ἀρκοῦντα μὲν ἔχοιτε τὰ ὅπλα τῷ πλήθει τῶν ἐπιόντων· διὰ πλειόνων εὔκολον ὑμῖν εἴη, καθὰ προῄρησθε, πάντων ἐργάσασθαι τῶν Ἰσραηλιτῶν τὴν ἀπώλειαν. Εἶτα τοῦ διεγεῖραι πρὸς τὸν πόλεμον αὐτοὺς τὴν αἰτίαν λέγων· « Ἐξεγειρέσθω καὶ ἀναβαινέτω πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν κοιλάδα Ἰωσαφάτ, ὅτι ἐκεῖ καθιῶ τοῦ διακρῖναι πάντα τὰ ἔθνη κυκλόθεν. » Πᾶσι γὰρ ὑμῖν κατὰ ταὐτὸν συνελθεῖν βουλομένοις κατὰ τῶν τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκούντων, ἐπιτρέπω τοῦτο ποιεῖν· ὡς ἂν αὐτόθι δίκας ὑμᾶς εἰσπραξαίμην τοῦ τε τολμήματος καὶ τῆς ἐπιχειρήσεως ταύτης, ἅπαντας πανταχόθεν ποικίλοις ἀνελὼν θανάτοις. Τί οὖν;

A qui mansuetus erat, fiat bellator. » Sicut antea dixerat, se illos ob prædictam causam collecturum, ita nunc more imperantis idem eisdem dicit. Cuncti, inquit, qui hac mente estis adversus meos, multa cum festinatione congregemini, bellum contra hos conflate, et ipsa agriculturæ instrumenta ad armorum usum accommodate, ut sufficientem multitudini militum armorum copiam habeatis. Sic aucto numero, facile vobis erit, prout vultis, Israelitarum omnium excidium perpetrare. Deinde causam exponens, ob quam illos ad bellum suscitaverit, « Consurgant, inquit, et ascendant omnes gentes in vallem Josaphat, quia ibi sedebo ut judicem omnes gentes in circuitu. » Omnes vos, qui simul vultis adversus Hierusalem incolas præliari, id ego B ut agatis sinam; quia illic pœnas de audacia et facinore isto sumam, omnes quaqueversus variis mortibus absumens. Quid ergo?

Στίχ. ιγ'. — « Ἐξαποστείλατε δρέπανα, ὅτι παρέστηκεν ὁ τρυγητός· εἰσπορεύεσθε, πατεῖτε, διότι πλήρης ἡ ληνὸς, ὑπερχεῖται τὰ ὑπολήνια· ὅτι ἐπληθύνθη τὰ κακὰ αὐτῶν. » Τοσοῦτος γὰρ ἔσται φόνος αὐτῶν καὶ τοσαύτη πτῶσις πάντων αὐτῶν κατ' ἀλλήλων ὁπλιζομένων, ὥστε τοῖς τὴν Ἰουδαίαν οἰκοῦσιν ὑμῖν μὴ πολέμου δεῖν· ἀλλὰ γὰρ οἴεσθαι τρυγητόν τινα παρεῖναι, ἐν ᾧπερ δρεπάνων χρεία δὲ καὶ τῶν πατούντων τὴν ληνόν, ὡς ἂν ἐκθλιβόμενος οἶνος ἐκρέῃ· τοιοῦτο γὰρ δή τι καὶ νῦν γίγνεται· (p. 135) ἐπειδὴ γὰρ ὁ πόλεμος τῇ δυνάμει κατορθοῦται ἐμῇ, καὶ πάντες ἔκκεινται ταῖς σφαγαῖς, ὑμᾶς χρὴ παρόντας ὁρᾶν τρυγητοῦ μὲν δίκην ὥσπερ τινὰς βότρυας τεμνομένους τε, καὶ ἐπ' ἀλλήλοις πίπτοντας ταῖς σφαγαῖς· καθ' ὁμοιότητα δὲ ληνοῦ πατουμένης ὑπερχεόμενον τὸ τῶν ἀναιρουμένων αἷμα· οὕτως αὐτῶν τὰ κακὰ πληθυνθήσεται, καὶ τοσοῦτος αὐτῶν ὁ φόνος γενήσεται, οὐχ ὑμῶν πολεμούντων, ἀλλ' ἐκείνων εἰς ἀλλήλους τὰς οἰκείας τρεπόντων δεξιάς, κατὰ τὸ δοκοῦν ἐμοί. Εἶτα καὶ τὰ ἑξῆς ἀκολούθως λέγει.

Verse. 13. — « Mittite falces, quoniam adest vindemia: introite, calcate, quia plenum est torcular, redundant supposita solia. » Tanta erit illorum occisio, tantaque strages 89 hostium in mutuam cædem arma vertentium, ut vobis Judææ incolis pugnare non sit necessarium: vindemiam quamdam instare putetis, cui recidendæ falcibus opus est: item opus erit calcantibus torculare, ut expressum vinum effluat: nam et nunc simile quid fieri contingit. C Quia enim bellum potentia mea feliciter geritur, et omnes cædibus contraduntur, vos quidem spectaculo adesse decet, spectantes tanquam in vindemia racemorum instar veluti cæsos, et mutuis stragibus humi prostratos, et quasi de torculari calcato effluentem occisorum sanguinem. Sic eorum mala cumulabuntur; tantaque fiet ipsorum occisio, haud pugnantibus vobis, sed illis contra se mutuo dextras vertentibus. Deinde et reliqua consentaneo tenore prosequitur.

Στίχ. ιδ'-ιζ'. — « Ἦχοι ἐξήχησαν ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης, ὅτι ἐγγὺς ἡμέρα Κυρίου ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης. » Φοβεροὶ γὰρ ἦχοί τινες ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἀναιρουμένων ἐπὶ τῆς κοιλάδος γενήσονται ταύτης, ἐν ᾗ δὲ τὰς δίκας αὐτοὺς εἰσπράξομαι τοῦ καθ' ὑμῶν τολμήματος· κοιλάδα γὰρ δίκης τὴν τοῦ Ἰωσαφὰτ ἐκάλεσεν, ἀπὸ τῆς τιμωρίας τῆς αὐτόθι μελλούσης ἐπάγεσθαι ἐκείνοις παρὰ τοῦ Θεοῦ. « Ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη συσκοτάσουσι, καὶ οἱ ἀστέρες δύσουσι τὸ φέγγος αὐτῶν. » Ἀκολούθως εἶπεν, ὅτι τοῖς ἀναιρουμένοις οὐκ ἔσται φῶς· ὅπως δὴ ταῦτα γενήσεται δηλῶν, ἐπάγει· « Ὁ δὲ Κύριος ἀνακράξεται ἐκ Σιών· ἀνακράξεται, καὶ ἐξ Ἱερουσαλὴμ δώσει φωνὴν αὐτοῦ, καὶ σεισθήσεται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ· ὁ δὲ Κύριος φείσεται τοῦ λαοῦ αὐτοῦ· καὶ ἐνισχύσει Κύριος τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· καὶ γνώσεσθε ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, κατασκηνῶν ἐν Σιὼν ἐν ὄρει ἁγίῳ μου. » (p. 136) Αὐτὸς γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ὁ ἐν Σιὼν προσάγεσθαι τὴν νόμιμον θεραπείαν τάξας

Verse. 14-17. — « Sonitus exauditi sunt in valle judicii, quia prope est dies Domini in valle judicii. » Nam sonitus quidam terribiles ex occisorum in hac D valle multitudine fient, in qua pœnas ab eis reposcam sui contra vos ausus. Etenim judicii vallem dicit Josaphati vallem, a pœna quæ illic a Deo hostibus imponenda erat. « Sol et luna simul obscurabuntur, et stellæ retrahent splendorem suum. » Non incongrue dicit, occisis lumen defuturum. Quomodo autem hæc fient declarans, ait: « Dominus autem de Sione clamabit; clamabit, et ex Hierusalem dabit vocem suam: et cœlum ac terra concutientur. Dominus autem parcet populo suo, et roborabit Dominus filios Israelis. Et scietis quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sione in monte sancto meo. » Ipse, inquit, Dominus, qui sibi in Sione legitimum cultum exhiberi constituit, magnam adversus hostes vocem emittet, a qua cœlum ac terra quassari propemodum videbuntur,

Digitized by Google

ob eventuum mirabilitatem, tantamque stragem tam **90** inopinate editam, Dei opera, interim suis parcentis, fortesque in conspectu hostium ostendentis : ut omnibus manifestum fiat ipsum vere Deum esse universalem, et Dominum illum in Sione monte coli solitum.

A ἑαυτῷ, μεγάλην κατ' αὐτῶν ἀφησει τὴν φωνήν· ἀφ' ἧς δὴ μικροῦ καὶ οὐρανὸς δόξει συσσείεσθαι, καὶ γῆ ἐκ τοῦ παραδόξου τῶν γιγνομένων, καὶ τῆς τοσαύτης σφαγῆς οὕτω παραδόξως ἐκτελουμένης, ἣν ποιήσεται Θεὸς, τῶν οἰκείων φειδόμενος, καὶ ἰσχυροὺς αὐτοὺς κατὰ τῶν ἐναντίων ἀποδεικνύς· ὡς ἂν ἅπασι γένοιτο δῆλον, ὅτι ὄντως οὗτος δὴ Θεὸς τῶν ἁπάντων, καὶ Κύριος ὁ ἐν τῷ ὄρει τῷ Σιὼν θεραπεύεσθαι εἰωθώς.

Vers. 18-21. — « Et erit Hierusalem sancta, et alienigenæ non transibunt per eam amplius. Et erit die illa, stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte, et omnes emissiones Judæ fluent aquis : et fons de domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem funiculorum. » Sanctam esse Hierusalem ex rebus ipsis gestis constabit, nemine B abhinc alienigena ad illam ascendere audente. Cunctis autem Judæis promissam terram incolentibus bonorum ubertas erit, quia et montes et colles multos ipsis ac varios fructus præbebunt; fontes item consuetam aquarum suarum copiam suppeditabunt; solita dicens ex Dei templo dona erogari, et indidem affluentes uberes bonorum divitias accedentibus illuc, et debita Deo officia complere satagentibus. Hic est enim qui a propheta dicitur de domo Domini fons egressurus. Hic, inquam, tantus erit, ut usque ad longinquos copiam suam extensurus sit. Mox postquam dixit : « Et Ægyptus desolabitur, et Idumæa similiter ob sua contra vos facinora, et propter multos ex vobis contra fas interfectos, » addit : « Et Judæa in sua C firma felicitate habitabitur a propriis incolis in Hierusalem. » Quibus superaddit : « Et requiram sanguinem eorum, quem inultum esse non sinam. Et Dominus habitabit in Sione. » Quasi dicat : Quotquot adversus Israelitas aliquid aggressi fuerint, supremis afficiam suppliciis. Et permanebo cum istis, præsentiam meam arcana providentia demonstrans, quam copiosam in omne ævum abhinc eisdem præstabo.

Στίχ. ιη'-κα'. — « Καὶ ἔσται Ἱερουσαλὴμ ἁγία· καὶ ἀλλογενεῖς οὐ διελεύσονται δι' αὐτῆς οὐκέτι· καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀποσταλάξει τὰ ὄρη γλυκασμὸν, καὶ οἱ βουνοὶ ῥυήσονται γάλα· καὶ πᾶσαι αἱ ἀφέσεις Ἰούδα ῥυήσονται ὕδατα· καὶ πηγὴ ἐξ οἴκου Κυρίου ἐξελεύσεται, καὶ ποτιεῖ τὸν χειμάῤῥουν τῶν σχοίνων. » Ἡ μὲν γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἁγία ἐξ αὐτῶν φανήσεται τῶν πραγμάτων, οὐδενὸς ἐπιβαίνειν αὐτῇ ἀλλοτρίου τολμῶντος ἔτι· ἅπασι δὲ Ἰουδαίοις ἐπὶ τῆς γῆς οἰκοῦσι τῆς ἐπαγγελίας πολλή τις ἀφθονία τῶν ἀγαθῶν ἔσται, ὡς καὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς καρποὺς δὴ πολλούς τινας καὶ ποικίλους παρέχειν αὐτοῖς· τὰς πηγάς τε συνήθως τῶν οἰκείων ὑδάτων (p. 137) παρέχειν τὸν πλοῦτον [αἱ εἰωθυῖαι ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ θείου χορηγεῖσθαι δωρεαὶ (21)], καὶ πηγάζειν ἄφθονον τῶν ἀγαθῶν τὸν πλοῦτον τοῖς αὐτόθι τε εἰσιοῦσι, καὶ τὰ καθήκοντα τῷ Θεῷ πληροῦν ἐσπουδακόσι· ταύτην γὰρ λέγει πηγὴν ἐξ οἴκου Κυρίου ἐξελεύσεσθαι· τοσαύτη τις ἔσται ὥστε ἄχρι καὶ τῶν πόῤῥωθεν τὴν φιλοτιμίαν ἐκτείνειν. Εἶτα εἰπὼν ὅτι « Καὶ Αἴγυπτος ἀφανισθήσεται, καὶ ἡ Ἰδουμαία δὲ σὺν ἐκείνῃ, ὑπὲρ ὧν πεπράχασί τε καθ' ὑμῶν, καὶ πολλοὺς ὑμῶν ἀδίκως ἀνεῖλον· » ἐπάγει· « Ἡ δὲ Ἰουδαία ἐν βεβαίῳ τῆς οἰκείας εὐπραγίας ἔσται οἰκουμένη ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ τῶν οἰκείων. » Οἷς προστίθησι· « Καὶ ἐκζητήσω τὸ αἷμα αὐτῶν, καὶ οὐ μὴ ἀθωώσω· καὶ Κύριος κατασκηνώσει ἐν Σιών. » Ἵνα εἴπῃ· Τούς τε ἐπιχειροῦντάς τι κατ' αὐτῶν ἔτι τιμωρίαις περιβαλῶ ταῖς ἐσχάταις, διαμενῶ τε ἐν αὐτοῖς δεικνὺς ἐμαυτὸν τοῦ λοιποῦ διὰ τῆς ἀποῤῥήτου κηδεμονίας, ἣν πολλήν τινα παρέχων αὐτοῖς εἰς τὸν ἔπειτα διατελέσω χρόνον.

(21 Verba αἱ εἰωθυῖαι... δωρεαὶ, lectoris cujusdam interpretamentum, in textum male invasisse suspicatur Otto Frid. Fritzsche, *De Theod. Mops. Vita et scriptis*, p. 57, Halæ, 1836, 8. Edit.

Digitized by Google

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΑΜΩΣ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

IN AMOSUM PROPHETAM COMMENTARIUS.

Πρόδηλον μὲν οὖν ὅτι καὶ μακάριος Ἀμὼς ὁ προφήτης, ὃν ἑρμηνεύειν Θεοῦ χάριτι πρόκειται νῦν ἡμῖν, περὶ τῶν τῷ λαῷ συμβησομένων διὰ πάσης μικροῦ τῆς προφητείας (p. 138) λέγει, ἃ τε παρὰ τῶν Ἀσσυρίων πείσονται πρότερον αἱ δέκα φυλαὶ μηνύων, καὶ ἃ περὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Ἰούδα φυλὴν, εἶτ' οὖν τοὺς λοιποὺς (22) τοὺς τῆς βασιλείας ἐκείνης, ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων γίγνεσθαι ἤμελλεν· τούτου δὲ λόγος ἦν τοῖς προφήταις οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐπειδὴ πᾶσαν τὴν περὶ τὸν λαὸν ἐπιμέλειαν ὑπὲρ τῆς τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ δείξεως ὁ Θεὸς ἐποιεῖτο, ἐπὶ κοινῇ τῇ πάντων ἀνθρώπων σωτηρίᾳ κατὰ τὸν οἰκεῖον γενησομένης καιρόν· τούτου γὰρ ἕνεκεν αὐτοὺς καὶ ἀφώρισε τῶν ἐθνῶν, καὶ περιτομῇ διέκρινε, καὶ οἰκείαν ἔχειν παρεσκεύασε χώραν, καὶ ἀφωρισμένως ἐν τῷ ὄρει τῷ Σιὼν διὰ τῆς νομικῆς διατάξεως τὴν περὶ αὐτὸν προσέταξε ποιεῖσθαι θεραπείαν, ἵν' ἐκ τοιούτων κατὰ τὰς προφητικὰς μηνύσεις, καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπὶ τούτοις περὶ τὸν λαὸν γεγενημένην διάταξιν, φανερὸς ὁ Δεσπότης Χριστὸς, δῆλον ἅπασιν ἐργάσηται τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι οὐχ ὕστερον ἐκαινοτόμησεν ὁ Θεὸς τὴν ἁπάντων ἀνθρώπων σωτηρίαν, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ πρὸ μακρῶν τῶν χρόνων τοῦτο προωρισμένον κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον ἔχων παρ' ἑαυτῷ, ἐξελέξατο μὲν τὸν Ἀβραὰμ, συνέστησε δὲ τὸ ἐξ ἐκείνου γένος, ἐπιμέλειαν δὲ αὐτοῦ καθ' ὃν εἰρήκαμεν πεποίηται τρόπον· ἵν' ἐξ αὐτῶν ὕστερον ὁ Δεσπότης Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα ἐπὶ τῇ πάντων ἀνθρώπων φανερὸς σωτηρίᾳ, (p. 139) δῆλος ὑπάρχῃ κατὰ τὸν ἄνωθεν ὁρισμὸν ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν παρελήλυθώς.

Ὑπὲρ δὴ τούτων καὶ μετοικισθῆναι τὸν λαὸν διὰ τῆς αἰχμαλωσίας παρεσκεύασεν ὅλον, καὶ ἐπανήγαγεν ἐξ αὐτῶν οὓς ἐβούλετο, ὥνπερ οὖν ἡγεῖτο ἡ Ἰούδα φυλὴ μόνη, ἡ πᾶσα τὴν ἐπάνοδον δεξαμένη, ἐπειδήπερ ἐξ αὐτῆς ἤμελλεν ἀναφαίνεσθαι τὸ κατὰ σάρκα ὁ Δεσπότης Χριστός· τῶν λοιπῶν γάρτοι φυλῶν ἀφ' ἑκάστης ἐπόμενοι ταύτῃ, συνανῆλθον ὀλίγοι· ἵνα διὰ μὲν τῆς γεγενημένης αἰχμαλωσίας καὶ τῆς ἐπανόδου τοῦτον ἀποτελεσθείσης τὸν τρόπον, δῆλος γένηται τῆς περὶ τὸν λαὸν ἐπιμελείας ὁ σκοπὸς τοῦ Θεοῦ, ὑπὲρ τοῦ φανησομένου γε ἐξ αὐτῶν ἐπὶ τῇ πάντων ἀνθρώπων σωτηρίᾳ πάντα ποιοῦντος· ὥστε δὲ μὴ εἰς ἀπόγνωσιν παντελῆ καταστάντας ἐπιμιγῆναι τοῖς ἔθνεσι τὴν αἰχμαλωσίαν ὑπομεμενηκότας ἐκείνην, χώραν δὲ μηκέτι μήτε τὴν ἐπάνοδον ἔχειν, μήτε τὸν ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν χω-

A **91** Perspicuum est beatum quoque Amosum prophetam, ad quem interpretandum, Deo favente, nunc aggredimur, de futuris populi (Hebræi) casibus per universam fere prophetiam loqui : ea scilicet innuere, quæ primo ab Assyriis passuræ erant decem tribus mala; tum etiam illa quæ Hierosolymis, Judæque tribui, cæterisque regni ejus partibus a Babyloniis eventura erant. De his autem rebus non sine causa prophetæ verba faciebant, sed quia Deus curam eximiam populi gerebat, propterea quod Christus Dominus ad communem omnium hominum peragendam salutem suo tempore adventurus erat. Idcirco Hebræos Deus ab ethnicis separavit, et circumcisione distinxit, et propriam habere voluit regionem, seorsumque in B Sion monte ex legitima forma religiosum sibi ab eis cultum exhiberi mandavit. Sic enim futurum erat, ut secundum propheticas promissiones atque olim ordinatam congruenter his vaticiniis populi administrationem, Christus Dominus in orbem veniens cunctos mortales certiores faceret, haud nuper demum de salute hominum procuranda Deum cogitavisse; sed cum antiquitus longisque ante temporibus id apud se, teste beato Paulo, habuisset decretum, segregavisse sibi Abrahamum, ex eoque gentem conflasse, curamque hujus, sicuti jam dictum est, gessisse; ut ex hoc postea genere Christus Dominus secundum carnem "pro communi apparens salute, manifeste videretur secundum vetera decreta ad redemptionis opus C venisse.

Propterea quoque populum universum in captivitatem abducendum curavit Deus, ex eaque revocandam partem populi quam ipse voluit, cujus deinde principatum **92** sola tenuit Judæ tribus, quæ universa reditu digna fuit, quoniam ex ipsa orturus erat cum carne Christus Dominus : nam de reliquis tribubus pauci e singulis redierunt. Sic enim tum e captivitate, tum e reditu hac ratione curato patefaciendus erat divinæ circa populum Providentiæ scopus, hæc omnia satagentis propter inde venturum universalis salutis auctorem Christum. Ergo ne Judæi captivitatem illam perpessi, spe omni deposita, confunderentur gentibus; sibique patriam, aut reditum ad illam, haud jam superesse crederent; neve suæ ab ethnicis secretionis obliviscerentur; olim ore prophetarum tum futu-

(22) Pro λοιπούς legendum videtur περιοίκους.

Digitized by Google

ram captivitatem significavit Deus, tum ex eadem postliminium : ut hac spe retenti, ubi accidisset captivitas, reditum exspectarent, qui reapse eo quem diximus modo ac suprascriptam ob causam contigit. Quamobrem olim et jamdiu hæc a beato Davide compluribus in psalmis dicta fuerant : propinquante autem gerendarum rerum tempore prophetas misit divinus favor, nunc quidem impendentia ab Assyriis præcinentes mala, mox autem Babylonicam superventuram Judæis calamitatem significantes : post hæc omnia tamen spondentes reditum ; nihilque eorum, quæ per id tempus scire commodum erat, reticentes. Porro rerum superiorum exitus prognosticis consentaneus, fidem faciebat fore ut postea quoque prædicta, sine dubio ad vaticinii normam evaderent.

Hinc fit ut prophetæ cuncti et res Assyriacas et subsecutas mox Babylonicas loquantur : nam etsi hæ diversæ fuerunt incursiones, Assyriis primo, deinde Babyloniis expeditionem facientibus ; hisque eventibus aliquantum temporis spatium interpositum fuit, nihilominus una fuit universalis captivitas, orsa ab Assyriis contra **93** decem tribus ; absoluta vero contra reliquas, quæ regnum Judæ constituebant, a Babyloniis urbis expugnatoribus. Idcirco cæteri etiam prophetæ hæc portendunt, atque in his omnis eorum sermo versatur ; si paucas aliquot res excipias, neque a prædictis valde discrepantes, quas obiter appinxerunt. Sic facit etiam hic, quem in manibus habemus, propheta, qui suum omne vaticinium ad mala ab Assyriis Babyloniisque Israeli Judæque inferenda manifeste convertit : ita tamen ut breviter circa proœmium quædam etiam damna commemoret, quæ a finitimis populis sub idem tempus passuri erant Israelitæ. Sic autem Deus demonstrabat, haud se crudelitate aliqua vel incuria vel consilii volubilitate populum Assyriaca ac Babylonica calamitate implicuisse ; sed quia hunc a sceleribus revocare studebat : quandoquidem etiam finitimos, qui huic populo injurii fuerant, eodem tempore pœnæ subjecit : in quos haudquaquam animadvertisset, nisi populum suum plurimi faceret. Quare Deus in peccantium supplicio declarat suam erga electos curam, quibus plagas imponit haud sævitia vel contemptu vel odio exstimulatus, sed providentiæ causa et erudiendi emendandique studio, atque ut ad frugem meliorem revocet. Hoc est igitur libri argumentum.

Atque ita omnia quæ ad populum spectant dixit propheta, et breviter etiam significavit, quidnam adversi proximis urbi populis Babylonii apprime imposituri eadem occasione essent, propter illorum erga electos injurias ; cujus rei jam causam diximus. Edit autem vaticinium haud Hierosolymis sed in ethnicorum locis, circa fines Israelis prope Bethelis fanum, ubi hostias idolis Israelitæ litabant.

A ρισμὸν, ἄνωθεν διὰ τῶν προφητῶν καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐσομένην ἐμήνυε καὶ τὴν ἐπάνοδον ἐπ' ἐκείνῃ· ἵνα ταῖς ἐλπίσι κρατούμενοι ταύταις, καὶ μετὰ τὴν συμβᾶσαν αἰχμαλωσίαν τὴν ἐπάνοδον ἀναμένωσιν· ἥπερ οὖν καὶ γέγονε καθ' ὃν ἔφαμέν τε τρόπον, καὶ ὑπὲρ ἧς εἰρήκαμεν αἰτίας. (p. 140) Διὰ τοῦτο πάλαι μὲν καὶ πρόπαλαι τῷ μακαρίῳ Δαυῒδ εἴρητο ταῦτα διὰ πολλῶν τῶν ψαλμῶν· ἐγγίζοντος δὲ τοῦ καιροῦ τῶν πραγμάτων, τοὺς προφήτας ἀνέδειξεν ἡ θεία χάρις, νῦν μὲν ἐφεστῶτα τῶν Ἀσσυρίων μηνύοντας τὰ κακὰ, αὖθις δὲ ἐπ' ἐκείνους τὰ παρὰ Βαβυλωνίων ἐσόμενα δηλοῦντας· ἐφ' ἅπασί τε λέγοντας τὴν ἐπάνοδον, ἕτερά τε ὁπόσα τῶν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον γεγονότων μηνύεσθαι προσῆκον ἦν· ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν B προτέρων ἔκβασις ἀκολούθως ταῖς προῤῥήσεσι γιγνομένη, πίστις ἦν τῶν μετὰ ταῦτα προειρημένων τε, κατὰ τὴν πρόῤῥησιν ὡς εἰκὸς ἐσομένων.

Ἐντεῦθεν ἅπαντες τά τε παρὰ τῶν Βαβυλωνίων γεγονότα φασὶν· ἐπειδὴ κἂν εἰ διῃρημένας τὰς ἐφόδους ταύτας γεγενῆσθαι συνέβη, πρότερον μὲν Ἀσσυρίων ἐπεληλυθότων, Βαβυλωνίων δὲ ὕστερον, τῶν τε πραγμάτων καιρός τις γέγονεν ἐν μέσῳ, ἀλλὰ μία γε ἦν ἡ παντελὴς αἰχμαλωσία, ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων περὶ τὰς δέκα φυλὰς, περαιωθεῖσα δὲ περὶ τὰς ὑπολοίπους, αἳ τῆς Ἰούδα βασιλείας ἐτύγχανον, ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίων πολιορκίας. Τούτου μὲν οὖν ἕνεκεν οἵ τε λοιποὶ ταῦτα μηνύουσι, καὶ περὶ ταῦτα τὴν πᾶσαν εἶχον τοῦ λόγου σχολήν· (p. 141) πλὴν ὅσα βραχέα οὐ πολύ γε τούτων ἀC εσπασμένα προσετίθεσαν τοῖς λεγομένοις· πεποίηκε δέ τι τοιοῦτο καὶ ὁ παρὼν προφήτης, τὴν μὲν προφητείαν ἅπασαν ἐν τοῖς περί τε τὸν Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἰούδαν ἐσομένοις παρά τε Ἀσσυρίων καὶ Βαβυλωνίων πεποιημένος προδήλως· ἐν βραχέσι δὲ κατὰ τὸ προοίμιον ἐπιμνησθεὶς καὶ τῶν ὅσα περὶ τοὺς περιοίκους πολλὴν τοῖς Ἰσραηλίταις τὴν ἐπήρειαν, κατὰ τὸν αὐτὸν ἤμελλεν γίγνεσθαι καιρόν· ὡς ἂν δῆλον ποιήσειεν, ὅτι οὐκ ἀφειδίᾳ τινὶ καὶ ἀμελείᾳ καὶ μεταβολῇ γνώμης ταῖς τε τῶν Ἀσσυρίων καὶ ταῖς τῶν Βαβυλωνίων ἐκδέδωκε συμφοραῖς τὸν λαὸν, ἐπανορθώσασθαι δὲ αὐτῶν τὰς ἀσεβείας βουλόμενος· ὅς γε καὶ τῶν περιοίκων τοὺς ἡμαρτηκότας εἰς αὐτοὺς κατὰ τὸν αὐτὸν ἐτιμωρήσατο χρόνον· οὐκ ἄν ποτε δίκας ὑπὲρ τούτων εἰσπραξάμενος ἐκείνους, εἰ D μὴ πλεῖστόν τινα τούτων ἐποιεῖτο τὸν λόγον· ἀλλ' ἐν μὲν τῇ τῶν ἠδικηκότων τιμωρίᾳ τὴν περὶ τούτους ἐδείκνυ κηδεμονίαν· τὰ δὲ περὶ τούτους αὐτοὺς κακὰ δῆλος γέγονεν ἐπάγων οὐκ ἀφειδίᾳ τε καὶ ὑπεροψίᾳ καὶ μίσει, ἀλλ' ἐπιμελείᾳ τε καὶ σωφρονισμῷ καὶ διορθώσει καὶ τῇ ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπαναγωγῇ· ἡ μὲν οὖν ὑπόθεσις αὕτη τοῦ βιβλίου.

(p. 142) Οὕτω μὲν ἅπαντα τὰ περὶ τὸν λαὸν εἰρηκότος τοῦ προφήτου, ἐν ὀλίγοις δὲ μηνύοντος ἃ κατὰ τὸν καιρὸν καὶ μάλιστα παρὰ τῶν Βαβυλωνίων περὶ τοὺς ἀστυγείτονας ἤμελλε γίγνεσθαι, ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτοὺς πεπλημμελήκεσαν, δι' ἣν ἔφην αἰτίαν· ποιεῖται δὲ καὶ τὴν προφητείαν οὐκ ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐν τοῖς τῶν ἐθνῶν τόποις πλησίον τοῦ Ἰσραὴλ ἐν Βαιθὴλ τε τῷ ἱερῷ, ἔνθα δὴ τοῖς εἰδώλοις ἐπετέλουν

Digitized by Google

οἱ τοῦ Ἰσραὴλ τὰς θυσίας· ἐν μὲν γὰρ τῇ Ἱερουσαλὴμ προφητεύων, οὐκ ἂν ἐγένετο δῆλος, οὔτε τῷ Ἰσραὴλ οὔτε τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν, ἐφ' οἷς ἤμελλε λέγειν περὶ αὐτῶν· ἐπεὶ μηδὲ ἐπιβαίνειν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἠνείχετό τις ἐκείνων· ἐν δὲ τοῖς προῤῥηθεῖσι τόποις τὴν προφητείαν ποιούμενος, ἀναγκαίως καὶ τῷ Ἰσραὴλ καταφανὴς ἦν καὶ τοῖς ἔθνεσιν οἵ γε πλησίον ἦσαν· καὶ πολλάκις ἐκ τῆς περὶ τὰ εἴδωλα θεραπείας ἐπεμίγνυντο ἀλλήλοις· ὡς ἂν ἅπαντες, περὶ ὧν τοὺς λόγους ἐποιεῖτο, εἰδεῖέν τε τὰ περὶ αὐτῶν λεγόμενα, καὶ πρὸ τῶν πραγμάτων δεξάμενοι τὴν προφητείαν, ἐγγύθεν τε ἰδόντες τὴν ἔκβασιν, μείζονα τὴν πίστιν ἔχοιεν τῆς ἐνεργούσης ἐν τοῖς προφήταις χάριτος θείας.

A Nam si Hierosolymis vaticinatus esset, res neque Israeli innotuisset, neque populis reliquis, de quibus erat verba facturus ; quorum nemo Hierosolyma ventitare solebat : 94 prædictis contra in locis vaticinans, necessario tum Israeli tum finitimis ethnicis innotescebat, qui sæpe ob idolorum cultum invicem frequentabant. Sic cuncti, quorum causa sermones serebat, et ea quæ de se dicebantur resciebant ; cognitoque ante res gerendas vaticinio, moxque viso exitu, firmiorem fidem inspiranti prophetas divinæ gratiæ adhibituri erant.

Τὸ μέντοι γε παρά τινων λεγόμενον, ὅτι Ὀζίαν τὸν βασιλέα οὐκ ἤλεγξαν οἱ προφῆται τοῖς τῆς ἱερωσύνης ἔργοις ἐπιχειροῦντα, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐπαύθησαν ἅπαντες τοῦ προφητεύειν, (p. 143) σφόδρα μοι μιθῶδες εἶναι φαίνεται μᾶλλον· ἥ τε γὰρ τοῦ Ὡσηὲ βίβλος οὕτως ἔχει· « Λόγος Κυρίου ὃς ἐγενήθη πρὸς Ὡσηὲ τὸν τοῦ Βεηρὶ ἐν ἡμέραις Ὀζίου, » καὶ τὰ ἑξῆς· παρὰ Ἡσαΐᾳ τε τῷ προφήτῃ οὕτως φησίν· « Ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς, ἣν εἶδε κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλὴμ ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου, » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ παρὰ τῷ παρόντι δὲ προφήτῃ οὕτω φησίν· « Λόγοι Ἀμὼς οἳ ἐγένοντο ἐν Καριαθαρὶμ ἐκ Θεκούε, οὓς εἶδεν ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα. » Πῶς οὖν οἷόν τε ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις Ὀζίου πεπαῦσθαι τῆς προφητείας κατ' ἐκείνων λόγον, ὁπότε καὶ Ὡσηὲ καὶ Ἡσαΐας καὶ Ἀμὼς ἐν ταῖς ἐπιγραφαῖς τῶν οἰκείων βίβλων δηλοῦνται ἐν ἡμέραις Ὀζίου πεποιημένοι τὴν προφητείαν; Πρὸς τῷ κἀκεῖνο δῆλον εἶναι, ὅτι οὔτε κατὰ τὴν πνευματικὴν ἀποκάλυψιν ἐλέγξαι κελευόμενοι τὸν Ὀζίαν, ἀνεβάλλοντο ἄν ποτε οἱ προφῆται, ταῖς θείαις ἀποκαλύψεσι πειθόμενοι μᾶλλον, ἢ τὸν πλημμελοῦντα αἰδούμενοι βασιλέα· μὴ τετυχηκόσι τε πρὸς τοῦτο ἀποκαλύψεως; οὐδεὶς ἂν μέμψαιτο δικαίως, οὐκ ἐπικεχειρηκόσι πράγματι μὴ ἐξ ἀποκαλύψεως θείας αὐτοῖς δειχθέντι, οἵ γε διὰ πάντων εἰώθεισαν ταῖς πνευματικαῖς ἀποκαλύψεσιν ἑπόμενοι, κατ' ἐκείνας μὲν καὶ λέγειν τι καὶ μὴ λέγειν· παρ' ἐκείνας δὲ μήτε λέγειν μήτε σιγᾷν οὐκ ἂν ποτέ (p. 144) τι, οὔτε μήτε εἰπεῖν ἑλόμενοι παρ' ἐκείνας· τοῦτο μὲν οὖν παρὰ πολλοῖς (23) οὐκ οἶδ' ὅπως φερόμενον, καὶ σφόδρα μοι δόξαν ἐναντίως ἔχειν ταῖς τῶν βίβλων γραφαῖς, σιωπῇ παραδραμεῖν οὐ καλῶς ἔχειν ἡγησάμην· τοῦ δὲ βιβλίου τῆς προφητείας παντὸς περί τε τὸν Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἰούδαν ἠσχολημένου, καὶ τὰ τούτοις τε κἀκείνοις συμβάντα, πρότερον μὲν ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων, ὑπὸ Βαβυλωνίων ὕστερον, ἐν ὀλίγοις δὲ κατὰ τὸ προοίμιον μνήμην ἔχοντος τῶν εἰς τοὺς περιοίκους συμβησομένων κακῶν, τῶν μὲν περὶ τὸν λαὸν αἰτίαν εἶναί φαμεν, ἣν καὶ πρότερον εἰρήκαμεν, ὑπὲρ ἧς δὲ πᾶσαν ἔνειμεν αὐτῷ τὴν οἰκείαν κηδεμονίαν ὁ Θεὸς, διὰ τὸν ἐξ αὐτῶν ἀναδείκνυ-

B Age vero quod aiunt nonnulli, Oziam regem a prophetis reprehensum non fuisse cum sacerdotii munera obire ausus est; atque ob eam causam propheticum spiritum cunctis esse subtractum ; valde id mihi fabulosum videtur. Nam et Oseæ liber sic habet : « Verbum Domini quod factum est ad Oseam Beeri filium in diebus Oziæ, » et reliqua Tum apud Isaiam prophetam sic dicitur : « Visio oblata Isaiæ Amosi filio, quam contra Judam urbemque Hierosolymorum vidit, sub Ozia rege, » et reliqua. Et præsenti in libro denique sic : « Sermones Amosi, qui facti sunt in Cariatharim de Thecue, quos vidit super Hierosolymis in diebus Oziæ Judæ regis. » Qui igitur fieri potest, ut in C Oziæ diebus divinandi vis prophetis erepta fuerit, quemadmodum istorum interpretum opinio fert ; siquidem et Oseas et Isaias et Amosus in suorum librorum titulis, se in diebus Oziæ prophetavisse declarant? Tum vero exploratum est, si divina forte revelatione prophetæ jussi fuissent Oziam castigare, nequaquam id fuisse recusaturos, divino potius lumini obtemperantes, quam peccatorem regem reverentes : sin autem de objurgando rege haud divinitus fuerunt admoniti, nemo eos merito vituperet, qui rem non attigerint, quam eis divina revelatio non demonstraverit. Est enim prophetarum perpetuus mos spiritalibus revelationibus obsequendi, sive ex earum instinctu loquendum sit, sive tacendum : ita ut præter illas neD que dicant quidquam, neque reticeant, atque ab iis ne latum quidem 95 unguem discedere soleant. Hanc igitur opinionem, quæ nescio cur multorum mentes pervasit, quæque mihi sacris Litteris magnopere adversari videtur, silentio præterire haud æquum existimavi. Jam universi hujus vaticinii liber circa Israelem et Judam vertitur, nempe circa utriusque adversitates, quæ primo ab Assyriis, deinde a Babyloniis contigerunt. Breviter etiam mentionem initio complectitur malorum quæ finitimos correptura erant. Et quidem cur Hebræo populo hæc evenerint, causam diximus in præcedentibus, Deo curam suam illi impendente, propter

(23) Hanc, quam reprehendit Theodorus opinionem, præ se ferunt Chrysostomus ad Isaiæ cap. VI; Hieronymus epist. 18, 1, et Procopius item in commentario ad prædictum Isaiæ locum. Sane objurgatum a sacerdotibus Oziam dicit sacer textus, non a prophetis.

Digitized by Google

enim, qui inde exorturus erat secundum carnem, Christum Dominum, communis salutis parentem. Præponuntur autem reliquis res finitimis populis eventuræ, ut palam fiat nihil Deum contra suum populum fecisse sævitia commotum; quandoquidem de iis, qui hunc afflixerant, pœnas repoposcit. Sed jam initium faciendum libri est, qui ita se habet:

CAPUT I.

VERS. 1, 2. — « Sermones Amosi, qui facti sunt in Cariatharim de Thecue, quos vidit super Hierosolymis, in diebus Oziæ Judæ regis, et in diebus Jeroboami Joaso geniti, regis Israelis, ante terræ motum biennio. » Verba hæc, sicuti in cæteris prophetis diximus, tituli cujusdam vice funguntur, qui libri scopum et continentiam et auctorem ætatemque declarat. Neque est mirandum quod dixerit, *Sermones* quos vidit super Hierosolymis, etsi casus quoque narraturus erat Israeli, id est **96** decem tribubus, necnon finitimis populis eventuros: sic enim egit, quia potissimas omnium res urbis Hierosolymorum existimabat, nempe ejus populi, qui ex Judæ tribu constabat, sicuti jam in superioribus diximus: cum interim cæterorum ratio in prædicti gratiam haberetur. Sic ergo a principali re, vaticinii sui causam ostendit, quod ita exorditur: « Dominus de Sion locutus est, ex Hierosolymis vocem suam emisit. Luxerunt pascua pastorum; exaruit Carmeli cacumen. » Mire admodum his verbis loqui cœpit; nam quia non Hierosolymis, sed in illis loquebatur locis, quos ethnici regnumque Israelis occupabant, statim prudenter addidit, « De Sion locutus est, ex Hierosolymis vocem suam emisit: » ne forte auditores rerum a se dicendarum cultis per ea loca dæmonibus causam imputarent: imo potius universi agnoscerent, se Dei voluntate verba illa facere; qui cum omnium factor Dominusque sit, congruam sibi religionem in Sione monte exhiberi legitimis ritibus jusserat: idemque prophetam ad hæc dicenda nunc excitaverat, suoque tempore vaticinia in rem collaturus erat. Jam verba, « Luxerunt pascua pastorum, exaruit Carmeli cacumen, » significant fore ut cum prædictis finitimi omnes non sine suis ducibus ad luctum vertantur: et quidem etiam Israel cum illis, quos Carmeli cacumen appellavit, quia circa locum illum incolebant, ac præter omne officium superbia exsultabant. Deinde subdiviso particulatim sermone, de singulis finitimis pergit dicere.

A σθαι μέλλοντα τὸ κατὰ σάρκα Δεσπότην Χριστὸν, ἐπὶ τῇ πάντων φανούμενον σωτηρίᾳ· πρατεθεῖσθαι δὲ τῶν λοιπῶν τὰ περὶ τοὺς περιοίκους ἐσόμενα, εἰς ἔλεγχον τοῦ μηδὲ τὰ κατὰ τὸν λαὸν ἀφειδίᾳ τὸν Θεὸν πεποιῆσθαι· ὅπου γε καὶ ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτοὺς παρανομίας δίκας εἰσπράττεται ἑτέρους· ἀρκτέον δὲ τοῦ βιβλίου λοιπὸν ἔχοντος οὕτως·

ΚΕΦ. Α'.

Στίχ. α',β'. — « Λόγοι Ἀμὼς, οἳ ἐγένοντο ἐν Καριαθαρὶμ ἐκ Θεκούε, οὓς εἶδεν ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ, ἐν ἡμέραις Ὀζίου τοῦ βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοὰμ τοῦ Ἰωὰς βασιλέως Ἰσραὴλ, πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ. » (p. 145) Τοῦτο μὲν οὖν, καθὰ κἀν τοῖς λοιποῖς εἰρήκαμεν προφήταις, προγραφῆς τινος τάξιν ἐπέχει, δηλούσης τί ποτε βούλεται ἡ βίβλος, παρ' ὅτου τε καὶ περὶ τίνων εἴρηται καὶ πότε· θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν, εἰ *λόγοι* εἶπεν οὓς εἶδεν ἐπὶ Ἰερουσαλήμ· κἰτοι γε μέλλων κἀκεῖνα λέγειν ὁπόσα περὶ τὸν Ἰσραὴλ, τοῦτ' ἔστι τὰς δέκα γέγονε φυλὰς, καὶ μὲν καὶ περὶ τοὺς περιοίκους οὐχ ἧττον· ἀλλ' ὡς ἂν κυριώτατον μὲν ἁπάντων ἡγούμενος εἶναι τὰ κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ, εἶτ' οὖν τὸν περὶ αὐτὸν λαόν· ἦν δὲ οὗτος ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ, καθὼς ἐν τοῖς πρόσθεν εἰρήκαμεν· τῶν λοιπῶν δὲ ἐξ ἀκολουθίας λεγομένων τε καὶ γιγνομένων δι' ἐκεῖνον· οὕτως ἀπὸ τοῦ κυριωτάτου τῆς προφητείας ἐδήλωσε τὴν αἰτίαν· ἀρχόμενος μέντοι τῆς προφητείας, οὕτω φησίν· « Κύριος ἐκ Σιὼν ἐφθέγξατο, καὶ ἐξ Ἰερουσαλὴμ ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ· καὶ ἐπένθησαν αἱ νομαὶ τῶν ποιμένων· καὶ ἐξηράνθη ἡ κορυφὴ τοῦ Καρμήλου. » Θαυμασιώτατα ἐντεῦθεν ἤρξατο τοῦ λόγου· ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐν τῇ Ἰερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐν ἐκείνοις ἐφθέγγετο τοῖς τόποις, οἳ τῶν τε ἐθνῶν καὶ τῆς βασιλείας τοῦ Ἰσραὴλ ἐτύγχανον ὄντες, εἰκότως προτέθεικε τὸ, « Ἐκ Σιὼν ἐφθέγξατο, καὶ ἐξ Ἰερουσαλὴμ ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ· » ὡς ἂν μὴ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον θρησκευομένοις δαίμοσιν ἐπιγράφειν μέλλοιεν οἱ ἀκούοντες τῶν λεγομένων τὴν αἰτίαν· (p. 146) εἰδεῖεν δὲ ἅπαντες ὅτι γνώμῃ Θεοῦ ταῦτα φθέγγεται, ὃς τῶν ἁπάντων ποιητής τε καὶ Κύριος ὤν, ἐν τῷ Σιὼν ὄρει τὴν καθήκουσαν αὐτῷ θρησκείαν κατὰ τὴν νομικὴν διάταξιν πληροῦσθαι προσέταξε· τῷ τε προφήτῃ νῦν εἰπεῖν ταῦτα διδοὺς, καὶ κατὰ καιρὸν τῶν μηνυομένων τὴν ἔκβασιν εἰς ἔργον ἐκφέρων· τὸ δὲ, « Ἐπένθησαν αἱ νομαὶ τῶν ποιμένων, καὶ ἐξηράνθη ἡ κορυφὴ τοῦ Καρμήλου, » ἵνα εἴπῃ ὅτι ἐκ τῆς ἀποφάσεως τῆς ἐκείνου πάντες τε οἱ περίοικοι σὺν τοῖς ἡγουμένοις μεταστήσονται εἰς πένθος· καὶ μὴν καὶ τοῦ Ἰσραὴλ σὺν ἐκείνοις, οὓς « κορυφὴν » ὠνόμασεν τοῦ Καρμήλου, ὡς περὶ ἐκεῖνον οἰκοῦντας τὸν τόπον, καὶ εἰς οὐδὲν δέον τῇ ὑπεροχῇ κεχρημένους. Εἶτα μερίζων τὸν λόγον ἀνὰ μέρος, περὶ ἑκάστου τῶν περιοίκων λέγει·

VERS. 3-5. — « Dixitque Dominus: Super tribus sceleribus Damasci et super quatuor non aversabor eam, quia serris ferreis prægnantes Galaaditidas dissecuerunt. Ignem immittam **97** in Azaelis domum, qui fundamenta filii Aderi consumet. Damasci vectes confringam, disperdam incolas agri, quorum etiam tribum succidam de viris Charran:

Στίχ. γ'-ε'. — « Καὶ εἶπεν Κύριος· Ἐπὶ ταῖς τρισὶ ἀσεβείαις Δαμασκοῦ καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν (24) οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτὴν, ἀνθ' ὧν ἔπριζον ἐν πρίοσι σιδηροῖς τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας τῶν Γαλααδιτῶν. Καὶ ἀποστελῶ πῦρ εἰς τὸν οἶκον Ἀζαὴλ, καὶ καταφάγεται θεμέλια υἱοῦ Ἀδέρ· καὶ συντρίψω μοχλοὺς Δαμασκοῦ· καὶ ἐξολοθρεύσω κατοικοῦντας ἐκ πεδίου

(24) Obscurus videbatur Hieronymo hic prophetæ locus epist. 53, 8. Sed en Mopsuestenus more suo perspicue atque indubitanter explanabit.

Digitized by Google

Ὧν· καὶ κατακόψω φυλὴν ἐξ ἀνδρῶν Χαρράν· καὶ αἰχμαλωτευθήσεται λαὸς Συρίας ἐπίκλητος, λέγει Κύριος. » (p. 147) Τὸ « ἐπὶ ταῖς τρισὶ καὶ τέσσαρσι » λέγει ἀντὶ τοῦ, ταῖς ἄγαν πολλαῖς. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μετὰ τὸν ἕνα καὶ δύο ἀριθμὸς πληθυντικὸς καλεῖται (25), « τρισὶ » μὲν λέγει ταῖς πολλαῖς, « τέσσαρσι » δὲ τὴν ἐπίτατιν τοῦ πλήθους. Βούλεται δὲ εἰπεῖν ὅτι πολλὰς ἀσεβείας τῆς Δαμασκοῦ παρεῖδεν· ἐπιμένοντας δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἐκτείνοντας τὴν ἀσέβειαν, μὴ ἀποστρέφεσθαι καὶ μισεῖν οὐκέτι δυνατόν. Εἶτα καταλιπὼν τὰς λοιπὰς αὐτῶν παρανομίας, τὴν εἰς τοὺς Ἰσραηλίτας παρ' αὐτῶν γεγενημένην λέγει· ὡς ἂν δείξειεν ὅτι κἂν πολλὰ ἠσεβήκασιν, ἀλλ' ὑπὲρ τούτων μάλιστα αὐτοὺς τιμωρήσεται, ὧν πολλὴν ποιεῖσθαι ἐσπούδακε τὴν κηδεμονίαν. Τὸ οὖν, « Τῶν Γαλααδιτῶν, » ἐκ μέρους βούλεται τῶν Ἰσραηλιτῶν εἰπεῖν· ἐπειδὴ τοῦ Ἰσραὴλ μέρος ἦν ἡ Γαλαάδ. Ἐπειδὴ τοίνυν, φησὶ, τοσαύτην ἐξέτεινεν κατ' αὐτῶν τὴν παρανομίαν, ὡς καὶ τὰς ἐγκύους αὐτῶν σιδηροῖς πρίοσι διατέμνειν (ἔοικε δὲ τοῦτο λέγειν εἰς ἀπόδειξιν τῆς ὠμότητος αὐτῶν, δι' ἣν οὐδὲ τῶν ἐγκύων ἐφείδοντο, ἤτοι πρίοσιν ὄντως αὐτὰς ἢ ξίφεσιν ἀνατέμνοντες πολέμου νόμῳ· ὅπερ οὖν εἶπεν « ἐν πρίοσι σιδηροῖς, » εἰς μείζονα ἔμφασιν τοῦ γινομένου), ὑπὲρ δὴ τούτων, φησὶν, αὐτοῖς ἐπάξω τοὺς ἀφανίζοντας, (p. 148) ὡς καὶ τὰ βασίλεια αὐτῶν καθαιρεθῆναι· τοῦτο γὰρ λέγει « θεμέλια υἱοῦ Ἀδέρ· » πᾶσάν τε τῆς μητροπόλεως αὐτῶν τὴν ἰσχὺν ἀφαιρεθῆναι· ὅπερ δηλοῖ τὸ « Συντρίψω μοχλοὺς Δαμασκοῦ· » καὶ δὴ καὶ πάντας τοὺς ἐξ αὐτῶν ἀφανιῶ, ὥστε καὶ τοὺς ἐκ τῆς Χαρράν παροικοῦντας αὐτοῖς ἀφανίσαι, παλλὴν αὐτοῖς ἐκ τῆς οἰκείας δυνάμεως ὑποπτευομένης παρέχειν βοήθειαν· καὶ συντόμως εἰπεῖν, ἅπαντας τοὺς τῆς βασιλείας ἐκείνης, οἷς ἐπίκλην ὄνομα Συρία, αἰχμαλωσίᾳ παντελεῖ παραδώσω.

Στίχ. ς'-η'. — « Τάδε λέγει Κύριος· Ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Γάζης καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτούς, ἕνεκεν τοῦ αἰχμαλωτεῦσαι αὐτοὺς αἰχμαλωσίαν Σολομών, τοῦ συγκλεῖσαι εἰς τὴν Ἰδουμαίαν. » Τὸ αὐτὸ λέγει κἀνταῦθα, ὅτι Πολλὰς ἀσεβείας ἐργασαμένων καὶ ἐπιμενόντων τῇ μοχθηρίᾳ τῆς γνώμης, οὐκ ἀνέξομαι ἔτι· μάλιστα δὲ αὐτοὺς τιμωρήσομαι, ὑπὲρ ὧν τοῦ Σολομῶντος αἰχμαλώτους λαβόντος τοὺς τῆς Ἰδουμαίας, καὶ ὑπὸ τὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν πεποιηκότος ἐξουσίαν, ὡς καὶ πλεῖστον αὐτοὺς ἐπὶ τούτου διαμεῖναι τοῦ σχήματος, ἐπελθόντες οὗτοι ἀφεῖλόν τε τὴν αἰχμαλωσίαν ἐκείνην πολέμου νόμῳ, καὶ συνηνάγκασαν ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἀπελθεῖν πάλιν. Καὶ γὰρ κἀνταῦθα πλημμέλειαν αὐτῶν λέγει ἣν περὶ τοὺς Ἰσραηλίτας (p. 149) εἰργάσαντο. Τί οὖν; « Καὶ ἐξαποστελῶ πῦρ ἐπὶ τὰ τείχη Γάζης, καὶ καταφάγεται τὰ θεμέλια αὐτῆς, καὶ ἐξολοθρεύσω κατοικοῦντας ἐξ Ἀζώτου, καὶ ἐξαρθήσεται φυλὴ ἐξ Ἀσκάλωνος, καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ Ἀκκαρῶν, καὶ ἀπολοῦνται οἱ κατάλοιποι τῶν ἀλλοφύλων, λέγει Κύριος. » Τὴν αὐτὴν ἐπάξω καὶ τούτοις τιμωρίαν, φησί. Πῦρ γὰρ κἀνταῦθα τὸν πόλεμον λέγει ὡς ἂν οὕτως αὐτοὺς ἐπινεμόμενον·

B captivus abducetur populus Syriæ nuncupatus, ait Dominus. » Dicit autem *super tribus et quatuor*, nempe pro, Multis. Nam quia numerus post unum et duo pluralis dicitur, verbo *tribus* multos denotat, verbo autem *quatuor* multitudinem exaggerat. Significat autem se multa Damasci scelera neglexisse : verumtamen cum ejus cives in impietate perstarent eamque cumularent, jam fieri non posse quin eos a se repelleret atque odio prosequeretur. Exin cæteris eorum sceleribus omissis, illud commemorat quod adversus Israelitas commiserant : nempe ut ostendat, etiamsi hostes multa peccaverint, tamen eos potissime se puniturum populi sui causa, de quo magnopere sollicitus erat. Igitur Galaaditidas feminas dicens, partem pro toto appellat ; pars enim Israelis Galaad. Causa puniendi fuit, quod tantum adversus Israelem scelus exprompserant, ut ipsas populi hujus prægnantes serris ferreis dissecuerint. Videtur autem hoc dicere ut hostium crudelitatem demonstret, qui ne gravidis quidem feminis pepercissent, sive eas reapse serris, sive gladiis more belli conciderint : ita ut locutio *serris ferreis* ad prægravandam facinoris emphasim adhibeatur. Quamobrem, inquit, immittam eis hostes, a quibus cuncti ceu igne absumentur ; et quidem regia quoque ipsorum sedes delebitur ; hoc enim innuit dictio *Fundamenta Ader* : atque omne metropoleos eorum robur subtraham ; id quod significat dictio, « Vectes Damasci confringam. » Ita demum eos omnes funditus destruam, ut finitimos quoque Charran incolas simul deleam, quorum scilicet vires Damasco videbantur validum præsidium exhibere. Ut breviter dicam, cunctos regni ejus incolas, qui Syriæ vocabulo indigitantur, servitio addicendos curabo.

98 Vers. 6-8. — « Hæc ait Dominus : Super tribus Gazæ sceleribus et super quatuor, non aversabor eos, propterea quod ipsi mancipaverint captivitatem Salomonis, ut eam concluderent in Idumæam ? » Id ipsum hic quoque dicit ; nempe quod illos sceleribus cumulandis deditos, atque in animi pravitate obfirmatos, jam diutius non feret, imo potissimum puniet, quia cum Salomon in captivitatem Idumæos redegisset, atque Israelis ditioni adjecisset, ita ut Idumæi diu in hac conditione permanserint, illi supervenientes, captivitatem illam jure belli dissolverint, hosque iterum in Idumæam secedere jusserint. Nimirum hinc etiam propheta arguit hostium scelus adversus Israelitas. Quid ergo ? « Immittam in mœnia Gazæ flammam, quæ illam a fundamentis consumet : delebo Azoti cives : Ascalonis populum destruam : Accaroni manus inferam : reliquiæ alienigenarum peribunt, dicit Dominus. » Easdem his quoque pœnas, inquit, imponam. Nam et hoc loco ignem pro bello dicit, quod scilicet hostes ceu flamma vorabit, Gazæ mœnibus exitium inferet ; cunctamque ur-

(25) Notissimum est Græcos præter singularem ac pluralivum, duali quoque uti numero.

Digitized by Google

bem a fundamentis subruet, ejusque incolas perdet, cum Azoti Ascalonisque civibus. Neque ipsi Accaroni, inquit, parcam. Memorata scilicet Gaza, quæ satrapiarum exterarum princeps erat, generaliter prædicit eventuram cunctis alienigenis cladem. Quamobrem subdit : « Alienigenarum reliquiæ peribunt, ait Dominus : » quo dicto breviter significat fore ut omnes exteri pereant; sicuti in superioribus populum universum, Syriæ nomine nuncupatum, in servitutem redactum iri prædixit, etc.

A ὃς περιελεῖ μὲν τῆς Γάζης τὰ τείχη, ἐκ βάθρων δὲ ἅπασαν ἀνασπάσει τὴν πόλιν, ἀφανιεῖ τε τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν μετὰ τῶν τήν τε Ἄζωτον καὶ τὴν Ἀσκάλωνα οἰκούντων· οὐκ ἀφέξομαι δὲ οὐδὲ τῶν ἐν Ἀκκάροις· μνημονεύεται γὰρ τῆς Γάζης ὡς ἐξαρχούσης τῶν ἐν τοῖς ἀλλοφύλοις σατραπειῶν· κατὰ κοινοῦ λέγει τὴν τιμωρίαν ἅπασιν ἐπελεύσεσθαι τοῖς ἀλλοφύλοις· ὅθεν ἐπάγει· « Καὶ ἀπολοῦνται οἱ κατάλοιποι τῶν ἀλλοφύλων, λέγει Κύριος· » ἵνα εἴπῃ, ὅτι Συντόμως ἅπαντας ἀφανιῶ τοὺς ἀλλοφύλους, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνωτέροις αἰχμαλωτευθήσεσθαι ἔφη πάντα τὸν λαὸν τὸν ἐπίκλητον Συρίας.

Vers. 9, 10. — « Hæc ait Dominus : Super tribus Tyri sceleribus et super quatuor, non aversabor eam, propterea quod concluserunt captivitatem Salomonis in Idumæam, et 99 non sunt recordati B fœderis fratrum. Et immittam ignem in mœnia Tyri, et devorabit fundamenta ejus. » Cum hæc diu, inquit, patienter tulerim, jam diutius prolongantes impietatem suam non feram; præsertim quia Salomonis captivos in Idumæam transferendos curarunt, commune hoc scelus habentes cum alienigenis. Atqui captivis hæc minime facere debuerunt, fœderis memores, quod Salomon et illorum rex amicabiliter inter se contraxerant; cujus prorsus immemores, nunc ita se gesserunt : propter quod me volente hostis adveniens, mœnia eorum subvertet, totamque urbem destruet.

Στίχ. θ',ι'. — « Τάδε λέγει Κύριος· Ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Τύρου καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτήν, ἀνθ' ὧν συνέκλεισαν αἰχμαλωσίαν τοῦ Σολομὼν εἰς τὴν Ἰδουμαίαν, καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν διαθήκης ἀδελφῶν. Καὶ ἐξαποστελῶ πῦρ ἐπὶ τὰ τείχη Τύρου, καὶ καταφάγεται τὰ θεμέλια αὐτῆς. » Καὶ γὰρ καὶ τούτων ἐπὶ πολὺ, φησὶν, ἀνασχόμενος, (p. 150) ἐπὶ πλεῖστον ἐκτεινόντων τὴν ἀσέβειαν οὐκ ἀνέξομαι τὴν οἰκείαν, καὶ μάλιστά γε πάντων ὅτι τὴν τοῦ Σολομῶντος αἰχμαλωσίαν εἰς τὴν Ἰδουμαίαν παρεσκεύασαν, κεκοινωνηκότες τῆς παρανομίας ταύτης τοῖς ἀλλοφύλοις· οὓς ἐχρῆν μάλιστα ἀποσχέσθαι τουτὶ τοιοῦτον διαπράξασθαι, εἰς μνήμην ἐληλυθότας τῶν συνθηκῶν, ἃς ὅ τε Σολομὼν καὶ ὁ αὐτῶν βασιλεὺς ὑπὲρ φιλίας ἐποιήσαντο πρὸς ἀλλήλους, ὧν οὐδένα ποιησάμενοι λόγον, τοιαῦτα πεπράχασι νῦν· ὑπὲρ ὧν δὴ κατὰ γνώμην ἐμὴν ἐπελθὼν ὁ πολέμιος, τὰ τείχη τε αὐτῶν περιελεῖ, καὶ πᾶσαν ἀφανιεῖ τὴν πόλιν.

Vers. 11, 12. — « Hæc dicit Dominus : Super C tribus Idumææ sceleribus et super quatuor, non aversabor eam, propterea quod ipsi persecuti sint gladio fratrem suum. Et vulvam humi labefactavit, et rapuit in testimonium horrorem suum, et impetum servavit usque ad victoriam. » Cum plurima peccantes tulerim, jam ulterius delinquentes non feram : præsertim quia bellum adversus Israelitas commoverunt, neque cognationem cum illis reveriti sunt, et quod ex fratribus utrique progeniti essent, ex Esau videlicet atque Jacob. Id enim denotat dictio *fratrem suum*. Jam verba, *vulvam humi labefactavit*, dicit pro, interemerunt omnes et humi prostraverunt : quod perinde erat atque in maternam vulvam peccare. Nam quia fratres nuncupavit, utpote ex fratribus natos, vulvæ excidium D appellavit fratrum occisionem, quasi isthoc modo in communem matrem peccassent. Patrarunt autem adversus illos horribilia, quo majus testimonium crudelitatis suæ spectantibus perhiberent. Sed et impetu multo ac vehementi in eos irruerunt, odium suum ad finem 100 usque contra eos demonstrantes : nam « servavit usque ad victoriam, » hunc sensum habet. Propter hæc autem quid ? « Et immittam ignem in Thæman, et vorabit fundamenta mœnium ejus. » Thæman Idumæorum erat urbs spectabilior. Adducam itaque illis bellum,

Στίχ. ια',ιβ'.— « Τάδε λέγει Κύριος· Ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις τῆς Ἰδουμαίας καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτήν, ἕνεκεν τοῦ διῶξαι αὐτὸν ἐν ῥομφαίᾳ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· καὶ ἐλυμήνατο μήτραν ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἥρπασεν εἰς μαρτύριον φρίκην ἑαυτοῦ· καὶ τὸ ὄρμημα αὐτοῦ ἐφύλαξεν εἰς νῖκος (26). » Πλεῖστα ὅσα ἠσεβηκότας ἐνεγκὼν, ἐπὶ πλεῖστον ἀσεβούντων οὐκ ἀνέξομαι· καὶ μάλιστά γε ὑπὲρ ὧν πόλεμον κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐκίνησαν, οὐδὲ τὴν συγγένειαν αἰσχυνθέντες τὴν πρὸς αὐτούς, καὶ ὅτι ἐξ ἀδελφῶν ἦσαν αὐτοί τε καὶ οὗτοι, οἱ μὲν ἐκ τοῦ Ἡσαῦ, οἱ δὲ ἐκ τῶν Ἰακὼβ καταγόμενοι· τοῦτο γὰρ εἶπε « τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· » τὸ δὲ, « ἐλυμήνατο μήτραν ἐπὶ τὴν γῆν, » λέγει ἀντὶ τοῦ, Κατέσφαξαν ἅπαντας καὶ εἰς γῆν κατήνεγκαν· ὅπερ ἦν εἰς τὴν τεκοῦσαν αὐτοὺς μήτραν πλημμελούντων· (p. 151) ἐπειδὴ γὰρ ἀδελφοὺς ὠνόμασεν ὡς ἐξ ἀδελφῶν τετεγμένους, λύμην μήτρας ὠνόμασε τὴν τῶν ἀδελφῶν ἀναίρεσιν, ὡς ἂν εἰς τὴν κοινὴν μητέρα τούτῳ λυμηναμένων τῷ τρόπῳ. Πεποιήκασί τε, φησὶν, εἰς αὐτοὺς φρίκης μεστὰ, ἵνα μείζονα τὴν μαρτυρίαν τῆς ἑαυτῶν ὠμότητος παράσχωνται τοῖς ὁρῶσι· καὶ δὴ καὶ ὁρμῇ πολλῇ τινι καὶ σφοδρᾷ κατ' αὐτῶν ἐχρήσαντο, ἄχρι τέλους τὴν αὐτὴν τοῦ μίσους περὶ αὐτοὺς ἐπιδειξάμενοι γνώμην· τὸ γὰρ, « ἐφύλαξεν εἰς νῖκος, » τοῦτο λέγει. Ὑπὲρ δὲ τούτων τί ; « Καὶ ἐξαποστελῶ πῦρ εἰς Θαιμὰν, καὶ καταφάγεται θεμέλια τειχέων αὐ-

(26) Nobis placeret magis lectio Complutensis εἰς νεῖκος, *ad contentionem*.

Digitized by Google

τῆς.» Θαιμὰν τῶν Ἰδουμαίων ἦν ἡ περίβλεπτος πόλις. Ἐπάξω τοίνυν αὐτοῖς, φησὶ, τὸν πόλεμον, ὃς τὴν μεγίστην αὐτῶν καὶ βασιλικωτάτην πόλιν παντελῶς ἀφανεῖ, ἐκ βάθρων αὐτὴν μετὰ τῶν τειχῶν ἀνασπάσας.

A quod maximam illorum et imperiosissimam urbem prorsus consumet, atque a fundamentis cum mœnibus suis convellet.

Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς μέ· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐντάσσω ἀδάμαντα ἐν μέσῳ λαοῦ μου Ἰσραήλ· οὐκέτι μὴ προσθῶ τοῦ παρελθεῖν αὐτόν· καὶ ἀφανισθήσονται οἱ βωμοὶ τοῦ γέλωτος· καὶ αἱ τελεταὶ Ἰσραὴλ ἐρημωθήσονται· (p. 194) καὶ ἀναστήσομαι ἐπὶ τὸν οἶκον Ἱεροβοὰμ ἐν ῥομφαίᾳ.» Ἔδειξε γάρ μοί τινα, φησὶν, ἐπ' ἀδαμαντίνου τείχους ἑστῶτα, ἔχοντα ἐπὶ τῆς χειρὸς ἀδάμαντα· ἦν δὲ ταῦτα σημεῖα τοῦ στερρὰν καὶ ἄλυτον ἐξενηνέχθαι κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπόφασιν, ἅτε τοῦ ἀδάμαντος τῇ στερρότητι τὰ λοιπὰ νικῶντος. Μετὰ πάσης τοίνυν, φησὶ, τῆς στερρότητος ἐπάξω τῷ λαῷ τὰ κακὰ, οὐκέτι παρατρέχειν αὐτοῦ τὰς παρανομίας ἀνεχόμενος· ἀφανισθήσονται δὲ οἱ βωμοὶ πάντες, ἐν οἷς ἐπὶ τῇ τῶν εἰδώλων θεραπείᾳ τὴν ἡδονὴν ἐκαρποῦντο· καὶ πάντα δὴ, φησὶ, συντόμως ἐρημίᾳ παραδοθήσεται ὁπόσα νῦν παρ' αὐτῶν ἐπὶ θρησκείᾳ τῶν δαιμόνων πληροῦται· καὶ δὴ καὶ πᾶσαν τοῦ βασιλεύοντος ὑμῶν νῦν Ἱεροβοὰμ ἀφανιῶ τῷ πολέμῳ τὴν δύναμιν. Ἔοικε δὲ οἶκον Ἱεροβοὰμ ἐνταῦθα τὴν βασιλείαν ἅπασαν λέγειν, ἐκ τοῦ κρατοῦντος ἅπαν σημήνας τὸ ἔθνος, δήλου γε ὄντος ὡς ἐν τοῖς μετὰ τὸν Ἱεροβοὰμ χρόνοις ἡ τῶν (28*) Ἀσσυρίων ἔφοδος γέγονε κατὰ τοῦ Ἰσραήλ.

Στίχ. ι'-ιγ'. — Τοιαῦτα δὴ τοῦ προφήτου μεμηνυκότος ἐπελεύσεσθαι τῷ ἔθνει τοῦ Ἰσραὴλ, ὑπὲρ ὧν ἠσέβουν καὶ παρενόμουν ποικίλων, Ἀμεσίας ὁ ἐν Βαιθὴλ ἱερατεύων καὶ τῆς τοσαύτης ἀσεβείας ἡγούμενος παντὶ τῷ λαῷ, συνιδὼν ὡς ἐπὶ πλέον ταῦτα παρὰ τοῦ προφήτου λεγόμενα, (p. 195) ἀμελεστέρους εἶναι περὶ τὴν τοῦ εἰδώλου θεραπείαν παρασκευάσει τοὺς πλείστους, ἅτε τῷ φόβῳ προκατεχομένους τῶν μηνυομένων παρὰ τοῦ προφήτου, πειρᾶται μὲν αὐτὸν τὸν βασιλέα Ἱεροβοὰμ ἐπὶ τὸν προφήτην παροξύναι, ὡς πλεῖστα ὅσα κατά τε αὐτοῦ καὶ πάσης αὐτοῦ λέγοντα τῆς βασιλείας· καὶ ὅτι μηδὲ τὴν ἀκοὴν οἷόν τε ὑπενεγκεῖν τοῦ μεγέθους τῶν ἀπειλουμένων ἔσεσθαι παρ' αὐτοῦ· μηνύει γὰρ θάνατον μὲν τοῦ βασιλέως, αἰχμαλωσίαν δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ· ἦν δὲ τὸ περὶ τοῦ βασιλέως προδήλως ψευδὲς, ἐπεὶ μηδὲ εἴρητό πού τι τοιοῦτο τῷ προφήτῃ· συνέπλεξεν δὲ ὅμως αὐτὸ τῇ περὶ τὸν λαὸν ἀποφάσει, ὡς ἂν τούτῳ μᾶλλον παροξύνειεν τὸν βασιλέα· ὡς δὲ οὐκ ἔσχε τὸν βασιλέα πειθόμενον ὁ Ἀμεσίας, δείσαντά τι κατὰ τοῦ προφήτου ποιῆσαι κακὸν, ἀφ' ὧν ἐγνώκει παρά τε Ἠλίου καὶ Ἐλισσαίου προφητευόντων τε ἤδη καὶ γεγονότων· καὶ μάλιστα ἐπειδὴ γνώμῃ τοῦ Ἐλισσαίου, Ἰηοῦ τὸν προπάτορα τὸν ἑαυτοῦ ἐπ' ἐκδικίᾳ τῆς Ἰεζάβελ τε καὶ Ἀχαὰβ παρανομίας παρεληλυθότα εἰς τὴν βασιλείαν ἡπίστατο, ἢ καὶ εἰ; αὐτὸν ἐλήλυθεν ἀπὸ τῶν πρὸς ἐκεῖνον γεγενημένων ἐπαγγελιῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ· αὐτὸς λοιπὸν τῇ οἰκείᾳ αὐθαδείᾳ πρὸς τὸν Ἀμὼς ὁ Ἀμεσίας φησίν· « Ὁ ὁρῶν, βάδιζε, ἐκχώρησον σὺ εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ ἐκεῖ καταβίου, καὶ ἐκεῖ προφητεύσεις· εἰς δὲ Βαιθὴλ οὐκέτι προσθήσεις τοῦ προφητεῦσαι· ὅτι ἁγίασμα βασιλέως ἐστὶ καὶ οἶκός ἐστι βασιλείας. » (p. 196) Εἰρωνικῶς ἔφη τὸ, « ὁ ὁρῶν· » ἐπειδὴ γὰρ οὕτως ἐκάλουν τοὺς

A Ecce ego impono adamantem in medio populi mei Israelis; nequaquam ultra addam ut pertranseam eum. Et destruentur aræ risus, et initiationes Israelis desolabuntur; et consurgam adversus domum Jeroboami cum gladio. » Demonstravit mihi quemdam, inquit, super adamantino muro stantem, qui manu item adamantem tenebat. Porro hæc erant indicia firmæ atque insolubilis a Deo latæ adversus Israelitas sententiæ, nimirum uti adamas duritie sua omnia superat. Cum omni igitur, inquit, firmitate adducam populo mala, nec diutius dissimulare peccata ejus patiar. Destruentur autem aræ omnes, apud quas idola colendo voluptatis fructum capiebant. Et omnia ut breviter dicam vastitati tradentur, quotquot nunc ab ipsis B ob dæmonum culturam fiunt. Quin et universam regnantis nunc Jeroboami potentiam bello pessumdabo. Videtur autem hic domum Jeroboami dicere pro toto regno; ex principe gentem totam significans. Porro exploratum est Jeroboami temporibus evenisse Assyriorum expeditionem contra Israelem.

Vers. 10-13. — Cum hæc propheta genti Israelis eventura prædixisset, propter varias perpetratas impietates atque nequitias, Amesias qui apud Bethel sacerdos erat, et tanti sceleris populo universo dux, animadvertens quod si ea ulterius propheta dicere pergeret, segniores in idolorum cultu plurimos C faceret, quippe qui vaticiniorum prophetæ jam tenebantur metu, conatus est regem Jeroboamum in prophetam concitare, quasi plurima adversus ipsum totumque regnum dicentem; quarum minarum ne auditu quidem tolerari immanitatem posse; prædicere enim regis mortem, et universi populi captivitatem. Manifestum id tamen mendacium erat, ad regem **129** quod attinet; nihil enim ejusmodi propheta dixerat; verum Amesias id callide dictis de populo implicuit, ut regem magis exasperaret. Cum rem tamen regi non persuaderet, timenti prophetam lædere, propter ea quæ evenisse noverat sub prophetis nuperis Elia atque Elissæo; præcipueque quia voluntate Elissæi Jeum avum suum ob ulciscendum Jezabelis et Achaabi D scelus, ad regnum assumptum sciebat, quod usque ad se, juxta factas illi a Deo promissiones, devenerat; post hæc, inquam, propria instinctus audacia ita ipse Amesias cum Amoso expostulavit. « O videns, perge, recede in regionem tuam, et ibi vive, et ibi prophetabis. Et in Bethel non adjicies ultra ut prophetes, quia sanctificatio regis est, et domus est regni. » Ironice dixit, « o videns. » Quia enim sic vocabant prophetas, utpote peculiares quasdam visiones, Deo per revelationem operante, videntes; sicut etiam in Regum libris dicitur [86], a populo appellari prophetam, qui antea dicebatur videns [86]: ironice, inquam, dicit, « o vi-

[86] 1 Reg. IX. 9.

(28*) Cod. ἥττων.

Digitized by Google

dens, » pro, o qui hæc nuntias, abi hinc in terram Judæ, qua certe in regione constabunt tibi quæ dicis : modo ab his locis absistas, ubi omnia ad Israelitici regni jus pertinent; neque tibi fas est homini de tribu Judæ hic diversari, et pro libito loqui, nostrumque regnum conturbare.

προφήτας, ὡς ἐξαιρέτους τινὰς ὄψεις κατ' ἐνέργειαν θείαν δι' ἀποκαλύψεως ὁρῶντας (καθὰ καὶ ἐν ταῖς Βασιλείαις φησὶν, ὅτι τὸν προφήτην ἐκάλει ὁ λαὸς, « ἔμπροσθεν ὁ βλέπων »), εἰρωνικῶς εἶπε τὸ, « ὁρῶν, » ἀντὶ τοῦ, ὁ ταῦτα ἐπαγγελλόμενος. Ἄπιθι δὴ ἐντεῦθεν εἰς τὴν Ἰούδα γῆν, ἐν ᾗ δὴ χώρᾳ ἔξει σοι ταῦτα λεγόμενα· τῶν δὲ ἐνταῦθα τόπων ἀπόσχου, ἐπειδὴ ἀφώρισται πάντα τὰ ἐνθάδε τῇ τοῦ Ἰσραὴλ βασιλείᾳ· καὶ οὐ θεμιτόν σοι ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ὄντι ἐνταῦθα παρεῖναί τε καὶ λέγειν τὰ δοκοῦντα, διαταράττειν τε τὴν βασιλείαν οὕτω τὴν παρ' ἡμῖν.

Vers. 14-17. — Ad quæ propheta pro facta sibi divina revelatione respondit : « Neque propheta eram, neque prophetæ filius. » Haud ego quasi artem quamdam eam rem didici, nec veluti hæreditatem a patre accepi : nam divinæ gratiæ hoc negotium est, et iis quos Deus voluerit contingit. « Eram autem caprarius ego, et sycamina vellicans. » Id est pascendis capris occupatus, necnon terram pro facultate colens. Sycamina pro ficubus dicit, sicut etiam beatus David : « Occidit grandine vitem eorum, **130** et sycaminos eorum pruina [87]. » Patet autem, cum vitibus non sycamina, sed ficus periisse, ab eo dici. Vocabulum item « vellicans » pro sarriens dicit et opera excolens. Voluit autem particulari hac sycaminorum mentione dicere se pascendis capris et ovibus et agriculturæ deditum semper fuisse. Verumtamen Deus me ab ovibus, inquit, abstractum (unde constat, eum pariter capras ovesque pavisse) prophetare jussit, et omnibus significare, quæ populo immineant a Deo : quæ quidem non mearum erat virium ut scirem, sed solius docentis Dei, ob demonstrandam oraculorum veritatem. Nunc audi, quæ ad te attinent; tu quidem mihi mandas ut a prophetando his in locis abstineam, ne plebem ad has audiendas doctrinas congregem. Sed scias velim, cuncta a me dicta exitum habitura. Venient hostes, qui præter multa alia quæ patrabunt mala, tua quoque abutentur uxore in media urbe, inhoneste eam violantes : nati tui occidentur omnes cum aliis qui loca ista possessuri sunt. « Tuque in terra immunda morieris. » Tu ipse morieris apud extraneos homines et scelestos (id enim valent verba, in terra immunda), ad quos cum reliquis omnibus captivus duceris. His dictis, revelationem quoque his de rebus acceptam subjungit.

Στίχ. ιδ'-ιζ'. — Πρὸς ἃ δὴ ὁ προφήτης κατὰ θείαν ἀποκάλυψιν ἀπεκρίνατο ταῦτα· « Οὔτε προφήτης ἤμην, οὔτε προφήτου υἱός. » Οὔτε γὰρ ὡς τέχνην τινὰ μεμάθηκα ταύτην, οὔθ' ὡς κληρονομίαν ἐδεξάμην τοῦτο παρὰ τοῦ πατρός· ἐπειδὴ χάριτός ἐστι τὸ ἔργον θείας, καὶ προσγίνεται οἷς ἂν αὐτὸ προσεῖναι βούληται Θεός. « Ἤμην δὲ αἰπόλος ἐγὼ καὶ συκάμινα κνίζων· » ἵνα εἴπῃ περὶ νομήν τε αἰγῶν ἀσχολούμενος, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον τὴν γῆν γεωργῶν· συκάμινα μὲν γὰρ ἀντὶ τοῦ σῦκα λέγει· καθὼς καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ φησιν· « Ἀπέκτεινεν ἐν χαλάζῃ τὴν ἄμπελον αὐτῶν, καὶ τὰς συκαμίνους αὐτῶν ἐν τῇ πάχνῃ· » (p. 197) εὔδηλον γὰρ ὅτι μετὰ τῶν ἀμπέλων οὐ συκάμινα ἀλλὰ συκᾶς ἀπολωλέναι ἐδήλου· τὸ δὲ, « κνίζων, » ἀντὶ τοῦ περισκάλλων λέγει καὶ γεωργῶν· ἠβουλήθη δὲ ἐκ μέρους τῶν συκαμίνων εἰπεῖν, ὅτι Τῷ νέμειν αἶγας καὶ γεωργεῖν προσανεῖχον ἀεί. Ἀλλά με τῶν προβάτων, φησὶν, ἀποσπάσας ὁ Θεὸς (ὡς δῆλον εἶναι ὅτι τὸ, « αἰπόλος, » εἶπεν, ὡς ἂν κατὰ ταυτὸν καὶ αἶγας καὶ πρόβατα νέμων), προφητεύειν ἐκέλευσε καὶ μηνύειν ἅπασι τὰ περὶ τὸν λαὸν ἐσόμενα παρ' αὐτοῦ· ἅπερ οὐκ ἐμὸν ἦν εἰδέναι, ἀλλὰ τοῦ διδάσκοντος μόνου Θεοῦ, εἰς γε ἀπόδειξιν τῆς τῶν εἰρημένων ἀληθείας. Ἄκουε δὴ τὰ περὶ σαυτοῦ· αὐτὸς μὲν γάρ μοι κελεύεις ἀποστῆναι τοῦ προφητεύειν ἐνταῦθα, ὡς ἂν μὴ δήμους ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν τῶν τοιούτων συλλέγοιμι διδασκαλιῶν. Ἴσθι δὲ πάντα γενησόμενα τὰ ῥηθέντα παρ' ἐμοῦ· ἐπελεύσονται γὰρ οἱ πολέμιοι, οἳ πρὸς πολλοῖς ἑτέροις οἷς ποιήσουσι κακοῖς, καὶ τῇ σῇ γυναικὶ χρήσονται μέσῃ τῇ πόλει ἀτίμως ἐξυβρίζοντες εἰς αὐτήν· οἱ ἐκ σοῦ τε σφαγήσονται πάντες σὺν πολλοῖς ἑτέροις, ἡ προσοῦσά σοι γῇ ἐν μέτρῳ παραδοθήσεται ἑτέροις τοῖς μέλλουσι τὰ ἐνθάδε κατέχειν. « Καὶ σὺ ἐν γῇ ἀκαθάρτῳ τελευτήσεις. » Τελευτήσεις δὲ αὐτὸς παρ' ἀλλοφύλοις ἀνθρώποις (p. 198) καὶ παρανόμοις (τοῦτο γὰρ λέγει « ἀκαθάρτῳ »), εἰς οὓς μετὰ τῶν λοιπῶν αἰχμάλωτος ἀπαχθήσῃ πάντων· ταῦτα εἰρηκὼς, τὴν ἐπὶ τούτοις αὐτῷ δειχθεῖσαν ἀποκάλυψιν ἐπάγει.

CAP. VIII.

Vers. 1-3. — « Ostendit enim mihi Dominus : et ecce vas aucupis. Et dixit Dominus mihi : quid tu vides, Amos? Et dixi : Vas aucupis. » Jam vero significabat visio, fore ut instar avis aucupii arte captæ, universus Israel comprehensus atque captivus abduceretur, quin aliquis eum de manu tenentium possit eripere; quod si captus a **131** visco passer aufugere jam non poterit, ita cum visco validior sit aggredientium potentia, comprehendet

ΚΕΦ. Η'.

Στίχ. α'-γ'. — « Ἔδειξε γάρ μοι, φησὶ, Κύριος· καὶ ἰδοὺ ἄγγος ἰξευτοῦ· καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Τί σὺ βλέπεις, Ἀμώς; Καὶ εἶπον· Ἄγγος ἰξευτοῦ. » Ἐδήλου δὲ ἡ ὄψις ὅτι δίκην ὀρνέου ἰξευτοῦ ληφθέντος τέχνῃ ἅπας ὁ Ἰσραὴλ ὑπὸ τῶν πολεμίων συλληφθεὶς αἰχμάλωτος ἀπαχθήσεται, οὐδενὸς αὐτὸν τῶν κατεχόντων ἀφαιρεῖσθαι οἷόν τε ὄντος· ὥσπερ οὖν οὐδὲ τὸ ληφθὲν ὑπὸ τοῦ ἰξοῦ στρουθίον ἀποστῆναι δυνατὸν λοιπὸν, ἐπειδὴ παντὸς ἰξοῦ δυνατώτερον ἡ τῶν ἐπι-

[87] Psal. LXXVII, 47.

Digitized by Google

ὀντων δυναστεία, καθέξει τε αὐτοὺς καὶ εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν ἀπάξει. Ἐπάγει γοῦν· « Καὶ εἶπεν Κύριος πρός με· Ἧκει τὸ πέρας ἐπὶ τὸν λαόν μου Ἰσραήλ· οὐκέτι μὴ προσθῶ τοῦ παρελθεῖν αὐτόν· καὶ ὀλολύξει τὰ φατνώματα τοῦ ναοῦ. » Τὴν γὰρ τῶν δειχθέντων εἶπε δύναμιν. Ἧκει τοίνυν, φησὶν, ὁ καιρὸς καθ' ὃν τῇ τιμωρίᾳ παραδοθήσονται πάντες· καὶ παύσεται δὲ μετ' ἐκείνων καὶ ἡ ἀσέβεια καὶ ἡ τῆς ἀσεβείας καὶ ἡ τῆς παρανομίας ἐπιμέλεια πάσης· οὐ γὰρ ἔτι ἀνέξομαι παρατρέχειν αὐτῶν τὰ κακὰ, καὶ ἀνεκδίκητα τοιαῦτα ὄντα ἐᾷν· ἅψηται μέντοι καὶ τοῦ ναοῦ τὸ κακὸν, ἐπειδὴ σὺν τῇ πάντων ἀπωλείᾳ πυρὶ παραδοθήσεται καὶ ἐκεῖνος. Δῆλον δέ ἐστιν, ὃ πολλάκις ἔφην, ὅτι ἐν τῇ μηνύσει τῶν κακῶν, κἂν τὰ περὶ τὸν Ἰσραὴλ λέγῃ, (p. 199) ἀλλ' ἐπισυνάπτει καὶ τὰ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἐπὶ τῶν Βαβυλωνίων ἐσόμενα, ὅτε δὴ καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἁλῶναι καὶ τὸν ναὸν ἐμπρησθῆναι συνέβη. « Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει Κύριος, πολὺς ὁ πεπτωκώς· ἐν παντὶ τόπῳ ἐπιῤῥίψω σιωπήν. » Τότε δὴ, φησὶ, πολὺς μὲν ἀπανταχοῦ γενήσεται θάνατος, καὶ ἀναρίθμητοι τῶν πιπτόντων ἔσονται αἱ σφαγαὶ, τῶν μὲν ἀνῃρημένων, τῶν δὲ αἰχμαλώτων ληφθέντων· σιωπὴ δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν ἐρημίας καθέξει τὰ πάντα. Εἶτα πάλιν ὑπόμνησιν τῶν παρανομιῶν ὧν ἐπετέλουν ποιεῖται.

Στίχ. δ'-ιδ'. —« Ἀκούσατε δὴ ταῦτα, οἱ ἐκθλίβοντες εἰς τὸ πρωῒ πένητα, καὶ καταδυναστεύοντες πτωχὸν ἀπὸ τῆς γῆς· οἱ λέγοντες· Πότε διελεύσεται ὁ μὴν, καὶ ἐμπολήσομεν; καὶ πότε ἥξει τὰ Σάββατα, καὶ ἀνοίξομεν θησαυροὺς, τοῦ ποιῆσαι μικρὸν τὸ μέτρον, καὶ μεγαλῦναι σταθμίον, καὶ ποιῆσαι ζυγὸν ἄδικον, τοῦ κτᾶσθαι ἐν ἀργυρίῳ πτωχοὺς, καὶ ταπεινὸν ἀνθ' ὑποδημάτων, καὶ ἀπὸ πάσης πράσεως ἐμπορευσόμεθα; » Ταῦτα δὴ, φησὶ, μάλιστα πάντων εἰρῆσθαι πρὸς ὑμᾶς νομίσατε, οἱ διὰ παντὸς μὲν ταῖς ἀδίκοις κεχρημένοι δυναστείαις εἰς τὴν τῶν πενήτων ἀδικίαν, ἀναμένοντες δὲ ἑκάστου μηνὸς τὴν συμπλήρωσιν ἐπὶ τῷ τὰς παρανόμους τῶν οἰκείων δανεισμάτων ἐργασίας συλλέξαι· ἀναμένετε δὲ καὶ τὰ Σάββατα, οὐχ ἵνα τῷ Θεῷ ἑορτάσητε ἐν αὐτοῖς, (p. 200) ἀλλ' ἵνα τὴν ἐμπορίαν δαψιλεστέραν ποιήσησθε, ἀποχρησάμενοι τῷ καιρῷ τῆς ἑορτῆς, θησαυρούς τε ἑαυτοῖς ἀδίκους συλλέξητε, μέτρα τε καὶ σταθμία μικρὰ καὶ μεγάλα ποιοῦντες, ὡς ἂν ἑκατέροις πρὸς τὴν ἑαυτῶν κεχρημένοι καπηλείαν, συλλέξητε ἀργύριον ἐκ τῆς τῶν πενήτων ἀδικίας, λημμάτων μὲν οὐδὲ τῶν εὐτελεστάτων ἀπεχόμενοι· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, « ἀνθ' ὑποδημάτων· » ἀπὸ παντὸς δὲ συναλλάγματος σκοποῦντες τί ὑμῖν προσγενήσεται κέρδος· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, « ἀπὸ πάσης πράσεως ἐμπορευσόμεθα. » Κατὰ δὴ ταύτης ὑμῶν τῆς ὑπηρεφανίας (ὑπερηφανίαν γὰρ ὀνομάζει τὴν εἰς τοὺς πένητας ἀδικίαν, ἣν εἰργάζοντο μὴ συλλογιζόμενοι τοῦ Θεοῦ τὴν δίκην) ἀπόφασιν ἐξήνεγκε βεβαίαν ὁ Θεὸς καὶ ἀμετάπτωτον· τὸ γὰρ, « ὀμνύει Κύριος, » τοῦτο δηλοῖ, ὡς οὐ παραδώσει λήθῃ παντελῶς τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα· μόνον δὲ οὐχὶ πᾶσαν συγκινήσας τὴν γῆν, τοσούτοις τῇ τῶν πολεμίων ἐφόδῳ περιβαλεῖ τοῖς κακοῖς, ὥστε πένθει κατέχεσθαι πάντας, ἐπὶ τῷ μεγέθει τῆς ἐπελθούσης αὐτοῖς συμφορᾶς· δίκην γὰρ τοῦ κατ' Αἴγυπτον ποταμοῦ πλημμυροῦντός τε καὶ

A Israelitas et in servitium deportabit. « Et dixit Dominus mihi : Venit finis super populum meum Israelem ; non adjiciam ultra ut pertranseam eum ; et ululabunt lacunaria templi. » Demonstratarum sibi rerum vim dicit. Venit ergo, ait, tempus quo de omnibus pœnæ sumentur, et eorum cessabit libertas atque potentia ; simulque desinet ipsorum impietas, et omne irreligiositatis ac peccati studium : non enim jam patiar dissimulare illorum nequitiam, neque hæc inulta sinam. Templum quoque attinget calamitas, quia et ipsum in communi exitio igne inflammabitur. Porro apparet, quod jam sæpe dixi, in prædictione malorum, etiamsi de Israele sit sermo, attamen a propheta connecti etiam ea quæ tribui Judæ a Babyloniis
B imminebant, quo tempore et Jerusalem capi et incendi templum contigit. « Illa die, dicit Dominus, multi cadentes. In omni loco projiciam silentium. » Tunc, ait, ubique erit mors, et innumeræ cadentium erunt cædes, partim occisorum, partim in captivitatem abductorum. Silentium denique propter summam solitudinem omnia occupabit. Deinde rursus iniquitatum, quas frequentabant facit mentionem.

Vers. 4-14. — « Auditè hæc, qui conteritis mane pauperes, et opprimitis in terra egenum ; qui dicitis : Quandonam transibit mensis, et negotiabimur? Quandonam venient Sabbata, aperiemusque thesauros, ut faciamus mensuram parvam, et augeamus pondus, faciamusque stateram injustam,
C ut possideamus pecunia pauperes, et egenum pro calceamentis, et omni venditionis genere negotiemur? » Hæc vobis maxime dicta existimate, qui injustis semper oppressionibus pauperes atteritis, exspectantes cujusque mensis finem ob exigendos iniquos usurarum vestrarum quæstus : qui **132** item exspectatis Sabbata, non ut Deo per hæc feriemini, sed ut utiliorem mercaturam faciatis, abutentes festali tempore ; atque ut injustos thesauros vobis coacervetis, et mensuras atque stateras parvas magnasque faciatis, ut utrisque in nundinis vestris utamini : quo pecuniam ex pauperum oppressione corradatis, ne a vilissimis quidem muneribus abstinentes ; id enim denotat
D dictio, pro calceamentis ; atque ex qualibet mercatura aliquid lucrari curantes. Id quippe valent verba : omni venditionis genere negotiemur. Jam adversus hanc vestram superbiam (superbiam enim nominat injustitiam contra pauperes, quam perpetrabant, de Dei vindicta non cogitantes) firmum tulit Deus decretum atque immutabile. Nam dictio, jurat Dominus, hoc significat, quod omnino oblivioni non tradet facta illorum : imo toto veluti terrarum orbe commoto, tantis eos per hostium incursionem obruet malis, ut omnes in luctu futuri sint, magnitudine pressi calamitatis. More enim Ægyptiaci fluminis inundantis et mox recedentis, invadet vos hostis generaliter vastans, comprehendensque captivos ad suam regionem

Digitized by Google

asportabit. Tunc vero, inquit, sol meridie obscuratus videbitur iis qui in angustiis versantur; tenebrisque omnes se teneri putabunt propter malorum magnitudinem. Tunc omissis vitiosis solemnitatibus, luctui vacabitis : et pro antiquis canticis, largo fletui indulgebitis : pro molli veste, sacco induemini præsentium malorum indice : et vetere capitis ornatu omisso, calvitiem malis vestris congruam esse putabitis. Cuncti, ut summatim dicam, tanquam in luctu dilecti unigeniti propter excruciantem dolorem degetis, incumbentium vobis malorum magnitudinem complorantes. Tum et alia præter hæc eventura, graviora **133** adhuc significans propheta, Venient, inquit, dies, quibus non penuria tantum cibi potusque laborabitis, sed et gravissimam aliam patiemini penuriam, quia nempe nullum impetrabitis divinum oraculum, ex eorum numero, quæ per prophetas fieri solebant, ad ærumnosorum solatium. Ait nimirum, quod etiam apud beatum Oseam prophetam dicitur : « Sedebunt filii Israelis sine rege, sine magistratu, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine oraculis : » quibus verbis significat cuncta hæc captivitatis Babylonicæ tempore fuisse sublata. Idem vero nunc propheta nuntiat, nempe : ærumnis trademini, et tunc prophetas expetitis, quos nunc negligitis; scire cupientes num aliqua in melius commutatio vos maneat. « Commovebuntur aquæ a mari usque ad mare : a borea ad orientem discurrent quærentes verbum Domini, neque id invenient. » Id est, omnis illa Israelis innumera multitudo sparsim ubique agitabitur, quærens an uspiam propheta aliquis appareat, Dei voluntate nuntians sibi eventura; quem tamen tunc non invenient. Deinde, peribit, ait, funditus quidquid nunc præstantissimum vobis videtur et desiderabile : peribunt vestræ nunc omni cura custoditæ virgines : peribunt etiam formosissimi juvenes. Hæc autem quam ob causam patiemini? « Qui jurant per propitiationem Samariæ, dicuntque : Vivit Deus Dan; et vivit Deus tuus, Bersabea : et cadent, et non resurgent. » Quia derelicto Deo omnium Domino, Samariæ idola venerari studuerunt, eaque deorum nominibus appellaverunt; ideo corruent lapsu prorsus irreparabili. Deinde aliam recitat revelationem :

πάλιν ὑποχωροῦντος, ἐπελεύσεταί τε ὑμῖν ὁ πολέμιος ἅπαντας ὑμᾶς ἀπολλὺς, καὶ δὴ καὶ λαβὼν αἰχμαλώτους ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἀπάξει χώραν. Τότε δὴ, φησὶν, ὁ μὲν ἥλιος (p. 201) ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς ἡμέρας ἀφανὴς εἶναι δόξει τοῖς ἐν ἀνάγκαις καθεστῶσι· σκότος δὲ ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς δόξει κατέχειν, διὰ τὸ μέγεθος τῶν κακῶν. Καὶ τὰς μὲν παρανόμους ἑορτὰς ἀφέντες, τῷ πένθει προσέξετε· ἀντὶ δὲ τῶν παλαιῶν ᾀσμάτων θρήνῳ χρήσεσθε πολλῷ· ἀντὶ δὲ τῆς μαλακῆς ἐσθῆτος, σάκκον περιθήσεσθε ἐπὶ τῷ πένθει· τῶν παρόντων κακῶν· τοῦ δὲ παλαιοῦ κόσμου τῆς κεφαλῆς ἀμελήσαντες, τὴν ἀφαίρεσιν τῶν τριχῶν, ὡς ἐν τοσούτοις ὑμῖν ἁρμόζειν οἰήσεσθε τοῖς κακοῖς· ἅπαντές τε, συντόμως εἰπεῖν, ὡς ἐπὶ πένθει μονογενοῦς υἱοῦ ἠγαπημένου διατελέσετε ὑπὸ τῆς κατεχούσης ὀδύνης, τῶν περιεχόντων ἑαυτοὺς κακῶν θρηνοῦντες τὸ μέγεθος· καὶ τὰ ἑξῆς δὲ ἐπὶ τούτοις ἐσόμενα, ὡς βαρύτερα δηλῶν ὁ προφήτης, « Παρέσονται γὰρ, φησὶν, ἡμέραι, ἐν αἷς οὐκ ἐνδεία τροφῆς τε καὶ ποτοῦ περιπεσεῖσθε μόνον, ἀλλὰ γὰρ τὴν βαρυτάτην ἔνδειαν ὑπομενεῖτε, οὐδὲ μιᾶς φωνῆς ἀξιούμενοι θείας, τῆς διὰ προφητῶν εἰωθυίας γίνεσθαι ἐπὶ ψυχαγωγίᾳ τῶν ἐν δεινοῖς καθεστώτων. » Λέγει δὲ τὸ καὶ παρὰ τῷ μακαρίῳ ῥηθὲν Ὡσηὲ τῷ προφήτῃ,[58] ὅτι « Καθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐδὲ οὔσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστηρίου, οὐδὲ ἱερατείας, οὐδὲ δήλων· » (p. 202) ἐν οἷς σημαίνει τὸ μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν ἐν Βαβυλῶνι γενομένην ἅπαντα αὐτῶν ἀφαιρεθῆναι ταῦτα. Τὸ αὐτὸ δὴ καὶ νῦν ὁ προφήτης δηλοῖ, ὅτι Παραδοθήσεσθε τοῖς κακοῖς· τότε τοὺς προφήτας ἐπιζητεῖτε ὧν νῦν ἀμελεῖτε· καὶ ἐπιθυμοῦντες μαθεῖν εἴ τινα μεταβολὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον δέξεται τὰ καθ' ὑμᾶς. « Σαλευθήσεται γὰρ, φησὶ, τὰ ὕδατα ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ βορρᾶ ἕως ἀνατολῶν περιδραμοῦνται ζητοῦντες τὸν λόγον Κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὕρωσιν αὐτόν. » Ἵνα εἴπῃ ὅτι πᾶν τὸ πλῆθος ἐκεῖνο τοῦ Ἰσραὴλ τὸ ἄπειρον ποικίλως διαταραχθήσεται ἀπανταχοῦ, ζητοῦν ποῦ τις προφήτης φανεῖται κατὰ γνώμην Θεοῦ μηνύων αὐτοῖς τὰ ἐσόμενα· οὗπερ οὖν οὐ τεύξονται τότε. Εἶτα, φησὶν, ἀφανισθήσεται παντελῶς πᾶν ὅ τι κάλλιστον ὑμῖν φαίνεται νῦν καὶ σπουδῆς ἄξιον. Ἀπολοῦνται μὲν γὰρ αἱ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας νῦν παρθενευόμεναι παρ' ὑμῖν, ἀπολοῦνται δὲ καὶ οἱ ἐπὶ νεότητι μάλιστα θαυμαζόμενοι· πείσεσθε δὲ ταῦτα ὑπὲρ τίνος; « Οἱ ὀμνύοντες κατὰ τοῦ ἱλασμοῦ Σαμαρείας, καὶ λέγοντες· Ζῇ ὁ θεὸς Δὰν, καὶ ζῇ ὁ θεός σου Βερσαβέε· καὶ πεσοῦνται, καὶ οὐ μὴ ἀναστῶσιν ἔτι. » Ὑπὲρ ὧν ἀφέντες Θεὸν τὸν τοῦ παντὸς Κύριον, τὰ ἐν Σαμαρείᾳ εἴδωλα θεραπεύειν ἔσπευδον, καὶ ταῦτα ἐκάλουν θεούς· ὑπὲρ τούτων πεσοῦνται πτῶμα ἀδιόρθωτον παντελῶς. Εἶτα πάλιν ἀποκάλυψιν ἑτέραν λέγει·

CAP. IX.

134 Vers. 1-3. — « Vidi Dominum stantem super altare. Et dixit : Percute super propitiatorium, et commovebuntur vestibula. Et dixit : Incide in capita omnium : et reliquos ex ipsis gladio occidam, non effugiet ex eis, qui fugerit : neque salvabitur ex eis, qui incolumis evaserit. » Vidi,

ΚΕΦ. Θ'.

Στ.χ. α'-γ'. — « Εἶδον τὸν Κύριον ἐφεστῶτα ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ εἶπε· Πάταξον ἐπὶ τὸ ἱλαστήριον, (p. 203) καὶ σεισθήσεται τὰ πρόπυλα· καὶ διάκοψον εἰς κεφαλὰς πάντων, καὶ τοὺς καταλοίπους αὐτῶν ἐν ῥομφαίᾳ ἀποκτενῶ· οὐ μὴ διαφύγῃ ἐξ αὐτῶν φεύγων, καὶ οὐ μὴ σωθῇ ἐξ αὐτῶν ἀνασωζό-

[58] Use. III.4.

Digitized by Google

μενος. » Ἑθεασάμην γάρ, φησὶν, ἑστῶτα μὲν πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου τὸν Θεὸν, δῆλον ὅτι τοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ· λέγοντα δέ μοι πλῆξαι τὸ ἱλαστήριον, ἵνα εἴπῃ, τὸ θυσιαστήριον· ἱλαστήριον γὰρ αὐτὸ καλεῖ ὡς ἐπὶ ἱλασμοῖς τῶν θυσιῶν προσαγομένων· ἐν δὲ τῷ κελευσθῆναι πατάξαι τὸν προφήτην, σημεῖον τοῦ πληγήσεσθαί τε αὐτὸ καὶ πείσεσθαι. Ἐπάγει γοῦν· « Καὶ σεισθήσεται τὰ πρόπυλα· » ἵνα ἐκ μέρους εἴπῃ, ὅτι ἅπας ὁ ναὸς διασαλευθήσεται ἅμα τῇ πληγῇ ταύτῃ· ἐπείπερ ἀνάγκη ἦν κοινωνεῖν τῆς βλάβης τοῦ θυσιαστηρίου τὸν οἶκον ὅλον. Σημεῖά τε, φησὶν, ἔνθες τινὰ ταῖς ἁπάντων κεφαλαῖς, ὡς ἂν εἴη γνώρισμα τοῦ ἐντεῦθεν ἤδη κατασεσημάνθαι πάντας, ὡς παραδοθησομένους μὲν τῇ ἀπωλείᾳ, οὐδενὸς δὲ διαφευξομένου τὸν κίνδυνον ἐκεῖνον. Ὡς γὰρ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ σημεῖον δέδωκε τὸ ἐπὶ τῶν φλιῶν τοῦ αἵματος, εἰς διάκρισιν τῶν τε ἀπολλυμένων καὶ τῶν σωζομένων· οὕτως ἐνταῦθα κελεύει σημεῖον αὐτόν τι ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῆς ἁπάντων ποιῆσαι κατὰ τὴν ἀποκάλυψιν τὴν θείαν, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ πάντας παραδεδόσθαι τῷ θανάτῳ· (p. 204) οὗπερ πρὸς βεβαίωσιν ἐπάγει, ὅτι Κἂν εἰς τὸν ᾅδην κατενεχθῶσιν, ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀνέλκω· κἂν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλθωσιν, ἐκεῖ αὐτοὺς κατάγω· κἂν εἰς τὰς διαδύσεις κρυβῶσι τοῦ Καρμήλου (ἵνα εἴπῃ τῶν ὀρῶν, ἐκ μέρους λέγων τὸ πᾶν), ἀνιχνεύσας αὐτοὺς πάντας παραδώσω τῇ αἰχμαλωσίᾳ· κἂν ἐπὶ τὸ βάθος ἀπέλθωσι τῆς θαλάσσης, διὰ τῶν ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀπολῶ θηρίων· καὶ μετὰ τὸ πλῆθος δὲ τῶν κακῶν ὧν πείσονται πάντες εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαχθέντες, ἐκεῖ κατὰ τὴν ἐντολήν τὴν ἐμὴν ἀπολοῦνται ὡς εἰκός· οἷς ἐπάγει·

inquit, stantem super altare Deum; super illud videlicet quod Hierosolymis erat; et mandantem mihi ut propitiatorium percuterem, quod pro altari dicit; propitiatorium nempe appellatum, quia ibi sacrificia fiebant ad propitiandum. Quod autem jubetur propheta illud percutere, indicium erat fore ut reapse percuteretur et caderet. Addit ergo: « Et commovebuntur vestibula, » ut nominata parte dicat totum templum quassatum iri hac percussione: necesse enim erat ut altaris detrimentum universo templo commune fieret. Et signa, inquit, in omnium capitibus pone, ut indicia sint, jam abhinc omnes signatos esse, ut exitio tradantur, quin periculum illud quisquam effugiat. Sicut enim in Ægypto signum Deus dedit sanguinem postibus domorum illitum, ob distinguendos neci addictos a salvandis: ita nunc mandat prophetæ ut signum quoddam in capite omnium imprimat, juxta divinam revelationem, ut cunctos morti traditum iri demonstret. Quod ut confirmet, addit: Etiamsi usque ad infernum descenderint, inde eos educam: et si ascenderint usque in cœlum, inde eos detraham: et si in cavernis abscondantur Carmeli (id est montium, partem dicens pro universitate), ego eos vestigans captivitati tradam; et si in maris profunditatem abierint, belluis ibi latentibus **135** consumam. Et post tot quæ passi fuerint mala, turmatim omnes in captivitatem abducti, illic meo jussu merito peribunt. His addit:

Στίχ. δ'-ς'. — « Καὶ στηριῶ τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς κακὰ, καὶ οὐκ εἰς ἀγαθά. » Ἀντὶ τοῦ, Ἐπιμενῶ προσέχων αὐτοῖς, οὐχ ὥστε τινὸς αὐτοῖς ἀγαθοῦ μεταδοῦναι, ἀλλ' ὥστε εἰς παντοίαν αὐτοὺς καταστῆσαι πεῖραν κακῶν· ἐπειδήπερ τοιούτων ἑαυτοὺς ἀξίους διὰ τῶν ἔργων ἀπέφηναν τῶν οἰκείων. Ἔστι γὰρ, φησὶ, Θεὸς ὁ τοῦ παντὸς ποιητής τε καὶ Κύριος, ὃς ἅπασαν μὲν αὐτάρκης σαλεῦσαι τὴν γῆν διὰ μόνης ἁφῆς· τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τῆς γῆς ἐργάσεται ταύτης, ἀποφάσει τινὶ πᾶσαν αὐτὴν σαλεύων καὶ πρὸς ἐρημίαν πολλὴν καθιστάς, ὡς πένθει πάντας κατασχεθῆναι τοὺς οἰκοῦντας αὐτήν· ἐπειδὴ δίκην τοῦ κατ' Αἴγυπτον ποταμοῦ ἐπελθὼν αὐτοῖς ὁ πολέμιος πολλοὺς ἀνελεῖ, καὶ παρασύρας εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν ἀπάξει τοὺς λοιπούς· (p. 205) εἶτα εἰς βεβαίωσιν τῶν εἰρημένων, « Ὁ οἰκοδομῶν εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν ἀνάβασιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς θεμελιῶν. » Οὗτος, φησὶν, ὁ πάντοτε μὲν ἐν οὐρανῷ δεικνύμενος, οὗπερ ἄνεισί τε ἀεὶ καὶ διάγει, πάντων ὑπερκείμενος, ἅπαντα δὲ βεβαιῶν ὁπόσαπερ ἂν ἐπὶ γῆς ποιεῖν ἐπαγγέλληται πάντως· οὗτος ὁ τὸ μὲν ὕδωρ τῆς θαλάσσης λαμβάνων τε καὶ ἐπὶ γῆς ἐκχέων ἁπάσης· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ νῦν διαπραττόμενος, τὸ τὸν Ἀσσύριον θαλάσσῃ προσεοικότα τῷ πλήθει ἐπαγαγεῖν τῇ γῇ τῇ ὑμετέρᾳ· ταῦτα γὰρ ἔργα Θεοῦ τοῦ πάντων Κυρίου τε καὶ ποιητοῦ· εἶτα βουλόμενος τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτῶν ἐκ τῆς περὶ αὐτοὺς ἐπιδεῖξαι γνώμης τοῦ Θεοῦ, ἐπάγει·

Vers. 4-6. « Et obfirmabo oculos meos super illos in mala, et non in bona. » Pro eo ac si dicat: Perseverabo illis instare, nec boni aliquid impertiar, sed eos omne malorum genus faciam experiri; quandoquidem horum se dignos operibus suis comprobarunt. Est enim Deus creator omnium ac Dominus, qui universum potest vel solo tactu quassare orbem terrarum. Atque hoc idem huic quoque regioni faciet, decreto quodam totam concutiens, atque in vastam solitudinem redigens, ita ut ejus incolæ omnes luctu corripiantur. Nam instar fluvii Ægyptiaci, invadens eos hostis, multos interficiet, et reliquos vi pertrahens in captivitatem abiget. Tum dicta confirmans: « Qui ædificat in cœlo ascensionem suam, et promissionem suam super terram fundat. » Hic, ait, qui semper in cœlo se ostendit, quo ascendit ibique degit, cunctis supereminens, omnia confirmans quæcunque in terra se omnino facturum promiserit: hic qui aquam de mari extollit et in universam terram effundit: idem nunc quoque agit, dum Assyrium, multitudine sua mare exæquantem in regionem vestram immittit. Sunt enim hæc Dei opera Domini universalis et creatoris. Deinceps, ut ex hac Dei sententia vecordiam Israelitarum coarguat, addit:

Digitized by Google

Vers. 7. — « Nunquid ut filii Æthiopum vos estis mihi, filii Israelis? » Num similes filiis Æthiopum apud me vos constitui; quibus ego quidem nihil peculiare contulisse videor. « Nonne Israelem de terra Ægypti eduxi? » Neque enim, sicuti vos de Ægypto sumens, acerbo illo servitio exemi, talisque ac tantæ et nihil ad vos pertinentis regionis dominos feci; ita par aliquid Æthiopibus fecisse visus sum. « Et alienigenas de Cappadocia, et Syros de Bothro? » Bothrum nonnulli aiunt **136** dici pro iis quæ nunc appellantur Caræ, alias vero Charran. Ego vero hac superflua disquisitione omissa, quæ nihil sensui intelligendo prodest, quicunque demum hic denotetur locus, præsentis textus significatum exponam. Quippe haud dicit: Alienigenas ex Cappadocia eduxi, et Syros ex Bothro; sed contrarium potius affirmat, se nempe nullum ejusmodi beneficium aliis contulisse, cujusmodi Israelitis; ita ut hos oportuisset gratiorem præ cæteris animum erga Deum conservare. Namque et illud exploratum est, quod si forte etiam illos pari modo in libertatem vindicasset, omnino providentiam quamdam circa eosdem adhibuisse diceret, cujus providentiæ scopus cunctis facile esset compertus. Sed enim Israelem, non simpliciter tantum ex Ægypto eduxit, sed multa cura illi adstitit, quo idoneum redderet, ut ex ipso salus universalis appareret Christus Dominus.

Ergo quid demum dicit? Migrationes multæ de locis in alia loca fuerunt; veluti Tharræ, qui beati Abrahami pater fuit, quique de regione Chaldæorum egressus, in Charran migravit, atque ibi deinde mortuus est. Unde et contigit ut postea Abrahamus transiret in Palæstinam. Constat etiam beatum Jacob cum universa progenie in Ægyptum incolatum suum transtulisse. Simile quiddam et aliis contigit, ut credibile est: et quidam de Capadocia egressi, et ad loca alienigenarum migrantes, misti sunt illis, parsque eorum evaserunt. Ex Bothro item ad Syros alii transgressi, apud eos manserunt, et cum ipsis coaluerunt. Volens itaque Deus dicere **137** nemini se tanta beneficia largitum, quanta Israelitis, primo ait se eos haud illo ordine apud se habuisse, quo Æthiopes, a parte scilicet cunctas gentes denotans: tum dicere pergit se nullius parem unquam curam gessisse; Solos enim vos Ægypto eduxi multis cum miraculis et insperato prorsus agendi modo: deduxique in talem tantamque regionem, cujus vos dominos feci quanquam nullo jure ad vos pertinentis. Neque tamen ad prædictam terram eo modo pervenistis, quo alienigenæ ex Cappadocia miscelli, vel Syri de Bothro, venerunt; etenim hi migrationes

(29) Βόθρον hic intelligere videtur nomen proprium Theodorus probabilius fortasse, quam Hieronymus, qui appellativum apud LXX judicabat in comm. ad hunc locum. En verba: *Pro Cyrene, Aquila et quinta editio ipsum verbum Hebraicum posuerunt CIR: septuaginta foveam, id est* βόθρον: *Theodotio parietem: Symmachus Cyrenem, quem et nos in hoc loco secuti sumus.*

(30) Videlicet ex Hebraico קִיר.

Στίχ. ζ'. — « Οὐχ ὡς υἱοὶ Αἰθιόπων ὑμεῖς ἐστέ μοι, υἱοὶ Ἰσραήλ, λέγει Κύριος; » Οὐ παραπλησίους Αἰθίοψιν ἐθέμην ὑμᾶς ἐμαυτῷ; οἷς γε οὐδὲ φαίνομαί τι νείμας ἐξαίρετον ἐγώ. « Οὐ τὸν Ἰσραὴλ ἀνήγαγον ἐκ γῆς Αἰγύπτου; » Οὐδὲ γὰρ ὥσπερ ὑμᾶς ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου λαβὼν, τῆς τε δουλείας ἀπήλλαξα τῆς πικρᾶς ἐκείνης, καὶ γῆς ἀπέφηνα τοσαύτης τε καὶ τοιαύτης κυρίους τῆς οὐ προσηκούσης ὑμῖν, οὕτω δή τι περὶ Αἰθίοπας ὤφθην πεποιηκώς. « Καὶ τοὺς ἀλλοφύλους ἐκ Καππαδοκίας, καὶ τοὺς Σύρους ἐκ Βόθρου (29); » Τὸ μὲν ἐκ Βόθρου (p. 206) τινὲς ἔφασαν λέγεσθαι, τουτέστιν, ἐκ Καρῶν (30) τῆς νῦν οὕτω λεγομένης, ποτὲ δὲ Χαρράν· περιττὴν δὲ οὖσαν τὴν ἀκριβολογίαν ταύτην ἀφεὶς, τῷ μηδὲν πρὸς τὸ νόημα συντελεῖν, ὅστις ποτὲ ἂν ὁ δηλούμενος τόπος ἐν τούτοις ᾖ, τὸ σημαινόμενον ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐρῶ· οὐ γὰρ τοῦτο λέγει, ὅτι Τοὺς ἀλλοφύλους ἀνήγαγον ἐκ Καππαδοκίας, καὶ τοὺς Σύρους ἐκ Βόθρου· τὸ γὰρ ἐναντίον βούλεται δεικνῦναι, ὅτι οὐθὲν τοιοῦτο παρέσχηκεν ἑτέροις, οἷον δὴ τούτοις, ὥστε μείζονα καὶ παρὰ τούτων τὴν εὐγνωμοσύνην εἰς αὐτὸν παρὰ πάντας χρῆναι φυλάττεσθαι· δήλου γε ὄντος κἀκείνου, ὡς εἴπερ ἀναγαγὼν ἦν καὶ ἑτέρους παραπλησίως τούτοις, πάντως ἄν τινα καὶ πρόνοιαν ἔλεγε περὶ αὐτοὺς γεγενῆσθαι, μετὰ τοῦ καὶ τῆς προνοίας τὸν σκοπὸν εὔγνωστον ἅπασιν εἶναι· ἐπεὶ καὶ τὸν Ἰσραὴλ οὐχ ἁπλῶς ἀνήγαγε τῆς Αἰγύπτου, ἀλλ' ὥστε διὰ πολλῆς ἀγαγὼν τῆς ἐπιμελείας, ἐπιτήδειον ἐργάσασθαι πρὸς τὸ ἐκεῖθεν τὴν ἁπάντων φανῆναι σωτηρίαν, τὸν Δεσπότην Χριστόν.

Τί οὖν ἐστιν ὃ φησι; Μεταστάσεις πλεῖσται γεγόνασι ἐκ τόπων εἰς τόπους· οἷον δή τι καὶ παρὰ τοῦ Θάρρα τοῦ πατρὸς τοῦ μακαρίου γέγονεν Ἀβραὰμ, ἐξελθόντος μὲν ἐκ γῆς Χαλδαίων, ἐληλυθότος δὲ εἰς Χαρράν, εἶτα τετελευτηκότος αὐτόθι· ὅθεν δὴ καὶ μεταστῆναι γέγονε λοιπὸν τὸν Ἀβραὰμ ἐπὶ τὴν Παλαιστίνην· οὐκ ἄδηλον δὲ ὡς καὶ ὁ μακάριος Ἰακὼβ μετὰ πάντων (p. 207) τῶν προσηκόντων αὐτῷ ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον μετέστη. Τοσοῦτο δή τι γέγονε καὶ περὶ ἑτέρους ὡς εἰκός· καί τινες ἐκ Καππαδοκίας ὁρμώμενοι, ἐπὶ τοὺς τόπους τῶν ἀλλοφύλων μεταστάντες, ἐγκατεμίγησαν ἐκείνοις καὶ γεγόνασιν αὐτῶν μέρος· ἐκ Βόθρου τε πάλιν εἰς Σύρους ἕτεροι μεταστάντες, παρ' αὐτοῖς τε διέμειναν, καὶ τὴν ἐπιμιξίαν ἐδέξαντο τὴν πρὸς ἐκείνους· βουλόμενος τοίνυν εἰπεῖν ὁ Θεὸς, ὅτι μηδενὶ τοιαῦτα δεδώρηται, ὁποῖά περ αὐτοῖς, εἶπε μὲν, ὅτι Οὐκ ἐν τάξει ἔσχον ὑμᾶς Αἰθιόπων, ἐκ μέρους τὰ ἔθνη βουλόμενος ἅπαντα εἰπεῖν· καὶ ὅτι μηδένα τῶν αὐτῶν ἀξιώσας ὤπται ποτε· Ἀνήγαγον γὰρ, φησὶν, ὑμᾶς μόνους ἐκ τῆς Αἰγύπτου, μετὰ πολλῶν μὲν θαυμάτων, πολλῆς δὲ παραδοξοποιίας· ἤγαγόν τε εἰς γῆν τοσαύτην καὶ τηλικαύτην, ἧς ὑμᾶς ἀπέφηνα κυρίους οὐδὲν ὑμῖν προσηκούσης· οὐ μὴν οὐδὲ εἰς ταύτην οὕτως ἐληλύθατε, ὥσπερ οἱ ἀλλόφυλοι ἐκ Καππαδοκίας ἐπιμεμιγμένοι, ἢ ἐκ Βόθρου τοῖς Σύροις·

μεταστάσεις γάρ τινας ὑπομεμενήκασιν ἐκεῖνοι, οὐδὲν ἐχούσας παράδοξον, οὐδέ τινα ἐμὴν ἐξαίρετον ἐπιμέλειαν δεικνύσας περὶ αὐτούς· πρὸς τῷ καὶ ἐν προσηλύτων τάξει διάγειν αὐτοὺς, παρ' οἵσπερ εἰσιν· ὑμᾶς δὲ δῆλον μὲν μεθ' ὅσων ἐξέβαλον τῶν θαυμάτων· ὅπως δὲ διήγαγον τὴν ἔρημον, ὅπως δὲ εἰσήγαγον εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, (p. 208) ὅσης δὲ ὑμᾶς γῆς πεποίηκα κυρίους, ἅπαντας τοὺς ἐπ' αὐτῆς πρότερον ὄντας ἀνελών· ὅσης δὲ καὶ διετέλεσα μεταδιδοὺς ὑμῖν ἐπιμελείας παρὰ πάντας ἀνθρώπους· ὑπὲρ ὧν ἄγαν ὀφείλοντες αἰδῶ μοι νέμειν τινὰ, οὐδένα λόγον τῶν ἐξ ἐμοῦ γεγενημένων εἰς ὑμᾶς ἐπιδεδειγμένοι φαίνεσθε. Τί οὖν;

Στίχ. η'-ι'. — « Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὴν βασιλείαν τὴν ἁμαρτωλόν· καὶ ἐξαρῶ αὐτὴν ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς· πλὴν ὅτι εἰς τέλος οὐ μὴ ἐξαρῶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ, λέγει Κύριος. » Ὑπὲρ μὲν οὖν ταύτης τῆς ἀγνωμοσύνης ἀφελῶ τε ὑμᾶς τῆς γῆς, καὶ εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπάξω τὴν οὕτω πονηρὰν βασιλείαν· οὐ μὴν ἀνέξομαι παντελῆ τὸν ἀφανισμὸν ὑμῶν ἀπεργάσεσθαι, μεμνημένος τῆς γνώμης τῆς ἐμῆς μεθ' ἧς τοσαύτην ἔνειμα τὴν ἐπιμέλειαν. « Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐντέλλομαι, καὶ λικμήσω δὲ οἶκον Ἰσραὴλ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὃν τρόπον λικμᾶται ἐν τῷ λικμῷ· καὶ οὐ μὴ πέσῃ σύντριμμα ἐπὶ τὴν γῆν. » Δίκην γὰρ τῶν λικμώντων ἄλωνα καὶ χωριζόντων τοῦ ἀχύρου τὸν σῖτον, παραδώσω μὲν ὑμᾶς εἰς αἰχμαλωσίαν τοῖς ἔθνεσι· παντελῆ δὲ ὑμῶν τὸν ἀφανισμὸν οὐκ ἐργάσομαι, περισώζων οὓς ἂν ἀξίους δοκιμάσω τοῦ τῆς σωτηρίας ταύτης τυχεῖν. « Ἐν ῥομφαίᾳ τελευτήσουσι πάντες ἁμαρτωλοὶ τοῦ λαοῦ μου, (p. 209) οἱ λέγοντες, Οὐ μὴ ἐγγίσῃ οὐδὲ μὴ ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς τὰ κακά. » Ἀφανιῶ γὰρ τῷ πολέμῳ τοὺς πρὸς τὸ χεῖρον νεύοντας, καὶ οὐκ οἰομένους κατὰ τὰς τῶν προφητῶν μηνύσεις ἐπελεύσεσθαί τι τῶν λυπούντων αὐτούς. Οὕτω δ.ὰ πάντων τὰ ἐπελευσόμενα τῷ λαῷ μηνύσας κακὰ, ἅτε παρὰ τῶν Ἀσσυρίων περὶ τὰς δέκα συμβαίνειν ἤμελλε φυλὰς, ἅτε παρὰ τῶν Βαβυλωνίων ὕστερον εἰς τοὺς λοιποὺς, μηνύει καὶ τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον αὐτῶν μετ' ἐκεῖνο μεταβολὴν, καὶ φησίν·

Στίχ. ια', ιβ'. — « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαυὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ ἀνοικοδομήσω αὐτὴν, καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος· ὅπως ἐκζητήσωσί με οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐφ' ἃ ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτὰ, λέγει Κύριος ὁ ποιῶν πάντα ταῦτα. » Ἀλλὰ γὰρ μετὰ τὴν τῶν λυπηρῶν πεῖραν μεταβαλῶ πάντα ἐπὶ τὸ κρεῖττον, καὶ ἀνεγερῶ τοῦ Δαυὶδ τὴν πεπτωκυῖαν βασιλείαν· καὶ πάλιν ἐξ αὐτῆς ἡγούμενον δώσω παντὶ τῷ λαῷ· ὡς μὴ μόνον τούτων τοὺς ὑπολειφθέντας, ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλοὺς τῶν ἐναντίων ὑπὸ τῆς γινομένων ἐκπλήξεως κινουμένους Θεὸν ὁμολογῆσαι τὸν τοῦ παντὸς ποιητήν τε καὶ Κύριον· ταῦτα γὰρ ἀποφαίνεται ὁ καὶ πρὸς πέρας ἄξων αὐτὰ Θεός· ἐνταῦθα μὲν οὖν τὰ κατὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος λέγει, ὅτι δὴ βασιλέα ἐκ τοῦ Δαυὶδ ὄντα τὸν Ζοροβάβελ ἐπανιόντες ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἤμελλον ἅπαντες ἕξειν· (p. 210) ὁ μέντοιγε μακάριος Ἰάκωβος ἐν ταῖς Πράξεσι

quasdam fecerunt, nihil mirabile habentes, neque ullum meum præ se ferentes peculiarem favorem: præterquam quod isti in proselytorum ordine sunt apud illos, quibuscum versantur. At enim vos quantis ego prodigiis liberaverim, notissimum est: quomodo per desertum deduxerim, quomodo in promissam terram introduxerim, et quantæ vos possessores regionis fecerim, omnibus qui illam antea incolebant peremptis: quantam denique vobis præ cunctis hominibus et quam constantem curam impenderim. Quorum omnium causa, cum eximium mihi deberetis obsequium, nullum tamen beneficiorum erga vos meorum respectum ostendistis. Quid ergo?

Vers. 8-10.—« Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans, et auferam illud a facie terræ: verumtamen non in finem auferam domum Jacob, dicit Dominus. » Propter hunc sane ingratum animum, auferam vos de terra, et in captivitatem expellam tam nequam regnum; non tamen patiar plenum vestri consummari exitium, memor voluntatis meæ, qua tantam vobis curam impendi. « En ego præcipiam, et ventilabo domum Israelis, quemadmodum ventilatur in ventilabro, et non cadet fragmentum super terram. » Ritu ventilantium in area, et secernentium a palea triticum, tradam vos gentibus in captivitatem; haud vero absolutam vestri perniciem **138** faciam, conservans illos quos hanc impetrandi salutem dignos judicabo. « Gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: Non appropinquabunt neque venient super nos mala. » Bello enim eos perdam, qui improbitati sunt dediti, et non credunt fore ut juxta prophetarum vaticinia triste aliquid sibi eveniat. Postquam sic hactenus, eventura populo mala propheta prædixit, tum quæ ab Assyriis decem tribus passuræ erant, tum quæ postea reliqui a Babyloniis, prædicit etiam ipsorum post illa in melius conversionem, aitque:

Vers. 11, 12. — « Die illa suscitabo tabernaculum Davidis quod cecidit, et reædificabo illud sicut dies sæculi, ut exquirant me reliqui hominum, et gentes omnes, super quibus invocatum est nomen meum, dicit Dominus qui hæc omnia facit. » Age vero post molestiarum perpessionem, omnia in melius mutabo, et prostratum Davidis regnum excitabo: rursusque ex ipso dabo ducem universo populo: ita ut non hi solum ruinæ superstites, sed alii multi de numero contrariorum, rerum harum stupore perculsi, Deum confessuri sint universi mundi factorem ac Dominum. Quippe hæc palam decernit is qui eadem ad exitum perducet Deus. Hic igitur res circa reditum Babylone agendas dicit; et quod regem Davide oriundum Zorobabelem omnes in propria reduces habituri sint. Beatum quinetiam Jacobum in sanctorum apostolorum Actibus de Christo Domino hanc eamdem locutionem usur-

Digitized by Google

passe apparet[59], quoniam ea verum exitum tunc habuerat cum reapse collapsum Davidis regnum resurrexit, omnique vetere corruptela abjecta, perfectum statum recuperavit. Tunc enimvero cepit regnum posterorum Davidis firmitatem, parem diebus æternis, **139** quia perpetuum statum obtinuit. Præterea et Dei quoque notitiam apud reliquos homines cunctasque gentes diffundendam fuisse, res ipsæ gestæ verum demonstrarunt. Quamobrem prophetæ quidem vox res post reditum eventuras hactenus dixit : attamen dictorum veritas, et firmitas, et immobilitas, ac perpetuitas, in Christo Domino ostensa et consistens, justam beati Jacobi dicto auctoritatem præbuit.

A τῶν ἁγίων ἀποστόλων (59) ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ φαίνεται τῇ φωνῇ συγκεχρημένος ταύτῃ, ἅτε καὶ τὴν ἔκβασιν ἀληθῆ λαβούσῃ τότε ὁπηνίκα ὄντως ἡ βασιλεία πεπτωκυῖα τοῦ Δαυὶδ ἀνέστη, καὶ πᾶσαν ἀποβαλοῦσα σάθρωσιν ἐν τελειότητι κατέστη· τότε δὴ καὶ τὴν βεβαίωσιν εἴληφεν ἡ βασιλεία τῆς τοῦ Δαυὶδ διαδοχῆς, παραπλησίαν ταῖς τοῦ αἰῶνος ἡμέραις, ὅτε περ ἐν διηνεκεῖ τὴν σύστασιν εἶχεν· καὶ μὲν καὶ τὸ τὴν ἐπίγνωσιν τὴν θείαν ἐγγενέσθαι τοῖς λοιποῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ πᾶσι δὲ τοῖς ἔθνεσιν, ἐπ' αὐτῶν ὤπται τῶν πραγμάτων τὸ ἀληθές· ὥστε εἰρῆσθαι μὲν παρὰ τοῦ προφήτου τὴν φωνὴν τὰ κατὰ τὴν ἐπάνοδον ἐσόμενα μηνύοντος τέως· τὸ δὲ τῶν εἰρημένων ἀληθὲς καὶ βέβαιον καὶ ἀσάλευτον ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ δεικνύμενόν τε καὶ συστὰν δικαίαν εἰληφέναι ἐκ τοῦ μακαρίου Ἰακώβου τῆς φωνῆς τὴν χρῆσιν (31).

Deinde et generaliter prædicens quæ tunc Israelitis eventuræ erant prosperitates, cæterorum ritu prophetarum dicit, adfore illis omnimodam frugum copiam, ita ut coacervatas areæ fruges exceptura sit vindemia, maturis semper concessis fructibus ; et ipsis propemodum montibus collibusque copiam suppeditantibus, et omni re bona affluentibus. Captivitatem populi dissolvam, ut securi sint, et postliminio fruantur, et suas urbes in antiquam formam restaurent, et agricolæ terræ a se cultæ fructus percipiant. Firmiter eos in sua patria stabiliam ; id enim sonat dictio : « Et plantabo eos in terra eorum ; » et non sinam ulterius extra patriam regionem fieri, cujus ipsos ab initio dominos feci. Nam verba, « Et non evellentur ultra de terra sua, quam eis dedi, » hoc significant ; id est procul illa non amandabuntur, prout tunc evenerat cum propria captivitate tanquam velamine impediti, ne aspicere quidem patriam suam poterant. Hoc est, inquit, decretum opusque Dei rerum omnium creatoris ac Domini.

B Εἶτα καὶ καθόλου μηνύων τὰ τότε αὐτοῖς περιεσόμενα καλὰ, παραπλησίως τοῖς λοιποῖς προφήταις λέγει τὸ καὶ τῶν καρπῶν τὴν ἀφθονίαν αὐτοῖς προσέσεσθαι παντελῶς, ὡς τοὺς ἐξ ἄλωνος συλλεγομένους καρποὺς διαδέχεσθαι τὴν τρύγην, ὡρίμων μὲν αὐτοῖς ἀποδιδομένων τῶν καρπῶν, (p. 211) μόνον δὲ οὐχὶ καὶ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν βουνῶν πολλὴν αὐτοῖς παρεχόντων τὴν ἀφθονίαν, πλεῖστά τε ὅσα ἐκφυόντων καλά. Καὶ τὴν μὲν αἰχμαλωσίαν λύσω, φησὶν, τῷ λαῷ, ὥστε λαβόντας τε ἄδειαν, καὶ γεγονότας ἐν τοῖς οἰκείοις, καὶ τὰς οἰκίας κατὰ τὸ παλαιὸν ἀνορθῶσαι σχῆμα, καὶ τὴν γῆν κατεργασαμένους τὸν ἐξ αὐτῆς κομίζεσθαι καρπόν. Ἐν βεβαίῳ τε αὐτοὺς καταστήσω τῆς οἰκείας γῆς· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, « Καταφυτεύσω αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, » καὶ οὐκ ἐάσω τῆς οἰκείας ἔξω γενέσθαι χώρας ἔτι, ἥσπερ οὖν αὐτοὺς κυρίους ἀπέφηνα τὴν ἀρχήν· τὸ γὰρ, « Οὐ μὴ ἐκσπασθῶσιν οὐκέτι ἀπὸ τῆς γῆς αὐτῶν ἧς ἔδωκα αὐτοῖς, » τοῦτο δηλοῖ· ἵνα εἴπῃ ὅτι οὐ γενήσονται αὐτῆς ἔτι πόρρω· ὥστε τῇ αἰχμαλωσίᾳ ὥσπερ τινὶ κατεχόμενοι σκέπῃ, μηδὲ ὁρᾷν δύνασθαι τὴν οἰκείαν γῆν, Ταῦτα δὲ, φησὶν, ἀπόφασίς τε καὶ ἔργον Θεοῦ τοῦ ποιητοῦ τε πάντων καὶ Κυρίου.

C

[59] Act. xv, 16.

(31) Hic, et alibi, et præsertim in *Prologo ad Jonam*, videmus Theodorum nostrum haud ita Ioudaiόφρονα esse, ut quibusdam interdum visus fuit, sed prophetarum de Christo vaticinia agnoscere et explicare.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΑΒΔΙΟΥ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

COMMENTARIUS IN ABDIAM PROPHETAM.

140 Inimici jamdiu Israelitarum Idumæi erant, valdeque hi optabant illorum excidium, atque eorumdem adversis casibus lætabantur : imo cum ipsorum quoque hostibus perpetuo conspirabant,

Ἀπεχθῶς ἄνωθεν Ἰδουμαῖοι πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας ἔσχον, περὶ πολλοῦ τε αὐτῶν ποιούμενοι τὴν ἀπώλειαν, καὶ ἐπὶ ταῖς προσγιγνομέναις αὐτοῖς ἡδόμενοι συμφοραῖς, ὥστε καὶ συμπράττειν (p. 212)

Digitized by Google

πρὸς ἅπαντα τοῖς ἐπιοῦσιν αὐτοῖς, ἤδη ποτὲ κατὰ θείαν συγχώρησιν ἐν πείρᾳ καθίσταντο κακῶν· γεγόνεσαν γὰρ Ἰσραηλῖται μὲν ἐκ τοῦ Ἰακὼβ κατάγοντες τὸ γένος, Ἰδουμαῖοι δὲ ἐκ τοῦ Ἡσαῦ, ἀδελφοὶ δὲ ἦσαν οὗτοι υἱοὶ τοῦ Ἰσαάκ· καὶ ἐπειδὴ κατὰ θείαν κρίσιν τῶν πρωτοτοκίων ἐπὶ τὸν Ἰακὼβ μετεληλυθότων, διὰ μίσους τε εἶχεν αὐτὸν ὁ Ἡσαῦ, καὶ ἀνελεῖν καιροῦ λαβόμενος ἠβούλετο, παρασκευάζει μὲν τὸν Ἰακὼβ εἰς τὴν Χαρρὰν ἀπελθεῖν ἡ μήτηρ, ὡς ἂν πόρρω γεγονότος λωφήσειεν ἡ ὀργὴ τοῦ Ἡσαῦ· καὶ δὴ καὶ θείας προνοίας ἀξιωθεὶς ὁ Ἰακὼβ παντελῶς διέφυγε τοῦ ἀδελφοῦ τὴν βλάβην· μετελήλυθε δὲ ὅμως εἰς τοὺς ἐξ αὐτῶν ἡ ἔχθρα· διέμεινάν τε οἱ ἐκ τοῦ Ἡσαῦ κατάγοντες τὸ γένος Ἰδουμαῖοι πολεμίως πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας ἔχοντες ἐκ τοῦ Ἰακὼβ καταγομένους, ὡς ἔφην ἤδη· ποικίλως τοίνυν τὴν κατ' αὐτῶν ἔχθραν ἐπιδεικνύμενοι, οὐθὲν ἧττον τὴν αὐτὴν ἐπεδείξαντο γνώμην καὶ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, καθ' ὃν Ἀσσυρίους τε Ἰσραηλίταις, καὶ Βαβυλωνίους ὕστερον τῇ τε Ἱερουσαλὴμ καὶ τοῖς τῆς Ἰούδα φυλῆς ἐπελθεῖν συνέβη· ὥστε καὶ πλεῖστα ὅσα ἐπί τε τῶν Ἰουδαίων ἀπωλείᾳ τοῖς Βαβυλωνίοις συμπράξαι· ἐντεῦθεν ὁ μακάριος Δαυὶδ τὰ κατὰ Βαβυλῶνα προφητεύων λέγει μέν· [« Ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν, » καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὧν ἐδείκνυ τὰ κατὰ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐκείνην αὐτοῖς συμβεβηκότα κακά· (p. 213) ἐπειδὴ δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον αὐτῶν μεταβολὴν ἤμελλε μηνύειν, ἐπάγει· « Μνήσθητι, Κύριε, τῶν υἱῶν Ἐδὼμ τὴν ἡμέραν Ἱερουσαλήμ, τῶν λεγόντων· Ἐκκενοῦτε, ἐκκενοῦτε ἕως τῶν θεμελίων αὐτῆς· » εὔδηλον γὰρ ὅτι υἱοὺς Ἐδὼμ τοὺς Ἰδουμαίους λέγει, ἀμφοτέραις ταύταις καλουμένους ταῖς προσηγορίαις, ὡς πολλαχοῦ τε ἐκ τῆς θείας ἔνεστι μαθεῖν Γραφῆς· καὶ οὐδὲν ἧττον ἐκ τῆς τῶν Βασιλειῶν ἱστοριῶν, ὅτι Ἀμεσίας ἐπάταξε τὸν Ἐδὼμ ἐν πολέμῳ· εἶτα ἀπέστειλε μὲν πρὸς τὸν Ἰσραὴλ βασιλέα, ἐπὶ πόλεμον αὐτὸν ἐκκαλούμενος· ὁ δὲ ὑβριστικῶς ἀποκρινάμενος πρὸς αὐτὸν, πρὸς τοῖς λοιποῖς καὶ τοῦτό φησι· « Πατάξας ἐπάταξες τὴν Ἰδουμαίαν· καὶ ἐπῆρε σε ἡ καρδία σου ἡ βαρεῖα· » οὓς ἐν τοῖς ἀνωτέροις εἶναι τοῦ Ἐδὼμ ἔφη, Ἰδουμαίους ἐν τούτοις εἰπών· Μνήσθητι τοίνυν, φησὶ, τῶν Ἰδουμαίων, ὁποῖα δὴ καθ' ἡμῶν πεποιήκασιν, οἳ τὸν καιρὸν τῆς συμφορᾶς τῆς ἡμετέρας, πρόφασιν τῆς ἑαυτῶν ἐποιήσαντο κακίας· ὥστε τοῖς ἐπελευθόσιν ἡμῖν συνεπισχύειν, εἴ πως ἅπασαν ἐκ βάθρων ἀνασπάσειαν τὴν πόλιν, καὶ μηδὲ λείψανον αὐτῆς τι καταλίποιεν ἔτι· καὶ ἐπάγει· « Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος, μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοι τὸ ἀνταπόδομά σου, (p. 214) ὃ ἀνταπέδωκας ἡμῖν· » δεικνὺς ὅτι τότε δὴ καὶ Ἰδουμαίοις ὑπὲρ τῆς γνώμης ἐκείνης ἐπάξει τὴν τιμωρίαν ὁ Θεός· ὁπηνίκα δὴ τὴν μὲν Βαβυλωνίων κατασπάσει δυναστείαν, τὴν βασιλευομένην πόλιν αὐτῶν ἅμα τῷ τε βασιλεῖ καὶ πᾶσι τοῖς οἰκοῦσιν αὐτὴν παραδοὺς τοῖς Πέρσαις (32), ὥστε καὶ παθεῖν παρ' αὐτῶν ἐκεῖνα ἅπερ οὖν κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ πεποιήκεσαν ἤδη· Ἰσραηλίτας δὲ τῆς κατεχούσης ἀπαλλάξας αἰχμαλωσίας εἰς τὴν οἰκείαν χώραν ἐπαναγάγῃ πάλιν.

A postquam Deo permittente Israelitæ variis cladibus affici ceperant. Porro Israelitæ a Jacob genus trahebant, Idumæi ab Esau, qui fratres erant Isaaco geniti. Jam quia divino judicio jus natu majoris ad Jacob transierat, atque ob id invisum habebat Jacobum Esau, eumque interficere, si occasio tulisset, moliebatur, dedit operam mater ut Jacob Charras peregrinaretur, dum interim eo submoto quiesceret Esau furor. Et Jacob quidem divina providentia tectus plane vitavit impendens a germano exitium; sed tamen manavit in posteros horum odium : retinueruntque Esau progenies Idumæi hostiles animos adversum Israelitas de Jacob, ut dixi, progenitos. Cumque multifariam jam prodidissent simultatem illam, tum etiam mentem suam aperuerunt quo tempore Assyrii contra B Hierosolyma Judæque tribum, expeditionem fecerunt. Tunc sane plurima ad Judæorum perniciem fecerunt, cum Babyloniis conspirantes. Quare et beatus David res Babylonicas prædicens ait : « Super flumina Babylonis, illic flevimus [60], » et reliqua. Quibus verbis mala per illam captivitatem Judæis eventura significavit. Verumtamen quia meliorem quoque rerum ordinem restituendum dicturus erat, addidit : « Memento Domine filiorum Edomi, qui in die Hierosolymorum aiebant : Exinanite, **141** exinanite a fundamentis urbem. » Perspicuum est filios Edomi a Davide intelligi Idumæos, qui utraque appellatione utebantur, ut sæpenumero ex divina Scriptura cognoscere licet; et quidem ex C Regnorum libris historicis [61]. Quarta enim historia dicit ab Amesia cæsum fuisse in acie Edomum, deinde missam ab eo legationem ad Israelis regem, ut ad prælium eum provocaret; hunc autem cum stomacho respondisse illi inter cætera : « Extulit te superbia cordis tui, propterea quod clade affeceris Idumæam. » Quos in superioribus dixit Edomi filios, nunc Idumæos dicit historia. Itaque David, Memento, ait, quanta Idumæi contra nos fecerint, qui calamitatis nostræ tempore abusi sunt tanquam ansa ad suam expromendam malitiam; quique hostibus nostris vires addiderunt, ut universam a fundamentis eruerent urbem, nihilque in ea reliquum esse paterentur. Addiditque : « Filia Babylonis misera! Felix qui reddet tibi retributionem quam D nobis retribuisti! » significans fore ut eodem tempore Idumæis quoque ob hujusmodi ipsorum mentem pœnas Deus imponeret : nimirum quo tempore Deus Babyloniorum imperium eversurus erat, regiamque horum urbem cum rege cunctisque incolis, Persarum potestati traditurus, ut ab his eo jure tractarentur, quod ipsi pridem contra Hierosolyma exercuerant : expeditis interim captivitate Israelitis atque in patriam restitutis.

[60] Psal. CXXXVI, 1. [61] IV Reg. XIV, 10. [62] Psal. CXXXVI, 8.

(32) Sub Cyro.

Digitized by Google

Quandoquidem ergo Deus correptura Israelitas mala prophetarum ore sæpe prædixerat, primo quidem ab Assyriis imponenda, iterum a Babyloniis cum universus Israel migrare patria jussus est; et quia valde, ut dixi, per id tempus Idumæi cum hostibus consenserunt, dum idoneam nacti occasionem se crederent perdendi funditus omnes quicunque de Israelitica stirpe essent (qua in re et Idumæi sine dubio Deo adversabantur, qui Jacobum majoris natu privilegio dignatus fuerat **142** cunctosque hujus posteros peculiari magnaque cura complectebatur; et ipsos Israelitas magnopere mœrere par erat, quia posteri ejus qui divino decreto primogeniti tulerat benedictionem, hæc patiebantur ab iis qui cum suo parente benedictione divina exciderant), ob hæc, inquam, necessario Deus beatum prophetam excitavit Abdiam, qui universo suo vaticinio eventuram Idumæis pœnam significaret, cum Deo aliquando visum foret res Israelitarum in pristinam prosperitatem vindicare; a servitio scilicet expedire, suæque patriæ reddere, ut Hierosolyma instaurarent templumque reficerent: in quo maxime decebat iterum congregari eos, ut ibi legitimis erga Deum religionibus operarentur. Et quidem nunc haud exiguo mœrentibus solatio erat horum eventuum prædictio; tum vero post vaticiniorum exitum multo magis crediturі erant, hæc olim Dei voluntate prædicta, et deinde verba in rem collata fuisse. Quæ res utraque comprobabat Dei erga eos providentiam; certioresque eosdem faciebat, hæc a Deo vaticinia fuisse edita gentis gratia, de cujus incolumitate magnam, ut sæpe dixi, curam gerebat.

(p. 343) Στίχ. α'-γ'. — Εἶτα τὴν τιμωρίαν εἰπὼν, ὀνειδίζει πάλιν τὴν κακίαν· « Ὦ πόλις αἱμάτων, ὅλη ψευδὴς, ἀδικίας πλήρης. » Πείσεσθε δὴ ταῦτα, φησὶν, ὑπὲρ ὧν περὶ φόνους ἅπασαν εἴχετε τὴν σχολὴν, καὶ πολλοὺς ψεύδει τε καὶ ἀπάτῃ κεχρημένοι ἀδικεῖν ἐπειρᾶσθε τὰ ἀνήκεστα· οἷόν τι ὁ Ῥαψάκης ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐποίει ὑποσχέσεσιν ἀγαθῶν αὐτοὺς ἐξαγαγεῖν βουλόμενος. « Οὐ ψηλαφηθήσεται θήρα. » Ἵνα εἴπῃ ὅτι, Οὐκέτι θήρας ἕξεις καιρὸν, καὶ πολλὰ ζητήσας οὐκ ἰσχύσεις τι διαπράξασθαι· τοιοῦτον, ἐκ μεταφορᾶς αὐτὸ τῶν ἐπιμελῶς τι ψηλαφίᾳ ζητούντων, εἰρηκώς. Διὰ τί; « Φωνὴ μαστίγων, καὶ φωνὴ σεισμοῦ τροχῶν, καὶ ἵππου διώκοντος, καὶ ἅρματος ἀναβράσσοντος, ἱππέως ἐλαύνοντος, καὶ στιλβούσης ῥομφαίας, καὶ ἐξαστραπτόντων ὅπλων, καὶ πλήθους τραυματιῶν, καὶ βαρείας πτώσεως. » Ταῦτα γὰρ ὑμᾶς ἀντὶ ἐκείνων διαδέξεται, φησὶ, μάστιγες, καὶ κτύπος τροχῶν, καὶ ἵππων ἐλασία, καὶ ἁρμάτων θόρυβος πολὺς, καὶ ἱππέων δίωξις, καὶ ξίφη μετὰ τῶν λοιπῶν ὅπλων φοβερὰ καὶ ἰδεῖν τῇ λαμπρότητι τῇ οἰκείᾳ· ἀφ' ὧν δὴ πολλοὶ μὲν πληγήσονται, πολὺς δὲ θάνατος ἔσται τῶν ἀναιρουμένων. « Καὶ οὐκ ἦν τοῖς ἔθνεσιν αὐτῆς. » Καὶ οὐδὲ στήσεται τοῖς ὑπηκόοις αὐτῆς τὰ κακὰ, ἀλλ' ἀεί τι τὸ πρῶτον ἕτερον διαδέξεται κακόν. « Καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν

[18] IV Reg. xviii, 28.

Digitized by Google

τοῖς σώμασιν αὐτῶν ἀπὸ πλήθους πορνείας. » Πολλῶν δέ, φησίν, ἀναιρουμένων, (p. 344) εἰς ὀλιγίστους ἄγαν αὐτῶν ὁ ἀριθμὸς περιστήσεται· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, « Ἀσθενήσουσιν ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν, » ἵνα εἴπῃ, ὅτι Ὀλίγα περιλειφθήσεται σώματα· καὶ τὴν αἰτίαν λέγων, « ἀπὸ πλήθους πορνείας. » Ταῦτα γὰρ πείσονται, φησίν, ὑπὲρ ὧν πλεῖστον ὅσον ἐξετράπησαν τοῦ Θεοῦ· καὶ τοῦτ' πράττειν ἄξιον τῶν δοκούντων αὐτῷ. A

enim significatus est verborum *infirmabuntur in corporibus suis*. Pauca, inquit, supererunt corpora; causamque rei tradit multitudinem fornicationum. Hæc, ait, patientur, quia mirum quantum a Deo recesserunt. Atque hæc Dei placita merito ad exitum deducenda sunt.

Στίχ. δ'-ζ'. — Εἶτα ὀνειδίζων ἐπάγει· « Πόρνη καλὴ καὶ ἐπίχαρις ἡγουμένη φαρμάκων. » Σὺ δή, φησίν, ἦσθα ἡ τοῦ προσήκοντος ἐκτετραμμένη, εὐπρεπὴς μὲν ἑαυτῇ φαινομένη διὰ τὴν περιοῦσαν δυναστείαν, ἐπίχαρις δὲ διὰ τοὺς ταύτης ἕνεκέν σε θεραπεύειν ἐσπουδακότας, καὶ δὴ καὶ πάντων ἔξαρχος τῶν τῆς ἀσεβείας ἐθῶν ἑτέροις ἐγίγνου. « Ἡ πωλοῦσα ἔθνη ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς, καὶ φυλὰς ἐν τοῖς φαρμάκοις αὐτῆς. » Ὁλόκληρα γὰρ ἔθνη καὶ φυλὰς ὅλας τῇ ἐξουσίᾳ κατακεχρημένη τῇ οἰκείᾳ, εἰς τὴν αὐτήν σοι συμμετῆγες ἀσέβειαν, καὶ πᾶσαν δὴ τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδήν. « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ· καὶ ἀποκαλύψω τὰ ὀπίσω σου ἐπὶ τὸ πρόσωπόν σου· καὶ δείξω ἔθνεσιν τὴν αἰσχύνην σου, καὶ βασιλείαις τὴν ἀτιμίαν σου, καὶ ἐπιῤῥίψω ἐπὶ σὲ βδελυγμὸν, καὶ τὰς ἀκαθαρσίας σου· καθίσομαί σε εἰς παράδειγμα. » Τοιγαροῦν ἐγώ σοι, φησὶν ὁ Θεὸς, ἀνάλογον ταῖς τοιαύταις ἀτοπίαις ἐπάξω τὴν τιμωρίαν· περιβαλῶ γάρ σε, φησίν, αἰσχύνῃ παντοίᾳ, (p. 345) ὥσπερ ἂν εἴ τις αἰκίζεσθαί τινα μέλλων, ἀφελὼν τὴν ἐσθῆτα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑλκύσειεν ἅπασαν, ὡς αἰσχρὰν μὲν εἶναι τῆς γυμνώσεως τὴν θέαν, πικρὰν δὲ τοῦ αἰκισμοῦ τὴν προσδοκίαν· περιβεβλημένος δὲ τῇ ἐσθῆτι τὸ πρόσωπον, μηδὲ διορᾷν τὰ προκείμενα δύνασθαι. Οὕτω δή, φησίν, ἅπαντά σου τὸν κόσμον ἀφελὼν, εἰς ἀτιμίαν καταστήσας τὴν ἰσχάτην, τῇ τῶν πολεμίων ἐκδώσω τιμωρίᾳ, ὥστε πᾶσι μὲν τοῖς ἁπανταχοῦ περιφανῆ σου τὴν αἰσχύνην καὶ τὴν ἀτιμίαν γενέσθαι, βδελυκτὴν δέ σε καὶ διὰ τῆς ἀκοῆς ἅπασι φαίνεσθαι μόνης, ὑπὲρ ὧν εἰς τοσαύτην εὐτέλειαν κατενήνεξαι· πάτημά τε γεγονυῖα πάντων καὶ παράδειγμα τῆς ἐσχάτης ἀτιμίας ἀποδειχθεῖσα τῇ ὑπερβολῇ τῶν κακῶν. « Καὶ ἔσται, πᾶς ὁ ὁρῶν σε, καταβήσεται ἀπὸ σοῦ, καὶ ἐρεῖ, Δειλαία Νινευὴ, τίς στενάξει ἐπ' αὐτὴν, πόθεν ζητήσω παράκλησιν αὐτῇ; » Οἱ δὴ ταῦτα λοιπὸν ὁρῶντες, καὶ τὴν προσοῦσάν σοι πρόσθεν εὐπραγίαν εἰδότες σαφῶς, ἀποστάντες τῆς ὑπολήψεως ἐκείνης ἧς εἶχον περὶ σοῦ, εἰς ἔλεον τὸ κατὰ σοῦ μεταστήσουσι μῖσος· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ « καταβήσεται ἀπὸ σοῦ, » ὥστε καὶ ἐλεεῖν σε τῶν κατεχόντων κακῶν, συλλογιζομένους ὡς οὔτε δυνατόν τινα ἐπαξίως ὀδύρασθαι τὴν ἐπιγεγονυῖάν σοι συμφορὰν, (p. 346) ἀλλ' οὐδὲ παράκλησίν τινα καὶ θεραπείαν εὑρεθῆναι οἷόν τε τῶν τοσούτων κακῶν. B C D

Vers. 4-7. — Deinde convicians ait: « Meretrix pulchra et gratiosa, dux veneficiorum. » Tu, inquit, illa es quæ ab officio recessisti, quæque specicsa tibi ob imperium videbaris, gratiosa propter eos qui dominatus tui causa te colere certabant; et quidem cæteris quoque impiorum morum auctrix fuisti. « Quæ vendis gentes fornicatione tua, et tribus pharmacis tuis. » Gentes integras tribusque totas, potestate tua abutens, ad impietatis tuæ societatem pellexisti. « Ecce ego super te, ait, Dominus Deus omnipotens; revelabo posteriora tua super faciem tuam: ostendam gentibus ignominiam tuam, regibus probrum tuum, jaciamque super te abominationem et immunditiam tuam; statuam te in exemplum. » Quamobrem, ait Deus, congruas **226** huic vesaniæ pœnas imponam: cooperiam, inquit, te ignominia omnimoda, veluti cum quis aliquem excruciaturus detractam ei vestem in vultum congerit universam, ut turpe sit nuditatis spectaculum, amara autem cruciatuum exspectatio; qui quidem capite vestibus obvoluto, ne rem quidem præsentem cernere potest. Prorsus ita, ait, detracto omni ornatu tuo, in extrema te ignominia constitutam, hostibus puniendam tradam. Sic omni genti probrum tuum ac turpitudo exploratissima fiet: tuique nominis vel sola auditio cunctis erit abominabilis, postquam in tantam vilitatem decideris, proculcata ab omnibus, excessuque malorum ad summæ ignominiæ exemplum proposita. « Et erit, quicunque viderit, descendet a te, dicetque: Ninive infelix, quis illi ingemiscet? quodnam ei solamen conquiram? » Qui hæc in posterum viderint, ac superioris gloriæ tuæ probe meminerint, omissa illa de te æstimatione, odium misericordia commutabunt; id enim aiunt verba *descendet a te;* tuaque mala miserabuntur, mente reputantes fieri non posse ut digne quis inflictam tibi calamitatem deploret, aut solamen aliquod vel remedium excogitet.

Στίχ. η'. — « Ἅρμοσαι χορδὴν, ἑτοίμασαι, μερὶς Ἀμμὼν, κατοικοῦσα ἐν ποταμοῖς, ὕδωρ κύκλῳ αὐτῆς· ἡ σὴ ἀρχὴ θάλασσα, καὶ ὕδωρ τὰ τείχη αὐτῆς. » Τινὲς Ἀμμὼν ἔφασαν ἐνταῦθα λέγεσθαι τὴν ὀνομαζομένην νῦν Ἀλεξάνδρειαν ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου· καίτοι γε δῆλον ὅτι ἐγγύς που μετὰ τετρακόσια ἔτη τῆς προφητείας ταύτης Ἀλέξανδρος ὁ τῆς Μακεδονίας γέγονε βασιλεὺς, ὃς σὺν πολλοῖς ἑτέροις κατεσχηκὼς τῆς Αἰγύπτου, ἐπώνυμον ἑαυτῷ τὴν Ἀλεξάνδρειαν

Vers. 8.—« Apta chordam, compara te, pars Ammon, quæ incolis flumina: aqua in circuitu ejus, initium ejus mare, aqua mœnia ejus. » Nonnulli dixerunt Ammonem hic appellari Alexandriam Ægypti. Atqui compertum est, quadringentis circiter post hanc prophetiam annis Alexandrum Macedonum regem exstitisse, qui occupata cum aliis multis regionibus Ægypto, cognominem sibi Alexandriam condidit. Quod si quis dicat, ante hunc quoque exstitisse in

Digitized by Google

eo loco urbem nomine Ammonem, deque hac modo prophetam loqui; profecto, quod sæpe jam monui, supervacaneam **227** esse arbitror super his rebus curiositatem; siquidem nihil ea confert ad rei propositæ intelligentiam. Quare subtilior de his disputatio, vana ostentatio hominum, qui videri volunt incertiorum locorum nomina interpretari. Illud est apud eos fabulosius, cum aiunt de Alexandriæ exitio prophetam loqui, ut ostendat nil mirum esse, si idem quoque Ninivæ acciderit. Neque enim solari verbis Niniven propheta vult. Porro ad solamen pertinet, alienæ calamitatis commemoratio, quasi hæc malis exercitum recreet. Revera mœstos consolari solemus mentione paria patientium, ne plus æquo animis concidant, quasi aliquid inusitati ipsis acciderit. Contra omnino exploratum est, prophetam eventuris Ninivæ malis veterem illius felicitatem adjungere, qua calamitas ejus comparatione gravior evadebat. Sed hæc superfluitate quadam sermonis dicta sunto. Loci vero sententia est: Venit usque in Ægyptum Assyrius, multa ibi quoque mala patravit; et quidem profugos illuc Israelitas ibidemque degentes maximis incommodis affecit, ut Oseas propheta demonstrat: « Propterea ecce fugient ab adversitate Ægypti, recipiet eos Memphis, sepeliet eos Machmas [16]. » Significat quæ ab Assyriis Ægyptum ingressis perpessuri erant profugi Israelitæ. Sicuti ergo in superioribus, postquam correptura Assyrios mala recitavit, ad Judæ tribum verba convertit, jubens eam festum agere, et pace in posterum frui, quandoquidem aggressori ejus exstingui contigerat; ita et nunc ad Ammonem Ægypti urbem loquela conversa ait: Sume citharam, multoque cum gaudio para te ad canendum fidibus Assyrii exitium tuamque pacem; tu quæ aquis undique cincta, mari fluviisque vallata, nihil inde protecta fueras ab Assyrii incursione; nunc demum universa tibi maleficii ab eo patiendi formido sublata est. Deinde addit:

πεποίηκεν· εἰ μὴ ἄρα τις ἐκεῖνο λέγοι ὅτι καὶ πρὸ τούτου πόλις ἦν αὐτόθι Ἀμμὼν λεγομένη, περὶ ἧς τὰ νῦν ὁ προφήτης φησίν· ἀλλὰ γάρ, ὃ πολλάκις ἔφην, περιττὴν εἶναι τῶν τοιούτων ἡγοῦμαι τὴν ἀκριβολογίαν, ὁπότ' ἂν μηδὲν εἰς φανέρωσιν τῆς προκειμένης συντελῇ διανοίας· ὥστε καὶ ἐπίδειξίν τινα κενὴν εἶναι τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα ἀκριβολογίαν, ἵνα δὴ δοκῶσι τοὺς ἀδηλοτέρους ταῖς ὀνομασίαις ἑρμηνεύειν τόπους. Μυθωδέστερον δὲ ἔτι τὸ παρ' αὐτῶν λεγόμενον, ὅτι τῆς Ἀλεξανδρείας τὴν ἀπώλειαν ὁ προφήτης λέγει· ὡς ἂν δείξειεν ὅτι μηδὲν θαυμαστόν, εἰ καὶ περὶ τὴν Νινευὴ τι γέγονε τοιοῦτο· οὐ γὰρ ψυχαγωγεῖν ἐν τοῖς λόγοις ὁ προφήτης πειρᾶται τὴν Νινευή· ψυχαγωγίας δὲ ἦν τὸ ἑτέρων συμφορᾶς μεμνῆσθαι, ὡς ἂν ἐκ ταύτης ὁ πεπονθὼς παρακαλοῖτο. Εἰώθαμεν γοῦν ἀεὶ τοὺς πενθοῦντας τῇ μνήμῃ (p. 347) παρακαλεῖν τῶν ὁμοίων, ὡς ἂν μὴ ἄγαν ἀθυμοῖεν, καινόν τι τὰ κατ' αὐτοὺς νομίζοντες εἶναι. Τοὐναντίον μὲν οὖν διὰ πάντων δῆλός ἐστιν ὁ προφήτης τῇ μηνύει τῶν προσεσομένων τῇ Νινευὴ κακῶν, τὴν παλαιὰν αὐτῆς συνάπτων εὐπραγίαν, ἀφ' ἧς δὴ μάλιστα τὸ συμβαῖνον αὐτῇ κακὸν αὐξάνεσθαι ἤμελλεν. Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν ἐκ περιουσίας εἰρήσθω· ὁ δὲ νοῦς τῶν ῥητῶν οὗτός ἐστιν· Εἰσελήλυθεν ἄχρι τῆς Αἰγύπτου ὁ Ἀσσύριος, πλεῖστα καὶ τοὺς αὐτόθι διατιθεὶς κακά, ὥστε καὶ τοὺς ἐκπεφευγότας τῶν Ἰσραηλιτῶν καὶ αὐτόθι διάγοντας μεγίστας περιβαλεῖν συμφοράς, ὡς ὁ προφήτης δείκνυσιν Ὡσηέ· « Διὰ τοῦτο ἰδοὺ πορεύσονται ἐκ ταλαιπωρίας Αἰγύπτου, καὶ ἐκδέξεται αὐτοὺς Μέμφις, καὶ θάψει αὐτοὺς Μαχμάς· » δῆλον δὲ ἅπερ ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων εἰσεληλυθότων εἰς τὴν Αἴγυπτον πάσχειν ἤμελλον οἱ ἐπ' αὐτὴν καταπεφευγότες τῶν Ἰσραηλιτῶν. Ὥσπερ τοίνυν ἐν τοῖς ἀνωτέροις τὰ καταληψόμενα τοὺς Ἀσσυρίους λέγων κακὰ, ἐπὶ τὸν Ἰούδαν ἀπέστρεψε τὸν λόγον, ἑορτάζειν αὐτῷ κελεύων ὡς ἐν εἰρήνῃ καθεστῶτι λοιπὸν, τῷ τὸν ἐπελευθόντα αὐτῇ πολέμιον ἀνῃρῆσθαι· οὕτω κἀνταῦθα ἐπὶ τὴν Ἀμμὼν πόλιν οὖσαν τῆς Αἰγύπτου τρέπει τὸν λόγον, καί φησιν· Ἀνάλαβε κιθάραν καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς παρασκεύασαι διὰ ταύτης τοῦ μὲν ᾄδειν τὴν ἀπώλειαν, σοῦ δὲ τὴν εἰρήνην· ἡ πανταχόθεν ὕδατι περιβεβλημένη θαλάττῃ τε ὠχυρωμένη καὶ ποταμοῖς, δύνησαι ἐκ τούτων οὐδὲν, (p. 348) ἐπελευθόντος τοῦ Ἀσσυρίου· νῦν μέντοι γε πᾶσα τῆς ἐκείνου κακίας λέλυταί σοι ἡ ὑπόνοια. Εἶτα ἐπάγει·

228 Vers. 9-12. — « Æthiopia atque Ægyptus fortitudo ejus. Non est terminus fugæ tuæ. Phut et Libyes auxiliares ejus sunt. Ipsa in deportationem ibit captiva. Parvulos ipsius solo allident in viarum ejus capitibus. » Nam et hi, inquit, Æthiopes et Libes, cæterique quorum mentionem feci, fœdera tecum inierant, seque tibi in omni bellica necessitate adfuturos receperant. Verumtamen nihil opis hinc retulisti; dumque fugam maturares, capta es hostium manibus et abducta; qui sane ne parvulorum quidem tuorum miserti, exanimes abjicient passim in compitis, vario cædium genere enecatos. Constat autem hic Æthiopas dici non illos longe dissitos, sed qui Ægyptiis sunt finitimi.

Στίχ. θ'-ιβ'. — « Αἰθιοπία ἡ ἰσχὺς αὐτῆς καὶ Αἴγυπτος, καὶ οὐκέτι πέρας τῆς φυγῆς σου· Φοὺτ καὶ Λίβυες ἐγένοντο βοηθοὶ αὐτῆς· καὶ αὐτὴ εἰς μετοικεσίαν πορεύσεται αἰχμάλωτος, καὶ τὰ νήπια αὐτῆς ἐδαφιοῦσιν ἐπ' ἀρχαῖς τῶν ὁδῶν αὐτῆς. » Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι, φησὶν, Αἰθίοπές τε καὶ Λίβυες καὶ πάντες δὴ ὧν πεποίημαι μνήμην, συμμαχίαν ἔθεντο πρὸς σὲ ἐν ἁπάσαις βοηθεῖν ἐπαγγελλόμενοί σοι ταῖς ἀνάγκαις· ὠφέλησαι δὲ οὐδὲ ἀπὸ τούτων οὐδὲν, περὶ φυγὴν τε ἀσχολουμένη καὶ αἰχμάλωτος ταῖς τῶν πολεμίων ἁπαγομένη χερσὶν, οἳ οὐδὲ τῶν νηπίων τῶν παρὰ σοὶ φειδὼ ποιησάμενοι ἐρρίφασιν αὐτὰ νεκρὰ κατὰ πᾶσαν ὁδὸν πολυτρόποις ὑποβαλόντες σφαγαῖς. Εὔδηλον δὲ ὅτι Αἰθίοπας οὐ τοὺς πόρρω που ἀπῳκισμέ

[16] Ose. IX, 6.

Digitized by Google

ψους φησίν, ἀλλὰ τοὺς ὅσους ὁμόρους εἶναι συνέβαινεν Αἰγυπτίοις. « Καὶ ἐπὶ πάντα τὰ ἔνδοξα αὐτῆς βαλοῦσιν κλήρους, καὶ πάντες οἱ μεγιστᾶνες αὐτῆς δεθήσονται χειροπέδαις. » Ἅπαντα μὲν γὰρ τὰ παρὰ σοὶ τίμια ἀφελόντες οἱ πολέμιοι διενείμαντο κλήροις· καὶ τοὺς μέγα δὲ τῶν ἐν σοὶ δύνασθαι νομιζομένους χειροπέδαις ἐμβαλόντες ἐπὶ τὴν αἰχμαλωσίαν εἵλκον. (p. 349.) « Καὶ σὺ μεθυσθήσῃ. » Ἐπειδὴ τὸν οἶνον ἐπὶ τιμωρίας λαμβάνειν εἰωθε, βαρυτάτην, φησίν, ὑπομένεις τὴν τιμωρίαν· ὥστε δίκην μεθύοντος τῇδε κἀκεῖσε περιαντλεῖσθαι τοῖς κακοῖς. « Καὶ ἔσῃ παρεωραμένη. » Λόγος δὲ οὐδενὶ γενήσεται τῶν κατὰ σέ. « Καὶ σὺ ζητήσεις σεαυτῇ στάσιν ἐξ ἐχθρῶν σου. » Ἐπιθυμήσεις δέ τινα ἄνεσιν τῶν κακῶν λαβεῖν, ὁπόσα δή σοι παρὰ τῶν πολεμίων κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐπάγεσθαι μέλλει. « Πάντα τὰ ὀχυρώματά σου ὡς σύ. » Καταλυθήσεται γὰρ παραπλησίως σοι πάντα ὁπόσα δὴ πρὸς ἀσφάλειαν οἰκείαν πρότερον εἶχες. « Καὶ σκοποὺς ἔχουσι ἐὰν σαλευθῶσι, καὶ πεσοῦνται εἰς στόμα ἐσθίοντος. » Πειράσῃ δὴ διὰ πολλῶν ἀποσκοπεῖν τὰ ἐσόμενα, ἐπειδ' ἂν τῆς παρουσίας τῶν πολεμίων δέξῃ τὴν ἀκοήν· οἱ δὲ ὀνήσουσί σε οὐδέν· ἐκτραπέντες γὰρ τῶν ἐντεταλμένων πεσοῦνται ὑπὸ τοῖς πολεμίοις.

A « Super præclara quæque ejus mittent sortes, cunctique optimates ejus manicis vincientur. » Omnia tibi pretiosa eripientes hostes, sorte inter se diviserunt, cunctosque qui apud te potentatu pollebant manicis injectis in captivitatem abduxerunt. « Et tu inebriaberis. » Quia vino significare punitionem Scriptura solet, gravissimam illi ait inflictum iri pœnam, ut ebrii instar hinc inde obruatur adversitatibus. « Et despicieris. » Nulla tui ratio habebitur. « Et tu quæres tibi requiem ab inimicis tuis. » Optabis levamine aliquo malorum potiri, quæ tibi eo tempore ab hostibus tuis accident. « Omnes munitiones tuæ sicut tu. » Æque ac tu corruent omnia quæ olim tutelæ tuæ gratia tenebas. « Etiamsi speculatores habent, nihilominus quassatæ corruent in os vorantis. » Conaberis quidem multis exploratoribus ventura prænoscere, statim ac propinquantem hostem audieris, sed tamen custodum nullus fructus erit, namque ab imperatis stationibus dejecti in hostium potestatem incident.

B

Στίχ. ιγ'-ις'. « Ἰδοὺ λαός σου ὡς γυναῖκες ἐν σοὶ τοῖς ἐχθροῖς σου ἀνοιγόμεναι ἀνοιχθήσονται πύλαι τῆς γῆς σου, καὶ καταφάγεται πῦρ τοὺς μοχλούς σου. » Πάντες σου, φησίν, οἱ κατὰ τὴν πόλιν ὑπήκοοι γυναικῶν δίκην ἐν ὀλολυγαῖς γενήσονται καὶ δέει· ἐπειδ' ἂν τὰς μὲν πύλας ὑπὸ τῶν πολεμίων ἴδωσιν ἀνοιγείσας· κεκρατημένην δὲ ὑπ' αὐτῶν τὴν πόλιν πάσης τῆς πρότερον αὐτῇ δοκούσης ἀσφαλείας προσεῖναι ὡς ὑπὸ πυρὸς ἀθρόον ἀναλωθείσης. (p. 350) « Ὕδωρ περιοχῆς ἐπίσπασαι σεαυτῇ, καὶ κατακράτησον τῶν ὀχυρωμάτων σου. » Πολλοῖς ἔθος ἐστὶ πρὸ τῶν τειχῶν τάφρους ἐργάζεσθαι μεγίστας, καὶ πληροῦν ταύτας ὕδατος, ὡς μὴ ῥᾳδίαν ἐπὶ τὰ τείχη τοῖς πολεμίοις εἶναι τὴν διάβασιν. Τοῦτο οὖν λέγει κἀνταῦθα· ὅτι, Ἐφέλκυσαι τὴν ἐκ τοῦ ὕδατος βοήθειαν, καὶ περίβαλε τούτῳ τὸ τεῖχος τὸ οἰκεῖον, καὶ πάντων τῶν εἰς ἀσφάλειάν σοι κατεσκευάσθαι δοκούντων, πολλὴν ποίησαι τὴν ἐπιμέλειαν, εἴ πού τι ἐκ τούτων ὄφελος δέξαιο. Λέγει δὲ αὐτὰ εἰρωνικῶς διασύρων, ὡς οὐδενὶ βοηθεῖσθαι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν οἷόν τε ὄντων. Ἐπάγει γοῦν· « Ἔμβηθι εἰς πηλὸν, καὶ συμπατήθητι ἐν ἀχύροις· κατακράτησον ὑπὲρ πλίνθον· ἐκεῖ καταφάγεταί σε πῦρ, ἐξολοθρεύσει σε μάχαιρα· καὶ καταφάγεταί σε ὡς ἀκρὶς, καὶ βαρυνθήσῃ ὡς βροῦχος· ἐπλήθυνας ἐμπορίας σου ὑπὲρ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ. » Ἀλλ' οὐδὲν ἔσται σοι πρὸς σωτηρίαν μηχάνημα τότε· τοὐναντίον μὲν οὖν, ὥσπερ εἴς τινα πηλὸν ἐμπέσῃ, τὸ μέγεθος τῶν κακῶν, δίκην ἀχύρων ἐν ποιήσει πλίνθων συμπατουμένων τε καὶ συναναφυρομένων τῷ πηλῷ ἐν ἅπασι τοῖς τότε φυρόμενος κακοῖς καὶ αὐτός· ἀναλώσει μὲν γάρ σε δίκην πυρὸς ὁ πολέμιος· ἀφανισθήσῃ δὲ σφαγαῖς ποικίλαις· βρούχου τε καὶ ἀκρίδος δίκην ἐπελεύσεταί σοι τῶν πολεμίων τὸ πλῆθος, (p. 531) καταναλίσκοντές σε καὶ βαρεῖαν ἐξεργαζόμενοί σοι τῶν κακῶν τὴν πεῖραν· ἄπρακτος δέ σοι πᾶς ὁ πλοῦτος ἐκεῖνος γενήσεται, ὃν συνέλεξας ὥσπερεὶ τοῖς ἄστροις ἀμιλλώμενος τοῦ οὐρανοῦ.

C

D

Vers. 13-16. — « Ecce populus tuus tanquam feminæ apud te. Hostibus tuis patefient portæ regionis tuæ; ignis aduret vectes tuos. » Omnes qui dicto tuo obtemperabant per urbem cives, feminarum ritu ululatibus indulgebunt atque formidini, statim ac portas hostibus patentes viderint, captamque ab his urbem, cujus vetus omnis munitio tanquam igne subito evanescet. « Aquam obsidionis attrahe tibi, obtine propugnacula tua. » Multorum mos est præ mœnibus foveas maximas effodere easque aquis complere, ne sit expeditus hostibus ad mœnia accessus. Id utique nunc ait: Pete ab aqua præsidium, atque hac circumda murum tuum; nihilque eorum prætermitte quæ tutelæ prodesse videntur; si forte hinc aliquid opis impetrare queas. Loquitur vero ironice et subsannans, quoniam hæc nulli usui per id tempus futura erant. Ergo addit: « Ingredere lutum, conculcare in paleis, roborare super laterem: ibi vorabit te flamma, perdet te gladius, comedet te quasi locusta, gravaberis ut bruchus. Multiplicasti negotiationes tuas super astra cœli. » Verumtamen nulla tunc tibi ad salutem machinatio proderit; imo veluti in lutum in malorum barathrum incides, et palearum instar quæ, cum lateres conficiuntur, conculcantur et luto immiscentur, omnibus illius temporis malis et ipse commisceberis. Quippe ignis instar absumet te hostis; cædibus variis peribis: bruchi et locustæ more superveniet tibi hostium agmen, qui te consument, acerbumque tibi malorum sensum efficient: otiosæ tibi erunt opes illæ, quarum numerum stellis cœlestibus parem congesseras.

Digitized by Google

Vers. 16-19. — « Bruchus irruit et evolavit; exiliit, quasi attelabus, commistus tuus : ut locusta quæ insedit sæpem in die gelu. Ortus est sol, et illa avolavit; neque cognitus **230** est locus ejus. » Omnes, inquit, subditi tui, quos multis e locis contraxeras, incrementum, ut arbitrabaris, virium tuarum (id enim significet vox *commistus*), bruchi ritu avolaverunt quaquaversus, diffugeruntque instar attelabi. Imitati sunt locustam quæ hora gelida sæpem insidet : hæc enim manet in statione immobilis a frigore, donec orto sole geluque resoluto, vim volandi recuperans, exsilit, nullo sui vestigio relicto. Dicit autem : Hi pariter qui tibi antea metus causa obtemperabant, mox ubi adversa fortuna laboraveris, tanquam libertate recepta, cuncti a te ovantes recedent. Deinde lugubriter generatimque propheta exclamat : « Væ illis! dormitaverunt pastores tui; rex Assyrius consopivit potentes tuos. » Flebiles, ait, vos omnes : nam duces, ceu sopore quodam, punitione correpti occubuerunt. Tale est illud apud beatum Davidem : « Dormitaverunt qui ascendebant equos[17]. » Porro rege vestro neci tradito commortui sunt omnes qui apud eum dignitate præstabant. « Diffugit ad montes populus tuus, neque erat qui eum excuperet. » Cuncti jam ad fugam spectabant, quoniam nemo reliquus erat qui præsenti malo suppetias ferret. « Non est confractionis medela. » Cura omnis atque emendatio malorum tuorum sublata est. « Vulnus tuum intumuit. » Crevit calamitas tua, jamque est insanabilis. « Omnes qui rei nuntium audient, manibus plaudent super te. Ad quem enim non devenerat perpetua malitia tua? » Profecto populos omnes fama cladium tuarum oblectabit, hique manuum plausu quantopere pernicie tua lætentur significabunt. Tu enim bellum adversus omnes susceperas, neminemque pro viribus molestia ac detrimento non afficiebas. Hinc tuus interitus commune gaudium omnibus attulit.

Στίχ. ις'-ιθ'. — « Βροῦχος ὥρμησε καὶ ἐξετιάσθη, ἐξήλατο ὡς ἀττέλαβος ὁ σύμμικτός σου, ὡς ἀκρὶς ἐπιδεδηκυῖα ἐπὶ φραγμὸν ἐν ἡμέρᾳ πάγου· ὁ ἥλιος ἀνέτειλε, καὶ ἀφήλατο, καὶ οὐκ ἐγνώσθη ὁ τόπος αὐτῆς. » Πάντες, φησὶν, οἱ ὑπήκοοί σου οὓς πολλαχόθεν συνήγαγες αὔξων ὡς ὅρου τὴν δύναμιν ἑαυτῷ, τοῦτο γὰρ λέγει « σύμμικτον, » ὥσπερ τις βροῦχος ἀπέπτη σου παντελῶς, καὶ ἐξεπήδησεν ἀττελάβου δίκην· ἐμιμήσατό τε ἀκρίδα ἐν πάγῳ, ἐπιδεδηκυῖαν φραγμῷ, ἣ ἀκίνητος ἐκ τοῦ κρίους ἐπὶ τῆς στάσεως μένουσα τῆς οἰκείας, ἡλίου φανέντος τε καὶ διαλύσαντος τὸν πάγον, ἀθρόον τῆς πτήσεως τῆς οἰκείας ἀπειληφυῖα τὴν δύναμιν ἀφίπταται, οὐδὲν ἴχνος τῆς στάσεως αὐτῆς καταλιποῦσα τῆς πρότερον. Οὕτω γὰρ, φησὶ, καὶ οὗτοι πρότερον μὲν ὑπὸ σοὶ καθεστήκεσαν τῷ δέει· καταλαβούσης δέ σε τῆς συμφορᾶς, ὥσπερ ἐν ἐλευθερίᾳ τινὶ γεγονότες, τὸν ἐκ σοῦ χωρισμὸν ἀγαπήσουσιν ἅπαντες. Εἶτα θρηνητικῶς ἐφ' ἅπασιν ὁ προφήτης λέγει· « Οὐαὶ αὐτοῖς· ἐνύσταξαν οἱ τιμώμενές σου· βασιλεὺς Ἀσσύριος ἐκοίμισε τοὺς δυνάστας σου. » (p. 352) Θρήνων, φησὶν, ἄξιοι πάντες ὑμεῖς· οἱ μὲν γὰρ ἡγούμενοι ὥσπερ ὕπνῳ τινὶ τῇ τιμωρίᾳ κατενεχθέντες πεπτώκασι. Τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ τὸ παρὰ τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ, « Ἐνύσταξαν οἱ ἐπιδεδηκότες ἵπποις. » Ὁ δὲ βασιλεὺς ὁ ὑμέτερος ἀπωλείᾳ παραδοθεὶς συναπώλεσεν ἑαυτῷ πάντας τοὺς παρ' αὐτῷ δυναστεύοντας πρότερον. « Ἀπῆρεν ὁ λαός σου ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκδεχόμενος. » Πρὸς φυγὴν ἅπαντες εἶδον λοιπὸν, ἐπεὶ μηδεὶς ἦν ὁ βοηθεῖν δυνάμενος τοῖς παροῦσι κακοῖς. « Οὐκ ἔστιν ἴασις τῆς συντριβῆς. » Πᾶσα γὰρ θερσπεία τε καὶ διόρθωσις τῶν σῶν ἀφῄρηται κακῶν. « Ἐφλέγμανεν ἡ πληγή σου. » Ηὐξήθη γάρ σου τὸ κακὸν, ὥστε καὶ μένειν ἀνίατον. « Πάντες οἱ ἀκούσαντες τὴν ἀγγελίαν σου κροτήσουσι χεῖρας ἐπὶ σὲ, διότι ἐπὶ τίνα οὐκ ἐπῆλθεν ἡ κακία σου διὰ παντός; » Ἀλλὰ γὰρ οἱ πανταχοῦ τῶν περὶ σὲ κακῶν δεξάμενοι τὴν ἀκοὴν ἡσθήσονται, τῷ κρότῳ τῶν χειρῶν τῶν οἰκείων ἐπιδεικνύμενοι τῆς σῆς ἀπωλείας τὴν ἡδονήν. Ἐπειδὴ γὰρ κοινὸν πρὸς ἅπαντας ἦρου τὸν πόλεμον, καὶ πάντα ὀντινοῦν βλάπτειν καὶ κακοῦν κατὰ τὴν δύναμιν ἐσπευδες τὴν οἰκείαν, διὰ τοῦτο κοινὴν ἅπασιν ἡδονὴν ἐκ τῆς ἀπωλείας γενέσθαι συνέβη τῆς σῆς.

[17] Psal. LXXV, 7.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΑΒΒΑΚΟΥΜ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ.

COMMENTARIUS IN HABACUCUM PROPHETAM.

231 Postquam jam decem tribus Assyrius in suam regionem captivas abduxerat, et deinde expeditione adversus Hierusalem suscepta, terribilem

(P. 353) Ἤδη τοῦ Ἀσσυρίου τοὺς μὲν τῶν δέκα φυλῶν αἰχμαλώτους εἰς τὴν οἰκείαν ἀπαγαγόντος χώραν, ἐπεληλυθότος δὲ τῇ Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν

φοδερὰν ἐκείνην διὰ τοῦ ἀγγέλου πληγὴν δεξαμένου, μετὰ πολλῆς ὡς εἰκὸς ἐντεῦθεν τῆς ἀτιμίας ὑποστρέψαντος εἰς τὰ οἰκεῖα, ὁ μακάριος Ἀμβακοὺμ (47) ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας τὴν προφητείαν ποιεῖται ταύτην, εἰς δύο μερίζων τὸν λόγον, εἴς τε τὴν αἰτίασιν τῶν ἐν τῷ λαῷ δυναστευόντων τε καὶ κρινόντων, οἳ πολλαῖς καὶ διαφόροις ταλαιπωρίαις τοὺς πένητας περιέβαλλον, ὑπὲρ ὧν δὴ μάλιστα ἐπαχθήσεσθαι τὰ παρὰ τῶν Βαβυλωνίων αὐτοῖς μνημονεύει κακά· καὶ εἰς τὴν αὐτῶν τῶν Βαβυλωνίων κατηγορίαν ὡς κεκρατηκότων μὲν τῆς Ἱερουσαλὴμ, οὐκ εἰς δέον δὲ τῷ κράτει χρησαμένων, πολλὴν δὲ τὴν ἀμετρίαν τῆς ὠμότητος κατ' αὐτῶν ἐπιδεδειγμένων· ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ τούτους τιμωρηθήσεσθαι λέγει· ὥστε κατά γε τὴν διαίρεσιν ταύτην ἐοικέναι τῷ ἑνάτῳ ψαλμῷ δοκεῖν αὐτοῦ τὴν προφητείαν, ὃς ἐστὶ μὲν εἷς τῷ ἀριθμῷ ἐπὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἐκφωνήσεως, δύο δὲ ἐπὶ τῆς Ἑβραίων γλώττης, ἰδίαν ἑκατέρου τὴν ὑπόθεσιν ἔχοντος· ὡς τοῦ μὲν προτέρου ἀρχὴν μὲν εἶναι τὸ, « Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου· » πέρας δὲ τὸ, « Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην αὐτοῖς, γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσι. » Τοῦ δευτέρου δὲ ἀρχὴν μὲν τὸ, « Ἵνα τί, Κύριε, ἀφέστηκας μακρόθεν; (p. 354) ὑπερορᾷς ἐν εὐκαιρίαις, ἐν θλίψεσι; » τέλος δὲ, « Τὴν ἑτοιμασίαν τῆς καρδίας αὐτῶν προσέσχε τὸ οὖς σου, » ῥῆναι ὀρφανῷ καὶ ταπεινῷ, ἵνα μὴ προσθῇ ἔτι τοῦ μεγαλαυχεῖν ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς γῆς. » Τούτων δὲ ἐν μὲν τοῖς προτέροις τοὺς ἀλλοτρίους αἰτιᾶται, λέγω δὲ τοὺς περιοίκους, ὡς πολλῇ τῇ κατ' αὐτῶν ὠμότητι χρησαμένους, ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπῆχθαι λέγει παρὰ τοῦ Θεοῦ· ἐν δὲ τοῖς δευτέροις, τοὺς ἐν τῷ λαῷ τῷ τε πλούτῳ καὶ τῇ δυναστείᾳ ἐπ' ἀδικίαν καὶ βλάβην καὶ ἐπήρειαν τῶν πενήτων κεχρημένους, οὓς καὶ αὐτοὺς οὐκ ἔξω τιμωρίας ἔσεσθαί φησι. Τοιοῦτο γάρ τι καὶ νῦν ὁ μακάριος Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης ποιεῖ, μερίζων τὸν λόγον εἴς τε τοὺς παρ' αὐτοῖς ἐπ' ἀδικίᾳ τῶν πενήτων τῇ προσούσῃ κεχρημένους δυναστείᾳ· τούτους γὰρ ἐν τοῖς προτέροις αἰτιασάμενος, λέγει καὶ τὴν ἐπαγομένην αὐτοῖς ὑπὲρ τούτου τιμωρίαν· καὶ εἰς τοὺς Βαβυλωνίους, ὧν καὶ αὐτῶν πλεῖστα ὅσα διατεθεικότων κακὰ τὸν λαὸν ἐπαχθησομένην ὕστερον τιμωρίαν μηνύει. Ἀλλὰ γὰρ τοιαύτης τινὸς οὔσης τῆς ὑποθέσεως τῶν τοῦ προφήτου ῥημάτων, τὰ κατὰ μέρος σκοπητέον λοιπόν. Πρόκειται μὲν οὖν ἡ εἰωθυῖα προγραφὴ τοῦ βιβλίου, « Τὸ λῆμμα ὃ εἶδεν Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης· » ἄρχεται δὲ οὕτως·

illam ab angelo cladem acceperat, multaque, ut par erat, cum ignominia illinc in patriam regressus fuerat; beatus Habacucus hoc edidit de Judæa vaticinium, diviso in partes duas sermone; quarum priore principes judicesque incusat, qui multis variisque ærumnis pauperes implicuerant; quam ob rem præcipue eventura illis a Babyloniis mala memorat: altera vero pars Babyloniorum ipsorum increpationem continet, qui Hierusalem potiti, haud recte victoria usi erant, sed multum crudelitatis excessum adversus Judæos exprompserant; cujus causa punitum iri dicit. Quare secundum hanc divisionem, videtur prophetia hæc nono similis psalmo, qui unus est in Græca interpretatione, duo autem in Hebræa lingua, cum suo quisque argumento. Et prioris quidem initium est: « Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo; narrabo omnia mirabilia tua. » Finis autem: « Constitue, Domine, legislatorem eis; sciant gentes quoniam homines sunt. » Alterius vero psalmi initium est: « Ut quid, Domine, recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulationibus? » Finis: « Præparationi cordis eorum attendit auris tua, judicare pupillo et humili, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram. » Jam vero in priore psalmo alienigenas increpat, id est finitimos, qui magnopere contra Judæos sævierant, ac propterea pœnam **232** ipsis a Deo inflictam dicit; in altero populi ditiores ac principes objurgat, qui pauperes iniquitate, detrimentis, injuriisque vexabant; atque hos etiam haud pœnam evasuros ait. Idem fere nunc agit beatus Habacucus propheta, bipartito sermone, primo quidem adversus eos qui pauperes injusta vi opprimebant: his enim apprime increpitis, eventuram delicto pœnam prædicit; deinde in Babylonios convertitur, qui cum innumera mala populo Judaico intulissent, punitionem ipsis impositum iri prædicit. Nunc postquam verborum prophetæ argumentum exposuimus, sequitur ut partes singulas consideremus. Præit solitus libello titulus: « Assumptio quam vidit Habacucus propheta. » Sic autem exorditur:

ΚΕΦ. Α'.

CAP. I.

Στίχ. β'. — « Ἕως τίνος, Κύριε, κεκράξομαι, καὶ οὐ μὴ εἰσακούσῃς; βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ μὴ σώσῃς; » (p. 355) Οὐχ ὡς αἰτίασίν τινα τῷ Θεῷ προσάγων ὁ προφήτης ταῦτά φησιν, ἀλλὰ καθὼς ἔθος αὐτοῖς ἐπί τῶν τινα διαπόρησιν ἐχόντων, ἢ καὶ ἀγανάκτησιν κινούντων δικαίαν κατὰ τῶν τοιούντων, ἐν αἰτιατικῷ λέγειν σχήματι τῶν πραττομένων τὴν ἀτοπίαν· οὕτω κἀνθάδε φησίν· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος λέγει Δαυὶδ τὸ, « Ἵνα τί, Κύριε.

Vers. 2. — « Usquequo, Domine, clamabo, et non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, et non salvabis? » Non tanquam expostulans, hæc ait propheta, sed more illorum, qui in re aliqua anxii, vel etiam justa indignatione commoti, figurato ad expostulationem sermone de rerum actarum iniquitate queruntur. Ita scilicet hoc se loco gerit propheta. Sicut ergo beatus etiam ait David: « Ut quid, Domine, recessisti longe, despicis in

(47) In titulo Ἀββ.

opportunitatibus, in tribulationibus? Dum extollitur impius, incenditur pauper [18], » et reliqua; haud Deum culpans ita loquitur, sed illis irascens qui talia agunt, et quodammodo exæstuans, quod non cito pœnas debitas luerint. Ita et alibi: « Cur, Deus, repulisti in finem? iratus est furor tuus adversus oves pascui tui [19]? » Etenim magnitudine malorum populo illatorum attonitus, sic etiam hoc loco loquitur. Velut etiam beatus Jeremias dicit: « Cur via impiorum prosperatur, **233** beate agunt omnes reprobantes reprobrationes [20]? » Nam ne iste quidem Deum accusans sic loquitur, sed indignans potius quod delictorum pœnas non pertulerint. Pari enim prophetæ omnes animo erant. Quin et illud apud beatum Davidem dictum: « Domine, in cœlo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes: justitia tua, sicut montes Dei; judicia tua abyssus multa [21]: » quæ nimirum dicit, benignitatem Dei demirans erga homines tanquam infinitam, et quod multam de viro justo gerat sollicitudinem, imperscrutabile dicens Dei examen et judicium, quo seras peccantibus pœnas imponit, quas sæpe differt, quanquam multa inter homines mala versentur. Eodem prorsus modo hic quoque dicit propheta, iniquitati irascens principum populi, qui multam variamque pauperibus injuriam faciebant: magnopere quidem cognoscens digna esse suppliciis ea quæ fiebant, dolens autem quod Deo ultionem differente, multa adversus pauperes vigeret injustitia. Propterea, ceu qui sæpe expetiverat vindictam de iis capi tam prave agentibus, nihil vero impetraverat: « Usquequo, inquit, Domine clamabo, et non exaudies? » Nam sumpta sibi patientium injuste persona dicit: Quousque tandem miseriis multis exercitus clamo tuum exposcens auxilium, neque tamen id impetro?

A ἀφέστηκας μακρόθεν, ὑπερορᾷς ἐν εὐκαιρίαις, ἐν θλίψεσιν; ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι τὸν ἀσεβῆ, ἐμπυρίζεται ὁ πτωχὸς, » καὶ τὰ ἑξῆς· οὐ γὰρ τὸν Θεὸν αἰτιώμενος ταῦτα λέγει, ἀγανακτῶν δὲ κατὰ τῶν τοιαῦτα ποιούντων, καί τινα τρόπον διαπορῶν, ἀνὼ' ὅτου μὴ δίκας διδόασιν ὀξέως. Οὕτω καὶ ἀλλαχοῦ· « Ἵνα τί, ὁ Θεὸς, ἀπώσω εἰς τέλος, ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου; » Διαπορῶν γὰρ ἐπὶ τῷ μεγέθει τῶν γεγονότων εἰς τὸν λαὸν, κάνταῦθά φησι· καὶ πολλὰ δὲ τοιαῦτα εὕροι τις ἄν· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος Ἱερεμίας φησί· « Τί ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦται, ηὐθήνησαν πάντες οἱ ἀθετοῦντες ἀθετήματα; » Θὐδὲ γὰρ οὐδ' οὗτος τὸν Θεὸν αἰτιώμενος λέγει, ἀγανακτῶν δὲ ἐφ' οἷς ἔπραττον ὅτι μὴ διδόασι δίκας· ἐπειπερ οἱ προφῆται πάντες ὁμοίως ἦσαν πεB πεισμένοι, ἐκεῖνο δὴ τὸ παρὰ τοῦ μακαρίου Δαυὶδ λεγόμενον· « Κύριε, ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου, ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν, ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη Θεοῦ, τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή· » ἅπερ οὖν ἔφη καὶ τὴν φιλανθρωπίαν ἐκπληττόμενος τοῦ Θεοῦ ὡς ἀμέτρητον οὖσαν, (p. 356) καὶ τοῦ δικαίου τὴν φροντίδα ὅτι πολλήν γε ποιεῖται ταύτην· ἀνέφικτον δὲ εἶναι λέγων τοῦ Θεοῦ τὴν δοκιμασίαν καὶ τὴν κρίσιν, καθ' ἣν οὐκ ὀξείας ἐπάγει τοῖς πταίουσι τὰς τιμωρίας, ἀναβάλλεται δὲ αὐτὰς πολλάκις, καίτοι γε ἐν ἀνθρώποις πολλῶν πασχόντων κακῶς. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ προφήτης ἐνταῦθά φησιν, ἀγανακτῶν ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ τῶν ἐν τῷ λαῷ δυναστευόντων, καὶ πολλήν τινα καὶ πολύτροπον τοῖς πένησι τὴν ἐπήρειαν ἐπαγόντων· καὶ σφόδρα μὲν εἰδὼς, ὡς τιμωC ρίας ἄξια τὰ πραττόμενα, ἀθυμῶν δὲ ὅτι τὴν τιμωρίαν ἀναβαλλομένου τοῦ Θεοῦ, πολλή τις ἡ κατὰ τῶν πενήτων γίνεται ἀδικία. Διὰ τοῦτο ὡς ἂν πολλάκις αἰτήσας τοῦ Θεοῦ τὴν τιμωρίαν ἐπενεχθῆναι τοῖς οὕτω διαπραττομένοις κακῶς, ἀνύσας δὲ πλέον οὐδὲν, « Ἕως τίνος, φησὶ, Κύριε, κεκράξομαι καὶ οὐ μὴ εἰσακούσῃς, βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ μὴ σώσῃς; » Ἀναλαβὼν γὰρ τὸ τῶν ἀδικουμένων πρόσωπον οὕτω φησὶν, ὅτι Ἄχρι τίνος ἐν ταλαιπωρίαις πολλαῖς ἐξεταζόμενος βοῶ μὲν αἰτῶν τὴν σὴν βοήθειαν, οὐ τυγχάνω δὲ ταύτης;

Verse 3-5. — « Quare mihi ostendisti labores et dolores, videre miseriam et impietatem? » Nil aliud quotidie video nisi laborem atque pressuram, quam mala mente principes pauperibus inferre conantur. « Contra me factum est judicium, et judex accipit. Propterea dissipata est lex, et non deducitur ad finem judicium. » Queror itaque quod sæpe vidi, nempe judicio instituto, jus omnino contemni, sed respicientem personas judicem, hunc sibi proponere sententiæ suæ scopum, cumulando scilicet **234** oppressi detrimentum. Hinc legum tuarum observantia negligitur, nullaque harum ratio habetur: nullius judicii bonus est exitus, sed manifesta iniquitate laborat. « Quia impius prævalet adversus justum. » Qui igitur impie vivunt, et legitima tua pensi non habent, injuriarum omne genus pro sua præpotentia in egenos conferunt. Nam justum hoc loco dicit pro oppresso

Στίχ. γ'-ε'. — « Ἵνα τί μοι ἔδειξας κόπους καὶ πόνους ἐπιβλέπειν ἐπὶ ταλαιπωρίαν καὶ ἀσέβειαν; » Οὐδὲν γοῦν ἕτερον καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὁρῶ, ἀλλ' ἢ πόνον καὶ συντριβήν, ἣν οἱ δυναστεύοντες ἀσεβεῖ τῇ γνώμῃ τοῖς πένησιν ἐπάγειν πειρῶνται. « Ἐξεναντίας μου γέγονε κρίσις, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνει· διὰ τοῦτο D διεσκέδασται νόμος, (p. 357) καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρῖμα. » Αἰτιῶμαι γοῦν ἃ πολλάκις εἶδον, ὅτι δίκης συγχροτουμένης παρορᾶται μὲν παντελῶς τὸ δίκαιον, πρὸς σχήματα δὲ ὁρῶν ὁ δικαστὴς τούτῳ τὸ πέρας ποιεῖται τῆς δίκης, ἐπαύξων τῷ ἠδικημένῳ τὴν βλάβην· ἐντεῦθεν γοῦν ἡμέληται μὲν τῶν νόμων τῶν σῶν ἡ ἀκρίβεια, καὶ λόγος τούτων οὐθεὶς οὐδενί· δίκη δὲ οὐδεμία πέρας δέχεται χρηστὸν, ἀλλ' εἰς ἀδικίαν πρόδηλον καταντᾷ. « Ὅτι ὁ ἀσεβὴς καταδυναστεύει τὸν δίκαιον. » Οἱ γοῦν ἀσεβείᾳ συζῶντες καὶ τῶν σῶν νομίμων οὐδένα ποιούμενοι λόγον, πᾶν εἶδος ἐπηρείας κατὰ τὴν οἰκείαν δυναστείαν ἐπάγουσι

[18] Psal. x, 1. [19] Psal. lxxiii, 1. [20] Jer. xii, 1. [21] Psal. xxxv, 6.

Digitized by Google

τοῖς πενομένοις· δίκαιον γὰρ ἐνταῦθα τὸν ἀδικούμενον πένητα καλεῖ, ὡς δικαίας γε τῆς ἐκδικίας τευξόμενον. « Ἕνεκεν τούτου ἐξελεύσεται τὸ κρῖμα διεστραμμένον. » Ἐντεῦθεν οὐδὲ παρὰ τοῦ κριτοῦ γινόμενόν τι μὴ διεστραμμένον ἴδοι τις ἄν· ἐπειδὴ κἀκεῖνος ἀμελῶν τοῦ δικαίου πρὸς τὸν δυναστεύοντα τὴν πᾶσαν ἔχει ῥοπήν. Εἶτα τὴν τῶν πραττομένων αἰτιασάμενος ἀτοπίαν ἐν τούτοις, ἐπάγει λοιπὸν τὴν τιμωρίαν· ὡς ἂν μετὰ τὴν ἔντευξιν τῶν πρὸς τὸν Θεὸν ἐξ ἀποκαλύψεως θείας ἐγνωκώς τε αὐτὴν καὶ μηνύων ἅπασι δικαίως. « Ἴδετε, οἱ καταφρονηταί, καὶ ἐπιβλέψατε, καὶ θαυμάσατε· καὶ ἴδετε θαυμάσια, καὶ ἀφανίσθητε· διότι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε ἐάν τις ἐκδιηγῆται. » (p. 358) Ἀλλὰ γὰρ οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ὑμῖν ἐξέσται τοιαῦτα ποιεῖν τῆς κρίσεως καταφρονοῦσι τῆς θείας· δῆσεσθε γὰρ θαυμαστήν τινα τιμωρίαν ἐπαγομένην ὑμῖν, καὶ πρὸς ἀφανισμὸν ἀρκοῦσαν παντελῆ, ἐπειδὴ τοιαῦτα ὑμῖν ἐπάξει Θεός· τοῦτο γὰρ λέγει, *Ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι*, ὃ καὶ ἄπιστον ἂν ἐκ μόνης διηγήσεως γένοιτο πρὸ τῆς πείρας· ποῖον τοῦτο λέγων.

A paupere, qui justam impetrandi defensionem dignus erat. « Propterea egredietur judicium perversum. » Hinc nihil ne a judice quidem nisi perversum fieri quisquam videat; nam et iste, æquitate omissa, ad potentem toto sui pondere inclinat. Deinde hanc operum sævitatem vituperans, pœnam mox subdit, quasi hanc in tractatu cum Deo revelatione superna novisset, eamque merito cunctis portenderet. « Videte, contemptores, et respicite, et admiramini, et spectate mirabilia, et disperdimini, quia opus ego operor in diebus vestris, quod non crederetis si quis narraret. » Verumtamen haud perpetuo hæc a vobis fieri poterunt divini judicii contemptoribus : videbitis enim miram quamdam punitionem vobis impactam, et omnimodo B exitio parem; namque ita Deus vobiscum aget : quippe ita valent verba : Opus ego operabor, quod incredibile narratu videbitur, ante hujus experimentum. Quod quale sit, dicit.

Στίχ. ς'-η'. —« Διότι ἐγὼ ἐγείρω τοὺς Χαλδαίους, τὸ ἔθνος τὸ πικρὸν καὶ τὸ ταχινὸν, τὸ πορευόμενον ἐπὶ τὰ πλάτη τῆς γῆς, τοῦ κατακληρονομῆσαι σκηνώματα οὐκ αὐτοῦ. » Ἐπάξω γὰρ ὑμῖν τοὺς Βαβυλωνίους τῆς τοσαύτης ὑμῶν ἕνεκεν παρανομίας, ἔθνος ὠμότατον, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους ἐπιτελοῦν ἃ βούλεται, ὃ πᾶσαν διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ δύναμιν μικροῦ γε ἐπελεύσεται τὴν γῆν, ὡς ἂν περιβάλοιτο κτῆσιν, τὴν μηδαμόθεν αὐτῷ προσήκουσαν μηδαμῶς. « Φοβερὸς καὶ ἐπιφανής ἐστι, » πολλοῦ γέ- C μῶν τοῦ φόβου καὶ καταφανὴς ἅπασιν ἐκ δύνασθαι μεγάλα. « Ἐξ αὐτοῦ τὸ κρῖμα αὐτοῦ ἔσται, καὶ τὸ λῆμμα αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσεται. » Οὐθὲν τῆς ἑτέρου δεόμενος συμμαχίας, ἀλλ' αὐτὸς οἰκείᾳ τῇ δυνάμει πάντα διαπραττόμενος, ὥστε καὶ κρίνειν καὶ κατακρατεῖν ὧν βούλεται, ἀθρόον τε ἢν ἂν ἐθέλῃ τιμωρίαν ἐπάγειν αὐτοῖς. « Καὶ ἐξαλοῦνται ὑπὲρ παρδάλεις οἱ ἵπποι αὐτοῦ, καὶ ὀξύτεροι ὑπὲρ τοὺς λύκους τῆς Ἀραβίας, καὶ ἐξιππάσονται οἱ ἵπποι αὐτοῦ, (p. 359) καὶ ὁρμήσουσι μακρόθεν· καὶ πετασθήσονται ὡς ἀετὸς πρόθυμος ἐπὶ τὸ φαγεῖν. » Ἱππικὸν μὲν αὐτῷ παρεσκευασμένον ἐστὶ πρὸς πόλεμον, παρδάλεών τε καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν λύκων ὀξύτερον· οἱ δὲ ἱππεύοντες τοσαύτῃ πρὸς τὸ πολεμεῖν κέχρηνται τῇ προθυμίᾳ, ὥστε θαῤῥοῦντας ἐπὶ γῆν ἐλαύνειν πόῤῥωθεν κειμένην, καὶ μόνον οὐκ ἐφίπτασθαι τοῖς πόῤῥωθεν αὐτῶν ἀπῳκισμένοις δοκεῖν, ἀετοῦ δίκην ἐπὶ θήραν ἑτοίμου.

Vers. 6-8. — « Quia ego Chaldæos suscito, gentem acerbam et velocem, quæ ambulat super latitudines terræ, ut possideat tabernacula non sua. » Adducam contra vos Babylonios, propter tantum scelus vestrum, gentem sævissimam, et ad id quod voluerit exsequendum expeditissimam, quæ viribus quibus pollet universam ferme terram occupabit, ut ea sibi subjiciat, quæ nullatenus ad se pertinebant. « Terribilis **235** et illustris est » multumque terrorem afferens, notaque omnibus ob potentiæ suæ magnitudinem. « Ex ipsa judicium ejus erit, et assumptio ejus ex ipsa egredietur. » Nullius auxilio indigens, sed suapte potentia cuncta exsequens, ita ut et decernat, et quod vult obtineat, subitamque pro suo libito pœnam hostibus impingat. « Et exsilient plus quam pardi equi ejus, et velociores lupis Arabiæ. Et equitabunt equites ejus, et de longinquo irruent, et volabunt quasi aquila ad vorandum percita. » Equitatus est illi ad bellum paratus, pardis et Arabiæ lupis velocior. Tantus vero est equitum ad bellandum impetus, ut ad longinquas regiones alacriter discurrant, ac volare propemodum videantur iis qui procul habitant, aquilæ instar quæ in prædam insilit.

Στίχ. θ'-ιδ'. — « Συντέλεια ἐπ' ἀσεβεῖς ἥξει ἀνθεστηκότας προσώπῳ αὐτῶν ἐξ ἐναντίας. » Οὗτοι πάντας τοὺς ἐν τῷ λαῷ, τὴν κατὰ τῶν πενήτων ἀσέβειαν ἐπιδεικνυμένους παντελῶς ἀπολέσουσιν, οὐδὲ πρὸς τὸ βραχύτατον ἀντιβλέπειν αὐτοῖς, ἢ ἀνθίστασθαι τολμῶντας. « Καὶ συνάξει ὡς ἄμμον αἰχμαλωσίαν· καὶ αὐτὸς ἐν βασιλεῦσιν ἐντρυφήσει, καὶ τύραννος παίγνια αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς εἰς πᾶν ὀχύρωμα ἐμπαίξεται, καὶ βαλεῖ χῶμα, καὶ κρατήσει αὐτοῦ. » Πολλοὺς μὲν οὖν αἰχμαλώτους ἐργάσεται, ἀναριθμήτους οὐχ ἧττον ἢ ἄμμος· αὐτὸς δὲ τὴν ἰδίαν ἡδονὴν αὐξήσειεν τῷ πολλὰς καθελεῖν βασιλείας· ὧν τὸν

D Vers. 9-14. — « Consummatio in impios veniet resistentes faciei ipsorum ex adverso. » Hi cunctos de populo, qui adversus pauperes iniqui fuerunt, funditus perdent; nam ne brevissimo quidem tempore ex adverso intueri hostes aut iis obsistere audebunt. « Et congregabit quasi arenam captivitatem. Et ipse de regibus delicias capiet, et tyrannus ludibria ejus : et ipse cuilibet munitioni illudet; et struet aggerem, et capiet illam. » Multos itaque faciet captivos, imo innumerabiles quantum arena est. Ipse vero voluptatem suam cumulabit multorum regnorum destructione, quam sine la-

Digitized by Google

bore multo et quasi ludens patrabit; atque eadem facilitate munitissimas quoque urbes arcesque obtinebit, struens expeditissime aggeres, atque omnia subruens sive mœnia sive aliud quidvis tutamen videtur. « Tunc mutabit spiritum, et pertransibit, et propitiabitur. » Verumtamen maximam hanc punitionem inspiciens Deus, et quidem a talibus talique animo præditis inflictam hominibus, suam adversus nos **236** iram omittet : et per medios nos, ut ita dicam, providentia sua transibit, veniam priscis peccatis indulgebit, et impositam horum causa pœnam remittet. « Hæc est fortitudo Deo meo. Nonne tu a principio, Domine Deus sancte meus? Et non moriemur? » Hoc est potentiæ opus, quod desuper pro nobis ostendit ille qui sanctus est, et omni rei exsistenti superior : quamobrem vivere quoque speramus, post pœnæ depulsionem. « Domine, ad judicium rem hanc constituisti; et formavit me ut arguam disciplinam ejus. » Nempe ut erudiam correptione mea reliquos homines, ne securi peccent. Deinde ad ipsum Deum convertit sermonem : « Purus oculus tuus, ne mala videat, et contemplari molestias non poteris. » Multa tibi æqui juris cura est : quare male agentes spectare non sustinebis, et qui molestiarum aliis et contritionis auctores sunt. « Cur aspicis contemptores? Tacebisne, dum justum devorat impius? Et facies homines quasi pisces maris, et quasi reptilia non habentia ducem? » Non ergo spectare patieris eos qui punitionis tuæ contemptu hæc agunt; neque tantam iniquitatem dissimulabis, ut justi ab impiis propemodum devorentur. Alioqui videbimur a piscibus atque reptilibus duce carentibus nihil differre, nisi tu punitionis tuæ demonstratione, palam fias ceu præses noster et actuum omnium humanorum scrutator accuratus.

A ἀφανισμὸν οὐ μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου, ὡς ἂν παίζων δὲ ποιήσεται ῥᾳδίως· μετὰ πολλῆς δὲ τῆς εὐμαρείας καὶ τῶν ἄγαν ὠχυρωμένων πόλεών τε καὶ φρουρίων κρατήσει, χῶμά τε ἐγείρων μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας, καὶ κατασπῶν πᾶν εἴτε τεῖχος εἴθ' ἕτερόν πως ἠσφαλίσθαι δοκοῦν. (p. 360) « Τότε μεταβαλεῖ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ διελεύσεται, καὶ ἐξιλάσεται. » Ἀλλὰ γὰρ μεγίστην τὴν ἐπαχθεῖσαν τιμωρίαν ἰδὼν ὁ Θεὸς, ἅτε παρὰ τοιούτων καὶ οὕτω διακειμένων ἐπαγομένην ἀνδρῶν, μεταβαλεῖ μὲν τὴν καθ' ἡμῶν ὀργήν· ὥσπερ δὲ εἰς μέσους ἡμᾶς τῇ κηδεμονίᾳ παρελθὼν, συγγνώμην μὲν ὑπὲρ τῶν πάλαι πεπλημμελημένων δώσει, λύσει δὲ τὴν ἐπικειμένην ἡμῖν διὰ ταῦτα τιμωρίαν. « Αὕτη ἡ ἰσχὺς τῷ Θεῷ μου· οὐχὶ σὺ ἀπ' ἀρχῆς, Κύριε ὁ Θεός μου ὁ ἅγιος; καὶ οὐ B μὴ ἀποθάνωμεν. » Τοῦτο γὰρ τῆς σῆς δυνάμεως τὸ ἔργον, ὅπερ ἄνωθεν ἐπιδέδειξαι περὶ ἡμᾶς ἅγιος ὤν, καὶ πάντων ὑπερκείμενος τῶν ὄντων, ὑπὲρ ὧν δὲ καὶ ζήσεσθαι προσδοκῶμεν, λυθείσης ἡμῖν τῆς τιμωρίας. « Κύριε, εἰς κρῖμα τέταχας αὐτὸ, καὶ ἔπλασέ με τοῦ ἐλέγχειν παιδείαν αὐτοῦ. » Ἄνωθεν γάρ με αὐτὸς εἰς τὴν τῶν ἁμαρτανόντων διέπλασας κρίσιν· ὡς ἂν καὶ παιδεύοιμι διὰ τῶν ἐλέγχων αὐτοὺς, ἔξω τῆς τοῦ πλημμελεῖν καθίστασθαι ἀδείας· εἶτα πρὸς αὐτὸν ἀποστρέψας τὸν Θεὸν τὸν λόγον, « Καθαρὸς ὁ ὀφθαλμός σου τοῦ μὴ ὁρᾶν πονηρὰ, καὶ ἐπιβλέπειν ἐπὶ πόνους οὐ δυνήσῃ. » Πολλὴ φροντίς σοι τοῦ δικαίου· ὅθεν οὐδὲ βλέπειν ἀνέχῃ τοὺς τὰ πονηρὰ ἐργαζομένους, πόνων τε καὶ συντριβῆς ἑτέροις καθισταμένους αἰτίους. (p. 361) « Τί ἐπιβλέπεις ἐπὶ καταφρονοῦντας; C παρασιωπήσῃ ἐν τῷ καταπίνειν ἀσεβῆ τὸν δίκαιον· καὶ ποιήσεις τοὺς ἀνθρώπους ὡς τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, καὶ ὡς ἑρπετὰ οὐκ ἔχοντα ἡγούμενον. » Οὐ τοίνυν ἀνέχῃ θεωρεῖν τοὺς κατακφρονήσει τῆς σῆς τιμωρίας τοιαῦτα διαπραττομένους, οὐδὲ παραπέμπεσθαι τὴν τοσαύτην ἀδικίαν, ὥστε δικαίους μονονουχὶ καταπίνεσθαι ὑπὸ ἀσεβῶν· φανούμεθα γὰρ ἰχθύων τε καὶ ἑρπετῶν οὐκ ἐχόντων ἡγούμενον διαλλάττοντες, οὐδὲν, εἰ μὴ τῇ τιμωρίᾳ τῇ σῇ δῆλος γένοιο, ἐπιστατῶν τε ἡμῖν καὶ πᾶσαν ἐξέτασιν ἀκριβῆ τῶν ἀνθρωπείων ποιούμενος πραγμάτων.

VERS. 16-17. — Postquam hæc omnia de Babyloniis dixit, qui sæve admodum populum tractaverant, exponit deinceps hostis ejusdem potentiam, cujus ope quotquot vult malis innumeris facile irretit. « Hamo sustulit illum ad consummationem, D traxitque eum reti suo, et in sagenis suis adunavit. Propterea lætabitur et gaudebit; propterea **237** immolabit sagenæ suæ, et thurificabit reti suo. » Quasi hamo aliquo ac reti plurimos potentia sua circumveniens, supremo tradet exitio. Sic autem in potestatem suam cunctos rediget, ut et operibus suis gavisurus sit, ac propemodum quasi Deo aliquo viribus suis propriorum gestorum magnitudinem tributurus. Nam verba, « Immolabit sagenæ, et thurificabit reti, » dicit sumpta metaphora ab iis qui in casu ejusmodi, gratias Deo referunt. Vult ergo dicere illum Dei instar imaginari omnia posse pro suo libito efficere; causamque exponens, « Quia in ipsis, inquit, incrassavit

Στίχ. ιε'-ιζ'. — Ταῦτα δὲ ἅπαντα περὶ τῶν Βαβυλωνίων εἰρηκὼς, ὡς πολλῇ κατὰ τοῦ λαοῦ τῇ ἀφειδίᾳ χρησαμένων, διηγεῖται λοιπὸν αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν, ᾗ χρώμενος, ὁπόσους ἂν ἐθέλοι μυρίους κακοῖς περιβάλλει ῥᾳδίως. « Συντέλειαν ἐν ἀγκίστρῳ ἀνέσπασεν αὐτὸν, καὶ εἵλκυσεν αὐτὸν ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτοῦ· καὶ συνήγαγεν αὐτὸν ἐν ταῖς σαγήναις (48) αὐτοῦ· ἕνεκεν τούτου εὐφρανθήσεται καὶ χαρήσεται· ἕνεκεν τούτου θύσει τῇ σαγήνῃ αὐτοῦ, καὶ θυμιάσει τῷ ἀμφιβλήστρῳ αὐτοῦ. » Ὡς γὰρ ἀγκίστρῳ τινὶ καὶ ἀμφιβλήστρῳ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει πλείστους ὅσους περιβαλὼν εἰς παντελῆ παραδίδωσιν ἀπώλειαν· οὕτω τε ἅπαντας ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ἀθροίζει τὴν οἰκείαν, ὥστε ἥδεσθαι μὲν ἐπὶ τοῖς ἔργοις τοῖς ἰδίοις, κινδυνεύειν δὲ ὡς ἂν τινι Θεῷ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει λογίζεσθαι τῶν παρ' αὐτοῦ γινομένων τὸ μέγεθος· (p. 362) τὸ γὰρ, « Θύσει τῇ σαγήνῃ, καὶ θυμιάσει τῷ ἀμφιβλήστρῳ, » τοῦτο λέγει ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐν τοῖς τοιούτοις τὴν εὐχαριστίαν ἀποτινυόντων τῷ Θεῷ. Βούλε-

(48) Cod. Συναγωγαῖς.

Digitized by Google

ται οὖν εἰπεῖν ὅτι μονονουχὶ Θεοῦ δίκην φαντάζεται δύνασθαι πάντα κατὰ τὸ δοκοῦν ἑαυτῷ ποιεῖν· καὶ τὴν αἰτίαν λέγων· « Ὅτι ἐν αὐτοῖς ἐλίπανεν μερίδα αὐτοῦ, καὶ τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά. » Τῇ γὰρ ἰσχύϊ τῇ οἰκείᾳ λογίζεται τῶν κατωρθωμένων τὸ μέγεθος, ἀφ' ὧν δὴ προσγέγονεν αὐτῷ τὸν πλοῦτον αὐξῆσαι τὸν οἰκεῖον· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, « Ἐλίπανε μερίδα αὐτοῦ. » Ἐντεῦθεν δὲ, φησὶ, καὶ πάντων δὴ τῶν δοκίμων τε καὶ ἐκλεκτῶν τὴν ἀπόλαυσιν ἔχει· ὅπερ ἐστὶ τὸ, « Καὶ τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά. — Διὰ τοῦτο ἀμφιβαλεῖ τὸ ἀμφίβληστρον αὐτοῦ, καὶ διαπαντὸς ἀποκτείνειν ἔθνη οὐ φείσεται. » Ἐκ δὲ ὧν κατώρθωσε πολλάκις θαρρῶν ἔτι τῇ οἰκείᾳ χρῆται δυνάμει, καὶ πολέμοις χρώμενος ἀπαύστοις, πολὺν ἀφειδῶς τῶν ἐμπιπτόντων ἐργάζεται τὸν φόνον· εἰρηκὼς δὲ τὰ παρὰ τοῦ Βαβυλωνίου γινόμενα, καὶ διὰ πάντων αὐτοῦ τὴν εἰς τὸν λαὸν παρανομίαν αὐξήσας, ἐπάγει λοιπόν·

A partem suam ; et cibi ejus electi. » Propriis viribus rerum bene gestarum magnitudinem tribuit, unde illi opum cumulus accessit. Sic enim valent verba : « Partem suam incrassavit. » Hinc, inquit, rei omnis bonæ et electæ fructum consecutus est; namque ita verba « Cibi ejus electi » intelligenda sunt. « Idcirco extendet rete suum, et cædi populorum nunquam parcet. » Repetitis successibus elatus potentiam suam exercebit, perpetuisque bellis indulgens, multam crudeliter devictorum stragem edet. Jam vero Babylonii gestis narratis ejusque per omnia adversus Judaicum populum scelere exaggerato, pergit dicere :

ΚΕΦ. Β'.

Στίχ. α'-δ'. — « Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, καὶ ἐπιβήσομαι ἐπὶ πέτραν. » Ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐν πολέμῳ καὶ πολιορκίᾳ τὴν τοῦ τείχους διαιρουμένων φυλακήν. « Ἐπὶ τῆς φυλακῆς, φησὶν, ἐγὼ στήσομαι τῆς ἐμῆς, » ἵνα εἴπῃ ὅτι Τοῦ ἐμοὶ προσήκοντος οὐκ ἐκστήσομαι, (p. 363) ἀλλὰ γὰρ ἔξομαι τούτου, ἐν ἀσφαλείᾳ γε πλείστῃ καθεστάναι νομίζων εἰ ταῦτα ποιοίην. Καὶ σαφέστερον ποιῶν ὃ λέγει· « Καὶ σκοπεύσω τοῦ ἰδεῖν τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ, καὶ τί ἀποκριθῶ ἐπὶ τὸν ἔλεγχόν μου. » Βούλεται εἰπεῖν ὅτι, Ἔργον ἡμῶν πρὸς τὸν Θεὸν ἀφορᾷν, καὶ τὰ ἐκεῖθεν γινόμενά τε καὶ δεικνύμενα δέχεσθαι, ἐντεῦθεν γάρ μοι καὶ ἀσφάλεια πλείστη προσέσται. Διαμενῶ τοίνυν, φησὶν, ἀφορῶν τί ποτε ἄρα περὶ τῶν γινομένων ἀποφαίνεται Θεὸς, ὡς ἂν ταῦτα μαθὼν ἀποκρίνωμαι καὶ αὐτὸς τὰ δεικνύμενα τῷ λαῷ εἰς ἔλεγχόν τε αὐτῶν ἔξῃς. Ὥσπερ δὲ ἐν τοῖς ἀνωτέροις τῶν ἐν τῷ λαῷ τὰς πλημμελείας εἰπὼν, ὡς ἐξ ἀποκαλύψεως ἐγνωκὼς θείας τὴν ἐπαχθησομένην αὐτοῖς διὰ τῶν Βαβυλωνίων τιμωρίαν φησὶν, οὕτω κἀνταῦθα τοῦ Βαβυλωνίου τὰς παρανομίας εἰρηκὼς, λέγει μὲν ἀναμένειν παρὰ τοῦ Θεοῦ μαθεῖν, ὅ τί ποτε καὶ περὶ τούτων ἀποφαίνεται· ἐπάγει δὲ ἐξῆς τὴν ἐπὶ τούτοις ἀποκάλυψιν αὐτῷ γεγονυῖαν. Διό φησι· « Καὶ ἀπεκρίθη πρός με Κύριος, καὶ εἶπε· Γράψον ὅρασιν σαφῶς εἰς πυξίον, ὅπως διώκῃ ὁ ἀναγινώσκων αὐτά. » Ἀναμένειν γὰρ εἰρηκὼς μαθεῖν ἄτινα περὶ τούτων ἀποφαίνεται ὁ Θεὸς, ταῦτα δὴ ἀποκεκρίσθαι πρὸς αὐτὸν φησὶ τὸν Θεόν· κελεῦσαι μὲν αὐτῷ ὡς ἐν ὁράσει θείᾳ εἰς πυξίον γράψαι τὰ δεικνύμενα, ἵνα πᾶσιν ᾖ σαφῆ τε καὶ δῆλα πρὸς ἀνάγνωσιν τὰ εἰρημένα τε καὶ γεγραμμένα. (p. 364) Λέγει δὲ τὰ περὶ τοὺς Βαβυλωνίους ἐσόμενα, ἅπερ ἐξῆς φησίν. Εἶτα ἐπάγει· « Διότι ἔτι ὅρασις εἰς καιρὸν μακρὸν, καὶ ἀνατελεῖ εἰς πέρας καὶ οὐκ εἰς κενόν. » Τὰ μὲν γὰρ δειχθέντα οὐ παραυτίκα ἐκβήσεται, ἀλλὰ μετά τινα χρόνον, ὃς ἀφέστηκε νῦν, ἔσται δὲ πάντως καὶ λήψεται πέρας· ἐπεὶ μηδὲ μάτην δέδεικται, ἀλλ' ὡς καὶ ἐσόμενα πάντως. « Ἐὰν ὑστερήσῃ, ὑπόμεινον αὐτὸν, ὅτι ὁ ἐρχόμενος ἥξει καὶ οὐ μὴ χρονίσῃ. » Ὥστε εἰ καί τις ὑπέρθεσις δόξειεν τῶν μηνυθέντων γίνεσθαι, τέως ἀναμείνατε πάντως αὐτὰ, ἐπειδὴ ἅπερ ὡς ἐσόμενά τε καὶ ἐλευσόμενα

CAP. II.

Vers. 1-4. « Super custodia mea stabo, et supra petram ascendam. » Metaphora sumpta ab iis qui belli tempore et obsidionis custodiendi muri vices sibi distribuunt. « Super custodia, inquit, mea stabo; » pro eo ut dicat, Officio meo non deero, sed illud observabo : etenim valde tutum me existimabo, si ita me geram. Atque adhuc apertius **238** loquens, « Et contemplabor, inquit, ut videam quid in me loquatur, et quid respondeam ad correptionem meam. » Dicere vult officii esse nostri ad Deum respicere, et quæ inde accidunt et ostenduntur, excipere. Hinc enim mihi plurimum tutamen erit. Perseverabo itaque spectans, quid forte Deus aliquando de rerum eventu revelet, ut hoc cognito, renuntiem ego quoque populo ostenta mihi ad illius futuram correptionem. Sicut autem in superioribus, postquam populi peccata recitavit, tanquam divina revelatione illustratus, imponendam populi pœnam dixit : ita etiam hoc loco, dictis Babylonii sceleribus, ait se exspectare a Deo monitionem, quid aliquando de his quoque patefacturus sit. Mox addit, quam super his acceperat revelationem. Idcirco ait : « Et respondit mihi Dominus dixitque : Scribe manifeste visa in buxo, ut persequatur qui legit ea. » Postquam dixit exspectare se a Deo moneri, quale de his oraculum reddat; hæc sibi a Deo responsa dicit : Jussisse videlicet tanquam ex divina visione in buxo scribere quæ ostensa fuerant, ut omnibus perspicua fierent ac patentia legentibus quæ dicta erant et scripta; nempe ea quæ a Babyloniis eventura erant, et a se inferius dicenda. Tum addit : « Quia adhuc visio in longum tempus, et orietur in finem, et non in vacuum. » Etenim quæ ostensa sunt, haud statim exitum habebunt, sed post aliquod tempus, quod nunc abest, sed tamen omnino erit, ac finem accipiet : non enim hæc frustra revelata sunt, sed prorsus ut eventura. « Si moram fecerit, exspecta illum, quia veniens veniet, et non tardabit. » Quare etiamsi dilatio forte aliqua eorum quæ prædicta sunt, fieri videbitur, constanter interim exspectate; siquidem quæ futura eventuraque prædicta sunt,

Digitized by Google

ea, inquam, evenient fientque prorsus, neque in perpetuam dilationem incurrent. « Si se subtraxerit, non bene placebit animæ meæ **239** super eum ; justus autem ex fide mea vivit. » Si quis ad fidem futuris rebus prædam torpuerit, et ancipiti animo erit, hic mihi valde est invisus : ego enim justum illum esse definio, qui promissionibus credit, et utilitatem ex eis capit.

A μεμήνυται, ταῦτα δὴ ἥξει τε καὶ γενήσεται πάντως, οὐ μὴν εἰς ὑπέρθεσινἐμπεσεῖταιπαντελῆ.« Ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐπ' αὐτῷ· ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσεται.» Ὥστε εἰ καί τις ὀκνήσειε περὶ τὴν πίστιν τῶν ἐσομένων, καὶ ἀμφιβάλλων εἰ γενήσεται πάντως, σφόδρα μοι διὰ μίσους ἐστὶν ὁ τοιοῦτος· ἐπειδὴ δίκαιον ἔγωγε ὁρίζομαι τὸν πιστεύοντά τε τοῖς ἐπηγγελμένοις, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν κομιζόμενον ὠφέλειαν.

Vers. 5, 6. — His circa revelationem dictis, atque ad credendum ostensis hortatus, deinceps visionem evolvens ait : « Vir autem præsumptiosus et contemptor atque superbus nihil perducet ad finem. » Probe ergo cognoscite hunc hostem vestrum, Babylonium designans, immodica arrogantia elatum, divinæque patientiæ contemptorem, et B aliorum calamitatibus exsultantem, hunc, inquam, dominationis suæ negotium felici exitu non conclusurum, sed terribilem quamdam a divina vindicta conversionem experturum. « Qui dilatavit sicut infernus animam suam, et mortis instar est insatiabilis ; qui adunabit sibi omnes gentes, et cunctos populos ad se recipiet. » Qui quasi infernus a versus omnes vim suam extendit, passim interficiens, et mortis imitator nullam occisorum satietatem cepit, captivans plurimos, et ubique omnes sub suam potestatem redigens, hic formidabilem quamdam abs divina ira subversionem patietur. « Nonne hæc omnia parabolam adversus eum sument, et problema de ipso narrabunt ? dicentque : Væ qui sibi non sua multiplicat ! Quousque collare C suum aggravabit vehementer ? » Cuncti postea quotquot ubique sunt, rerum ejus conversione attoniti, tanquam in parabola, dicent : Miserrimus ille omnium qui alienæ rei rapina suas opes auget, qui gravis subditis fit ob suæ sævitatis pondus : id enim significat dictio, *collare suum graviter aggravans*. Profecto haud poterit ad extremum usque hæc agere : namque id denotatur vocabulo *quousque*, quod in medio **240** positum, ad omnia refertur : quasi dicatur : Haud in perpetuum hoc statu erit, sed conversionem res ejus patientur, propter infligendam ipsi a Deo pœnam.

Στίχ. ε', ς'. — Ταῦτα περὶ τῆς ἀποκαλύψεως εἰρηκὼς, καὶ προτρεψάμενος πιστεύειν τοῖς δεικνυμένοις, λοιπὸν ἐπάγων τὰ τῆς ὁράσεως οὕτω φησίν· « Ὁ δὲ κατοιόμενος καὶ καταφρονητὴς ἀνὴρ ἀλαζὼν οὐθὲν οὐ μὴ περάνῃ. » Εὖ ἴστε τοίνυν, φησὶν, τουτονὶ τὸν πολέμιον τὸν ὑμέτερον· λέγει δὲ τὸν Βαβυλώνιον, (p. 365) τὸν ἀμέτρῳ τῷ οἰήματι κεχρημένον καὶ καταφρονοῦντα τῆς ἀνεξικακίας τῆς θείας, καὶ ἐν ταῖς ἑτέρων ἀλαζονευόμενον δυσπραγίαις, οὐκ εἰς πέρας μὲν οὖν τὰ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ δυναστείας, φοβερὰν δέ τινα τῇ ἀπειλῇ τῇ θείᾳ τὴν μεταβολὴν ὑπομενοῦντα. « Ὃς ἐπλάτυνε καθὼς ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς θάνατος οὐκ ἐμπιμπλάμενος· καὶ ἐπισυνάξει πρὸς αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐκδέξεται πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς λαούς. » Ὁ γὰρ δίκην ᾅδου κατὰ πάντων ἐκτείνας ἑαυτὸν, καὶ πάντας μὲν ἀναιρῶν, κατὰ μίμησιν δὲ θανάτου κόρον τῶν ἀναιρουμένων οὐκ ἔχων, χειρούμενός τε πλείστους, καὶ τοὺς πανταχόθεν ὑπὸ τὴν οἰκείαν ἄγων ἐξουσίαν, φοβεράν τινα τὴν μεταβολὴν διὰ τῆς ὀργῆς ὑπομενεῖ τῆς θείας. « Οὐχὶ ταῦτα πάντα παραβολὴν κατ' αὐτοῦ λήψονται, καὶ πρόβλημα εἰς διήγησιν αὐτοῦ ; καὶ ἐροῦσιν, Οὐαὶ ὁ πληθύνων ἑαυτῷ τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ ! ἕως τίνος καὶ βαρύνων τὸν κλοιὸν αὐτοῦ στιβαρῶς ; » Ἅπαντες δὴ λοιπὸν οἱ πανταχοῦ τὴν κατ' αὐτὸν μεταβολὴν ἐκπληττόμενοι ὡς ἐν παραβολῇ, πάντες ἐροῦσιν· Ἐλεεινότατος δὴ πάντων ὁ τὰ ἑτέρων ἀφαιρούμενος, καὶ τὸν οἰκεῖον αὔξων πλοῦτον, ὁ βαρὺς τοῖς ὑπηκόοις διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὠμότητος· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, « βαρύνων τὸν κλοιὸν αὐτοῦ στιβαρῶς· » οὐ γὰρ εἰς τὸ παντελὲς δυνήσεται τὰ τοιαῦτα ποιεῖν· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, « ἕως τίνος, » ὃ διὰ μέσου κείμενον, (p. 366) πρὸς ἅπαντα ἀποδέδοται, ἵνα εἴπῃ, ὅτι Οὐκ εἰς τὸ παντελὲς γενήσεται τοιοῦτος, μεταβολὴν τῶν κατ' αὐτὸν δεξομένων, διὰ τὴν ἐπαγομένην αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ τιμωρίαν.

Vers. 7-10. — Deinde qualiter quomodoque ea D fient dicit : « Quia subito consurgent qui mordeant eum, et vigilabunt insidiatores tui, et eris in rapinam eis. » Emergent præter omnem exspectationem hostes, damnis tuis intenti, bona tua omnia diripientes. « Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes reliqui populi, propter sanguinem hominum, et impietatem regionis ac civitatis, et cunctorum incolarum ejus. » Quemadmodum ipse impetu facto aliena rapuisti, ita vicissim tua diripientur ab iis qui puniendi tui causa relicti sunt . quia tu nempe plurimos Dei famulos interfecisti, et adversus Dei regionem ac civitatem impie egisti, contra omnes denique illius incolas, Hie-

Στίχ. ζ'-ι'. — Εἶτα πῶς καὶ τίνα τὸν τρόπον λέγων, « Ὅτι ἐξαίφνης ἐξαναστήσονται δάκνοντες αὐτὸν, καὶ ἐκνήψουσιν οἱ ἐπίβουλοί σου, καὶ ἔσῃ αὐτοῖς εἰς διαρπαγήν. » Ἀναφανήσονται γὰρ παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα πολέμιοι, λέγει δὲ τοὺς Πέρσας, οἳ ὥσπερ δήγμασι ταῖς ἐφόδοις ταῖς οἰκείαις διασπάσουσί σου τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν, μετὰ πολλῆς μὲν τῆς ἐπιμελείας τὰ πρὸς βλάβην σὴν ἐργαζόμενοι· δι' ἁρπαγῆς δὲ καὶ τά σοι προσόντα τιθέμενοι πάντα. « Διότι σὺ ἐσκύλευσας ἔθνη πολλὰ, σκυλεύσουσί σε πάντες οἱ ὑπολελειμμένοι λαοὶ δι' αἵματα ἀνθρώπων, καὶ ἀσεβείας γῆς καὶ πόλεως καὶ πάντων τῶν κατοικούντων αὐτήν. » Ὅνπερ γὰρ τρόπον αὐτὸς ἐπιὼν ἀφῄρου τὰ ἑτέρων, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἀφαι-

Digitized by Google

ρεθήσεται καὶ τά σοι προσόντα παρὰ τῶν εἰς τιμω- A
ρίαν σὴν καταλελειμμένων· ὑπὲρ ὧν ἀνεῖλές τε πλείστους τῶν τῷ Θεῷ προσηκόντων, καὶ ἠσέβησας εἴς τε τὴν γῆν τὴν θείαν καὶ τὴν πόλιν, καὶ πάντας δὴ τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν, λέγει δὲ περί τε τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τῶν κατ' αὐτὴν ἁπάντων. Εἶθ' ὡς ἂν ἐπεμβαίνων αὐτῷ δικαίως πεπονθότι τοιαῦτα, λέγει τὰς παρανομίας ὑπὲρ ὧν τὴν τοιαύτην δέδεκται τιμωρίαν· « Ὦ ὁ πλεονεκτῶν πλεονεξίαν κακὴν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, (p. 367) τάξαι εἰς ὕψος νοσσιὰν αὐτοῦ, τοῦ ἐκσπασθῆναι ἐκ χειρὸς κακῶν! ἐβουλεύσω αἰσχύνην τῷ οἴκῳ σου, συνεπέρανας λαοὺς πολλοὺς, καὶ ἐξήμαρτεν ἡ ψυχή σου. » Αὐτὸς ἦσθα, φησὶν, ὁ ἀμέτρῳ κεχρημένος τῇ πλεονεξίᾳ ἐπὶ τῷ τὸν πλοῦτον αὔξειν τὸν οἰκεῖον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν, ὑψηλήν τε τῆς οἰκείας βασιλείας ἀποδεῖξαι τὴν σύστασιν· εἶτα B
ταῦτα μὲν ἐποίεις, ὅπως δ' ἂν δυνηθείσης τῶν ἐπαγομένων σοι κακῶν ἀπαλλαγὴν εὕρασθαί τινα, συνιδεῖν οὐ δεδύνησαι· ἀλλὰ γὰρ πολλοὺς ἀδικῶν παρανομῶν τε εἰς ἅπαντας ἀδεῶς, οὐ πλοῦτον, ὡς ᾤου, αἰσχύνην δὲ, ὡς ἡ ἔκβασις δεδήλωκε, τῷ οἴκῳ συνήγαγες τῷ σαυτοῦ· ὑπὲρ γὰρ ἁπάντων ὧν διαπεπραγμένος ὤψαι, τὴν τιμωρίαν δέδωκας ταύτην.

rusalem scilicet, et quidquid ad eam pertinebat. Posthinc quasi ei juste insultans talia passo, scelera recitat, quorum causa pœnam hujusmodi luit. « O qui ampliat avaritiam malam domui suæ, ut ponat in excelso nidum suum, ut eruatur de manu malorum! Cogitasti confusionem domui tuæ, consumpsisti populos multos, et peccavit anima tua. » Tu, inquit, immodica habendi cupiditate percitus, ob opes tuas ex alienis damnis augendas, sublimemque regni tui conditionem ostentandam; dum hæc ageres, haud tamen potuisti discernere quomodo imponendorum tibi malorum pondus vitares: sed multos interim lædens, atque in omnes secure peccans; haud divitias, ut credebas, sed ignominiam, ut reapse exitus ostendit, domui tuæ conciliasti; nam ob hæc omnia quæ fecisse te constat, hanc pœnam persolvisti.

Στίχ. ια'. — « Διότι λίθος ἐκ τοίχου βοήσεται, καὶ κάνθαρος ἐκ ξύλου φθέγξεται αὐτά. » Τοιγαροῦν ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν κακῶν, καὶ ἐκ τῶν οἰκοδομῶν ἃς κακῶς ἀνήγειρας ἀναπέμπονται ὥσπερεὶ φωναί τινες κατηγοροῦσαί σου τὴν πλεονεξίαν, τῶν τε λίθων μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντων κατὰ σοῦ τοιαύτην, καὶ τῶν σκωλήκων δὲ σὺν αὐτοῖς ὁπόσους ἐν μέσαις ταῖς τῶν λίθων τε καὶ πλίνθων ἁρμογαῖς ἐμφωλεύειν ἔθος, ἢ καὶ ἐν μέσοις πολλάκις εὑρίσκεσθαι τοῖς ξύλοις· κάνθαρον γὰρ ἐνταῦθα λέγει τὰ ἔν τε ξύλοις εὑρισκόμενα, (p. 368) ἔν τε τοίχοις ἐν μέσῳ τῶν πλίνθων εἰωθότας ἐμφωλεύειν, ὡς ἄν τις εἴποι ζωῦφιά τε καὶ σκώληκας οὕτως ὀνομάζων, ὡς ἂν κοινῇ ταύτῃ προσηγορίᾳ καλουμένων ἁπάντων τῶν τοιούτων. Ἔστι δέ τινα ἐν τοῖς καταγαίοις εἰωθότα μᾶλλον ἐν μέσῳ τῆς νοτίδος εὑρίσκεσθαι ἃ κανθαρίδας καλοῦσι· τινὲς δὲ ἔφασαν τὸν Σύρον πάσσαλον λέγειν· ἀλλ' ἀνόητον εἴη ἂν ἀφέντας τῆς Ἑβραΐδος τὴν φωνὴν καθ' ἣν ὁ προφήτης ἐφθέγξατο, ἥνπερ οὖν ἡμῖν διὰ τῆς οἰκείας ἑρμηνείας σαφῆ κατέστησαν ἄνδρες Ἑβδομήκοντα, δόκιμοί τε καὶ ἀκριβῶς τῆς γλώττης ἐπιστήμονες ἐκείνης, Σύρῳ προσέχειν μεταβεβληκότι τὴν Ἑβραίων εἰς τὴν Σύρων· εἶτα πολλάκις τὸ παῖσμα τὸ οἰκεῖον, νόμον βουληθέντι θεῖναι φωνῆς, ὃς δοκεῖ μοι, μὴ συνεὶς ὅ τί ποτε λέγει, τὸν κάνθαρον πάνυ γε εἰωθότα ἐμφωλεύειν τοῖς τοίχοις D
τὸ « πάσσαλος » τεθεικέναι, ἵνα δοκῇ τινα τὸ λεγόμενον ἀκολουθίαν ἔχειν· καίτοι γε πάσσαλον ἐκ ξύλου φθέγγεσθαι ἀνακόλουθον ἄγαν. ἐπειδὴ ἐκ τοίχου μὲν ἐνδεχόμενον, ἐκ ξύλου δὲ οὐκέτι· οὐ γὰρ ὥσπερ ἐκ λίθων συντίθεται τοῖχος, οὕτως ἐκ πασσάλων ξύλον.

Vers. 11. — « Quia lapis de pariete clamabit, et scarabæus de ligno loquetur ea. » Igitur **241** ex cumulo malorum, necnon ex ædificiis quæ contra fas struxisti, voces veluti quædam mittuntur quæ tuam avaritiam accusant, saxis ipsis propemodum sic contra te clamantibus, necnon et vermibus quotquot in mediis saxis laterumque junctoris latitare solent, et intra ligna sæpe comperiri. Etenim scarabæum hoc loco appellat animalcula quæ in lignis occurrunt, et in muris intra lapides lateresve cubitant, quasi, inquam, hoc nomine dicat animalcula quævis et vermes, ceu si omnia communi hac appellatione vocitentur. Sunt etiam subterranea quædam in media præcipue rubigine inveniri solita, quas cantharidas vocant. Nonnulli vero dixerunt apud Syrum interpretem paxillum legi. Atqui stultum est omissa Hebraica lingua, qua propheta locutus est, cujus vocabulum propria interpretatione septuaginta viri nobis declararunt, probati nimirum illi et ejus linguæ accurate periti, Syro attendere qui Hebraicum scriptum ad Syrorum sermonem transtulit: qui sæpe errorem suum pro linguæ regula vult obtrudere, quantum mihi videtur, quid dicat minime intelligens: itaque pro scarabæo passim in muris cubitare solito, paxillum posuit, ut quamdam sermonis sequelam retinere videretur. Atqui paxillum ex ligno loqui, non est consentaneum: nam si ex muro potest, ex ligno nequaquam: non enim sicut ex lapidibus murus conficitur, ita ex paxillis lignum.

Στίχ. ιβ'-ιε'. — Οὐ μέντοι γε προφήτης ἐπειδὴ καὶ ἐκ τῶν τοίχων εἴτε τῶν ἐνιόντων αὐτοῖς ἔφη τὴν κατηγορίαν γίνεσθαι κατ' αὐτοῦ, καλῶς ἐπήγαγεν· « Οὐαὶ ὁ οἰκοδομῶν πόλιν ἐν αἵμασι, καὶ ἑτοιμάζων πόλιν ἐν ἀδικίαις· οὐ ταῦτά ἐστι παρὰ Κυρίου παντοκράτορος· (p. 369) καὶ ἐξέλιπον λαὸν ἱκανὸν ἐν πυρὶ, καὶ ἔθνη πολλὰ ὠλιγοψύχησεν, ὅτι πλησθήσε-

Vers. 12-15. — Ergo propheta, quandoquidem ex muris et ex hærentibus illic animalculis accusationem fieri contra Babylonium dixit, præclare addidit: « Væ qui ædificat civitatem in sanguinibus, et præparat urbem in iniquitatibus! Non sunt hæc a Domino omnipotente. Et defecerunt populi multi in igne, et gentes multæ animo conciderunt. Quia replebitur

Digitized by Google

terra, ut cognoscat gloriam Domini : quasi aqua multa **242** operiens maria. » Quis te non defleat urbes cædibus et iniquitatibus ædificantem? Neque enim cernis quænam tibi hujus rei causa a Deo inferentur mala. Tu quidem multos, quot nemo recitabit, quasi igne crudelitate tua consumpsisti : multos ad vitæ exitum intolerandis ærumnis deduxisti : quamobrem nunc hæc sustines : ut ita omnes per orbem terrarum homines agnoscant magnam Dei providentiam talia operantem, tibique ob facinora tantam pœnam imponenti, peccatorum tuorum multitudini convenientem. Rursusque cum exprobratione : « O qui propinat, inquit, proximo suo subversionem turbidam, et inebriat ut inspiciat in speluncas eorum! » Dixi jam sæpe, vinum et ipsam potationem pro ærumnis dici. Tu ergo es, qui universis hominibus turbidum potum propinas, inebriare ac subvertere potantes omnino valentem, id est, gravissimum supplicium cunctis infers. Hæc faciebas, inquit, dum aliena concupisceres, et alienos thesauros scrutareris, ut in rem tuam sevocares.

ται ἡ γῆ τοῦ γνῶναι τὴν δόξαν Κυρίου, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσας. » Οὐκ ἄν σε θρηνήσειεν ἐκ φόνων καὶ ἀδικιῶν κατασκευάζοντα πόλεις; Οὐ γὰρ συνεώρας ἄτινα ὑπὲρ τούτων ἐπενεχθήσεταί σοι παρὰ τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ πολλοὺς μέν τινας καὶ ἀμυθήτους ὥσπερ πυρὶ τῇ σαυτοῦ καταναλώσας ὠμότητι, πολλοὺς δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ τέλος ἤγαγες τοῦ βίου ταῖς ἀνηκέστοις συμφοραῖς· ὑπὲρ ὧν δὴ ταῦτα νῦν ὑπομενεῖς, ὥστε ἅπαντας τοὺς κατὰ γῆν ἀνθρώπους ἐπιγνῶναι τῆς θείας οἰκονομίας τὸ μέγεθος τοιαῦτα ἐργαζομένης· οὕτω τέ σοι τῷ τοσαῦτα δυνηθέντι καὶ πεποιηκότι, φοβερὰν ἐπάγοντι τὴν τιμωρίαν, καὶ πρέπουσάν γε τῷ πλήθει τῶν ἡμαρτημένων ὑπὸ σοῦ. Καὶ πάλιν ὀνειδιστικῶς λέγων· « Ὢ ὁ ποτίζων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀνατροπὴν θολερὰν, καὶ μεθύσκων ὅπως ἐπιβλέπῃ ἐπὶ τὰ σπήλαια αὐτῶν. » Εἶπον πολλάκις ὅτι τὸν οἶνον καὶ τὸ πίνειν αὐτὸν ἐπὶ τῆς συμφορᾶς λέγει. Σὺ οὖν, φησὶν, ἦσθα ὁ πᾶσιν ἀνθρώποις πόμα θολῶδες προσάγων, μεθύσκειν τε καὶ ἀνατρέπειν τὸν πίνοντα δυνάμενον παντελῶς· ἵνα εἴπῃ, τιμωρίαν βαρυτάτην ἅπασιν ἐπάγων· ταῦτα δὲ, φησὶν, ἐποίεις τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμῶν, (p. 370) καὶ τοὺς θησαυροὺς τοὺς ἀλλοτρίους ἀνερευνώμενος καὶ σαυτοῦ ποιεῖν ἐθέλων.

Vers. 16-18. — « Saturitatem ignominiæ de gloria bibe et tu : cor commovetor et concutitor. » Quæ igitur aliis fecisti, dignus ipse pati es ; ut post omnem illam gloriam ignominia obrutus, nutans et concidens, quasi crapula quadam, a magnitudine punitionis fias. « Circumdedit te calix dexteræ Domini, et aggesta est ignominia super gloriam tuam. » Adduxit tibi calicem suum Deus, pro eo ut dicat decretam a se pœnam, ut gloria tua in ignominiam plurimam undique in te congestam deinceps convertatur. « Quia impietas Libani operiet te, et miseria bestiarum terrebit te, propter sanguines hominum, et impietates terræ et urbis ejusque incolarum. » Sicut enim adversus populum impie egisti, nunc pœnam lues, hostibus ferarum ritu **243** tibi ingruentibus, atque in miseria multa constitueris ; propter homines a te Hierosolymis interfectos, et quia sceleste contra Dei regionem urbemque egisti, nemini parcens incolarum ejus. Jam postquam illi peccata adversus populum templumque exprobravit, consequenter subdit : « Quid prodest sculptile, quia sculpserunt illud? Fecerunt illud conflatile, vanum simulacrum, quoniam confidit fictor in figmento suo, muta facere idola. » Tu quidem verum Deum negligebas ; peccabas secure contra res vel homines ad eum pertinentes ; ab idolis te adjutum iri putabas : quod humanæ manus vano simulamento formaverant, tu adorare studebas, juvari te ab idolis mutis et humana manu formatis sperans.

Στίχ. ις'-ιη'. — « Πλησμονὴν ἀτιμίας ἐκ δόξης πίε καὶ σύ· καρδία σαλεύθητι, καὶ σείσθητι. » Ἃ τοίνυν πεποίηκας ἑτέροις, δίκαιος ἂν εἶης παθεῖν· ἵν' ἐξ ἁπάσης ἐκείνης τῆς δόξης ἀτιμίας πληρωθεὶς, διασαλευόμενός τε καὶ καταπίπτων ὡς ὑπό τινος μέθης τῇ τῆς τιμωρίας διαμένοις ὑπερβολῇ. « Ἐκύκλωσεν ἐπὶ σὲ ποτήριον δεξιᾶς Κυρίου, καὶ συνήχθη ἀτιμία ἐπὶ τὴν δόξαν σου. » Ἐπήγαγε γάρ σοι τὸ οἰκεῖον ποτήριον ὁ Θεὸς, ἵνα εἴπῃ τὴν ἐκ τῆς οἰκείας ἀποφάσεως τιμωρίαν, ὥστε σοι τὴν δόξαν εἰς ἀτιμίαν πλείστην πανταχόθεν ἀθροιζομένην ἐπὶ σὲ μεταβεβλῆσθαι λοιπόν. « Διότι ἀσέβεια τοῦ Λιβάνου καλύψει σε, καὶ ταλαιπωρία θηρίων πτοήσει σε, διʼ αἵματα ἀνθρώπων, καὶ ἀσεβείας γῆς καὶ πάντων τῶν κατοικούντων αὐτήν. » Ὡς γὰρ εἰς τὸν λαὸν ἠσέβησας, νῦν δώσεις δίκην δικαίως, ὥσπερ ὑπό τινων θηρίων τῶν ἐπιόντων σοι πολεμίων· εἰς φόβον καὶ ταλαιπωρίαν καταστήσῃ πολλήν· ὑπὲρ ὧν ἀνεῖλές τε ἀνθρώπων κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἠσέβεις εἴς τε τὴν γῆν τὴν θείαν καὶ τὴν πόλιν, οὐδὲ μίαν τῶν οἰκούντων αὐτὴν φειδὼ ποιεῖσθαι βουλόμενος. Καὶ ἐπειδήπερ αὐτῷ τὴν εἰς τὸν λαὸν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν ὠνείδισεν ἐν τούτοις πλημμέλειαν, ἀκολούθως ἐπάγει· « Τί ὠφελεῖ γλυπτὸν, ὅτι ἔγλυψαν αὐτό; Ἔπλασαν αὐτὸ χώνευμα φαντασίαν ψευδῆ, ὅτι πέποιθεν ὁ πλάσας ἐπὶ τὸ πλάσμα αὐτοῦ ποιῆσαι εἴδωλα κωφά. » Ἀλλὰ γὰρ ἡμέλεις μὲν, φησὶν, τοῦ ὄντος Θεοῦ· (p. 371) καὶ ἐπλημμέλεις ἀδεῶς εἰς τὰ αὐτῷ γε προστήκοντα· ὑπὸ δὲ τῶν εἰδώλων ὠφεληθήσεσθαι ᾤου· ὃ ταῖς ἀνθρωπίναις εἰργασμένον χερσὶν ἐν ἀπατηλῇ τινι φαντασίᾳ θεραπεύειν ἔσπευδες, ὠφεληθήσεσθαί τι οἰόμενος ἀπὸ εἰδώλων ἀφώνων ἀνθρωπείᾳ πλασθέντων χειρί.

Vers. 19-20. — Postea consentaneo sermone prosequitur : « Væ qui dicit ligno : Expergiscere, surge ; et lapidi : Extollere : nihil vero aliud quam

Στίχ. ιθ', κ'. Εἶτα ἀκολούθως ἐπάγει· « Οὐαὶ ὁ λέγων τῷ ξύλῳ, Ἔκνηψον, ἐξεγέρθητι· καὶ τῷ λίθῳ, Ὑψώθητι· καὶ αὐτό ἐστι φαντασία· τοῦτο δέ ἐστιν

Digitized by Google

ἔλασμα ἐκ χρυσίου καὶ ἀργυρίου, καὶ πᾶν πνεῦμα A phantasia est; id est auri argentive lamina, nullusque in eo spiritus est. Dominus autem in templo sancto suo : revereatur a facie ejus universa terra. » Quidni ergo miserrimus sis, qui lapidem ceu vigilantem alloqueris; et auxilium, quasi ex alto, ab idolo exposcis, quod phantasiam tantummodo spectanti objicit, ceu pretiosa materia constans, sed tamen vi omni vitali careat? Multo tibi melius erat, hæc contemnere ac flocci facere; et cogitare potius de Dei magnitudine, qui tremendum arcanumque habet in cœlo habitaculum, et in terris quoque templum possidet hominum usui accommodatum; ad quem non te solum, sed et omnes per orbem homines respicere multa cum reverentia oporteret, ejusque memoriam mente tenere. Atque in his B conclusit illam de qua nos hactenus egimus prophetiam beatus Habacucus; principes simul qui pauperes opprimebant increpans, simulque inferendam illis a Babyloniis pœnam **244** dicens. Postea Babyloniorum ipsorum narravit sævitiam, quam et in cæteros et contra Jerusalem ejusque cives exprompserant, et quo pacto et isti nequitiæ suæ pœnas meritas dederint.

οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ· ὁ δὲ Κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ εὐλαβείσθω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. » Πῶς οὖν οὐκ ἐλεεινότατος εἶῃς ἂν ὡς ἐγρηγορότι τῷ ξύλῳ διαλεγόμενος, καὶ βοήθειαν ὡς ἐξ ὑψηλοῦ ζητῶν τοῦ εἰδώλου, ὃ φαντάζει μὲν τὸν ὁρῶντα μόνον ὡς ἐξ ὕλης κατεσκευασμένον τιμίας, ἔρημον δὲ ζωτικῆς πάσης ἐστὶ δυνάμεως; πολλῷ γὰρ ἦν ἄμεινόν σοι, τούτων μὲν καταφρονεῖν καὶ μηδένα λόγον αὐτῶν ποιεῖσθαι, ἀναλογίζεσθαι δὲ τοῦ Θεοῦ τὸ μέγεθος, ἔχοντος μὲν φοβερὸν καὶ ἀπόῤῥητον ναὸν τὸ τῶν ὡρανῶν οἰκητήριον, κεκτημένου δὲ ναὸν καὶ ἐπὶ γῆς διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων χρείαν· πρὸς ὃν οὐ σὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς κατὰ γῆν ἀνθρώπους ἀφορῶντας, μετὰ πολλοῦ προσῆκον ἦν τοῦ δέους καὶ τὴν ἔννοιαν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἐκείνου. Ἐν μὲν δὴ τούτοις συνεπέρανε τῶν προειρημένων ἡμῖν τὴν προφητείαν ὁ μακάριος Ἀμβακοὺμ, (p. 372) τῶν τε ἐν τῷ λαῷ καταδυναστευόντων τοὺς πένητας καθαψάμενος, καὶ τὴν ἐπαχθησομένην αὐτοῖς διὰ τῆς Βαβυλωνίων ἐφόδου τιμωρίαν εἰπών. Καὶ μετ' ἐκεῖνο τὴν αὐτῶν τε τῶν Βαβυλωνίων εἰρηκὼς καὶ τὴν ὠμότητα ᾗ περί τε τοὺς λοιποὺς καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐχρήσαντο τούς τε οἰκοῦντας αὐτὴν, ὅπως τε κἀκεῖνοι δίκας τῆς οἰκείας δεδώκασι παρανομίας.

phantasia est; id est auri argentive lamina, nullusque in eo spiritus est. Dominus autem in templo sancto suo : revereatur a facie ejus universa terra. » Quidni ergo miserrimus sis, qui lapidem ceu vigilantem alloqueris; et auxilium, quasi ex alto, ab idolo exposcis, quod phantasiam tantummodo spectanti objicit, ceu pretiosa materia constans, sed tamen vi omni vitali careat? Multo tibi melius erat, hæc contemnere ac flocci facere; et cogitare potius de Dei magnitudine, qui tremendum arcanumque habet in cœlo habitaculum, et in terris quoque templum possidet hominum usui accommodatum; ad quem non te solum, sed et omnes per orbem homines respicere multa cum reverentia oporteret, ejusque memoriam mente tenere. Atque in his B conclusit illam de qua nos hactenus egimus prophetiam beatus Habacucus; principes simul qui pauperes opprimebant increpans, simulque inferendam illis a Babyloniis pœnam **244** dicens. Postea Babyloniorum ipsorum narravit sævitiam, quam et in cæteros et contra Jerusalem ejusque cives exprompserant, et quo pacto et isti nequitiæ suæ pœnas meritas dederint.

ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΑΜΒΑΚΟΥΜ.

Στίχ. α', β'. — Τρέπει δὲ ἐπὶ προσευχὴν ἐντεῦθεν τὸν λόγον, ἐν σχήματι προσευχῆς τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ περὶ τὸν λαὸν ἐσόμενα μηνύων ἀγαθά. Ἄρχεται δὲ οὕτως· « Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην. » Ἀκοὴν λέγει τὴν ἐγγενομένην αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀποκάλυψιν· ὥσπερ καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας τὸ, « Τίς ἐπίστευσε τὴν ἀκοὴν ἡμῶν; » καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ, « Κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου· » ὧνπερ οὖν καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέροις πεποιήμεθα μνήμην. Κάνταῦθα τοίνυν τοῦτό φησιν, ὅτι Δεξάμενός σου τὴν ἀποκάλυψιν, δι' ἧς ἐγνώρισας, ὅπως μὲν τιμωρήσῃ τοὺς ἐν τῷ λαῷ παρανομοῦντας διὰ Βαβυλωνίων, ὅπως δὲ πάλιν τοῖς Βαβυλωνίοις ἀνάλογον οἷς πεπλημμελήκεσαν ἐπάξεις τὴν τιμωρίαν, φόβου πᾶς ἐπληρώθην εἰκότως. (p. 373) « Κύριε, κατενόησα τὰ ἔργα σου καὶ ἐξέστην. » Ἀναλογισάμενος γὰρ ὅσα ποικίλως διαπράττῃ περὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀνεξικακίᾳ τε τῇ δεούσῃ κεχρημένος, καὶ ἀδιορθώτως πταίοντας, μετὰ λόγου τοῦ προσήκοντος τιμωρούμενος, εἰς ἔκστασιν ἐλήλυθα ἐπὶ τῷ θαύματι τῶν οὕτως ἀποῤῥήτως παρὰ τῆς σῆς οἰκονομουμένων σοφίας. « Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ. » Ἰδοὺ γὰρ καὶ νῦν ὥσπερ ἐν δύο ζώοις τοῖς τε ἐν τῷ λαῷ πλημμελοῦσι καὶ τοῖς Βαβυλωνίοις μετ' ἐκείνους, ἐξ ὧν περὶ ἑκατέρους πεποίηκας, τήν τε δύναμιν καὶ τὴν σοφίαν καὶ τὴν περὶ τὸ δίκαιον ἐπιμέλειαν ἐγνώρισας σαυτοῦ. « Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ, ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν ἀναδειχθήσῃ. » Νῦν μὲν γὰρ αὐτὰ δι' ἀποκαλύψεως κατέστησας ἡμῖν γνώρισμα· παραγενομένου δὲ τοῦ καιροῦ, καθ' ὃ προσῆκεν αὐτὰ κατὰ τὸ δοκοῦν σοι πέρας λαβεῖν, μείζονά τε καὶ σαφεστέραν αὐτοῖς ἔργοις τῆς οἰκείας δυνάμεως καὶ

ORATIO HABACUCI.

VERS. 1, 2. — Convertit deinde ad orationem verba propheta, et sub orantis specie eventura populo a Deo bona prædicit. Sic autem incipit : « Domine, audivi auditionem tuam, et timui. » Auditionem C dicit factam sibi a Deo revelationem; sicut etiam apud beatum Isaiam : « Quis credidit auditioni nostræ [22]? » Item beatus David : « Inclinabo in parabolam aurem meam [23] : » cujus rei in superioribus quoque mentionem fecimus. Hoc igitur etiam loco ait : Accepta ego revelatione tua, qua me docuisti, quomodo puniturus sis Babyloniorum manu peccantes in populo, et quomodo vicissim Babyloniis congruam delictis eorum pœnam sis impositurus; pavore sum repletus, et merito. « Domine, consideravi opera tua, et obstupui. » Considerans quanta multifariam feceris erga homines idonea patientia utens, et eos qui sine pœnitentia prolapsi sunt conveniente ratione puniens, stupore sum D correptus, arcanæ tuæ providentiæ sapientiam admirans. « In medio duorum animalium cognosceris. » Ecce enim et nunc, quasi in duobus animalibus, id est populi peccatoribus, et mox in Babyloniis, ex iis quæ circa utrosque fecisti, potentiam tuam atque sapientiam justitiæque curam ostendisti. « Cum appropinquaverint anni, cognosceris; cum tempus aderit, demonstraberis. » Nunc hæc nota nobis revelando fecisti : sed adveniente **245** tempore, quo ea oportet te volente exitum habere, majorem ac manifestiorem potentiæ ac sapientiæ tuæ operibus ipsis facies demonstrationem. « Cum turbata fuerit anima mea, tu in ira misericordiæ recordaberis. » Tunc summa tua apparebit benigni-

[22] Isa. LIII, 1. [23] Psal. XLVII, 5.

Digitized by Google

tas erga Judææ incolas, cum eos, propter inflictam peccatorum pœnam, turbatos animis et vix sui compotes, misericordiæ tuæ memor, ærumnis subtrahes, et præter omnem humanam spem postliminio in patriam restitues.

κασι τιμωρίας διατεταραγμένων τὴν ψυχὴν καὶ οὐδὲ ἐν ἑαυτοῖς ὄντων, μνήμην τῆς φιλανθρωπίας τῆς οἰκείας ποιησάμενος, ἀπαλλάξεις τε αὐτοὺς τῶν κακῶν, καὶ ἐπανάξεις ἐπὶ τὰ οἰκεῖα παρὰ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐλπίδα.

VERS. 3-5. — « Deus de Thæman veniet, sanctus de monte umbroso. » Thæman dicit Idumææ metropolim : montem autem umbrosum, illum in quo Hierusalem, utpote Dei protectionem undique sortitum. Tunc ergo apparebis de Thæman Idumæorum veniens, quos propter suas erga nos injurias jam puniveris; de sancto autem Sionis monte, quatenus eum reditu nostro clarissimum cunctis feceris. « Operuit cœlos virtus ejus, et laudis ejus plena est terra. » Operum suorum magnitudine cœlum terramque replebit, in tantum ut cuncti ad hymnum convertantur, sapientiam ac magnitudinem gestorum ab ipso admirantes. Nam hoc etiam loco quod commune est per diæresim dicit, quem non infrequentem divinæ Scripturæ idiotismum esse ostendimus. Scilicet cœlos terramque ait virtute Dei opertos, ut omnia dicat : laudemque ejus propter res gestas ab omnibus cumulari oportere. « Splendor ejus quasi lux erit. » Adventu suo, inquit, cuncta lumine implebit. « Cornua in manibus ejus. » Ostendet habere se idoneas ad suos defendendos vires, et his infestos domandos : metaphoram porro ab animalibus quæ cornibus decertant, sumpsit. « Et posuit dilectionem robustam fortitudinis suæ. » Hæc nimirum faciet, **246** magnitudine suæ erga nos dilectionis utens. « Ante faciem ejus ibit verbum. » Rebus ipsis præit futuri revelatio, quæ cum omnibus a Deo prophetis facta fuerit, nunc mihi quoque haud secius oblata fuit. « Et egredietur ad correptionem per vestigia ejus. » Subsequitur vero opus ipsum ; ita ut utroque modo erudiantur ad officium homines. Quæ res futuræ sunt prædictæ, eæ postea nactæ sunt exitum.

Στίχ. γ'-ε'. — « Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου. » (p. 374) Θαιμὰν μὲν τὴν μητρόπολιν λέγει τῆς Ἰδουμαίας· ὄρος δὲ κατάσκιον τὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὥσπερ πανταχόθεν τῆς θείας ἠξιωμένον σκέπης. Τότε οὖν φανήσῃ ἀπὸ Θαιμάν τε τῆς Ἰδουμαίας ἐρχόμενος, οὓς τιμωρήσῃ ὑπὲρ τῆς εἰς ἡμᾶς πλημμελείας, καὶ ἐκ τοῦ ἁγίου ὄρους τοῦ Σιὼν ὃ λαμπρὸν διὰ τῆς ἐπανόδου πᾶσιν ἐργάσῃ τῆς ἡμετέρας. « Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ. » Τῷ γοῦν μεγέθει τῶν παρ' αὐτοῦ γινομένων καὶ οὐρανὸν πληρώσει καὶ γῆν· ὥστε ἅπαντας πρὸς ὕμνον τρέπεσθαι λοιπὸν, θαυμάζοντας τήν τε σοφίαν καὶ τὸ μέγεθος τῶν παρ' αὐτοῦ γινομένων. Κατὰ διαίρεσιν γὰρ κἀνταῦθα τὸ κοινὸν λέγει, ὅπερ οὖν ἐπὶ πολλῶν ἐδείξαμεν ἤδη ἰδίωμα τῆς θείας ὑπάρχον Γραφῆς. Καὶ γὰρ καὶ οὐρανοὺς καὶ γῆν κεκαλύφθαι λέγει τῇ ἀρετῇ τοῦ Θεοῦ, ἵνα εἴπῃ τὸ σύμπαν· καὶ τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ τῶν γεγονότων ἕνεκεν παρὰ παντὸς χρῆναι πληροῦσθαί φησι. « Καὶ φέγγος αὐτοῦ ὡς φῶς ἔσται. » Τῇ μὲν οὖν ἐπιφανείᾳ τῇ οἰκείᾳ, φησὶν, ἅπαντα πληρώσει φωτός. « Κέρατα ἐν χερσὶν αὐτοῦ ὑπάρχει αὐτῷ. » (p. 375) Δείξει δὲ αὐτὸν ἀρκούντως ἔχοντα ἀμύνειν μὲν τοῖς οἰκείοις, χειροῦσθαι δὲ τοὺς ἐχθραίνειν αὐτοῖς ἐπιχειροῦντας· ἐκ μεταφορᾶς τῶν τοῖς κέρασι μαχομένων ζώων οὕτως εἰπών· « Καὶ ἔθετο ἀγάπησιν κραταιὰν ἰσχύος αὐτοῦ· » ἅπερ οὖν διαπράξεται διὰ τὸ μεγίστῃ τῇ περὶ ἡμᾶς ἀγάπῃ κεχρῆσθαι. « Πρὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύεται λόγος· » πρὸ μὲν οὖν τῶν πραγμάτων, ἀποφαίνεται τὸ ἐσόμενον, ὅπερ οὖν πάντοτε διὰ τῶν προφητῶν ποιῶν, οὐχ ἧττον καὶ νῦν πεποίηκε δι' ἐμοῦ. « Καὶ ἐξελεύσεται εἰς παιδείαν κατὰ πόδας αὐτοῦ. » Ἀκολουθεῖ δὲ καὶ τὸ ἔργον, ὥστε δι' ἀμφοτέρων τοὺς ἀνθρώπους παιδεύεσθαι τὸ δέον· δι' ὧν τε προείρηται τὸ ἐσόμενον, καὶ εἰς ἔργον ἐκβέβηκεν ὕστερον.

VERS. 6-12. — « Stetit, et commota est terra. » Tantum apparens, terram commovet. Veluti est illud : « Deus stetit in synagoga deorum[24] ; » id est in medio eorum apparuit. « Aspexit, et extabuerunt gentes : contriti sunt violenter montes, tabuerunt colles æterni a gressibus æternis ejus. » Vel solo aspectu gentes omnes pessumdat, et montes collesque conterit, qui tanto tempore vi propria videbantur perstare. Namque hæc cœlitus facere mos ejus est, et his operibus regiminis sui cursum demonstrare solet. « Pro laboribus vidi tabernacula Æthiopum, pavebunt tentoria terræ Madian. » Namque et olim cum in Ægypto serviremus, postea quam tibi libuit nos ex illo servitio expedire, deserta vidimus et habitationes Æthiopum, ac Madianita-

Στίχ. ς'-ιβ'. — « Ἔστη, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. » Φανεὶς μόνον σαλεύει τὴν γῆν· ὡς τὸ, « Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· » ἵνα εἴπῃ ὅτι ὤφθη ἐν μέσῳ αὐτῶν. « Ἐπέβλεψε, καὶ ἐτάκη ἔθνη· διεθρύβη τὰ ὄρη βίᾳ, καὶ ἐτάκησαν βουνοὶ αἰώνιοι πορείας αἰωνίους αὐτοῦ. » Ἀπιδὼν δὲ μόνον ἔθνη τε ἀπόλλυσιν ὅλα, καὶ ὄρη καὶ βουνοὺς διαθρύπτει ἐκ πολλοῦ γε συνεστάναι κατὰ τὴν ἰσχὺν δοκοῦντα τὴν οἰκείαν· ἐπειδὴ ἄνωθεν αὐτῷ τοιαῦτα διαπράττεσθαι ἔργον, καὶ διὰ τοιούτων ἔργων τῆς οἰκονομίας τὴν πορείαν ἐπιδείκνυσθαι τῆς οἰκείας. « Ἀντὶ δὲ κόπων εἶδον σκηνώματα Αἰθιόπων, πτοηθήσονται σκηναὶ γῆς Μαδιάμ. » Καὶ γὰρ πάλαι πρότερον ὀπηνίκα κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἡμῶν δουλεύοντες, ὅτε βουληθεὶς ἀπήλλαξας ἡμᾶς τῆς ὑπ' Αἰγυπτίοις δουλείας, εἶδον

[24] Psal. LXXXI, 1.

Digitized by Google

ἐρήμους τὰς οἰκήσεις Αἰθιόπων τε καὶ Μαδιηναίων, καὶ πάντων γε ὁπόσοι τὴν ἔχθραν ἠροῦντο τότε τὴν καθ' ἡμῶν. « Μὴ ἐν ποταμοῖς ὀργισθῇς, Κύριε, ἢ ἐν ποταμοῖς ὁ θυμός σου, (p. 376) ἢ ἐν θαλάσσῃ τὸ ὁρμημά σου ; » Ἔθος σοι κατὰ ποταμῶν καὶ θαλάσσης τὴν ὀργὴν ἐπιδείκνυσθαι τὴν οἰκείαν· τὸ γὰρ « μὴ ἐν ποταμοῖς, » ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἐν ποταμοῖς καὶ θαλάσσῃ πάντοτε τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν ἐπιδέδειξαι βουληθεὶς τὸν οἰκεῖον. Ἐπάγει γοῦν· « Ὅτι ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία. » Ὅτ' ἂν γὰρ βουληθῇς, φησὶν, ὥσπερ ἐφ' ἵππων τινῶν ἐπιβαίνων ταῖς ἀοράτοις καὶ λειτουργικαῖς δυνάμεσιν ἐπιτάττεις· οἱ δὲ πάντας μὲν ἀθρόως τιμωροῦνται τοὺς ἐναντίους· σωτηρία δὲ ἐντεῦθεν ἐπιγίνεται τοῖς σοῖς. « Ἐντείνων ἐντενεῖς τὸ τόξον σου ἐπὶ τὰ σκῆπτρα, λέγει Κύριος. » Συνεχέσι δὲ ταῖς τιμωρίαις κατακοντίζεις τοὺς ἐν βασιλείᾳ καὶ δυναστείᾳ καθεστάναι δοκοῦντας. « Ποταμοῖς ῥαγήσεται ἡ γῆ. » Ὥστε τῶν ποταμῶν τὴν ἀναίρεσιν ἐκ τῆς ὀργῆς ἀθρόον γινομένην τῆς σῆς διαῤῥῆξαι τὴν γῆν· ἔθος γὰρ τοῦτο τῇ γῇ μειωθέντων ὑπομένειν τῶν ὑδάτων ἀπὸ τῆς ἐπακολουθούσης ξηρότητος ὕστερον. « Ὀφονταί σε καὶ ὠδινήσουσι λαοί. » Ἐν ὀδύναις ἔσονται πλεῖστοι, οὐδὲ τὴν πρόσοψιν ἐνεγκεῖν δυνηθέντες τὴν σήν. (p. 377) « Σκορπίζων ὕδατα πορείας. » Ἀφανίζεις γὰρ βουληθεὶς ἅπασαν ὕδατος διέξοδον. « Ἔδωκεν ἡ ἄβυσσος φωνὴν αὐτῆς, ὕψος φαντασίας αὐτῆς. » Τότε δὴ καὶ ἄβυσσος ὥσπερ τινὰ φωνὴν κατὰ τὸ μέγεθος ἀφήσει τὸ οἰκεῖον, τῷ νεύματι κλονουμένη τῷ σῷ. « Ἐπήρθη ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἔσται ἐν τῇ τάξει αὐτῆς. » Ἐπειδὴ δύειν λέγει τὸν ἥλιον τοῖς ἐν ἀνάγκαις, ἐνταῦθα τοῦτο βούλεται εἰπεῖν, ὅτι Τοῖς παρὰ σοῦ ἐν εὐπραγίᾳ καθισταμένοις φωτεινὰ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν φανεῖται ὁ ἥλιός τε καὶ ἡ σελήνη. « Εἰς φῶς βολίδες σου πορεύσονται· » περιφανῶς καὶ μετὰ πολλῆς τῆς λαμπρότητος ἐπάξεις τὰς πληγὰς τοῖς ἐναντίοις. « Εἰς φέγγος ἀστραπῆς ὅπλων σου. » Ἀστραπῆς δίκην ἐκλάμψει σου τὰ ὅπλα, ἵνα εἴπῃ, Ἡ κατὰ τῶν πολεμίων ἰσχύς. « Ἐν ἀπειλῇ σου ὀλιγώσεις γῆν, καὶ ἐν θυμῷ κατάξεις ἔθνη. » Πᾶσαν τὴν γῆν μετὰ τῶν οἰκούντων αὐτὴν ὀργισθεὶς ἀποφάσει μόνῃ παντελῶς ἀπολλύεις.

Στίχ. ιγ'-ις'. — « Ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν τοῦ λαοῦ σου, τοῦ σῶσαι τοὺς χριστούς σου. » Ἅπαντα γὰρ πράττεις ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ οἰκείου λαοῦ ἅτε ἐξειλεγμένων παρὰ σοῦ· χριστοὺς γὰρ ἐνταῦθα τοὺς ἐξειλεγμένους λέγει, οὐ τοὺς κεχρισμένους· ὡς ὁ μακάριος Δαυὶδ περί τε τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τοῦ Ἰσαὰκ καὶ τοῦ Ἰακὼβ, λέγων, « Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε· » χριστοὺς οὐχ ὡς κεχρισμένους, ἀλλ' ὡς ἐξειλεγμένους αὐτοὺς εἰρηκώς. (p. 378) « Ἔβαλες εἰς κεφαλὰς ἀνόμων θάνατον. » Ὑπὲρ τούτου θανάτῳ περιβαλεῖς τοὺς ἐναντίους. « Ἐξήγειρες δεσμοὺς ἕως τραχήλου εἰς τέλος. » Καὶ δεσμίους αὐτοὺς ἠτημένους ἀποφανεῖς. « Διέκοψας ἐν ἐκστάσει κεφαλὰς δυναστῶν. » Τοὺς πρότερον δυναστεύοντας οὕτω τῇ σαυτοῦ ὀργῇ

rum, et quotquot tunc inimicitiam adversus nos susceperunt. « Num fluminibus iratus es, Domine, num (inquam) adversus flumina furor tuus, et contra mare impetus tuus? » Mos tibi est adversus flumina et mare iram tuam demonstrare; id est contra innumerabiles populos soles iratus potentiam tuam ostendere. Nam locutio, « num fluminibus, » ponitur pro, Non fluminibus atque mari iram semper furoremque tuum vis demonstrare. Addit itaque : « Quia ascendes super equos tuos; et equitatio tua, salvatio. » Nam cum volueris, inquit, tanquam equos quosdam conscendens, invisibilibus ministrisque virtutibus imperas : hæ vero cunctos subito puniunt adversarios : atque hinc populo tuo salus creatur. « Intendens intendes arcum tuum super **247** sceptra, dicit Dominus. » Perpetuis castigationibus pulsas eos qui in regno ac potestate constituti videntur. « Fluminibus scindetur terra. » Fluminibus repente ab ira tua exstinctis, terra scindetur. Mos enim est ut hoc terra patiatur, imminutis aquis et consequente mox siccitate. « Videbunt te, et dolebunt populi. » Plurimi doloribus corripientur, neque ferre poterunt aspectum tuum. « Dispergens aquas itineris. » Præcludis, si forte volueris, omnem aquæ exitum. « Dedit abyssus vocem suam, altitudo phantasiæ ejus. » Tunc quidem abyssus etiam vocem quamdam pro sua magnitudine edet, nutu tuo concussa. « Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo. » Quoniam sol occidere dicitur angustiatis, nunc vult dicere fore ut illis, quos tu in prosperitate constituisti, sol et luna secundum propriam naturam splendidi appareant. « In luce jacula tua ibunt. » Splendide multaque cum claritate plagas adversariis tuis impones. « In splendores coruscationis armorum tuorum. » Fulguris instar splendebunt arma tua, id est contra hostes fortitudo. « In comminatione tua imminues terram, et in furore tuo detrahes gentes. » Universam terram cum incolis suis, cum iratus fueris, uno decreto pessum das.

Vers. 13-16. — « Egressus es in salutem populi tui, ad salvandos christos tuos. » Omnia pro salute proprii populi agis, qui constat ex electis tuis : christos enim hic electos appellat, non vero unctos. Sicut beatus David de Abrahamo, Isaaco et Jacobo loquens : « Nolite, inquit, tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari [29]; » christos videlicet eos appellans, non quia unctos, sed quia electos. « Misisti in capita iniquorum mortem. » Propterea adversarios morte occupabis. « Suscitasti vincula usque ad collum, in finem. » Superatos a te, vinctos etiam ostentabis. **248** « Præcidisti in stupore capita principum. » Eos qui antea dominabantur, tam vehementer ira tua concidisti, ut omnibus stupor fuerit. « Relaxabunt frena sua,

[29] Psal. civ, 15.

Digitized by Google

sicut pauper comedens in absconso. » Resolvere ora sua ad liberum sermonem non audebunt; sed more pauperis, qui subfuratus aliquid latenter comedit, ne forte deprehendatur, multo cum timore loquentur. « Et superduxisti in mare equos tuos, turbantes aquas multas. » Immisisti invisibiles potestates tuas adversus hostium multitudinem, multam illis turbationem commoventes. « Custodivi, et expavit venter meus a voce orationis labiorum meorum, et ingressus est tremor in ossa mea, et subter me conturbata est habitudo mea. » Sæpe igitur circa mala quæ agebantur silentium tenere malens, et orationi vacare, futurorum eventuum revelatione accepta, timor mentem meam occupavit, et toto corpore contremui. « Requiescam in die tribulationis, ut ascendam ad populum incolatus mei. » Miratus sum audita incredilibi per potentiam tuam re futura; quod nempe ex tali tribulatione tantisque malis, quibus in captivitate exercitus fui, requiem consequar et molestiarum depulsionem : quin etiam ad incolatus nostri locum pergam cum proprio populo.

σφοδρῶς διέτεμες, ὥστε ἅπασιν ἐγγενέσθαι θαῦμα. « Σεισθήσονται ἐν αὐτῇ. » Σαλευόμενοι τιμωρίᾳ. « Διανοίξουσι χαλινοὺς αὐτῶν ὡς ἐσθίων πτωχὸς λάθρα. » Διανοῖξαι τὸ στόμα αὐτῶν εἰς πεπαῤῥησιασμένην οὐ τολμήσουσι λαλιάν· δίκην δὲ πένητος κεκλοφότος τι καὶ λαθραίως ἐσθίοντος ὡς ἂν μὴ ἁλῷ, μετὰ πολλοῦ φθέγξονται τοῦ δέους. « Καὶ ἐπεβίβασας τοὺς ἵππους σου ἐπὶ τὴν θάλασσαν ταράσσοντας ὕδατα πολλά. » Ἐπαφῆκας τὰς ἀοράτους δυνάμεις τῷ πλήθει τῶν πολεμίων, μεγίστην αὐτοῖς ταραχὴν ἐνεργαζομένας. « Ἐφυλαξάμην, καὶ ἐπτοήθη ἡ καρδία μου ἀπὸ φωνῆς προσευχῆς χειλέων μου· καὶ εἰσῆλθε τρόμος εἰς τὰ ὀστᾶ μου, καὶ ὑποκάτωθέν μου ἐταράχθη ἡ ἕξις μου. » Πολλάκις γοῦν ἐπὶ τοῖς πραττομένοις κακοῖς τὴν ἡσυχίαν ἑλόμενος ἀγαγεῖν τῇ προσευχῇ χρησάμενος, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἐντεῦθεν ἀποκάλυψιν λαβών, φόβῳ τε κατεσχέθην τὴν διάνοιαν, καὶ τρόμος ὅλον με δι' ὅλου κατέσχεν. (p. 379) « Ἀναπαύσομαι ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως τοῦ ἀναβῆναι εἰς λαὸν παροικίας μου. » Καὶ γὰρ ἐθαύμαζον μαθὼν πρᾶγμα ἄπιστον ἐσόμενον τῇ δυνάμει τῇ σῇ· ὅτι ἐκ τοσαύτης θλίψεως καὶ τοσούτων κακῶν, ἐν οἷς διὰ τῆς αἰχμαλωσίας ἐξητάσθην, ἐν ἀναπαύσει τε ἔσομαι καὶ ἀπαλλαγῇ τῶν δεινῶν· καὶ δὴ καὶ ἐπὶ τὴν παροικίαν τὴν ἡμετέραν ἀνελεύσομαι μετὰ τοῦ λαοῦ τοῦ οἰκείου.

VERS. 17-19. — « Quoniam ficus non fructificabit, et non erunt germina in vitibus, mentietur opus olivæ, et arva non afferent escam; destituit esca oves, et non sunt boves in præsepibus. » Videbam, inquit, iram quoque adversus contumaces terribilem, ob quam illos non hostilis tantum calamitas corripuit, sed etiam sterilitate omnimoda occupati fuerunt, nullum de germinibus lignisve carpere fructum valentes. Peribunt insuper jumenta omnia, pascui et alimoniæ defectu. « Ego autem in Domino **249** exsultabo, lætabor in Deo salvatore meo. » Et res quidem illorum ita se habebunt; nobis autem, te suppetias ferente, voluptas erit atque salus. Nam pronomen, ego, dicit in propria persona de universo populo; qui mos prophetarum perfrequens est. Sicut etiam beatum Davidem preces pro communi populi persona facientem videmus; veluti cum ait : « In te, Domine, speravi, non confundar in æternum [36]. » Item : « Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat [37]. » Hæc enim ex communi dicit captivorum persona; ita ut singuli prece hac commode uti queant. Eodem nunc modo propheta tanquam ex communi persona loquitur, quandoquidem et de communi utilitate agit. « Dominus Deus, virtus mea : et ponet pedes meos quasi cervi, et ad excelsa me deducit, ut vincam in cantico ipsius. » Is mihi in omnibus vires suppeditat, qui nos celeriter admodum captivitati subducet : nam more cervorum celerem inde faciemus reditum. Sublimes autem nos præ omnibus ostendet; ita ut nobis nihil aliud supersit, quam canticis atque hymnis Deum celebrare : quandoquidem vic-

Στίχ. ιζ'-ιθ'. — « Διότι συκῆ οὐ καρποφορήσει, καὶ οὐκ ἔσται γεννήματα ἐν ταῖς ἀμπέλοις· ψεύσεται ἔργον ἐλαίας· καὶ τὰ πεδία οὐ ποιήσει βρῶσιν· ἐξέλιπεν ἀπὸ βρώσεως πρόβατα, καὶ οὐχ ὑπάρχουσιν βόες ἐπὶ φάτναις. » Ἐώρων γὰρ, φησὶ, καὶ τὴν κατὰ τῶν ἐναντίων ὀργὴν φοβεράν τινα οὖσαν, ἀφ' ἧς οὐ τὰ ἐκ τῶν πολεμίων αὐτοὺς μόνον συνεῖχε κακά· ἀλλὰ γὰρ καὶ ὑπὸ ἀκαρπίας κατείχοντο παντελοῦς, οὐκ ἐκ γεννημάτων, οὐκ ἐκ ξύλων καρπὸν κομίσασθαι οἷοί τε ὄντες· προσαπολέσονται δὲ καὶ τὰ κτήνη πάντα, ἐρημίᾳ νομῆς τε καὶ βρωμάτων. « Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ Κυρίῳ ἀγαλλιάσομαι, χαρήσομαι ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρί μου. » Καὶ τὰ μὲν περὶ ἐκείνους ἔσται τοιαῦτα· ἡμῖν δὲ τῇ σῇ βοηθείᾳ ἡδονή τε προσέσται καὶ σωτηρία· τὸ γὰρ, ἐγὼ δὲ, ἐκ προσώπου τοῦ οἰκείου περὶ τοῦ κοινοῦ λέγει λαοῦ, ὅπερ οὖν ἔθος πολλαχοῦ τοῖς προφήταις ποιεῖν· (p. 380) ὡς καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ τὰς αἰτήσεις ἐκ προσώπου τοῦ αὐτῶν ποιούμενος φαίνεται· ὡς ὅτ' ἂν λέγῃ· « Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα· » καὶ, « Κύριε, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, καὶ ἡ κραυγή μου πρὸς σὲ ἐλθέτω. » Ταῦτα γὰρ ἐκ τοῦ κοινοῦ λέγει τῶν ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας ὄντων, ὡς ἂν ἑκάστου ἁρμοδίως τῇ φωνῇ χρησαμένου ταύτῃ. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ νῦν ὁ προφήτης ὡς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ λέγει ταῦτα, ἐπειδὴ καὶ περὶ τῶν τῷ κοινῷ προσεσομένων διαλέγεται. « Κύριος ὁ Θεός μου· δύναμίς μου· καὶ τάξει τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφου· καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἐπιβιβᾷ με, τοῦ νικῆσαι ἐν τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ. » Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τὴν ἐν ἅπασι δύναμίν μοι χαριζόμενος· ὃς ἀφελεῖ μὲν ἡμᾶς μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους τῆς αἰχμαλωσίας, δίκην ἐλάφων

[36] Psal. xxx, 2. [37] Psal. ci, 2.

Digitized by Google

ὀξεῖαν τὴν ἐκεῖθεν ἀναχώρησιν ποιουμένους· ὑψηλοτέρους δὲ ἡμᾶς πάντων ἀποφαίνει, ὥστε μηδὲν ἕτερον ἡμῖν ἁρμόττειν λοιπὸν, ἢ τὸ ἐν ᾠδαῖς καὶ ὕμνοις εἶναι τοῖς ὀφειλομένοις τῷ Θεῷ· ὑπὲρ ὧν τὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἡμετέρων νίκην παρὰ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐλπίδα ἐδώρησεν ἡμῖν.

toriam nobis de hostibus, præter omnem humanam spem, concessit.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΣΟΦΟΝΙΟΥ ΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ

COMMENTARIUS IN SOPHONIAM PROPHETAM.

Οὐ πόῤῥω τοῦ μακαρίου Ἀμβακοὺμ τῷ χρόνῳ τὴν προφητείαν ταύτην ὁ μακάριος πεποίηται Σοφονίας· ἐπὶ γὰρ Ἰωσίου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, καθὼς ἡ Βίβλος δηλοῖ, προφητεύει τὰ παρόντα· μεθ' ὃν βραχέος διεληλυθότος χρόνου, (p. 381) ἐπελῃλύθασί τε τῇ Ἱερουσαλὴμ οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ πλεῖστα ὅσα κατὰ τὴν Ἰούδα διαθέντες φυλὴν, καὶ πολλοὺς μὲν ἀνελόντες, πλείστους δὲ ἀπαγαγόντες αἰχμαλώτους, αὐτήν τε ἐπόρθησαν τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ δὴ καὶ πυρὶ τόν τε ναὸν τὸν θεῖον καὶ τῶν τῆς πόλεως οἰκοδομημάτων τὰ κάλλιστα κατέφλεξαν ἅπαντα· ἔτι καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς παντελῶς καθελόντες, ὡς μηδὲ ἀσφάλειάν τινα τοὺς ἐνοικοῦντας, εἴπερ οὖν τινες ἐπιθυμοῖεν τούτου, δύνασθαι ἔχειν. Αὕτη μὲν οὖν ἡ συνήθης προγραφὴ τοῦ βιβλίου.

Haud procul beati Habacuci tempore prophetiam hanc beatus fecit Sophonias: nam sub Josia rege Judææ, sicut liber demonstrat, præsentia vaticinatur. Post quem brevi interposito spatio, expeditionem fecerunt adversus Hierusalem Babylonii plurimisque cladibus Judæ tribum affecerunt, interfectis multis, plurimis in **250** captivitatem abductis, ipsa vastata Hierusalem, templo divino inflammato, et pulcherrimis urbis ædificiis igne crematis: denique mœnibus etiam funditus dirutis, ne quod munimen incolæ, si forte aliqui vellent, habere possent. Sequitur vero consuetus libri titulus.

ΚΕΦ. Α'.

Στίχ. α'-γ'. — « Λόγος Κυρίου ὃς ἐγένετο πρὸς Σοφονίαν τὸν τοῦ Χουσὶ, υἱὸν Γοδολίου, τοῦ Ἀμαρίου, τοῦ Ἐζεκίου, ἐν ἡμέραις Ἰωσίου υἱοῦ Ἀμὼς βασιλέως Ἰούδα· » ἐν οἷς δεδήλωκε τόν τε προφήτην ὅστις ἐστὶ καὶ ὅθεν καταγόμενος καὶ ἐν τίνι καιρῷ ποιεῖται τὴν προφητείαν. Ἄρχεται δὲ τῆς τῶν ἐσομένων προῤῥήσεως οὕτως· « Ἐκλείψει ἐκλιπέτω πάντα ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, λέγει Κύριος. » Γεγόνεσαν μὲν γὰρ αἰχμάλωτοι παντελῶς αἱ δέκα φυλαί· κεχρατηκότες δὲ ἐκείνων Ἀσσύριοι ἐπῆλθον μὲν καὶ τῇ Ἱερουσαλὴμ ὡς αἱρήσοντες καὶ ταύτην. Ὡς δὲ τὴν φοβερὰν ἐκείνην ἐδέξαντο διὰ τοῦ ἀγγέλου πληγὴν, μετὰ πολλοῦ μὲν τοῦ δέους εἶδον οἱ λοιποὶ πρὸς φυγὴν ὁπόσοι γε τῆς διὰ τοῦ ἀγγέλου τιμωρίας γεγόνεσαν ἐκτός· ἐν εἰρήνῃ δὲ βαθείᾳ τὰ κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ γέγονεν ἐκ τούτου· ἐπειδὴ τοίνυν τοὺς τῆς Ἰούδα φυλῆς τούς τε τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντας, οὐ τῆς τιμωρίας τῶν Ἀσσυρίων τὸ μέγεθος ἐσωφρόνισεν, οὐ τῶν δέκα φυλῶν ἐφόβησεν ἡ αἰχμαλωσία, μεμενήκασι δὲ οὐθὲν ἧττον ἐκείνων παρανομίᾳ τε καὶ ἀσεβείᾳ συζῶντες καὶ οὗτοι, ἀναγκαίως ἐντεῦθεν ἤρξατο τοῦτο λέγων, ὅτι ἀνάγκη καὶ τοὺς ὑπολοίπους ἐκλιπεῖν τοῦ λαοῦ, ἀφαιρεθέντας μὲν τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας, ἀπαχθέντας δὲ εἰς αἰχμαλωσίαν· ἐπειδὴ καὶ οὗτοι μεμενηκότες, οὐδὲν ἐκείνων ἧττον ὤφθησαν ἀσεβοῦντες. (p. 382) Καλῶς δὲ καὶ ἐν ἀποφάσει τὴν μήνυσιν ποιεῖται· ὡς ἂν δεικνὺς ὅτι τού-

CAP. I.

Vers. 1-3. — « Verbum Domini, quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filii (49) Godoliæ, filii Amariæ, filii Ezeciæ, in diebus Josiæ filii Amosi regis Judæ. » Ex his demonstratur quis fuerit propheta et a quibus stirpem ducat, et quo tempore prophetiam faciat. Exorditur autem futurorum prædictionem sic: « Defectione deficiant omnia a facie terræ, dicit Dominus. » Captivæ jam cunctæ erant decem tribus; victores autem illarum Assyrii aggressi sunt etiam Hierusalem, ceu hanc pariter capturi. Postquam autem terribilem illam experti sunt ab angelo cladem, reliqui cum ingenti metu, quotquot extra angeli animadversionem fuerunt, in fugam conversi sunt. Exin alta in pace fuit Hierusalem. Quoniam itaque Judæ tribum et Hierusalem cives magnitudo pœnæ Assyriis impositæ non emendavit, nec decem tribuum captivitas terrefecit, perstiteruntque haud minus illis injuste impieque viventes, hinc necessario exorsus est dicens, necesse fore ut reliqua etiam populi pars deficiat, de terra promissionis abrepta, et in captivitatem traducta: quandoquidem hi etiam qui illic remanserant, haud minus illis visi sunt peccatores. Egregie autem cum absoluta sententia facit prædictionem, ut ostendat dignos illos semet malis his, per ea quæ gesserant, effecisse; unde et Deus talia de **251** iis decernere adductus sit. Jam postquam ge-

(49) Græce *filium*.

Digitized by Google

neraliter dixit, « Deficiant omnia, » pergit dicere particulatim : « Deficiat homo, et jumenta deficiant, necnon cœli volucres, et maris pisces : et infirmabuntur impii, et auferam iniquos a facie terræ, dicit Dominus. » Hyperbolice quidem hominibus ac jumentis volucres quoque et pisces copulavit : vel etiam tropice, ceu solet loqui ; ita ut volucres dicat illos qui principatu inter cæteros homines eminent, pisces vero plebeios qui valde humiliter repunt. Mox et causam addens. « Et infirmabuntur, inquit, impii, et auferam iniquos de facie terræ, dicit Dominus. » Qui impie injusteque vivunt, ad extremam deducentur infirmitatem, quia sub hostilis manus ictu cadent : reliqui vero mancipio capti, abducentur a regione, quam a me acceptam non sine multis sceleribus relinebant.

A των ἀξίους ἑαυτοὺς δι' ὧν ἔπραττον πεποιήκασιν· ὅθεν δὴ καὶ ἀποφήνασθαι περὶ αὐτῶν τοιαῦτα προσῆκται Θεός. Εἶτα καθολικῶς εἰπών, « Ἐκλιπέτω πάντα, » ἐπάγει κατὰ μέρος· « Ἐκλιπέτω ἄνθρωπος, καὶ κτήνη ἐκλιπέτω, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ οἱ ἰχθύες τῆς θαλάσσης· καὶ ἀσθενήσουσιν οἱ ἀσεβεῖς· καὶ ἐξαρῶ τοὺς ἀνόμους ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, λέγει Κύριος. » Ὑπερβολικῶς μὲν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς κτήνεσι τά τε πετεινὰ καὶ τοὺς ἰχθύας συνῆψεν· ἢ καὶ τροπικῶς, καθὼς εἴωθεν λέγειν, ἵνα πετεινὰ μὲν εἴπῃ τοὺς δυναστείας ὑπεραιρομένους τῶν λοιπῶν, ἰχθύας δὲ τοὺς ἐν τῷ δήμῳ διὰ ταπεινότητα ἕρποντας πολλήν. Καὶ τὴν αἰτίαν δὲ ἐπάγων, « Καὶ ἀσθενήσουσιν οἱ ἀσεβεῖς, καὶ ἐξαρῶ τοὺς ἀνόμους ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, λέγει Κύριος. » Οἱ γὰρ ἀσεβείᾳ καὶ ἀνομίᾳ συζῶντες, (p. 383) εἰς παντελῆ κατα-

B σουσιν ἀσθένειαν, ὑπὸ τῇ τῶν πολεμίων πεπτωκότες χειρί· οἱ λοιποί τε αἰχμαλωσίᾳ ληφθέντες, ἀφαιρεθήσονται τῆς γῆς, ἣν παρ' ἐμοῦ λαβόντες μετὰ πολλῆς κατεῖχον τῆς παρανομίας.

Vers. 4-6. — Deinde de quibus hæc dicat, clarius explanans, « Extendam, inquit, manum meam super Judam, et super omnes Hierusalem incolas. » Postquam de tribu et urbe capturum se pœnas dixit, necessario tantæ animadversionis causas recitat : « Et auferam de loco isto nomina Baalim, et nomina delubrorum cum sacerdotibus, et qui adorant super tecta exercitum cœli, et qui jurant per Dominum, et qui jurant per Melchomum, et qui declinant a Domino, et qui Dominum non quærunt, et qui non retinent Dominum. » Ejiciam omnino de loco hoc, partim cædi tradens, partim captivitati ; idola simul omnia destruens, et illorum culturam, cum iis qui sacerdotes eorumdem videbantur ; postremo illos qui super tecta luminaribus cœli cultum exhibere studebant. Sed justam apprime ii patientur pœnam, qui circa templum meum versantes, non erubescunt idolorum cultui vacare : sed modo **252** quidem, cultus mei se memores ostendentes, per me jurant ; modo autem per idola quoque jurant : etenim Melchomum idolum nominat, ut ex uno, prout solet, cuncta denotet idola.

Στίχ. δ'-ς'. — Εἶτα καὶ περὶ τίνων λέγει σαφέστερον ποιῶν, « Καὶ ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπὶ Ἰούδαν καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας Ἱερουσαλήμ. » Κατά τε τῆς φυλῆς, κατά τε τῆς πόλεως ἐπάξειν εἰρηκὼς τὴν τιμωρίαν, ἀναγκαίως δὲ καὶ τὰς τῆς τοσαύτης τιμωρίας λέγων αἰτίας· « Καὶ ἐξαρῶ ἐκ τοῦ τόπου τὰ ὀνόματα τῶν Βααλὶμ, καὶ τὰ ὀνόματα τὰ τῶν ἱερῶν μετὰ τῶν ἱερέων, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας ἐπὶ τὰ δώματα τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ὀμνύοντας κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ τοὺς ὀμνύοντας κατὰ τοῦ Μελχὸμ, καὶ τοὺς ἐκκλίνοντας ἀπὸ τοῦ Κυρίου, καὶ τοὺς μὴ ζητοῦντας τὸν Κύριον, καὶ τοὺς μὴ ἀντεχομένους τοῦ Κυρίου. » Ἀφελῶ γὰρ παντελῶς τοῦ τόπου τούτου, τοὺς μὲν τῇ σφαγῇ, τοὺς

C δὲ τῇ αἰχμαλωσίᾳ, συναφανίζων αὐτοῖς καὶ τὰ εἴδωλα πάντα, τήν τε ἐπ' αὐτοῖς θεραπείαν, μετὰ τῶν ἱερατεύειν αὐτοῖς δοκούντων, πρὸς ἅπασί τε τοὺς ἐπὶ τῶν δωμάτων τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας θεραπεύειν ἐσπουδακότας· δικαίαν γὰρ δὴ μάλιστα οὗτοι δέξονται τὴν τιμωρίαν, οἱ περὶ τὸν ναὸν οἰκοῦντες τὸν ἐμὸν οὐκ αἰσχύνονται περὶ τὴν τῶν εἰδώλων ἀσχολούμενοι θεραπείαν· (p. 384) ἀλλὰ ποτὲ μὲν τῆς ἐμῆς ἐνδείκνυνται θεραπείας φρονιτίζειν ὅτ' ἂν αὐτοῖς ὀμνύειν κατ' ἐμοῦ δοκῇ, ποτὲ δὲ κατὰ τῶν εἰδώλων ὀμνύουσι· Μελχὸμ γὰρ τὸ εἴδωλον λέγει· ἵν' ἀφ' ἑνὸς, καθὼς εἴωθεν, ἅπαντα εἴπῃ τὰ εἴδωλα.

Multas memini me prætermittere fabulas eorum qui ad Syriacam interpretationem respiciunt, ne ineptiis viderer divinam implere Scripturam. Nunc vero opportune existimo rei hujus facere mentionem, ob coarguendum tum id quod ab ipsis nunc incongrue dicitur, tum etiam cætera hujusmodi, quæ ab iisdem dicta, ego tamen ob eam quam retuli causam prætermisi. Dicunt igitur vocabulum Melchomum hoc loco regem significare ; quia Melchom rex dicitur in Syrorum atque Hebræorum lingua ; sed interpretes errore deceptos, pro rege Melchomum dixisse, quod est idolum. Atqui illud imprimis oportebat considerare, divinam Scripturam Hebraico sermone fuisse dictatam, ad Syrorum autem usum translatam fuisse abs quolibet homine (neque enim ad hunc usque diem quis ille fuerit rescitum est). In Græcorum autem linguam

Ἀλλὰ γὰρ πολλὰς μὲν οἶδα μυθολογίας παρεὶς τῶν πρὸς τοὺς Σύρους κεχηνότων, ὡς ἂν μὴ φλυαριῶν δοκοίην ἐμπιμπλᾶν τὴν θείαν Γραφήν· ἐν καιρῷ δὲ νῦν ἐνόμισα διὰ τούτου ποιήσασθαι μνήμην, εἰς ἔλεγχον εἴτε τοῦ νῦν οὐ δεόντως παρ' αὐτῶν λεγομένου,

D εἴτε καὶ τῶν λοιπῶν, ἃ λεγόντων αὐτῶν παρῆκα δι' ἣν ἔφην αἰτίαν. Λέγουσι γὰρ ὅτι Μελχὸμ ἐνταῦθα τὸν βασιλέα βούλεται εἰπεῖν· Μελχὸμ γὰρ τοῦ βασιλέως λεγομένου κατὰ τὴν Σύρων καὶ Ἑβραίων γλῶτταν, πλανηθέντας τοὺς ἑρμηνεύσαντας, ἀντὶ τοῦ βασιλέως, Μελχὸμ εἰπεῖν, ὅπερ ἐστὶν τὸ εἴδωλον. Οὓς ἐχρῆν πρὸ πάντων ἐκεῖνο συνιδεῖν, ὅτι κατὰ μὲν τὴν Ἑβραίων γλῶτταν εἴρηται τὰ τῆς θείας Γραφῆς, ἡρμήνευται δὲ ταῦτα εἰς μὲν τὴν Σύρων παρ' ὅτου δήποτε (οὐδὲ γὰρ ἔγνωσται μέχρι τῆς τήμερον ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν)· εἰς δὲ τὴν Ἑλλήνων ἑβδομήκοντα μετενηνόχασιν ἄνδρες πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, ἐπιστή-

Digitized by Google

Vers. 1-5. — Postea dicit quarto Darii regnantis anno missos fuisse aliquos a quibusdam qui inter alienigenas Israeliticæ genti imperitabant, ad sacerdotes in urbe Hierusalem atque prophetas, ut Deum sacrificiis placarent pro suis quorum conscii erant peccatis; atque ut exquirerent num satis conveniente ornatu templum Dei instructum esset, quo ipsi ad Dei honorem congrua jejunia peragerent; quod pluribus jam annis fecerant. Quod cum illi egissent, præsentibus qui missi fuerant, et negotio cujus causa venerant peracto, per revelationem propheta jussus est hæc omnia apud universum terræ populum sacerdotesque enuntiare, quæ scilicet ipsos quoque scire oportebat; ut quæ D dicerentur, non popularibus tantum, verum etiam advenis magisterio forent. Erant autem dicta hæc: Nil mea interest jejunantes vos et gementes videre; neque enim in his cultus mei rationem positam esse judico. Certe annis septuaginta captivitate detenti nullum jejunium observastis; attamen **321** nihil hujusmodi a vobis expetens, postquam vidi a nequitia resipiscentes, in patriam postliminio revocavi. Nam seu vos comedatis atque bibatis, sive secus, vestra est comedendi voluptas, vestra item a comedendo abstinentia; mihi vero nulli res hujusmodi curæ sunt. Atque ut ostendat haud nunc primum hæc illis dicere;

Digitized by Google

Vers. 6-12. — « Nonne, ait, ista verba sunt, quæ locutus est Dominus in manibus prophetarum qui fuerunt prius, quando Hierusalem populo opibusque affluebat: itemque oppida ejus finitima et montana et campestria incolis frequentabantur? » Hæc et olim, inquit, per prophetas olim dicebam, quo tempore Hierusalem domestica lautitia abundabat, cunctæque urbes ei subjectæ, quæ sive in montana sive in campestri regione, idonea populi multitudine plenæ erant. Nihilo tamen minus vobis tunc aiebam me nullam jejunii vestri rationem habere, quod sine bono mentis habitu observabatis. Quænam vero mihi grata essent, quæque potissimum vobis factitanda, per prophetas vos edocebam. « Judicium justum judicate, et misericordia ac miseratione utimini unusquisque erga fratrem suum, et viduam et pupillum, et advenam, et pauperem ne opprimatis, et malitiæ unusquisque fratris sui ne memineritis in cordibus vestris. » Suasi vobis omni tempore justitiæ plurimam curam gerere, et compassione erga proximos uti, et omni pauperum ac derelictorum detrimento abstinere; item simultatem et iram mutuam vitare, deposita illarum quæ vulgo incidunt offensarum memoria. Profecto ego, jejunium vestrum renuens, hæc vobis agenda suadebam. « Et noluerunt attendere, et averterunt dementer dorsum suum, et aures suas aggravaverunt ne audirent, et cor suum contumax fecerunt ne obedirent legi meæ ac verbis quæ misit Dominus omnipotens in Spiritu suo per **322** superiorum prophetarum manum. » Ne his quidem attendere voluistis, sed cum insania multa dicta illorum aversati estis. Id enim valent verba, « Averterunt dementer dorsum suum. » His quæ dicebantur aurem præbere noluistis, mente prorsus obfirmata, quominus leges meas sequeremini, quas per superiores prophetas vobis explanabam. Quid vero hinc accidit?

Στίχ. ς'-ιβ'. — « Οὐχ οὗτοι οἱ λόγοι εἰσὶν οὓς ἐλάλησε Κύριος ἐν χερσὶ τῶν προφητῶν τῶν ἔμπροσθεν, ὅταν ἦν Ἱερουσαλὴμ κατοικουμένη καὶ εὐθηνοῦσα, καὶ αἱ πόλεις αὐτῆς κυκλόθεν, καὶ ἡ ὀρεινὴ καὶ πεδινὴ κατῳκεῖτο; » Ταῦτα δέ, φησὶ, καὶ πάλαι διὰ τῶν προφητῶν ἔλεγον πρὸς ὑμᾶς, ὁπηνίκα ἐπί τε τῆς οἰκείας εὐθηνείας ἦν ἡ Ἱερουσαλὴμ καὶ πᾶσαι αἱ ὑπ' αὐτὴν πόλεις ὡσαύτως, ἅτε καὶ τῆς ὀρεινῆς καὶ τῆς πεδινῆς χώρας τῆς προσηκούσης αὐταῖς πεπληρωμένης τῶν οἰκούντων· καὶ ὅμως ταῦτα τότε πρὸς ὑμᾶς ἔλεγον ὅτι μοι λόγος οὐδεὶς τῆς νηστείας ὑμῶν οὐκ ἀγαθῇ γνώμῃ νηστευόντων· τίνων δέ μοι λόγος, ὧν ἐπιμελεῖσθαι μάλιστα προσήκειν ὑμᾶς ἐδίδασκον διὰ τῶν προφητῶν. « Κρίμα δίκαιον κρίνατε, καὶ ἔλεον καὶ οἰκτιρμὸν ποιεῖτε ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ χήραν καὶ ὀρφανὸν καὶ προσήλυτον καὶ πένητα μὴ καταδυναστεύετε· καὶ κακίαν ἕκαστος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ μὴ μνησικακεῖτε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. » Συνεβούλευον γὰρ ὑμῖν ἁπανταχοῦ τοῦ δικαίου ποιεῖσθαι πρόνοιαν πλείστην, συμπαθείᾳ τε χρῆσθαι πρὸς τοὺς πέλας, (p. 482) καὶ δὴ καὶ πάσης βλάβης τῆς εἰς τοὺς πένητάς τε καὶ ἀπροστασιάστους ἀπέχεσθαι· καὶ μήνιδος δὲ καὶ ὀργῆς τῆς κατ' ἀλλήλων ἀφεστάναι, ἀφαιροῦντας τὴν μνήμην ἑαυτῶν τῶν ἐν μέσῳ πως συμβάντων λυπηρῶν. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν τὴν νηστείαν παρωθούμενος, ταῦτα συνεβούλευον ὑμῖν. Τί δέ; « Καὶ ἠπείθησαν τοῦ προσέχειν, καὶ ἔδωκαν νῶτον αὐτῶν παραφρονοῦντα, καὶ τὰ ὦτα αὐτῶν ἐβάρυναν τοῦ μὴ εἰσακούειν, καὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν ἔταξαν ἀπειθῆ τοῦ μὴ εἰσακούειν τοῦ νόμου μου, καὶ τῶν λόγων ὧν ἐξαπέστειλεν Κύριος παντοκράτωρ ἐν Πνεύματι αὐτοῦ, ἐν χερσὶ προφητῶν τῶν ἔμπροσθεν. » Οὐδὲ τούτων δὴ λόγον ποιεῖσθαι ἠθέλετε, ἀλλ' ἐκ παραφροσύνης μὲν πολλῆς παντελῶς ἀπεστρέφεσθε τὰ λεγόμενα· τοῦτο γὰρ λέγει, « Ἔδωκαν νῶτον αὐτῶν παραφρονοῦντα· » προσέχειν δὲ τοῖς λεγομένοις οὐκ ἐθέλετε, κρίναντες καθάπαξ ἀπειθῶς ἔχειν πρὸς τοὺς νόμους τοὺς ἐμοὺς, οὓς διὰ τῶν προφητῶν τῶν πρόσθεν ὑμῖν ἐξηγούμην. Ἐφ' οἷς τί γέγονε;

Vers. 13, 14. — « Et processit ira magna a Domino omnipotente. » Propterea tantum sustinuistis supplicium, quoniam ego jejuniis vestris contemptis hortabar vos ad legum debitam observantiam: at vos contra flocci fecistis leges meas. « Eritque, quemadmodum ipse dixit, nec ei auscultarunt, ita clamabunt, nec ego exaudiam, ait Dominus omnipotens. » Sicut illi dicta mea noluerunt audire, ita ego vicissim clamori eorum in angustiis constitutorum aurem non præbebo. Quid porro egi? « Propellam eos tanquam turbine inter gentes quas non noverant, et terra post eos desolabitur absque transeunte vel revertente: posuerunt enim terram electam in vastitatem. » Comminatus sum, vos omnes quasi venti procella maxima me dispersurum, et captivitati traditos ad regionem expulsurum quam antea ignorabatis, et vastitate terram vestram me obruturum prædixi, nemine postea illinc revertente, aut iter faciente,

Στίχ. ιγ', ιδ'. — « Καὶ ἐγένετο ὀργὴ μεγάλη παρὰ Κυρίου παντοκράτορος. » Ὑπὲρ τούτων τὴν τοσαύτην ὑπομενήκατε τιμωρίαν, ὑπὲρ ὧν τὰς νηστείας ὑμῶν παρωθούμενος ἐκεῖνα συνεβούλευον ὧν μάλιστα προσῆκον ἦν ὑμᾶς τῶν νόμων ἀντέχεσθαι. Λόγος δὲ ἦν ὑμῖν τῶν νόμων οὐδεὶς τῶν ἐμῶν. « Καὶ ἔσται, ὃν τρόπον εἶπε, καὶ οὐκ εἰσήκουσαν αὐτοῦ, οὕτως κεκράξονται καὶ οὐ μὴ εἰσακούσω, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ὥσπερ δὲ ἐκεῖνοι τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων ἀκούειν οὐκ ἤθελον, (p. 483) οὕτω δὴ κἀγὼ γεγονότων αὐτῶν ἐν τοιαύταις ἀνάγκαις βοώντων οὐ προσεῖχον. Τί δὲ πεποίηκα; « Καὶ ἐκβαλῶ αὐτοὺς ὡς ἐν λαίλαπι εἰς πάντα τὰ ἔθνη ἃ οὐκ ἔγνωσαν· καὶ ἡ γῆ ἀφανισθήσεται κατόπισθεν αὐτῶν ἐκδιοδεύοντος καὶ ἐξαναστρέφοντος· καὶ ἔταξαν γῆν ἐκλεκτὴν εἰς ἀφανισμόν. » Ἠπείληκα γὰρ ἅπαντας ὑμᾶς ὥσπερεὶ συστροφῇ περιβαλὼν ἀνέμου μεγίστῃ διασκορπίσαι τε, καὶ αἰχμαλωσίᾳ παραδοὺς εἰς χώραν ἀπαναγεῖν ἣν οὐκ ἤδειτε πρότε-

Digitized by Google

ρον· ἀφανισμῷ τε περιβληθήσεσθαι τὴν γῆν ἀπεφηνάμην τὴν ὑμετέραν, οὐκ ἀναστρέφοντος ἐπ' αὐτῆς ἔτι τινὸς, οὐ διοδεύοντος διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἐρημίαν. Ταῦτα δὴ καὶ ἠπείλησα, φησὶ, καὶ πεποίηκα· ἣν ἐξ=λεξάμην γῆν πρότερον εἰς κτῆσιν ὑμετέραν, ἀφανισμῷ παραδέδωκα· τὸ γὰρ « κεκράξονται » καὶ « ἀφανισθήσεται, » ὡς ἐπὶ μέλλοντος λέγει, τὸ γεγονὸς ἐξηγούμενος, τὸν χρόνον κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐναλλάττων· ὃ πολλαχοῦ γινόμενον ἐπὶ τῆς θείας Γραφῆς παρά τε τῷ μακαρίῳ Δαυὶδ καὶ τοῖς λοιποῖς προφήταις διὰ πολλῶν ἐδείξαμεν ἤδη. Ὅπερ οὖν καὶ δεδήλωκεν εἰπὼν, « Καὶ ἔταξαν γῆν ἐκλεκτὴν εἰς ἀφανισμόν· » ἔδειξε γὰρ ὅτι οὐ μέλλον πρᾶγμα λέγει, ἀλλὰ παρεληλυθός τε ἤδη καὶ γεγονός. Ἠβουλήθη δὲ δι' ὅλων εἰπεῖν, ὅτι Τὴν μὲν νηστείαν ὑμῶν παρητούμην κακῶς γινομένην, συνεβούλευον δὲ ἃ προσῆκον ἦν πράττεσθαι παρ' ὑμῶν· καὶ ἐπειδὴ τούτοις μὴ προσείχετε, τοιαύτην ὑμῖν ἐπήγαγον τιμωρίαν. Ἀλλὰ τότε μὲν ταῦτά φησι· νῦν δὲ τί;

ΚΕΦ. Η'.

Στίχ. α'-ε'. — « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἐζήλωσα τὴν Ἰερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν· καὶ θυμῷ μεγάλῳ ἐζήλωσα αὐτήν. » Μεταβέβληκά μου τὴν περὶ αὐτὴν σχέσιν, (p. 484) ὥστε καὶ ἄγαν ὀργίζεσθαι ὑπὲρ ὧν πέπονθε κατὰ τῶν ἠδικηκότων αὐτήν· καὶ ἐπιμένων τοῖς εἰρημένοις, « Τάδε λέγει Κύριος, Ἐπιστρέψω ἐπὶ Σιὼν καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ Ἰερουσαλὴμ· καὶ κληθήσεται ἡ Ἰερουσαλὴμ πόλις ἀληθινὴ, καὶ ὄρος Κυρίου παντοκράτορος, ὄρος ἅγιον. » Ἐπανάξω γάρ μου τὴν περὶ τὸ ὄρος Σιὼν διάθεσιν, καὶ φανοῦμαι πάλιν διὰ τῆς κηδεμονίας τῆς οἰκείας ἐπὶ τῆς Ἰερουσαλήμ· ἀποδείξω τε αὐτὴν πόλιν ὄντως συνεστῶσαν, καὶ ἐν εὐθηνίᾳ καθεστῶσαν πολλῇ· τό τε ὄρος ἐφ' οὗπερ ἡ πόλις οἰκοδομεῖται, ἅγιον ἀποδείξω, ὡς τῆς παρουσίας ἠξιωμένον τῆς ἐμῆς. Καὶ προστιθεὶς ἔτι τοῖς αὐτοῖς· « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ, Ἔτι καθίσονται πρεσβύτεροι καὶ πρεσβύτεραι ἐν ταῖς πλατείαις Ἰερουσαλὴμ, ἕκαστος τὴν ῥάβδον αὐτοῦ ἔχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ἀπὸ πλήθους ἡμερῶν· καὶ αἱ πλατεῖαι τῆς πόλεως πλησθήσονται παιδαρίων καὶ κορασίων παιζόντων ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς. » Οὕτως δὲ, φησὶν, ἀβλαβῆ φυλάξω τὴν πόλιν καὶ πάντας τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν, ὥστε μὴ παραπλησίως τοῖς πρόσθεν ὑπὸ τῶν κατεχόντων κακῶν ἀώρους ὑπομένειν θανάτους· ὡς ἐν εὐθηνίᾳ δὲ πολλῇ τῆς πόλεως οὔσης, ἀναγκαίως καὶ τοῖς οἰκοῦσιν αὐτὴν παρεκτείνεσθαι τὴν ζωήν· ὥστε καὶ ἀσθενοῦντας, διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς βακτηρίαις ἀναγκάζεσθαι εἰς τὴν τῆς πορείας βοήθειαν· (p. 485) ἔσται δὲ καὶ ἡ πόλις μεστὴ παιδαρίων τε καὶ κορασίων παιζόντων· εὐθηνουμένης γὰρ καὶ πολυανθρώπου πόλεως σημεῖον καὶ τοῦτο.

Στίχ. ς'-θ'. — Εἶτ' ἐπειδή πως πρὸς τὰ παρόντα ἀδύνατα ταῦτα εἶναι ἐφαίνετο, « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Εἰ ἀδυνατήσει ἐνώπιον τῶν καταλοίπων τοῦ λαοῦ τούτου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, μὴ καὶ ἐνώπιον ἐμοῦ ἀδυνατήσει, λέγει Κύριος παντοκράτωρ; » Ἀλλ' εἰ καὶ ἀδύνατα, φησὶ, ταῦτα ὑμῖν

propter summam locorum solitudinem. Hæc et comminatus sum, inquit, et peregi: quam elegeram antea terram ad incolatum vestrum, vastitati tradidi; etenim verba, « clamabunt, » et, « desolabitur, » dicit tanquam de re futura, cum reapse de præterita loquatur, tempus more solito invertens: quod sæpe fieri tum apud beatum Davidem tum apud cæteros prophetas in divina Scriptura, jamdiu affatim demonstravimus. Quem ipsum tropum hic usurpat dicens: « Et posuerunt terram **323** electam in desolationem: » ostendit enim se non de re futura loqui, sed de præterita et jam peracta. Vult autem per hæc omnia dicere Deus, se jejunium vestrum renuere vitiose actum; suasisse autem quæ vos facere oportebat; et quia morem ei gerere noluistis, tantam vobis imposuisse pœnam. Sed tunc quidem hæc, inquit, fuerunt. Nunc vero quid?

CAP. VIII.

VERS. 1-5. — « Hæc dicit Dominus omnipotens: Zelatus sum Hierusalem atque Sion zelo magno, furore magno zelatus eam sum. » Convertam meum erga illam affectum, ita ut magnopere calamitatum ejus causa injustis ejus inimicis irascar. Et sua dicta continuans inquit: « Hæc ait Dominus: Revertar ad Sion, et habitabo in medio Hierusalem. Et vocabitur Hierusalem urbs vera, et mons Domini omnipotentis, mons sanctus. » Reducam ad me meum erga Sionis montem affectum, meoque erga Hierusalem patrocinio innotescam; efficiamque eam vere urbis nomine dignam, et multa fruentem rerum copia; montemque ubi urbs condita, sanctum esse ostendam, utpote quem mea præsentia dignatus sim. Pergitque prædicta cumulare: « Hæc ait Dominus omnipotens: Adhuc sedebunt senes anusque in plateis Hierusalem, singuli baculos suos manibus tenentes præ dierum multitudine. Et urbis plateæ replebuntur puerulis puellisque ludentibus in plateis ejus. » Adeo incolumem servabo, inquit, urbem omnesque ibi incolentes, ut minime, prout antea usuveniebat, immaturos obitus ab impendentibus malis exspectent; ita ut urbe prosperitatem plurimam habente, civibus quoque vitæ spatium prorogetur: quo fiet ut vitæ longævitate cogantur baculis inniti ob incessus adjumentum. Erit item **324** urbs plena puerulis puellisque lusitantibus; namque et hoc lautæ cum numeroso populo civitatis indicium est.

VERS. 6-9. — Deinde quia, præ præsenti rerum statu, impossibilia hæc videbantur, « Hæc ait (pergit dicere) Dominus omnipotens: Si impossibile videtur reliquiis populi hujus diebus illis, num coram me quoque erit hoc impossibile, dicit Dominus omnipotens? » Etiamsi hæc impossibilia videantur his qui exiguitatem spectant nunc in urbe congregatorum: attamen mihi certe haud impossibile est tantam operari rerum conversionem, ut ex præsenti miseria ad prosperitatem plurimam et urbem et

Digitized by Google

ejus res omnes transferam. Atque ex semet possibilitatem promissæ rei confirmans, prosequitur dicens: Multos sane alios Israelitas pluribus ex locis ad hanc urbem contraham, qui adhuc in captivitate versantur, et a me patriæ terræ incolatui reddentur. Et propter meam erga illos sollicitudinem clarus fiam, quia illos re ipsa populum meum esse ostendam, quatenus tali tantaque providentia mea fruentur: vereque videbor illorum Deus, dum firmam meam exhibeo eis gratiam; meaque justitia utens cunctos puniam qui aliquando eos lædere ausi fuerint. Cumulat hæc promissa, dicens: « Hæc ait Dominus omnipotens: Roborentur manus vestræ qui auditis his diebus sermones hos ex ore prophetarum, jam inde a die quo fundata est domus Domini omnipotentis, et templum ædificari cœptum. » Age nunc, inquit, his promissis meis attendentes, quæ sæpe per prophetas vobis significavi, multa cum sedulitate domum meam absolvendam curate; reputantes, a quo tempore huic operæ incumbitis domus meæ ædificandæ, quanto meliores res vestræ evaserint.

A καταφαίνεται ἀφορῶσι πρὸς τὴν ὀλιγότητα τῶν νῦν συνειλεγμένων ἐπὶ τῆς πόλεως, ἀλλ' οὐκ ἐμοί γε ἀδύνατον τοσαύτην ἐργάσασθαι τῶν πραγμάτων τὴν μεταβολήν, ὥστε ἐκ τῆς νῦν ταλαιπωρίας εἰς εὐθηνίαν πολλὴν μεταστῆναι τήν τε πόλιν καὶ τὰ κατ' αὐτὴν ἅπαντα. Καὶ πιστωσάμενος ἐξ αὐτοῦ τὸ δυνατὸν τῶν ἐπηγγελμένων, προστίθησι πάλιν ὅτι, Πολλοὺς μὲν καὶ ἑτέρους τῶν Ἰσραηλιτῶν πολλαχόθεν ἐπ' αὐτὴν συνάξω τῶν ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας ὄντων ἔτι, οὓς ἀποδώσω τῇ οἰκήσει τῆς γῆς τῆς οἰκείας· ἔσομαι δὲ αὐτοῖς διὰ τῆς κηδεμονίας γνωριζόμενος, ὡς ἐκείνους τε ἐκ τῶν πραγμάτων δείκνυσθαι αὐτῶν ὄντως θεὸν, ἀφ' ὧν βεβαίαν τε αὐτοῖς παρέχω τὴν οἰκείαν χάριν, καὶ τῇ δικαιοσύνῃ τῇ οἰκείᾳ κεχρημένος πάντας τιμωροῦμαι τοὺς ὅπως ποτὲ βλάπτειν αὐτοὺς ἐπιχειB ροῦντας. Ταύταις ἐπισυνάπτει ταῖς ἐπαγγελίαις· « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ, Κατισχυέτωσαν αἱ χεῖρες ὑμῶν τῶν ἀκουόντων (p. 486) ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις τοὺς λόγους τούτους ἐκ στόματος τῶν προφητῶν, ἀφ' ἧς ἡμέρας τεθεμελείωται ὁ οἶκος Κυρίου παντοκράτορος, καὶ ὁ ναὸς ἀφ' οὗ ᾠκοδόμηται. » Φέρε τοίνυν, φησὶ, ταύταις ταῖς ἐπαγγελίαις προσέχοντες ταῖς ἐμαῖς, ἃς πολλάκις διὰ τῶν προφητῶν πρὸς ὑμᾶς ἐποιησάμην, μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας τὸν οἶκον ἐκπληρῶσαι σπεύσατε τὸν ἐμὸν, ἀναλογιζόμενοι ἐξότε περ περὶ ταῦτα ἐσχήκατε καὶ περὶ τὴν κατασκευὴν τοῦ οἴκου τοῦ ἐμοῦ, ὁπόσην τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν ἐδέξατο τὰ ὑμέτερα.

Vers. 10. — **325** Deinde ex priorum comparatione conversionem ostendens: « Quia ante dies illos, inquit, merces hominum non erat in lucrum, et merces jumentorum nulla erat, et seu egredienti seu ingredienti nulla pax a tribulatione: et mittam omnes homines unumquemque super proximum suum. » Olim, inquit, et ante templi ædificationem in multa versabamini miseria, et ne ex jumentorum quidem vestrorum opera, neque ex multis laboribus lucrum aliquod reportabatis; nam infructuosa omnia vobis efficiebat pacis cujusvis desiderium, dum perpetuis variisque tribulationibus vexarentur omnes qui urbem vestram ingrediebantur aut inde exibant, id est urbis cives. Augebat autem tribulationem vestram, quod nulla pace utebamini, multis extra consurgentibus hominibus, dum ego me a vobis averteram. Per hæc autem videtur eodem sensu quo beatus Aggæus propheta, manifeste exprobrare illis ignaviam; memorabat enim Aggæus subnata illis mala, cum ad ædificationem torpebant; ostendebat simul quanta facta fuisset in melius conversio, postquam cœperant divini templi ædificium urgere. Idem hoc loco beatus Zacharias dicit, nempe vos multas expertos esse calamitates, dum templum negligebatis: sed postquam mutata sententia, debitam suscepistis templi curam, quid tum contigit?

Στίχ. ι'. — Εἶτ' ἐκ παραθέσεως τῶν προτέρων δεικνὺς τὴν μεταβολήν· « Διότι πρὸ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ μισθὸς τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἦν εἰς ὄνησιν, καὶ ὁ μισθὸς τῶν κτηνῶν οὐχ ὑπῆρχε, καὶ τῷ ἐκπορευομένῳ καὶ τῷ εἰσπορευομένῳ οὐκ ἦν εἰρήνη ἀπὸ τῆς C θλίψεως· καὶ ἐξαποστελῶ πάντας τοὺς ἀνθρώπους ἕκαστον ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ. » Πάλαι μὲν γὰρ, φησὶ, καὶ πρὸ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ ἐν πολλῇ καθειστήκειτε ταλαιπωρίᾳ· καὶ οὔτε τῇ τῶν κτηνῶν τῶν ὑμετέρων ἐργασίᾳ προσκείμενοι ἐκ τῶν πολλῶν τι πόνων ἀπεφέρεσθε κέρδος· ἀνόνητα γὰρ ὑμῖν ἅπαντα ἐποίει τὸ μηδεμιᾶς μὲν εἰρήνης ἀπολαύειν, ἐν θλίψεσι δὲ πάντοτε ἐξετάζεσθαι ποικίλαις ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς πόλεως εἰσιόντας τε καὶ ἐξιόντας τῶν ἐν ὑμῖν, ἵνα εἴπῃ τοὺς ἐπὶ τῆς πόλεως ἀναστρεφομένους. Ηὔξανε δὲ ταῦτα ὑμῖν τήν τε θλῖψιν, καὶ τὸ μὴ ἐν εἰρήνῃ καθεστάναι, τὸ πολλοὺς ὑμῖν ἐπεγείρεσθαι τῶν ἔξωθεν ἀνθρώπων, διὰ τὴν ἀποστροφὴν τὴν ἐμήν· ἔοικε δὲ ταῦτα κατὰ τὴν ἔννοιαν τοῖς τοῦ μαD καρίου Ἀγγαίου τοῦ προφήτου σαφῶς (p. 487) ὀνειδίζων αὐτοῖς τὴν ῥᾳθυμίαν· ἐμνημόνευσε μὲν τῶν ἐπιγεγονότων αὐτοῖς κακῶν, ὁπηνίκα τῆς οἰκοδομῆς κατερρᾳθύμουν· ἐδήλωσε δὲ πόσην ἔσχε μεταβολὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον τὰ κατὰ τοὺς ἑλομένους τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ φροντίζειν τοῦ θείου· τοῦτο γὰρ κἀν ταῦθα ὁ μακάριος Ζαχαρίας λέγει, ὅτι Ἐν πολλαῖ, ἦτε, φησὶ, ταλαιπωρίαις ἀμελοῦντες τοῦ οἴκου· ἐπειδὴ δὲ μεταβαλόντες τὴν γνώμην, τὴν προσήκουσαν ἔχετε περὶ τὸν οἶκον σπουδὴν, τί γέγονε;

Vers. 11-15. — « Et nunc non juxta dies priores facio reliquiis populi hujus, dicit Dominus omnipotens, sed pacem ostendam. Vinea dabit fructum suum, et terra dabit germina sua, et cœlum dabit rorem suum, faciamque ut reliquiæ populi mei hæc omnia possideant. Et erit, sicut eratis maledictio

Στίχ. ια'-ιε'. — « Καὶ νῦν οὐ κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν ἐγὼ ποιῶ τοῖς καταλοίποις τοῦ λαοῦ τούτου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ· ἀλλ' ἢ δείξω εἰρήνην· ἡ ἄμπελος δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς, καὶ ἡ γῆ δώσει τὰ γενήματα αὐτῆς, καὶ οὐρανὸς δώσει τὴν δρόσον αὐτοῦ· καὶ κατακληρονομήσω τοῖς καταλοί-

Digitized by Google

ποις τοῦ λαοῦ μου πάντα ταῦτα· καὶ ἔσται ὃν τρόπον ἦτε κατάρα ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οἶκος Ἰούδα, καὶ οἶκος Ἰσραὴλ, οὕτως διασώσω ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθε ἐν εὐλογίᾳ.» Οὐχ ὅμοια τοῖς πρόσθεν τὰ νῦν περὶ τοὺς ἐπανελθόντας γενήσεται, οὓς ἐκ πολλῶν τῶν ἀπολομένων ὀλίγους περιλειφθέντας αὐξήσω πάλιν ἐγὼ καὶ πρὸς πλῆθος ἄξω, εἰρήνης τε αὐτοὺς πλήρεις ἐργασάμενος, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν καρπῶν εὐθηνίαν αὐτοῖς παρέχων, καὶ πάντων δὴ συντόμως εἰπεῖν τῶν ἀγαθῶν δωρούμενος αὐτοῖς τὴν ἀπόλαυσιν· ἵν' ὥσπερ τὸ παλαιὸν τιμωρίας ἐφαίνεσθε πᾶσιν ἄξιοι διὰ τὴν ὀργὴν τὴν ἐμὴν, (p. 488) οὕτως ἐκ τῆς ἐμῆς κηδεμονίας μακαριστοὶ φαίνοισθε παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις· καὶ πλέον παραθαῤῥύνων αὐτοὺς, «Θαῤῥεῖτε καὶ κατισχύετε ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν. Διότι τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ, Ὃν τρόπον διενοήθην τοῦ κακῶσαι ὑμᾶς ἐν τῷ παροργίσαι με τοὺς πατέρας ὑμῶν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ οὐ μετενόησα, οὕτως παρατέταγμαι καὶ διανενόημαι ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις τοῦ καλῶς ποιῆσαι τῇ Ἱερουσαλὴμ καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα.» Ἀποθέμενοι δὴ πάντα φόβον καὶ πᾶσαν ἀπόγνωσιν, ἐν εὐθυμίαις ἔσεσθε καὶ θάρσει πολλῷ· καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς ἔχεσθε τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ· εὖ εἰδότες ὅτι ὥσπερ πρότερον τιμωρίαν ἀπεφηνάμην καθ' ὑμῶν ὑπὲρ ὧν πλημμελεῖν τοὺς ὑμετέρους συνέβαινεν εἰς ἐμὲ, καὶ ταύτην ἤγαγον εἰς πέρας, οὐ μεταβαλόμενος τὴν γνώμην· οὕτω νῦν τὰς ἐπαγγελίας εἰς πέρας ἄξω πάντως ἃς περὶ τε τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀπεφηνάμην, καὶ πάσης δὴ τῆς Ἰούδα φυλῆς· ὡς ἡ μὲν ἐν εὐθηνίᾳ γενήσεται, οἱ δὲ πολλῆς μεθέξουσι τῆς εὐετηρίας.

inter gentes, o domus Judæ et domus Israelis, ita salvabo vos, et eritis in benedictione.» Haud æque ac antiquioribus, ita posteris eveniet, quos ex multis exstinctis paucos relictos, rursus ego **326** augebo et in multitudinem proveham, pace eos cumulans, et frugum copiam suppeditans; atque ut compendio dicam, omnium bonorum eisdem usum tribuens, ut sicuti olim pœna videbamini digni ob iram meam, ita propter patrocinium meum beati videamini cunctis hominibus. Et magis adhuc fiduciam eis augens, « Confidite, inquit, et roborentur manus vestræ: quoniam hæc dicit Dominus omnipotens: Quemadmodum cogitavi vos affligere, quia me patres vestri exacerbaverant, dicit Dominus omnipotens, neque tunc me pœnituit, ita constitui ac deliberavi diebus his bene facere urbi Hierusalem et Judæ domui.» Omni sepositio timore et omni desperatione, in gaudio eritis multaque fiducia, studioseque admodum ad ædificationem templi incumbetis: probe scientes, quod sicut antea pœnam in vos exprompsi, propter patrum vestrorum adversus me iniquitates, atque illam reapse immobili sententia consummavi: ita nunc promissa mea prorsus exsequar, quæ de Hierusalem significavi deque universa Judæ tribu; quod nempe illa rerum copia diffluet, hæc multa felicitate fruetur.

Στίχ. ις', ιζ'. — Καὶ δεικνὺς ὅ τι ποτὲ ποιοῦντας προσῆκε τῷ βεβαίῳ θαῤῥεῖν τῶν ἐπαγγελιῶν· «Θαῤῥεῖτε, οὗτοι οἱ λόγοι οὓς ποιήσετε, λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ κρίμα εἰρηνικὸν κρίνατε ἐν ταῖς πύλαις ὑμῶν· καὶ ἕκαστος τὴν κακίαν τοῦ πλησίον μὴ λογίζεσθε ἐν καρδίαις ὑμῶν, καὶ ὅρκον ψευδῆ μὴ ἀγαπᾶτε· διότι ταῦτα πάντα ἐμίσησα, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.» (p. 489) Θαῤῥεῖτε δὴ ταῖς ἐπαγγελίαις ταῖς ἐμαῖς· εἰ τούτων δὴ ὧνπερ οὖν συμβουλεύω πολλὴν ἔχοιτε τὴν ἐπιμέλειαν, ἀδόλως μὲν τὰ πρὸς ἀλλήλους διατιθέντες, ἀληθινῇ δὲ διανοίᾳ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀποσώζοντες φιλίαν, καὶ δὴ φροντίζοιτε πάσας τὰς ἐμπιπτούσας φιλονεικίας διαλύοντες εἰς φιλίαν συνάγεσθαι πρέπουσάν γε καὶ πρὸς εἰρήνην συνιοῦσαν, τῶν ἀμφισβητουμένων ποιούμενοι τὴν διάλυσιν, τὰ συμβαίνοντά τε παραλογίζεσθαι τῶν πταισμάτων, καὶ πᾶσαν ἔχοιτε φροντίδα τοῦ μὴ μετ' ἐπιορκίας ὀμνύναι· ταῦτα γὰρ ἐμοὶ μὲν διὰ μίσους ἐστὶν ἄγαν· ὑμεῖς δὲ εἰ τοῖς λοιποῖς πειθόμενοι τοῖς ἐμοῖς βούλοισθε σπουδῇ διαπράττεσθαι τὰ παρηγγελμένα ὑμῖν ἀγαθῶν.

Vers. 16, 17.—Atque ut suadeat debere eos, qui recte facerent, firmitati promissorum confidere, « Confidite, inquit; isti sunt sermones quos facietis: loquimini veritatem unusquisque ad proximum suum, et justum judicium judicate in portis vestris. Et unusquisque malum proximo suo ne machinemini in cordibus vestris, et mendax jusjurandum ne diligatis, quia hæc omnia odi, dicit Dominus omnipotens.» Confidite promissis meis; si certe consiliorum quæ vobis suasi rationem habueritis, sine dolo invicem tractantes, et verace mente mutuam charitatem servantes; et si operam dederitis, ut incidentibus jurgiis præcisis in amicitiam coeatis debitam et **327** pacis sociam, et sublatis litibus offensas quæ occurrere solent neglexeritis; omni denique diligentia perjurium vitaveritis. Hæc enim ego vehementer odi. Vos vero si reliquis monitionibus meis obedientes, studiose eas observabitis, promissa vobis bona consequemini.

Στίχ. ιη', ιθ'. — « Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου παντοκράτορος πρός με λέγων· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Νηστεία ἡ τοῦ τετάρτου, καὶ νηστεία τοῦ πέμπτου, καὶ νηστεία τοῦ ἑβδόμου, καὶ νηστεία ἡ τοῦ δεκάτου ἔσονται τῷ οἴκῳ Ἰούδα εἰς χαρὰν καὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ ἑορτὰς ἀγαθὰς, καὶ εὐφρανθήσεσθε, καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν εἰρήνην ἀγαπήσατε.» Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς ἀνωτέροις παρόντων τῶν ἀλλοτρίων οὓς οἱ τῶν ἐθνῶν ἀπεστάλκεσαν βασιλεῖς, παρ-

Vers. 18, 19. — « Et factus est sermo Domini omnipotentis ad me dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Jejunium quarti, et jejunium quinti, et jejunium septimi, et jejunium decimi erunt in domo Judæ in gaudium et lætitiam et bonas solemnitates; et lætabimini, et veritatem pacemque diligetis.» Quia in superioribus, propter alienigenarum præsentiam quos gentium reges miserant, reprobaverat Deus jejunium, et ea opera substituerat, quæ fieri

Digitized by Google

oportere censebat, ut suos simul et alienos qui aderant erudiret, necessario in subsequente monito sic loquitur, demonstrare volens haud se jejunium simpliciter improbasse, sed illud tantum quod incongrue fiebat : secus vero si convenienter agatur, tunc se libenter excipere. Hoc ergo ait : Vos antea pro peccatis vestris cum luctu jejunabatis, quorum causa tantis correpti fuistis calamitatibus : nunc autem reditum consecutis congruit vobis haud cum luctu jejunium paragere, sed libenter jucundeque, festo dignum reputantes jejunium; quia nos Dei propinquos facere idoneum est. Decebit enim vos jejunare lætanter, si veritatis ac pacis respectum habebitis. Atque ut ostendat bonorum magnitudinem quorum gratia decet eos in solemnitate ac lætitia jejuniis uti, sic prosequitur :

A ητήσατο μὲν τὴν νηστείαν, ἀντεισήγαγε δὲ ἃ χρῆναι πράττεσθαι ἀναγκαῖον ἡγεῖτο, ὡς ἂν καὶ τοὺς οἰκείους κατὰ ταυτὸν καὶ τοὺς ἀλλοτρίους παρόντας παιδεύσειν, ἀναγκαίως μετὰ τὴν τῶν καθεξῆς διδασκαλίαν ἐπάγει ταυτί, δεῖξαι βουλόμενος ὡς οὐ τὴν νηστείαν ἁπλῶς παραιτεῖται, (p. 490) ἀλλ' ὅτ' ἂν γίγνηται μὴ δεόντως. Εἰ δὲ μετὰ τοῦ προσήκοντος γίγνοιτο, καὶ μάλα γε αὐτὴν ἀποδέχεται γιγνομένην· τοῦτο τοίνυν φησὶν ὅτι, Πρότερον μὲν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων νηστεύοντες ἐπενθεῖτε τῶν οἰκείων, ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ τοσαύταις ἥτε περιβεβλημένοι ταῖς συμφοραῖς· νῦν δὲ ἐπειδὴ τῆς ἐπανόδου τετυχήκατε, ἁρμόττον εἴη ἂν ὑμῖν πένθει μετιέναι τὴν νηστείαν, ἀλλὰ μεθ' ἡδονῆς τε καὶ εὐφροσύνης, ἑορτῆς ἄξιον τιθεμένους τὸ νηστεύειν ὡς αὔταρκες ὂν οἰκειοῦν Θεῷ· ἁρμόσει

B γὰρ ὑμῖν τὸ μεθ' ἡδονῆς νηστεύειν, εἰ ἀληθείας τε καὶ εἰρήνης ποιοῖσθε λόγον. Καὶ δεικνὺς τῶν ἀγαθῶν τὸ μέγεθος ἐφ' οἷς προσῆκεν αὐτοὺς ἑορτάζοντάς τε καὶ εὐφραινομένους χρῆσθαι ταῖς νηστείαις, ἐπάγει·

VERS. 20-23. **328** — « Hæc ait Dominus omnipotens : Adhuc venient populi multi, et habitatores urbium multarum. Et qui habitant unam convenient ad alteram civitatem, dicentes : Euntes eamus ut deprecemur faciem Domini, ut quæramus faciem Domini omnipotentis. Pergam et ego. » Nil mirum, inquit, hæc apud vos contingere, siquidem multi alienigenæ diversis in urbibus habitantes, ex unaquaque urbe in unum coibunt : ita enimvalet dictio, « Qui habitant unam, convenient ad alteram civitatem. » Hi excitabunt mutuoque hortabuntur ad huc adventandum, ut et ipsi in orando Deo perseverent, atque ab eo quodlibet bonum exspectent. Quare alterutrum hortabuntur dicentes : « Pergam et ego; » id est, Unusquisque sedulitate ad hujusmodi opus

C utens, ad par studium cæteros quoque excitabit. Deinde dicit, plurimos ex multis diversisque gentibus ventaturos Hierusalem Deum propitiaturi pro peccatis suis, et de qualibet ipsorum necessitate deprecaturi. Mox addit : « Hæc ait Dominus omnipotens : Diebus illis apprehendent decem viri ex omnium gentium linguis, apprehendent, inquam, fimbriam viri Judæi dicentes : Veniemus tecum, quia audivimus Deum vobiscum esse. » Adeo illustrem faciet reliquiarum Israelis reditum, ut multi diversis oriundi gentibus, et illius calamitatis participes, animadversa Dei erga populum suum providentia, apprehenso ipsorum quolibet, eo duce utantur reditus ad urbem Hierusalem, cunctis satis ad

D id concitatis ex evidenti notione quod vobis adsit Deus, teste operum erga vos mirabilitate. Etenim hoc etiam loco « decem viros » haudde numero dicit, sed ut « multos » significet. Exin memorat gentes quæ Dei timore ita se gerent, tum et alias quæ ob superbiam suam nullius pensi rem hanc habebunt. Propterea dicit :

Στίχ. κ'-κγ'. — « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἔτι ἥξουσι λαοὶ πολλοί, καὶ κατοικοῦντες πόλεις πολλάς· καὶ συνελεύσονται κατοικοῦντες μίαν εἰς μίαν πόλιν (66) λέγοντες, Πορευθῶμεν πορευόμενοι δεηθῆναι τοῦ προσώπου Κυρίου, καὶ ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον Κυρίου παντοκράτορος· πορεύσομαι κἀγώ. » Θαυμαστὸν γὰρ οὐδὲν, φησὶν, εἰ παρ' ὑμῶν γίνοιτο ταῦτα, ὅπου γε πολλοὶ καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐν διαφόροις πόλεσιν οἰκοῦντες, ἐπὶ ταυτὸν ἀφ' ἑκάστης πόλεως γεγονότες· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, « Συνελεύσονται κατοικοῦντες μίαν εἰς μίαν πόλιν. » Διεγεροῦσι δὲ καὶ προτρέψονται ἀλλήλους εἰς τὴν ἐνταῦθα παρουσίαν, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ διαμένοιέν τε δεόμενοι τοῦ Θεοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ πᾶν ὅ τι ἀναμένοντες ἀγαθόν· ὥσθ' ἕκαστον προτρεπόμενον τὸν ἕτερον λέγειν, (p. 491) « Πορεύσομαι κἀγὼ, » ἵνα εἴπῃ, ὅτι ἕκαστος προθυμίᾳ τῇ περὶ τὸ πρᾶγμα κεχρημένος, ἐπὶ τὰ ὅμοια διεγερεῖ καὶ τοὺς ἄλλους· εἶτα ὅτι πλεῖστοι ὅσοι ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἐθνῶν παρέσονται εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐξιλεούμενοί τε τὸ Θεῖον ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν ἁμαρτίαις, καὶ πᾶν ὅτου ἂν δέοιντο παρ' αὐτοῦ ζητοῦντες. Οἷς ἐπάγει· « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐπιλήψονται δέκα ἄνδρες ἐκ πασῶν [τῶν γλωσσῶν] τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐπιλήψονται τοῦ κρασπέδου ἀνδρὸς Ἰουδαίου λέγοντος, Πορευσόμεθα μετὰ σοῦ, διότι ἀκηκόαμεν ὅτι ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν ἐστιν. » Οὕτω γὰρ λαμπρὰν τῶν ὑπολειπομένων ποιήσεται Θεὸς τὴν ἐπάνοδον, ὥστε πολλοὺς ἐκ διαφόρων ὄντας ἐθνῶν καὶ τῆς συμφορᾶς κοινωνηκότας ἐκείνης, θεασαμένους τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ τὸν λαὸν κηδεμονίαν, ἐπιλαβέσθαι τε ὅτου δήποτε τῶν ἐξ αὐτῶν, καὶ ἡγουμένῳ χρήσασθαι ἐκείνῳ εἰς τὴν ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπάνοδον διεγειρομένων αὐτάρκως ἁπάντων ἐπὶ τοῦτο ἐκ τοῦ γνῶσιν ἀκριβῆ λαβεῖν τοῦ μεθ' ὑμῶν εἶναι τὸν Θεὸν διὰ τοῦ παραδόξου τῶν περὶ ὑμᾶς γινομένων· καὶ γὰρ κἀνταῦθα τὸ « δέκα ἄνδρες » οὐκ ἐπὶ ἀριθμῷ λέγει, ἀλλ' ἵνα εἴπῃ « πολλοί. » Εἶτα μέμνηται τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι τῶν μὲν ἐργασομένων τοῦτο δέει τοῦ Θεοῦ, τῶν δὲ δι' ὑπεροψίαν οὐ ποιησαμένων τούτου λόγον. Διὸ φησί·

(66) Ita Theodori codex hic et infra, consentiens cum Hebræo et antiquis interpretibus. Attamen Græcus textus, etiam Vaticanus, κατοικοῦντες πέντε πόλεις εἰς μίαν. Sed in Complutensi deest πέντε, quod tamen legebat Arabs interpres.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Θ'.

Στίχ. α'-δ'. — « Λῆμμα λόγου Κυρίου ἐν γῇ Ἐδράχ· καὶ Δαμασκὸς θυσία αὐτοῦ· διότι Κύριος ἐφορᾷ ἀνθρώπους καὶ πάσας φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ Ἡμὰθ ἐν τοῖς ὁρίοις αὐτῆς. » Δαμασκηνοὶ μὲν γὰρ, φησὶν, οἵ τε τῆς Ἐδρὰχ καὶ τῆς Ἐμὰθ, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς προσάξουσι τῷ Θεῷ θυσίας ὡς ἂν Δεσπότῃ τοῦ παντὸς, (p. 492) καὶ μὲν ἀνθρώπους ἐφορῶντι ὡς ἂν ἔργα τε καὶ οἰκέτας ἰδίους, ἐξαίρετον δὲ νέμοντι τὴν κηδεμονίαν τῷ Ἰσραήλ. « Τύρος καὶ Σιδὼν, ὅτι ἐφρόνησαν σφόδρα· καὶ ᾠκοδόμησε Τύρος ὀχύρωμα αὐτῆς, καὶ ἐθησαύρισεν ἀργύριον ὡς χοῦν, καὶ χρυσίον ὡς πηλὸν ὁδῶν. Διὰ τοῦτο Κύριος κληρονομήσει αὐτοὺς, καὶ κατάξει εἰς θάλασσαν τὴν δύναμιν αὐτῆς, καὶ αὐτὴ ἐν πυρὶ καταναλωθήσεται. » Τύριοι μέντοι καὶ Σιδώνιοι ἐπειδὴ μεγάλῳ χρησάμενοι τῷ φρονήματι ὑπερεῖδον τῆς ἐμῆς θεραπείας, καὶ ἀρκεῖν ἑαυτοῖς νομίσαντες τῆς τῶν τειχῶν ἐπεμελήσαντο ἀσφαλείας, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον πηλοῦ δίκην ἀθροίσαντες, ἀνάλογον τῆς ἀπονοίας τῆς οἰκείας δέξονται τὴν τιμωρίαν· κτήσεται γὰρ αὐτοὺς ὁ Θεὸς καὶ ταπεινώσει πάντας αὐτοὺς, ἐγγύθεν οὖσῃ τῇ θαλάσσῃ πᾶσαν αὐτῶν δύναμιν παραδούς· ἔσται δὲ αὐτὴ πυρὸς ἔργον ἐκ τῶν ἐπιόντων αὐτῇ πολεμίων. Ταῦτα περὶ Τύρου τε καὶ Σιδῶνος εἰπὼν, ἐπάγει·

Στίχ. ε'-ζ'. — « Ὄψεται Ἀσκάλων, καὶ φοβηθήσεται· καὶ Γάζα, καὶ ὀδυνηθήσεται σφόδρα· καὶ Ἀκκάρων, ὅτι κατῃσχύνθη ἐπὶ τῷ παραπτώματι αὐτῆς. καὶ ἀπολεῖται βασιλεὺς ἐκ Γάζης· καὶ Ἀσκάλων οὐ μὴ κατοικηθῇ· καὶ κατοικήσουσιν ἀλλογενεῖς ἐν Ἀζώτῳ· καὶ καθελῶ ὕβριν ἀλλοφύλων, καὶ ἐξαρῶ τὸ αἷμα αὐτῶν, καὶ τὰ βδελύγματα αὐτῶν ἐκ μέσου ὀδόντων αὐτῶν· καὶ ὑπολειφθήσονται καὶ οὗτοι τῷ Θεῷ ἡμῶν· καὶ ἔσονται ὡς χιλίαρχος ἐν τῷ Ἰούδᾳ, καὶ Ἀκκάρων ὡς Ἰεβουσαῖος. » Βούλεται μὲν εἰπεῖν ὅτι τοὺς ἀλλοφύλους ἐκδέξεται τιμωρία μεγίστη, (p. 493) παραλειπότας δὴ τὴν περὶ τὸν Θεὸν θεραπείαν. Λέγει δὲ αὐτὰ ποικίλως ἀπαριθμούμενος τὰς πόλεις· ὅτι φόβῳ μὲν Ἀσκάλων ληφθήσεται, ἐν ὀδύναις δὲ ἔσται Γάζα, Ἀκκάρων τε ἐν αὐτοῖς αἰσχυνθήσεται ἐφ' οἷς ἥμαρτε καὶ δοῦσα δίκην· ἀφανισθήσεται δὲ καὶ τῆς Γάζης ὁ βασιλεὺς, Ἀσκάλωνος μὲν οὐκ οἰκουμένης ἔτι· ἀλλοτρίων δὲ τὴν Ἄζωτον οἰκούντων· ταῦτα δὲ ἐπήγαγεν οὐχ ὅτι τόδε μὲν ἔσται, τὸ δὲ οὔ· οἷον εἰπεῖν Γάζῃ τόδε, καὶ τόδε οἷον εἰπεῖν Ἀσκάλωνι, ἀλλὰ κατὰ τὸ οἰκεῖον ἰδίωμα ἐν τῇ διαιρέσει τὸ κοινὸν εἰπὼν, ὅτι ταῦτα περὶ πάντας ἔσται τοὺς ἀλλοφύλους. Ὅθεν μετὰ τὴν ἀπαρίθμησιν ἐπάγει, « Καὶ καθελῶ ὕβριν ἀλλοφύλων, » ἵνα εἴπῃ ὅτι, Ὑπὲρ πάσης αὐτοὺς τιμωρήσομαι τῆς παροινίας· τιμωρήσομαι αὐτοῦς ἀνάλογον οἷς ἐξέχεαν αἵμασι τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἔτι συγκαθελὼν αὐτοῖς καὶ τὰ εἴδωλα πάντα, ἃ δὴ θρησκεύειν ἐδόκουν· ὥστε ἐκ τῆς ἐπαγομένης αὐτοῖς τιμωρίας, πολλοὺς καὶ τούτων ληφθέντας τῷ δέει τῶν γινομένων, ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ καταφυγεῖν λατρείαν, οἳ μεθ' ἡμῶν ἀριθμήσονται χιλιάρχου τινὸς ἐπέχοντες τάξιν. Οὕτως ἑαυτοὺς τῆς ἡμετέρας ἐργασάμενοι μερίδος· περισωθήσονται δὲ οὐχ ἧττον τοῦ Ἰεβουσαίου καὶ οἱ ἐξ Ἀκκάρων τοιοῦτοι· καὶ γὰρ κἀνταῦθα ἀπὸ τῆς μνήμης τῆς Ἀκκάρων τοὺς

A

B

C

D

CAP. IX.

329 Vers. 1-4. — « Assumptio verbi Domini in terra Edrach. Et Damascus sacrificium ejus. Quia Dominus inspicit homines et omnes tribus Israelis, atque Emath in finibus ejus. » Damasceni quidem, inquit, et Edrach incolæ atque Emath, multo cum studio Deo sacrificia adducent ceu omnium Domino, et homines speculanti ceu opera famulosque suos, peculiari vero Israelem providentia tuenti. « Tyrus ac Sidon, quoniam sapientes fuerunt nimis. Et ædificavit Tyrus munitiones suas, et thesaurizavit argentum ut pulverem, et aurum sicut lutum viarum. Propterea Dominus possidebit eos, et detrahet in mare fortitudinem ejus, et ipsa igne consumetur. » Tyrii quidem atque Sidonii, quia magna superbia elati cultum meum contempserunt, sibique sufficere putantes, murorum securitatem procurarunt, aurumque et argentum luti instar coacervarunt, dignam insania sua pœnam referent. Occupabit enim eos Dominus, omnesque humiliabit, cunctam illorum substantiam propinquo mari contradens. Ipsa vero (urbs) ignis præda fiet ab irruentibus in eam hostibus. His de Tyro atque Sidone dictis, prosequitur:

Vers. 5-7. — « Videbit Ascalon, et timebit; et Gaza, et dolebit nimis; et Accaron, quoniam confusa est super ruina sua : et peribit rex de Gaza, et Ascalon non habitabitur; et habitabunt alienigenæ in Azoto. Et destruam injuriam alienigenarum, et auferam sanguinem eorum de ore ipsorum, et abominationes eorum de medio dentium ipsorum. Et relinquentur et isti Deo nostro; et erunt ut tribunus in Juda, et Accaron sicut Jebusæus. » Dicere vult fore ut alienigenas pœna maxima corripiat, **330** quia nimirum Dei cultum dereliquerant. Varie autem pœnas illas exponit, urbes enumerans : nempe quod Ascalon timore occupabitur, Gaza dolebit, Accaronem item pudebit, dum peccatorum suorum pœnas luet : quin et Gazæ rex deponetur, et Azotum incolent extranei. Hæc autem elocutus est, non quia hoc quidem futurum esset, et aliud secus : quasi dicat Gazæ hoc, illud vero Ascaloni; sed idiotismo suo, quod commune est divisim dicit, nempe quod casus hujusmodi cunctis evenient alienigenis. Ideo post illam enumerationem addit : « Et destruam injuriam alienigenarum; » id est, illorum omnem ulciscar vesaniam. Puniam autem illos pœna digna ob effusum Israelitarum sanguinem; idola simul omnia destruens, quæ ipsi adorare videbantur. Atque ita ex inflicto ipsis supplicio, multi ex his timore eventuum correpti, ad Dei cultum confugient; qui vobiscum connumerabuntur, tribuni quodammodo ordinem tenentes, dum se ad vestras partes adjungunt. Salvi autem fient, haud secus quam Jebusæus; quippe et hi Accaronis cives. Nam hic etiam, commemorata Accarone, quinque satrapiarum homines ad pietatem conversos dicere vult; significans, fore ut

Digitized by Google

Israelitico populo connumerentur, atque ita salvi fiant, imminenti pœnæ subtracti, quicunque ex ipsis facti frugi ad rectam vitæ rationem spectaverint.

Vers 8-10. — « Et præstabo domui meæ elevationem, quominus in ea fiat cursus et recursus : neque superveniet eis ultra abactor, quia nunc vidi oculis meis. » Validum quoddam populo meo suscitabo auxilium, quod omnes extraneos longe submovebit, neque sinet fines familiarium meorum ingredi, ita ut nemo jam invadere audeat, neque regionem vexare ad me pertinentem ; siquidem omnino prospicere iis decrevi, **331** et mea providentia dignari. Nam verba, « domui meæ, » de tota regione dicit Israelis, utpote ad se pertinente. Mox manifestius pandens, cujus opera hæc fient, et quisnam a Deo sit electus : « Lætare, inquit, magnopere, filia Sion; prædica, filia Hierusalem. Ecce rex tuus venit tibi justus et salvans : ipse humilis, et insidens jumento et pullo novello. Et perdam quadrigas ex Ephraimo, et equum de Hierusalem : et dissipabitur arcus bellicus : eritque multitudo, et pax ex gentibus. » Gaude igitur, o Hierusalem, tanto rege tibi divinitus suppeditato, qui tibi aderit, salvare potens populum suum ob insitam sibi divinam vim, et omnimodam adversariis inferet punitionem : qui vili quidem animali insidet, ceu nuper de captivitate egressus, sed multam contrahet fortitudinem ex divina vi : in tantum ut ex Ephraimo et Hierusalem cunctos adversariorum destructurus sit currus, et equitatum universum, et arcum bellicum. Pro eo ac dicat : Omnes profligabit hostes, ut nemo deinceps adversarius Judaicæ regioni supersit. Perdet, inquit, magnum hostium numerum, ac pace omni privabit, contritos nimirum ac perditos bello quod ipsemet geret.

ἐκ τῶν πέντε σατραπειῶν νεύσαντας πρὸς τὸ δέον. εἰπεῖν ἠβουλήθη, δηλῶν ὅτι συναριθμήσονταί τε τῷ λαῷ τῷ Ἰσραηλιτικῷ, καὶ περισωθήσονται ἐκσπασθέντες τῆς ἐπαγομένης αὐτοῖς τιμωρίας, οἳ ἂν ἐξ αὐτῶν σωφρονισθέντες νεύσωσι πρὸς τὸ δέον.

Στίχ. η'-ι'. — « Καὶ ὑποστήσομαι τῷ οἴκῳ μου ἀνάστημα τοῦ μὴ διαπορεύεσθαι μηδὲ ἀνακάμπτειν· (p. 494) καὶ οὐ μὴ ἐπέλθῃ ἐπ' αὐτοὺς οὐκέτι ἐξελαύνων, διότι νῦν ἑώρακα ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου. » Ἰσχυρὰν δή τινα τοῖς ἐμοὶ προσήκουσιν ἀναστήσω βοήθειαν, ἣ πάντας τοὺς ἀλλοτρίους μακρὰν διώξεται, ἐπιβαίνειν τῶν ὁρίων οὐκ ἐῶσα τῶν ἐμοὶ προσηκόντων, ὡς μήτε ἐπιέναι τινὰ τολμᾷν ἔτι, μήτε ἐπὶ τὴν χώραν ἐλαύνειν τὴν ἐμοὶ προσήκουσαν· ἐπειδήπερ ἅπαξ ἐφορᾷν αὐτοὺς ἐδοκίμασα, τῆς τε προνοίας ἀξιοῦν τῆς ἐμῆς· τὸ γὰρ « τῷ οἴκῳ μου, » πάσῃ τῇ χώρᾳ λέγει τοῦ Ἰσραὴλ ὡς αὐτῷ προσηκούσῃ. Εἶτα καὶ σαφέστερον ποιῶν δι' ὅτου περ ἔσται ταῦτα, καὶ τίς ὁ ἐπὶ τοῦτο παρὰ τοῦ Θεοῦ προβεβλημένος· « Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών, κήρυσσε, θύγατερ Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων· αὐτὸς πρᾶος καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον· καὶ ἐξολοθρεύσω ἅρματα ἐξ Ἐφραΐμ, καὶ ἵππον ἐξ Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐξολοθρευθήσεται τόξον πολεμικόν· καὶ πλῆθος, καὶ εἰρήνη ἐξ ἐθνῶν. » Εὐφραίνου τοίνυν, ὦ Ἱερουσαλήμ, τοιούτου σοι βασιλέως παρὰ τοῦ Θεοῦ προβεβλημένου, ὃς παρέστη σοι περισώζειν τε δυνάμενος τοὺς οἰκείους διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ θείαν ῥοπήν, καὶ πᾶσαν τοῖς ἐναντίοις τὴν δικαίαν ἐπάγων τιμωρίαν· ὃς ἐπιδέδηκε μὲν ἐπ' εὐτελοῦς τοῦ ζώου, ἄτε νῦν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας παραγεγονὼς, πολλῆς δὲ ἐπιλήψεται δυνάμεως διὰ τῆς θείας ῥοπῆς, ὥστε ἀπό τε τοῦ Ἐφραΐμ καὶ ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ πάντα μὲν τῶν ἐναντίων ἀφανίσαι τὰ ἅρματα, πάντα δὲ ἵππον καὶ πᾶν τόξον πολεμικόν· (p. 495) ἵνα εἴπῃ ὅτι πάντας τροπώσεται τοὺς πολεμίους, ὡς μηδενὶ τῶν ἐναντίων, κατὰ τὰ τῆς χώρας εἶναι τῆς Ἰουδαίας ἔτι· ἀφανιεῖ δὲ, φησὶ, καὶ πλῆθος πολὺ τῶν ἐναντίων, εἰρήνης δὲ πάσης ἐκτὸς αὐτοὺς καταστήσει, ἅτε συντριβομένους τε καὶ ἀπολλυμένους τῷ παρ' αὐτοῦ πολέμῳ.

Jam quod hæc de Zorobabele nunc dicantur, exploratum est. Attamen ego miratus sum nonnullos, qui in absurdas abeuntes opiniones, partem quidem dicti hujus de Zorobabele intelligunt, partem autem de Christo Domino : quod aliud nihil est, nisi inter Zorobabelem et Christum Dominum prophetiæ divisio; quæ summa insania est. Verus autem locorum hujusmodi sensus ille est, quem jam antea me dixisse scio, nempe quod umbra omnium Christi Domini rerum lex fuerit. Multa igitur mire acta, sive circa populum, sive circa nonnullos ad aliquod munus electos, **332** recitat hyperbolice de prædictis Scriptura, cum tamen dictio in sensu obvio veritatem non contineat : sed ea tum demum vera comperiuntur, cum de ipso censentur Christo Domino, qui sublata ubique legis umbra, et propria veritate subintroducta, jure meritoque hujusmodi quoque dictionum ostendit veritatem. Tale est illud Abrahamo dictum, quod

Ὅτι μὲν οὖν ταῦτα περὶ τοῦ Ζοροβάβελ ἐνταῦθα λέγεται, δῆλον. Ἐγὼ δὲ ἐθαύμασα τῶν ἐπ' ἀλλοκότους τρεπομένων διανοίας, καὶ τὸ μέν τι μέρος ἐπὶ τοῦ Ζοροβάβελ ἐκλαμβανόντων, τὸ δὲ ἐπὶ Δεσπότου Χριστοῦ· ὅπερ οὐθὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ μεριζόντων τῷ τε Ζοροβάβελ καὶ τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ τὴν προφητείαν. Ἔστι δὲ ταῦτα μὲν ἀνοίας τῆς ἐσχάτης· ὁ δὲ ἀληθὴς τῶν τοιούτων νοῦς, ἐκεῖνός ἐστιν ὃν καὶ πρόσθεν εἰρηκὼς οἶδα, ὅτι σκιὰν ὁ νόμος εἶχεν ἁπάντων τῶν κατὰ τὸν Δεσπότην Χριστόν. Πολλὰ τοίνυν τῶν παραδόξως γινομένων, εἴτε περὶ τὸν λαὸν, εἴτε τοὺς ἐπί τισιν ἐκλεγέντας, λέγει μὲν ὑπερβολικώτερον ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων ἡ Γραφὴ, τῆς λέξεως κατὰ τὸ πρόχειρον τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἐχούσης· εὑρίσκεται δὲ ἀληθῆ τὰ τοιαῦτα, ὅτ' ἂν ἐπ' αὐτοῦ κρίνηται τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ὃς ἐν ἅπασι παύσας μὲν τοῦ νόμου τὴν σκιὰν, ἐπεισαγαγὼν δὲ τὴν ἀλήθειαν τὴν οἰκείαν, εἰκότως καὶ τῶν φωνῶν τῶν τοιούτων ἐπιδείκνυσι τὴν ἀλήθειαν. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ, ὅτι

Digitized by Google

« Ἐνευλογηθήσεται ἐν σοὶ καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη · » δηλοῖ μὲν γὰρ τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας κατὰ τὸ πρόχειρον · ἡ ἀλήθεια δὲ τοῦ ῥήματος ἐπὶ τοῦ Δεσπότου συνίσταται Χριστοῦ, (p. 496) ἐφ' οὗπερ ὄντως ἐνευλογηθῆναι γέγονε τὰ ἔθνη. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τῷ μακαρίῳ Δαυΐδ, « Ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ θήσομαι εἰς τον αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. » Τῷ μὲν γὰρ προχείρῳ δοκεῖ τοὺς διαδόχους λέγειν, ἐφ' ὧν διαμένειν ἤμελλεν ἡ βασιλεία · ἡ δὲ τοῦ πράγματος ἀλήθεια ἐπὶ τοῦ Δεσπότου δείκνυται Χριστοῦ, οὗ ὄντως ἡ βασιλεία παντὸς μὲν ἡλίου λαμπροτέρα καθέστηκε, παντὸς δὲ οὐρανοῦ μονιμωτέρα. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ, « Οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν, » ὅπερ ὑπερβολικῶς εἰρημένον παρὰ τοῦ μακαρίου Δαυΐδ ἐπὶ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἐπ' αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας ὤπται γεγονὸς ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ. Ὅθεν δὴ καὶ τῇ φωνῇ δικαίως ὁ μακάριος ἐχρήσατο Πέτρος λέγων ὅτι, « Οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. »

Πολλὰ τοιαῦτα εὕροι τις ἂν, ἃ μακρὸν λέγειν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἃ πρότερον μὲν ὑπερβολικῶς ἐλέγετο, οὐκ ἔχοντα τοῦ λεγομένου τὴν ἀλήθειαν ἀκριβῆ, εὑρίσκεται δὲ οὕτως ἔχοντα, ὥσπερ οὖν εἴρηται, ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ. Τοιοῦτο δή τι καὶ τοῦτό ἐστιν. Ὁ μὲν γὰρ περὶ τοῦ Ζοροβάβελ ἔλεγεν ἐκ τῆς διαδοχῆς τοῦ Δαυΐδ κατὰ γνώμην Θεοῦ ἡγουμένου τῶν Ἰουδαίων, ὥφθη δὲ τὸ πρᾶγμα ἀναντίρρητον ἔχον ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τὴν ἀλήθειαν· τοῦ μὲν γὰρ καὶ ἡ κατὰ τῶν ἐθνῶν τιμωρία μικρὰ, (p. 497) καὶ ἡ τῶν οἰκείων σωτηρία εὐτελής · ὅθεν καὶ ἀκολούθως ἐπάγει, ὅτι « Ἐξολοθρεύσει ἅρματα ἐξ Ἐφραΐμ καὶ ἵππον ἐξ Ἰερουσαλήμ, » δεικνὺς ὅτι πρὸς τοῦτο αὐτοῖς συμβαλεῖται τὸ τῶν πολέμων αὐτοὺς ἀπαλλάττειν. Ἀληθὴς δὲ ἡ φωνὴ πέφηνεν ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ἐφ' οὗπερ ὄντως ἔνεστι χαίρειν νόμιμόν τε χαρὰν καὶ διηνεκῆ· ὃς ὄντως δίκαιός ἐστιν, ἅτε μετὰ τούτου πάσῃ κρίνων τῇ οἰκουμένῃ » καὶ ὄντως, ὅ γε πάντας ἐξ ἀπωλείας εἰς σωτηρίαν μεθιστὰς διηνεκῆ καὶ βεβαίαν. Ἐνταῦθα οὖν εἴρηται περὶ τοῦ Ζοροβάβελ συμμετρουμένης τῆς φωνῆς τῷ ἐφ' οὗπερ λέγεται τὰ γεγραμμένα · ἐν δὲ τοῖς Εὐαγγελίοις ἐπὶ τὸν Δεσπότην ἥκται Χριστὸν, ὃς διὰ πάντων ὤπται, καὶ μέγας καὶ ὑψηλὸς καὶ δίκαιος καὶ σώζων καὶ μονίμους τὰς οἰκείας παρέχων εὐεργεσίας, ἀμεταθέτους τε παντελῶς καὶ μεταβολὴν οὐδεμίαν δέξασθαι δυναμένας. Τοῦτο μὲν οὖν ἀκολουθότατόν τε καὶ πρέπον καὶ λέγειν καὶ νοεῖν. Τὸ δὲ μέρος μὲν αὐτοῦ λέγειν εἰρῆσθαι περὶ τοῦ Χριστοῦ, κατιόντας δὲ μεθίστασθαι ἐπὶ τὸν Ζοροβάβελ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀπ' ἐκείνου, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν Ζοροβάβελ ἀπὸ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, οὐθὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ πρῶτον μὲν ἀλλόκοτον δεικνύντων τὴν προφητείαν, εἶτα τὰς φωνὰς τὰς γραφικὰς ἐξ ἴσου μεριζόντων, εἴς τε τὸν οἰκέτην καὶ τὸν Δεσπότην · ἐπεὶ καὶ τὸ λέγειν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μὴ τῷ Ζοροβά-

A « Benedicentur in te et in semine tuo omnes gentes [62]. » Nempe obvius quidem sensus posteros ejus designat; verumtamen dicti veritas in Christo Domino constat, in quo reapse benedici gentes contigit. Tale est etiam illud beato Davidi dictum · « Thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum. Et ponam in sæculum sæculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies cœli [63]. » Obvio sane sensu videtur successores dicere, in quibus regnum perseveraturum erat : sed tamen rei veritas in Christo Domino apparet, cujus vere regnum sole quolibet splendidius est, et quolibet cœlo constantius. Tale denique est : « Non est derelicta anima ejus in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem [64]; » quod B hyperbolice dictum a beato Davide de Israelitarum populo, ipsa rei actæ veritate in Christo Domino conspectum est. Quare et hoc dicto usus est jure meritoque beatus Petrus dicens « Non fuisse derelictam animam ejus in inferno, neque carnem ejus vidisse corruptionem [65]. »

Multa hujusmodi comperire licet, quæ in præsenti percensere longum esset; quæ dicta fuere hyperbolice, quoniam dictæ rei veritatem accuratam non continent; sed tamen reapse ita se habent, ut diximus, in Christo Domino. Talis est hic, de quo agimus, locus. Propheta quidem de Zorobabele dicebat, homine de stirpe Davidis, Dei voluntate Judæorum duce; sed res demum C evidente veritate patuit in Christo Domino. Nam Zorobabel exiguas de gentibus pœnas sumpsit, et **333** suorum tenuem salutem patravit; unde mox addit : « Perdet currus ex Ephraimo et equum ex Hierusalem; » ostendens fore ut his actis contingat illis bello liberari. Verax autem dictio apparuit in Christo Domino, in quo vere licet lætari constante perpetuaque lætitia. Is enim vere justus est, quippe qui universum mundum judicat; vereque salvat, quandoquidem omnes ex perditione ad salutem transtulit firmam atque perennem. Hic igitur de Zorobabele sermo est, coarctata dictione ad illum de quo Scriptura loquitur. Verum in Evangeliis ad Christum Dominum trahitur [66]; qui D per omnia visus est magnus, excelsus, justus, ac salvator, stabilia sua præbens beneficia, immobilia prorsus et nulli mutationi obnoxia. Sic, inquam, maxime consentaneum est et loqui et cogitare. At vero partem quidem vaticinii affirmare de Christo loqui; et mox progrediendo transferre ad Zorobabelem; rursusque ab hoc ad Christum, et denuo ad Zorobabelem a Christo Domino; nihil est aliud quam primo quidem absurdam ostendere prophetiam; deinde Scripturæ vocabula æquis partibus distribuere inter servum ac dominum. Namque et dicere, ob demonstrandum non convenire dicta Zorobabeli, dicere, inquam, apud prophetam legi,

[62] Gen. XVI, 4 [63] Psal. LXXXVIII, 38. [64] Psal. XV, 10. [65] Act. II, 31. [66] Joan. XII, 15.

Digitized by Google

« Adventat, » cum tamen jam de captivitate rediisset cum reliquis Zorobabel, hoc satis frigidum superfluumque est, et hominis divinarum Scripturarum imperiti.

Certe et illud : « Tanquam ovis ad occisionem ductus est [67], » non tanquam futurum, sed tanquam præteritum effertur : non enim dixit, ducetur, sed, « ductus est : » quare ne hoc quidem Christo Domino quadraret, juxta sapientissimorum horum ratiocinium, quos potius scire oporteret temporum variam enallagen apud divinam Scripturam; quod nos copiose satisque in Psalmorum ac Prophetarum interpretatione **334** docuimus. Hoc autem loco ne usus quidem dictionis, si quis eam ad normam temporis exigat, Christi Domini adventui congruit; hic enim post multum tempus futurus erat; at propheta non ait, Aderit, quod de re futura dici oportebat, sed, « Adventat, » quod de rebus instantibus, et quæ illico fiunt, dici solet. Sane juxta horum interpretandi rationem, plura quoque alia invenientur supervacue apud prophetam posita : quia Jesu quoque nunc detrahi dicit sordida vestimenta, quæ captivitatis indicia erant; quanquam exploratum est ipsum pariter cum Zorobabele jam rediisse, captivitate liberum, et sacerdotali habitu indutum. Quamobrem et beatum Aggæum prophetam communiter tum Zorobabeli, tum Jesu, dicere apparet suscipiendam esse templi ædificandi curam; pœnæque mensuram nunc ablatam, una cum Israelis peccato, ait Babylonem translatam. Attamen jam Cyrus Persarum rex de captivitate populum emiserat, Babylonemque vastaverat. Porro constat dici hæc a propheta regnante Dario, qui fuit quartus a Cyro. Quare intempestivum fuisset, juxta talis sententiæ auctores, dicere nunc fieri, quæ olim et multo tempore ante evenerant. Sed enim perspicuum est res quidem illas jam evenisse, prophetam vero revelatione illustratum easdem nunc cognoscere peractas fuisse : ut sic universus populus certior fieret, nihil eorum quæ acta fuerant, casu vel per se contigisse, sed divina voluntate ac decreto comparata esse quæcunque ipsis acciderant bona. Quamobrem haud absurdum est, nunc etiam de populi futuris casibus sub Zorobabelis regno, Dei sententia ad id electi, loquentem prophetam, dicere « Adventat justus et salvator; » ut significet adesse illum ad id negotii, et a Deo regem electum, ut ea præstet, quæ in subsequentibus, pro populo ab eo peracta fuisse, dicit.

335 Vers. 10-12. — Sed hactenus a nobis ob tradendam accuratiorem doctrinam dictum sit. Jam propheta de Zorobabele loquens, deque eodem nunc

[67] Isa. LIII, 7.

A δεῖ προσήκειν τὰ εἰρημένα, ὅτι « Ἔρχεται » ὁ προφήτης ἔφη, καίτοι γε πάλαι τοῦ Ζοροβάβελ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας μετὰ τῶν λοιπῶν ἐπανεληλυθότος, (p. 498) ψυχρολογίας ἐστὶ περιττῆς καὶ ἀπειρίας τῶν θείων Γραφῶν.

A ἐσόμενα· διό φησι (Στίχ. ς')· « Μνήσθητε νόμου Μωσῆ τοῦ δούλου μου, καθότι ἐνετειλάμην (p. 572) αὐτῷ ἐν Χωρηβ πρὸς πάντα τὸν Ἰσραὴλ προστάγματα καὶ δικαιώματα, καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ, ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱόν, καὶ καρδίαν ἀνθρώπου πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, μὴ ἐλθὼν πατάξω τὴν γῆν ἄρδην. » Ἀλλὰ γὰρ ἐφ' ἅπασι τοῖς εἰρημένοις ἐσχάτην ταύτην ὑμῖν παραδίδωμι τὴν ἐντολήν, ἵν' ἔχητε τὸν νόμον ἐν μνήμῃ τὸν ἐμόν, ὃν διὰ τοῦ Μωσέως πρὸς ἅπαντα δέδωκα τὸν Ἰσραὴλ, ἅτινα πράττειν αὐτοὺς ἐφ' ἑκάστῳ χρὴ, σαφῶς εἰρηκώς· ὥσπερ οὖν πρῶτον, τοῦ πείθεσθαι παρέξετε γνώρισμα, τὸ τὸν Δεσπότην παραγεγονότα δέξασθαι Χριστὸν, ὑπὲρ τῆς
B ἁπάντων ἀνθρώπων φανούμενον σωτηρίας, ὃς παύσει μὲν τὸν νόμον, ἐκφανεῖ δὲ τὴν τελειότητα τὴν οἰκείαν· ὅπερ οὖν καλῶς μὲν εἶχεν ὑμᾶς εὐθὺ καὶ κατὰ πρώτας φανέντι πιστεῦσαι, καὶ γνῶναι τοῦτον ὄντα ἐκεῖνον ὃν Μωσῆς τε καὶ πάντες ἐμήνυον οἱ προφῆται, τέλος μὲν ἐπιθήσοντα τῷ νόμῳ, τὴν κοινὴν δὲ ἁπάντων ἐκκαλύψοντα σωτηρίαν· ὥστε κἀκεῖνο δῆλον ἅπασιν γενέσθαι, ὅτι δὴ τοῦτο πάσης τῆς κατὰ τὸν νόμον οἰκονομίας ἐστὶ τό τε κεφάλαιον καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν, τὸ πάντας ἀνθρώπους τῷ Δεσπότῃ προσαγαγεῖν Χριστῷ ἐπὶ τοῖς τοσούτοις ἀγαθοῖς κατὰ τὸν καιρὸν φανουμένῳ τὸν οἰκεῖον· ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐκείνου δείξεως τὴν ἀγνωμοσύνην ἐπιδείξετε τὴν οἰκείαν, (p. 573) Ἠλίας ἀποσταλήσεται πρὸς ὑμᾶς
C ὁ μακάριος, πρὸ τῆς δευτέρας τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ παρουσίας, ἣν ἀπ' οὐρανῶν ποιήσεται· ὥστε τοὺς διὰ τὴν εὐσέβειαν πρὸς ἀλλήλους διῃρημένους συνάψαι, καὶ δὴ καὶ πατέρας διὰ τῆς κατὰ τὴν εὐσέβειαν ἐπιγνώσεως εἰς τὴν τῶν τέκνων ἀγαγεῖν ὁμόνοιαν, διῃρημένους πρότερον ἐκ τῆς κατὰ τὴν εὐσέβειαν αἰτίας· πάντας τε ἀνθρώπους συντόμως εἰπεῖν εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καταστῆσαι συνάφειαν· τῶν ἐν ἀσεβείᾳ τότε καταλαμβανομένων, δεχομένων μὲν παρ' αὐτοῦ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, ἐχομένων δὲ καὶ τὴν ἐντεῦθεν πρὸς τοὺς εὐσεβεῖς κοινωνίαν· ταῦτα δὲ ποιήσεται τῆς ἁπάντων ἀνθρώπων φροντίζων σωτηρίας ὁ Θεός· ὡς ἂν μὴ μένοντες ἐπὶ τῆς ἀσεβείας, φοβερᾶς αὐτοῦ τῆς παρουσίας πειραθῶσιν, ἐπὶ ἀφανισμῷ παντελεῖ τῶν μοχθηρῶν γινομένης.

Digitized by Google

THEODORI MOPSUESTENI

FRAGMENTA IN VETUS TESTAMENTUM.

IN GENESIN.

Ex concilio Constantinopolitano anni 553, *actione* IV, *num.* LVII-LX, LXII.

Ejusdem Theodori ex libro quinto commenta de creatura, in quibus et bona et mala a Deo esse facta dicit.

Nec igitur mortem non sponte et præter judicium suum intulit hominibus, neque peccato aditum ad nullam utilitatem dedit; nec enim hoc fieri nolens non poterat: sed quoniam sciebat utile esse nobis, magis autem omnibus rationabilibus, prius quidem malorum et deteriorum fieri aditum, postea autem deleri quidem hæc, introduci autem meliora: ideo in duos status divisit Deus creaturam, præsentem et futurum; in illo quidem ad immortalitatem et immutabilitatem omnia ductura, in præsenti vero creatura in mortem et mutabilitatem interim nos dimittens. Nam si quidem statim ab initio immortales nos fecerit et immutabiles, nullam differentiam ad irrationabilia haberemus, proprium nescientes bonum. Ignorantes enim mutabilitatem, immutabilitatis ignorabamus bonum: nescientes mortem, immortalitatis lucrum nesciebamus: ignorantes corruptionem, non laudabamus incorruptionem: nescientes passionum gravamen, impassibilitatem non mirabamur. Compendiose dicere, ne longum sermonem faciam: nescientes malorum experimentum, bonorum illorum non poteramus scientiam mereri.

Ejusdem de iisdem, et angelos, et homines, et dæmones similiter malos esse dicentis.

Necesse est autem, omnia simul rationabilia, invisibilia dico, et nos ipsos, quibus mortale quidem est corpus, anima autem per omnia ejusdem * invisibilibus et rationalibus substantiis, hic quidem præsentem mutabilitatem pati, ut optima erudiamur doctrina religiositatis, et ad benevolentiam constituamur.

Ejusdem interimentis judicium, et dicentis quod mutabilia et mortalia omnia facta sunt, et iterum omnia immutabilia et immortalia statim post resurrectionem erunt secundum similitudinem Christi.

Quod quidem placuit Deo, hoc erat, in duos status dividere creaturam: unum quidem qui præsens est, in quo mutabilia omnia fecit; alterum autem qui futurus est, cum renovans omnia ad immutabilitatem transferet: quorum principium nobis ostendit in dispensatione Domini Christi, quem ex nobis exsistentem resuscitavit ex mortuis, et immortalem corpore, et immutabilem fecit animam [*fort.* anima]: per quod demonstravit, quia circa universam creaturam hoc futurum est.

Ejusdem ex quarto libro de creatura.

Illo certo constituto, quod quemadmodum nobis per resurrectionem et corpus incorruptum et immutabilis anima erit, eodem modo et invisibilibus et rationabilibus naturis immutabilem mereri contingit, nunc quidem accipientibus conversionem, sicut versa multoties decem millia dæmonum ostendunt, tunc autem in immutabilitatem nobiscum futuris.

Ejusdem ex quinto libro, quod sciens Deus expedire hominibus peccatum, hoc fieri disposuit.

Nam sciebat quidem quod peccabunt omnimodo, concedebat vero hoc fieri, expedire eis cognoscens: quoniam nec erat possibile eum, qui cum fecerit non exstantes, et tantorum quidem demonstraverit dominos, tanta vero bona proposuerit ut eis fruantur, non prohibere peccati aditum, si expedire eis hoc cognosceret. Sed enim non erat possibile, nos aliter discere peccatum, et passionum molestiam, et deteriora, et nostram infirmitatem in his demonstrandam, ad ostendendam magnitudinem immutabilitatis, quam postea nobis esset donaturus, nisi sic ab initio hæc fuissent a Deo dispensata, ut collatione et experimento innitorum illorum bonorum possemus scire magnitudinem: et hujus gratia, utpote profuturum nobis, peccatum intrare dimittens, magnum in ejus bello auxilium invenit.

Ejusdem Theodori detrahentis quæ sunt de flammea framea et de cherubim dicta (Gen. III).

Nam flammeam quidem frameam dicunt, ut dicat quia ignis est terribilis coruscans, in habitu gladii extensus, ut bifariam terribilis quidam visus esset videntium, et ex natura et ex habitu

Digitized by Google

ejus quod ostendebatur : quam et verti dixit, ut assiduitate motus coruscans, terribilem et majorem videnti timorem faceret. Cherubim vero animalium dicit quasdam formas terribiles et potentes tremefacere videntem. Sicut enim nos animalia quædam forsitan januis constituimus, sic Deus flammeam frameam constituit et cherubim, ut per eam, quæ est terribilis de visu, Adam cum timore prohibitus introitu paradisi, merito castigaretur. Non enim invisibiles quasdam virtutes dicit cherubim hic, sicut quidam arbitrantur : quoniam non aliquid valebat invisibilis natura ibi, cum sensibilis visus esse deberet, et quæ Adam castigaret. Nec igitur flammea framea natura erat ignis, sed talis visus : nec cherubim animalia, sed visus talis.

FRAGMENTA ALIA IN GENESIN.

Ex Catena Nicephori monachi, Lipsiæ 1772 in-fol. (*a*).

CAP. I.

VERS. 14. — *Theodori. Fiant luminaria in cœlo*, ait, non ei adhærentia, sed velut super illud destinatum sibi cursum perficientia. Pariter enim de Adam dictum est : *Posuit eum in paradiso*, non sane terræ affixum, sed super terram huc illucque vagantem. Simili ratione jubet hic luminaria in firmamento cœli reponi. Recte autem adjicit *ad illuminationem super terram*, quasi dicat, ut terræ inserviant. His enim de causis in cœlo collocata sunt.

CAP. II.

VERS. 2. — *Et consummavit Deus in die sexto opera sua, quæ fecit; et requievit in die septimo*, et cætera. Quibus declarat, se die sexto ita cuncta consummasse, ut nihil novi deinde iis adjiceret, quando omni ex parte perfecta videbantur. Septimo autem die operari destitit. Ideo autem istum diem adjecit, quamvis omni opere vacuum et ab omni creatione liberum, ut illo hujusce diei otio probaret omnia jam prorsus perfecta esse. Quod enim et primo, et secundo, et tertio, et quarto, et quinto, et sexto die semper quid novi protulerat, quod creationi deesse videbatur, manifestum fit, ideo eum septimo die ab omni opere abstinuisse, ut isto otio declararet creationem tandem consummatam esse. Septem ergo dierum numero definivit dierum seriem, cum idem sex illorum dierum spatio facere potuisset, quibus creationem perfecit. Sex igitur isti dies rationem præbent eorum quæ facta sunt; septimus autem indicat cuncta finem suum contigisse, et jam nulla ex parte deficere.

Manifestum quod nihil novi post sextum diem factum sit, licet quotidie et plantæ et semina et animalia nascantur. Hæc enim non nova, sed ad formam eorum quæ prius condita sunt, et ad eamdem legem, juxta indictam ipsis a Deo benedictionem, singulis diebus crescunt.

(*a*) Titulum integrum vide infra.

ΚΕΦ. Α'.

Στίχ. ιδ'. — *Θεοδώρου.* Ὥστε εἶναι, φησὶν, αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ οὐ πεπηγότας, ἀλλ' ὡς ἐπ' αὐτοῦ, τὸν οἰκεῖον ἐξελαύνοντας δρόμον. Ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ φησιν, *Ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ*, οὐχ ὡς πεπηγότα ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ὡς κινούμενον ἐπ' αὐτῆς· οὕτω κάνταῦθα εἶναι μὲν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ τοὺς φωστῆρας κελεύει. Καλῶς δὲ ἐπήγαγεν, *Εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς*· ἵνα εἴπῃ, ὅτι τὴν χρείαν παρεχέτωσαν τῇ γῇ. Τούτου γὰρ ἕνεκεν ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ τέθεινται.

ΚΕΦ. Β'.

Στίχ. β'. — *Καὶ συνετέλεσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἃ ἐποίησε, καὶ κατέπαυσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ*, καὶ τὰ ἑξῆς. Δεικνὺς, ὅτι ἐπὶ μὲν τῆς ἕκτης συμπεπλήρωκε πάντα, ἅτε μηδὲν αὐτοῖς προστιθέναι μέλλων καινὸν, ἐπειδὴ μηδὲ λείπειν τι αὐτοῖς ἠγεῖτο. Ἐπαύσατο δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ τοῦ ποιεῖν. Τούτου γε ἕνεκεν τὴν ἡμέραν ταύτην προστέθεικεν, ἄπρακτον οὖσαν, καὶ ἐν ᾗ καθάπαξ πεποίηκεν οὐδὲν, ὡς ἂν τῇ κατὰ τὴν ἡμέραν ἀργίᾳ δηλώσειεν, ὅτι πάντα ἔχει πέρας αὐτῷ. Ὁ γὰρ καὶ τῇ πρώτῃ, καὶ τῇ δευτέρᾳ, καὶ τῇ τρίτῃ, καὶ τῇ τετάρτῃ, καὶ τῇ πέμπτῃ, καὶ τῇ ἕκτῃ ἀεί τι καινὸν πεποιηκὼς, ὃ λείπειν ἠγεῖτο τῇ κτίσει· εὔδηλον, ὅτι διὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς ἑβδόμης τοῦ ποιεῖν ἀπεπαύσατο, ὡς ἂν τῇ ἀργίᾳ τῇ ἐν αὐτῇ δείξειε τὸ πέρας εἰληφέναι τὴν κτίσιν. Ὅθεν καὶ ἐν ἑπτὰ ἡμέραις τὸν πάντα κύκλον τῶν ἡμερῶν περιέγραψε, δυνάμενος ἐν ταῖς ἓξ τοῦτο ποιῆσαι, ἐν αἷς συνεπλήρωσε τὴν κτίσιν· ἵνα αἱ μὲν ἓξ, δήλωσις ὦσι τῶν γεγονότων· ἡ δὲ ἑβδόμη, πάντα εἰληφέναι πέρας καὶ μηδὲν αὐτοῖς λείπειν ἔτι.

Εὔδηλον γὰρ ὡς οὐδὲν οὐκ ἔτι καινὸν μετὰ τὴν ἕκτην ἐγένετο, γινομένων μὲν ἀεὶ καὶ φυτῶν, καὶ σπερμάτων, καὶ ζώων· οὐ καινῶν δὲ, ἀλλ' οἵπερ ἦν τὰ πρότερον γεγονότα, κατ' ἐκεῖνον τὸν ὅρον, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἀπόφασίν τε καὶ εὐλογίαν τοῦ Θεοῦ, πάντων καθ' ἑκάστην ἐπιδιδόντων τὴν ἡμέραν.

Digitized by Google

Στίχ. ζ'. — Τοῖς μὲν γὰρ ἀλόγοις ἀπὸ τῆς εἰσπνοῆς τοῦ κατὰ τὸν ἀέρα πνεύματος ἐψυχῶσθαι, ἐδόθη τὸ ζῆν· τῷ δὲ, ἐξ αὐτῆς τῆς ἀθανάτου καὶ διαφερούσης οὐσίας. *Ἐνεφύσησε γὰρ ὁ Θεὸς εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς πνοὴν ζῶσαν.* Καὶ τοῖς μὲν, δουλεύειν καὶ ἄρχεσθαι προσετάχη, τῷ δὲ ἄρχειν καὶ δεσπόζειν.

Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι ἐγένετο ἡ σὰρξ εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ἀλλ' *Ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν*, τῇ τοῦ ἀνθρώπου χρησάμενος ὀνομασίᾳ, ἣ κοινή γέ ἐστι τοῦ συναμφοτέρου. Καὶ ταύτην μὲν εἰρηκὼς, δι' ὅλου τὸ συναμφότερον ἐδήλου. Τῇ διαιρέσει δὲ τῆς ποιήσεως διακρίνας τὰς φύσεις, καὶ τῷ μὲν, *ἔπλασε χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς*, τὴν σάρκα δηλώσας· τῷ δὲ, *ἐνεφύσησε πνοὴν ζωῆς*, τὴν ψυχὴν ἐμφήνας· εἶτα κατὰ κοινοῦ πάλιν ἐπήγαγε, *Καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν.*

Στίχ. η'. — Ἔδεμ δὲ ἔοικεν ὀνομάζειν τὸν τόπον τὸν κατὰ ἀνατολὰς κείμενον, ἐν ᾧπερ ὁ παράδεισος ἦν, οὐ μικρόν τι μέρος τῆς γῆς οὕτω καλῶν. Μέγαν γὰρ δείκνυσι τὸν παράδεισον, εἴγε ὁ τοῦτον ἄρδων ποταμὸς μετὰ τὴν ἐκείνου χρείαν ἔξω φερόμενος, τέτσαρας οὕτω μεγίστους ἀποτελεῖ ποταμούς. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Ὥστε τῇ τοῦ Ἔδεμ προσηγορίᾳ μὴ τὸν παράδεισον ὀνομάζεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔξωθεν οὐ βραχύν τινα τόπον, μέρος μὲν εἶναι νομιζόμενον τοῦ Ἔδεμ καλουμένου τόπου, προτεγγίζοντα δὲ, ὡς εἰκὸς, τῷ παραδείσῳ. Ὅθεν περὶ τοῦ Κάϊν οὕτω φησί· *Καὶ ἐξῆλθε Κάϊν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ κατῴκησεν ἐν γῇ Ναΐδ, κατέναντι Ἐδέμ.* Ὡς ἂν πρότερον μὲν αὐτῶν ἐν Ἔδεμ οἰκούντων, ἐνθαπερ αὐτοῖς καὶ ὁ Θεὸς ἐπεφαίνετο. Ἐπειδὴ δὲ ἔξω τῶν τόπων ἐγένετο ἐκείνων, ἀπορρίψεις τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν οἰκείαν κακοπραγίαν, ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λοιπὸν οἰκεῖ, ἐπονομαζομένῳ Ναΐδ, ὃς ἀντικρὺ τοῦ Ἔδεμ ὑπῆρχε τόπου, ἐν ᾧ τὸ πρότερον ᾤκουν. Οὕτω γὰρ καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐκβληθέντα τοῦ παραδείσου, κατῳκίσθαι ἔφη κατέναντι τοῦ παραδείσου. Τοίνυν ἐξ ἁπάσης τῆς γῆς ὥσπερ τινὰ ἔξοχον τόπον κατὰ ἀνατολὰς ἐκλεξάμενος, Ἔδεμ ὀνομαζόμενον, ἐν αὐτῷ δὴ τὸν παράδεισον κατεσκεύασεν. Ἔταξεν οἰκεῖν.

Στίχ. ιθ'. — Οὐχ ὅτι ἄλλα ζῶα μετὰ τοιαῦτα πεποίηκεν ἐκ τῆς γῆς, ἀλλὰ περὶ τῶν ἤδη γεγονότων κατὰ ἐπανάληψιν, διὰ τὸ προκείμενον λέγει. Τὸ δὲ, ἔτι, ἐκ τινος ἰδιώματος τῆς Ἑβραΐδος προστίθησι γλώσσης. Οὕτω καὶ τὸ, *Ἐξανέτειλεν ἔτι ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς.*

A Vers. 7. — Animalia quidem ratione destituta vitam obtinent, dum flatu spiritus animantur qui per aera; homo autem ipsius immortalis et præstantissimæ naturæ particeps. *Insufflavit* enim *Deus in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem.* Alia quidem servire et obedire jubentur, alius vero dominari et regnare.

Non dixit autem, Facta est caro in animam viventem, sed, *Factus est homo in animam viventem*, nomen hominis usurpans, utrique sexui commune. Sane hac appellatione designabat utrumque conjungi; distinctione autem creationis naturas discreverat, illo, *et finxit pulverem de terra*, carnem indicans, illo autem, *et insufflavit spiraculum vitæ*, declarans animam; deinde utraque simul addit: *Et* B *factus est homo in animam viventem*:

Vers. 8. — Videtur nomine Edem non parvam terræ partem appellasse, sed illam omnem regionem quæ ad orientem, qua paradisus erat. Magnum enim fuisse paradisum declarat illud quod flumine irrigatus fuerit, in quatuor maximo flumine diviso, quod dein ad exteriora ferebatur. *Et paulo post:* Nomine Edem designatur non paradisus modo, sed regio externa haud parva, quæ pars putabatur esse Edem, paradiso autem adjacebat. Unde de Cain dixit: *Egressus est autem Cain a facie Dei, et habitavit in terra Nœd contra Edem* (*Gen.* IV, 16). Credas igitur eos prius in Edem habitavisse, ubi Deus ipsis apparuerat. Quando autem postea e locis C illis egreditur, propter malitiam suam procul a Deo rejectus, deinceps alium locum incolit, Nœd vocatum, qui contra Edem priorem ipsius sedem. Simili ratione dicitur Adam e paradiso ejectus, contra paradisum collocari. Ex omni igitur terra elegit Deus ad orientem continuam quamdam regionem, qua paradisum institueret. Quam etiam homini creato incolendam tradidit, ipsum veneraturus.

Ἐν ᾧ δὴ τιμῆσαι βουληθεὶς γεγονότα τὸν ἄνθρωπον

Vers. 19. — Non quasi alia animalia posthæc de terra finxisset, sed occasione data, illa rursus memorat quæ antea facta fuerant. Vox autem *adhuc* D Hebraicæ linguæ proprietas. Ut etiam illud: *Et produxit adhuc Deus de terra.*

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Στίχ. ζ'. — Ἀνοήτως τινὲς ἔφασαν πεπληρῶσθαι τὸ παρὰ τοῦ διαβόλου πρὸς τὴν γυναῖκα ῥηθέν· ἐπειδὴ ὁ μὲν ἔφη, *Διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν·* ὁ προφήτης δὲ ἅμα τῷ φαγεῖν, ἔφη, ὅτι *Διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύω, καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοί εἰσι·* δέον συνιδεῖν, ὅτι πολὺ τῶν εἰρημένων τὸ διάφορον. Ὁ μὲν γὰρ διάβολος, τὴν διάνοιξιν τῶν ὀφθαλμῶν οὕτω φησὶν, ὡς ἂν κατ' ἔννοιαν ὀξυτέρων ἐσομένων, καὶ δυναμένων δίκην

CAP. III.

Vers. 7. — Inepte quibusdam visum est impleta fuisse quæ diabolus ad mulierem dixerat, hisce: *Aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum.* Docuerunt hoc, quia propheta, gustato cibo, protinus addit: *Et aperti sunt oculi amborum, et agnoverunt quia nudi erant.* At notandum est hæc multiplici ratione inter se differre. Nam diabolus oculos eo sensu aperiendos dicit, quasi ipsis mens acrior futura esset, et facultas ad exemplar Dei animo intuendi et bonum a malo

Digitized by Google

discernendi. Nihil autem aliud declarat propheta nisi eos nuditatem suam sensisse ac de ea erubuisse. Prius enim nec eam observaverant nec ea erubuerant; postea vero ista nuditate ita afficiuntur, ut ea intellecta, statim erubescant. Neminem fugit animo inesse rationem cur, re visa, nunc sic, nunc aliter moveamur. Infantes enim non pudet nuditatis suæ, neque balneo utentes; non quod eam non videant, sed quia hic aspectus nullos pravos sensus apud eos excitat. Adam igitur et socia, recens nati, peccato nondum inquinati, vel ne ullum quidem malum suspicati, neque nuditatem, neque aliam naturæ suæ formam turpem existimabant. Postquam autem peccaverant, a Dei legibus abhorrentes, tunc etiam perceperunt, jubente Deo, pudoris sensum, quo a peccato averterentur, et pessimus quisque reprimeretur impetus. Primo autem de organis erubuerunt quæ ad procreationem liberorum inserviunt, ut pudor hic homines procul ab omni intemperantia deterreret.

A Θεῶν ὁρᾷν τε ταῖς ἐννοίαις καὶ διακρίνειν ἐκ τοῦ πονηροῦ τὸ καλόν· ὁ προφήτης δὲ οὐ ταύτην εἶπεν, ἀλλὰ καθ' ἣν εἶδόν τε καὶ ἤσθοντο τῆς οἰκείας γυμνώσεως. Πρότερον μὲν, οὐδὲν ἐπ' αὐτῇ πάσχοντες, οὐδὲ αἰσχυνόμενοι· ὕστερον δὲ, τοιαύτην τινὰ ἐπὶ τῇ γυμνώσει τὴν αἴσθησιν λαβόντες, ὡς καὶ πρὸς μόνην αἰσχύνεσθαι τὴν ἐν τῇ γυμνώσει τοῦ σώματος θεωρίαν. Οὐ γὰρ ἄδηλον, ὡς ὁ λογισμός ἐστι τῆς ψυχῆς, ὁ τὴν ἐπὶ τῇ θεωρίᾳ διάθεσιν νῦν μὲν τοιάνδε, αὖθις δὲ τοιάνδε ποιῶν. Τὰ γοῦν βρέφη οὐκ αἰσχύνονται ἐπὶ τῇ γυμνώσει, οὔτε μὴν οἱ ἐν βαλανείῳ, οὐ τῷ μὴ βλέπειν αὐτὴν, ἀλλὰ τῷ μηδὲν φαῦλον ἀπὸ τῆς θεωρίας ἐπὶ τῆς ἐννοίας εἰσδέχεσθαι. Οἱ τοίνυν περὶ τὸν Ἀδὰμ ἄρτι μὲν γεγονότες, ἁμαρτάνοντες δὲ οὐδὲν, καὶ οὔτε φαῦλόν τι εἶναι μαθόντες, οὔτε ἄλλο B οὐδὲν τῆς οἰκείας φύσεως, αἰσχρὸν οὐχ ἡγοῦντο τὴν γύμνωσιν. Ἐπειδὴ δὲ ἥμαρτον, τἀναντία τοῖς τοῦ Θεοῦ διαπραξάμενοι νόμοις, ἐνετέθη μὲν αὐτοῖς ὁ λογισμὸς τῆς αἰσχύνης ὑπὸ Θεοῦ εἰς τὴν κατὰ τῆς ἁμαρτίας βοήθειαν, αὐτάρκης ὢν ἐγκόπτειν αὐτῆς τὴν ὁρμήν. Πρώτην δὲ τῆς αἰσχύνης τὴν ἔννοιαν ἀναγκαίως ἐπὶ τοῖς παιδογόνοις ἔλαβον ὀργάνοις· ἵνα πόρρωθεν τοῖς ἀνθρώποις ἡ αἰδὼς ἐκκόπτῃ τὴν ἀκόλαστον μίξιν.

Vers. 8. — Quando vocem Dei deambulantis, dum adhuc folia consuerent, audierunt, absconderunt se sub lignum, ut videtur, non diversum ab illo cujus folia consuebant. Hoc autem idem erat de quo mandatum perceperant, testante propheta: *Nam absconderunt se*, ait, *in medio ligni paradisi*. De illo autem, fructu manducato, folia decerpserunt, propter verecundiam suam de nuditate. Atqui hæc erant profecto fici, ergo ficus erat arbor de C qua mandatum acceperant. Negant autem hoc nonnulli, stulte, ni fallor, existimantes mirum quid fuisse illud lignum, non cogitantes quod peccati pondus neque a qualitate ligni pendet, neque a novitate cibi, sed a legis conditione. Quæ qualicunque modo violata fuerit, eadem erit usque culpa.

Στίχ. η'. — Ἐπειδὴ ῥάπτοντες ἔτι τὰ φύλλα, ἤκουσαν τῆς φωνῆς τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος, ὑπὸ τὸ ξύλον ἐκρύβησαν, οὐκ ἄλλο δηλονότι, ἀλλ' ἢ οὗπερ ἔῤῥαπτον τὰ φύλλα. Τοῦτο δὲ ἦν ἐφ' ᾧ τὴν ἐντολὴν εἰλήφεισαν, ὡς ὁ προφήτης φησίν· *Ἐκρύβησαν* γὰρ, φησὶν, *ὃν μέσῳ τοῦ ξύλου τοῦ παραδείσου*. Ἀπ' αὐτοῦ δὲ καὶ βεβρωκότες, τὰ φύλλα ἔῤῥαπτον διὰ τὴν γενομένην αὐτοῖς αἰσχύνην ἐπὶ τῇ γυμνώσει. Ταῦτα δὲ ἦν φύλλα συκῆς ἀναντιῤῥήτως, ἆρα τὸ δένδρον συκῆ ἦν, ἐφ' ᾧ παρειλήφεισαν τὴν ἐντολήν. Ἀλλ' οὐ προαίενται τοῦτό τινες, διὰ πολλὴν εὐήθειαν· ἐμβροχεῖ, οἰόμενοι χρῆναι καινόν τι εἶναι τὸ ξύλον, καὶ οὐ λογιζόμενοι, ὅτι μὴ τῇ ποιότητι τοῦ ξύλου, μηδὲ τῇ καινότητι τῆς βρώσεως τὰ ἁμαρτήματα κρίνεται, ἀλλὰ τῇ δόσει τῆς ἐντολῆς. Ἦν τὸ ἐφ' ὁτουδήποτε παραβῆναι ἴσην ἔχει τὴν μέμψιν.

Vers. 17. — Audivi nonnullos dicentes: Si Deus prævidit Adam legem violaturum, qua de causa præbuit huic transgressionis occasionem, ferendo legem? Respondebo eum ideo hæc fecisse, quod sciebat mortalitatem hominibus profuturam. Nam immortales qui sunt, in æternum labuntur. Nostri ergo intererat ut soluto corpore mortis, simul et D solveretur corpus peccati. Deus autem non constituit nos protinus in optimo (mortalitatis scilicet) statu, ne propterea accusaretur quod immortalitatem non ab initio dederit. At prius statuit illam legem, quam noverat negligendam fore. Qua ratione probavit homines, etiamsi obedientibus immortalitas promitteretur, rebellibus autem intenderetur mors, adeo nihilominus de conditore et benefactore suo dubitaturos, ut sperarent se non solum immortalitatem habituros, si non obediissent, sed divinitatis etiam dignitatem consecuturos esse. Quod si caro etiam eorum immortalitatem sortita fuisset, quanto magis credidissent se deos per inobedientiam futuros! Quos enim nec

Στίχ. ιζ'. — Ἐπειδὴ τινῶν ἀκήκοα πυνθανομένων· Εἰ προῄδει ὁ Θεὸς, ὅτι παρακούσει ὁ Ἀδὰμ, τίνος ἕνεκεν τῇ δόσει τῆς ἐντολῆς παρέσχε τῇ παρακοῇ πρόφασιν; τοσοῦτον ἐρῶ, ὅτι μάλα ὁ Θεὸς εἰδὼς συμφέρουσαν ἀνθρώποις τὴν θνητότητα· μένοντες γὰρ ἀθάνατοι, πταίσουσιν ἀθάνατα· καὶ ὅτι λυσιτελεῖ τοῖς τοιούτοις, θανάτῳ λυομένου τοῦ σώματος, συγκαταλυθῆναι καὶ τὸ τῆς ἁμαρτίας· οὐκ εὐθὺς ἔδωκε τὸ συμφέρον, ἵνα μὴ βλασφημῆται, ὡς μὴ δεδωκὼς ἐξ ἀρχῆς τὴν ἀθανασίαν. Ἀλλὰ πρότερον δίδωσι τὴν ἐντολὴν, ἣν οὐκ ἀνεξομένους ἤδει· ἵνα δείξῃ, ὅτι εἰ καὶ προτεινομένης αὐτοῖς ἀθανασίας ἀπὸ τῆς ὑπακοῆς, καὶ θανάτου ἀπειλουμένου διὰ τὴν παρακοὴν, τοσοῦτον ἠπίστησαν τῷ ποιητῇ καὶ εὐεργέτῃ, ὡς ἐλπίσαι, εἰ παρακούσειεν οὐ μόνον τὴν ἀθανασίαν ἕξειν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα προσλήψεσθαι. Εἰ καὶ ἡ σὰρξ αὐτοῖς εἰλήφει τὴν ἀθανασίαν, πῶς οὐ μᾶλλον ἀνεπείσθησαν εἶναι θεοὶ διὰ τῆς παρακοῆς! Οἷς γὰρ οὐκ ἤρκεσεν ἀπειλὴ θανάτου εἰς τὴν φυλακὴν τῆς ἐντολῆς, τὸ τῆς ἀθανασίας βέβαιον πάντως ἂν ἀδεῶς εἰς τὸ πταίειν ἦν, καὶ διηνεκὲς, τῷ τῆς ἀθανασίας

Digitized by Google

ἀσφαλεῖ τεθαρρηκόσι. Πρῶτον οὖν δείκνυσι τῇ τε δόσει τῆς ἐντολῆς, καὶ διὰ τῆς παραχοῆς τῶν περὶ τὸν Ἀδάμ, ὅτι συμφέρει ἡ θνητότης· καὶ τότε ταύτην δίδωσιν, ὁμοῦ καὶ πείθων ἀνθρώπους, καὶ τῶν συμφερόντων οὐκ ἀφιστάμενος. Ὅτι γὰρ τῷ θνητῷ βίῳ τὸν ἄνθρωπον ἠὐτρέπιζεν, αὐτὸ τὸ σχῆμα τοῦ ἄῤῥενος καὶ τοῦ θήλεος δείκνυσιν, ἐν τῇ δυνάμει τὴν παιδοποιίαν εὐθὺς καὶ ἐκ πρώτης δεικνύμενον. Ὥστε ἡ μὲν πλάσις ἡτοιμάσθη τῷ θνητῷ βίῳ· ἡ δὲ τῆς ἐντολῆς δόσις, καὶ τὸ αὐτεξούσιον προεγύμνασε, καὶ ἔδωκε τῇ γνώμῃ τῶν αὐθαιρέτων ἀγώνων τὴν πρόφασιν, καὶ τὸ τῆς θνητότητος συμφέρον ἔδειξεν.

A impendens mors ad observandum mandatum movere valuit, iidem immortalitatis munere confirmati, securius sibi æternam ruinam peperissent. Primum igitur ostendit Deus legis constitutione, et per hanc Adami inobedientiam, nobis prodesse mortalitatem; ac deinde mortales nos instituit, simul reprehensionibus nostris occurrens, et commodis nostris inserviens. Quod enim mortales nos efficere decreverit, probat ipsa maris et fœminæ distinctio, qua facultas liberos creandi vel ab initio data. Ad mortalem igitur vitam constituti fuerant homines; mandati autem lex et liberos nos constituit, et exercendæ voluntatis occasionem præbuit, et declaravit quantum nobis prodesset mortalitas.

Στίχ. κβ'. — Ἐζητεῖτε τί ἐστι χιτῶνας δερματίνους. Ἀλλ' εἰ μὲν ζώων σφαγέντων, ἐξ αὐτῶν ἐγένοντο τὰ ἐνδύματα, εὔδηλον ὅτι ἐπέλιπε τὸ γένος τῶν σφαγέντων. Ἄρτι μὲν τοῦ Θεοῦ ἄῤῥεν τε καὶ θῆλυ πεποιηκότος, οὔπω δὲ οὐδενὸς τεταγμένου, πρὸς τῷ κἀκεῖνο μὴ ἐνδέχεσθαι νομίζειν, ὅτι ζῶα σφάττεσθαι ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς, ὅτε μήπω κρεοφαγία ἦν ἐπιτετραμμένη τοῖς ἀνθρώποις· τοὺς μὴ ὄντας δὲ χιτῶνας ἔτι πλέον ἀπρεπὲς νομίζειν, ὅτι παρήγαγεν ὁ Θεὸς, ὃς τῇ τοῦ ἀνθρώπου ποιήσει τοῦ ποιεῖν τι μὴ ὂν ἀπεπαύσατο, ὡς ἐν τούτῳ τοῦ κόσμου παντὸς συμπεράνας τὴν ποίησιν. Εὔδηλον οὖν, ὡς οὐδ' ἂν χιτῶνας δερματίνους ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παρήγαγεν. Ἀλλὰ γὰρ ἠγνόησαν, ὡς ἔοικεν, οἱ περὶ τούτων ζητοῦντες, ὅτι δέρματα οὐ μόνον τὰ ἐκ τῶν ζώων ἀφαιρούμενα λέγεται, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τῶν δένδρων, ἃ καὶ φλοιοὺς ὀνομάζειν ἔθος τοῖς πολλοῖς. Ἐκ δένδρων τοίνυν, ἐπιτηδείους πως φλοιοὺς ἐχόντων εἰς ἐνδυμάτων κατασκευὴν οἱ περὶ τὸν Ἀδὰμ ἦκον, τοῦ Θεοῦ κατ' ἔννοιαν αὐτοῖς ὑποθεμένου, πῶς χρὴ τοῦτο ποιῆσαι.

B Vers. 22. — Rogastis quid sibi velint illæ tunicæ pelliceæ. Quod si ex immolatis animalibus vestes conficiendæ, manifestum genus istorum animalium ad exitum esse perductum. Deus autem nuper ea condiderat masculum et feminam, nec unquam quid statuerat, unde concludere possimus, quod animalia mactari jusserit, dum nondum carnem edere hominibus liceret. Absurdius etiam foret contendere Deum tunicas ex nihilo fecisse, qui hominis conditione creationi ex nihilo finem imposuit, tanquam in illo rerum omnium perfectionem consummans: unde etiam apparet, tunicas pelliceas non ex nihilo factas. Non attenderunt autem, ut mihi videtur, qui hac de re inquirunt, pelles vocari non solum quæ ex animalibus, sed etiam quæ ex arboribus, quæ cortices nominari C plerumque solent. Ab arboribus igitur opportune cortice instructis desumpsit Adam vestimenta sua, docente Deo qua ratione hoc faciendum sit.

Στίχ. κδ'. — Οὐκ ἀοράτους τινὰς δυνάμεις λέγει τὰ Χερουβὶμ, ὥς τινες οἴονται· ἐπεὶ μηδὲ συνετέλει τι ἀόρατος φύσις ἐκεῖ, αἰσθητῆς ὄψεως ὀφειλούσης εἶναι τῆς τὸν Ἀδὰμ παιδευούσης. Οὔτε οὖν ἡ φλογίνη ῥομφαία φύσις ἦν πυρὸς, ἀλλ' ὄψις τοιαύτη· οὐδὲ τὰ Χερουβὶμ ζῶα, ἀλλ' ὄψις τοιαύτη· ἐπεὶ καὶ Ἰεζεκιὴλ τετραπρόσωπα τὰ Χερουβὶμ ὁρᾷ. Τετραπρόσωπα δὲ ἀόρατος φύσις οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ Χερουβὶμ καλεῖ πᾶν τὸ δυνατόν· οὕτω λέγει, *Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ*, ἀντὶ τοῦ, ὁ δυνατὸς βασιλεὺς ὤν· καὶ, *Ἐπέβη ἐπὶ Χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη*, D ἀντὶ τοῦ, μετὰ πολλῆς παρεγένετο τῆς δυνάμεως. Τὸ οὖν, *Ἔταξε τὰ Χερουβίμ*, ἵνα εἴπῃ· Δυνατήν τινα καὶ φοβερὰν ὄψιν καὶ μορφὴν ὡσανεί τινων ζώων ἐπέστησε τῇ εἰσόδῳ τοῦ παραδείσου, ὥστε ἀπείργειν τὸν Ἀδάμ.

Vers. 24. — Non invisibiles quædam virtutes vocantur hic cherubim, uti pluribus visum est. Quid enim præstitisset illic invisibilis natura, cum sensibili spectaculo Adam erudiendus erat? Nec flammea igitur rhomphæa ignis erat natura, sed ita apparebat; nec erant cherubim animalia, sed ita videbantur. Nam Ezechiel quoque vidit cherubim quadruplici facie instructos, licet talis non sit natura invisibilis. At cherubim vocat quodcunque potestate præstat; sic dicens, *Qui sedet super cherubim* (*Psal.* XCVIII, 1), quasi dicat, qui potens est rex; ita etiam, *Ascendit super cherubim et volavit* (*Psal.* XVII, 11), hoc est, multa cum potestate apparuit. Illud igitur, *ordinavit cherubim*, idem sonat ac: Potentem et terribilem quemdam visionem ac formam, tanquam animalium, ante aditum paradisi constituit, qua Adam averteretur.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

CAP. XIX.

Στίχ. γ'. — Οὔτε τῇ φύσει ἄνδρες ἦσαν, ἀλλ' ἐδόκουν εἶναι, οὔτε ἔφαγον ὡς ἄνθρωποι, ἀλλ' ἐδόκουν ἐσθίειν τῇ ὄψει τῶν ὁρώντων, ἀναλισκομένων τῶν προτιθεμένων κατὰ θείαν ἐνέργειαν.

Vers. 3. — Non erant natura homines, sed esse videbantur; nec comedebant ut homines, sed videbantur comedere cernentium oculis, sublatis divina potentia quæ offerebantur.

Στίχ. λα'. — Οὐκοῦν οὐ πάθος ἀκολασίας ἤλασεν αὐτὰς, ἀλλὰ φειδὼ τοῦ γένους. Ὅθεν εὐσύγνωστοι.

Vers. 31. — Non indulgebant igitur libidinis motibus, sed generi suo parcebant. Unde venia dignæ.

Digitized by Google

Vers. 32. — Furtim se cum patre miscent. Non fugiebat enim eas sobrii patris temperantia.

Στίχ. λβ'. — Κλέπτουσι τοῦ πατρὸς τὴν κοίτην. Ἤδεισαν γὰρ νήφοντος τὴν σωφροσύνην αὐτοῦ.

CAP. XX.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Vers. 5. — Non intemperantia, inquit, volui cum ea conjungi, sed magni esse credidi, si mulierem sanctam et viri sancti sororem in matrimonium ducerem.

Στίχ. ε'. — Οὐκ ἀκολασίᾳ, φησὶν, ἠβουλήθην συνελθεῖν αὐτῇ, ἀλλ' ὡς δικαίαν καὶ ἀδελφὴν δικαίου μέγιστον ἡγησάμην, εἰ ἀγάγοιμι πρὸς γάμον.

CAP. XXVII.

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Vers. 1. — Hoc quoque divinæ gratiæ opus, ut interim ope Rebeccæ Jacobo benedictionem subripere liceret.

Στίχ. α'. — Καὶ τοῦτο τῆς θείας χάριτος ἔργον· ἵνα ἐν μέσῳ καιρὸς γένηται τῇ Ῥεβέκκᾳ κλέψαι τῷ Ἰακὼβ τὴν εὐλογίαν.

CAP. XXVIII.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Vers. 18. — Superfudit Jacob oleum in cacumen lapidis, et vocavit locum, Domus Dei. Hic autem figura Mosaici tabernaculi, quod constructum et ædificatum unxerunt.

Στίχ. ιη'. — Ἐπέχεεν ὁ Ἰακὼβ ἔλαιον ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ λίθου, καὶ ἐκάλεσε τὸν τόπον, Οἶκος Θεοῦ. Ἦν δὲ τὸ πρᾶγμα τύπος τῆς Μωσαϊκῆς σκηνῆς· ἣν κατασκευάσας καὶ ἀναστήσας, ἔχρισεν.

CAP. XXX.

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Vers. 39. — Quando in Mesopotamia subalbæ oves quærentur, nigræque capræ, in Palæstina autem contrarium valet, commodis inserviebat patriarcharum res ante dicta.

Στίχ. λθ'. — Ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ τὰ λευκὰ ζητεῖται πρόβατα, καὶ αἱ μέλανες αἶγες. ἐν δὲ τῇ Παλαιστίνῃ τὸ ἐναντίον, πρὸς τὸ τῶν πατριαρχῶν συμφέρον οἰκονομεῖται τὰ προειρημένα.

CAP. XXXII.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Vers. 1. — Jacobo a Laban liberato occurrerunt angeli, profecto a Michael principe Israelitarum missi, quippe qui illis præerat, dicente Gabriel ad Danielem : *Michael princeps vester* (*Dan.* XI, 21). Quando enim liber a formidine Laban, Esavum reformidare cœperat, docetur Jacob ab occurrentibus angelis, ne occursum eorum timeat qui circa fratrem erant.

Στίχ. α'. — Τοῦ Λάβαν ἀπαλλαγεὶς ὁ Ἰακὼβ, ὁρᾷ παρεμβολὴν ἀγγέλων· πάντως που τὴν ὁρισθεῖσαν μετὰ Μιχαὴλ τοῦ ἄρχοντος τοῦ λαοῦ Ἰσραήλ· ὃς κατέστη αὐτοῦ προστάναι, ὡς Γαβριὴλ φησι πρὸς τὸν Δανιὴλ, *Μιχαὴλ ὁ ἄρχων ὑμῶν*. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν τοῦ Λάβαν φόβον ἀποθέμενος, μετέθεικε τὰς φροντίδας εἰς τὰ κατὰ Ἡσαῦ, δείκνυται ἡ παρεμβολὴ τῶν ἀγγέλων, ὡς ἂν μὴ φοβοῖτο τὴν παρεμβολὴν τῶν συνόντων αὐτοῦ τῷ ἀδελφῷ.

Vers. 24. — Transmissis omnibus suis trans flumen, solus tunc remanet Jacob, et luctatur cum quodam ipsi apparente. Hic autem certe non alius præter illum qui super scalam incumbebat in Bethel visam. Angeli autem qui ascendebant et descendebant in eadem, non diversi ab eis quibus occurrerat.

Στίχ. κδ'. — Πάντας δὲ τοὺς αὐτοῦ παραγαγὼν διὰ τοῦ ποταμοῦ, καὶ αὐτὸς ὑποληφθείς, τότε παλαίει τῷ φανέντι. Καὶ οὗτος ἦν ἄρα ὁ ἐπὶ τῆς κλίμακος ἐστηριγμένος τῆς ἐν Βαιθὴλ φανείσης αὐτῷ. Οἱ δὲ ἄγγελοι οἱ ἀναβαίνοντες καὶ καταβαίνοντες, ἡ παρεμβολὴ ἦν.

Vers. 25. — *Vidit autem*, ait, *quia non valet erga eum, et tetigit latitudinem femoris ejus, et obtorpuit.* Jacob vidit quia non valet erga angelum, angelus autem tetigit latitudinem femoris ejus.

Στίχ. κε'. — *Εἶδε δὲ*, φησὶν, *ὅτι οὐ δύναται πρὸς αὐτόν· καὶ ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνδρύνησεν.* Ὁ μὲν Ἰακὼβ εἶδεν, ὅτι οὐ δύναται πρὸς τὸν ἄγγελον, ὁ δὲ ἄγγελος ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ.

Vers. 26. — Non alia de causa dicit angelus : *Dimitte me*, quam ut Jacobum excitet illique occasionem præbeat respondendi : *Non te dimittam, nisi me benedixeris.*

Στίχ. κς'. Τό γε μὴν τὸν ἄγγελον εἰπεῖν, *Ἀπόστειλόν με*, προτρεπομένου ἦν, καὶ παῤῥησίαν διδόντος τῷ Ἰακὼβ εἰπεῖν, *Οὐ μή σε ἀποστείλω, εἰ μή με εὐλογήσῃς.*

Vers. 27. — Hic autem rogat : *Quod est nomen tuum? At ille dixit : Jacob. Et dixit ei : Non vocabitur ultra nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum : quia invaluisti cum Deo, et cum hominibus potens eris.* Sufficiens tibi benedictio, ait, colluctatio cum Deo; maximum tibi signorum novum nomen Israel, quod interpretatur *homo videns Deum.* Sane si angelus vere fuisset qui apparuit, perperam vocaretur Jacob Israel, cum verum Deum non vidisset. Deus erat igitur idem ac homo et angelus;

Στίχ. κζ'. — Ὁ δὲ ἐρωτᾷ, *Τί τὸ ὄνομά σου; ὁ δὲ εἶπεν, Ἰακώβ. Εἶπε δὲ αὐτῷ, Οὐ κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, ἀλλ' ἢ Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου· ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ.* Ἱκανή σοι, φησὶν, εὐλογία τὸ παλαῖσαι μετὰ Θεοῦ. Καὶ σημεῖον ἔστω σοι μέγιστον τὸ Ἰσραὴλ μετονομασθῆναι, ὅπερ ἐστὶν *ἄνθρωπος ὁρῶν Θεόν*. Καὶ μὴν εἰ τὴν φύσιν ἄγγελος ἦν ὁ φανεὶς αὐτῷ, ψευδῶς ἀνεκλήθη Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ τὸν οὐκ ὄντα Θεὸν ἑωρακέναι. Οὐκοῦν Θεὸς ἦν ὁ

Digitized by Google

αὐτὸς, καὶ ἄνθρωπος, καὶ ἄγγελος· πάντα ἀληθῶς. Ἀλλὰ τὸ μὲν, τῆς ἐνανθρωπήσεως· τὸ δὲ, τῆς οἰκονομίας· τὸ δὲ, τῆς φύσεως. A

omnia vere: sed homo, quia incarnatus; angelus ex officio; Deus autem natura.

ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

Στίχ. ε'. — *Κόνδυ* μὲν, τὸ λεγόμενον ἀπλοπότιον λέγει· τὸ δὲ, *Οἰωνισμῷ οἰωνίζεται ἐν αὐτῷ*, τοῦτό φησιν, ὅτι ἔγκριτον, ὡς ἄρχοντος, τοῦτό ἐστιν αὐτοῦ παρὰ τοῖς συνεσθιομένοις αὐτὸ τὸ ποτήριον. Ἔχει τοίνυν σύμβολον ὥσπερ αὐτὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ πάσης ἐπιβουλήν.

CAP. XLIV.

Vers. 5. — *Condy* vox nil præter poculum significat. At illud, *Augurio auguratur in eo*, indicat illud fuisse præstantius, tanquam principis, hoc est poculum quo inter solemnia utebatur. Innuit ergo res eos vel ipsius imperio invidisse.

ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'.

Στίχ. δ'. — Ἐπειδὴ γὰρ ἴδιόν ἐστι τοῦ ὕδατος θερμαίνεσθαί τε, τοῦ πυρὸς ὑποκειμένου, καὶ ἀποτίθεσθαι τὴν θέρμην ταχέως, τοῦ πυρὸς ἀφαιρεθέντος, μὴ κατ' ἐκεῖνο, φησὶν, ἀπόλλοιο, καὶ ἀφανισθείης εἰς τὸ παντελὲς τῷ θανάτῳ. Τοῦτο γὰρ λέγει, ὡς *ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς*. Εἰ γὰρ καὶ τὸ ἁμάρτημα, φησὶν, ἄξιόν ἐστιν ὀλεθρόν σοι ἐπαγαγεῖν, ἀλλὰ μὴ οὕτως ἀπόλλοιο, μηδὲ δίκην ὕδατος διαφθαρείης, τὴν ἐνοῦσαν ἀποθέμενος θέρμην, τῷ διαδοχὴν ἐκ σοῦ μηδεμίαν γενέσθαι. B

CAP. XLIX.

Vers. 4. — Cum ea sit aquæ natura, ut admoto igne effervescat, et remoto igne bullire protinus desinat, eadem ratione, inquit, ne pereas, neque morte omnino evanescas. Hoc enim declarat illud, *sicut aqua non effervescas*. Quamvis peccato tuo, ait, exitium tibi promerueris, ne tamen pereas, nec instar aquæ tollaris, nec exstincto quo ardes calore, progenie omnino careas.

Στίχ. ι'. — Εἰρηκὼς τὸ τῆς ὄνου, ἤγουν τοῦ πώλου, ἐφ' ᾧπερ ἐκαθέσθη πρὸ τοῦ πάθους ὁ Κύριος, ἐπάγει καὶ τοῦ πάθους τὴν μήνυσιν. *Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔθος τῇ Γραφῇ οἴνῳ παρεικάζειν τὰς τιμωρίας καὶ τοὺς θανάτους· ὡς τὸ, *Ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου*· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ἐπὶ τῆς ἐξουσίας ἐστὶ τῆς αὐτοῦ τὰς τιμωρίας ἐπαγαγεῖν οἷς βούλεται. Κάνταῦθα τοίνυν τὸ πάθος καὶ τὸν θάνατον οἶνον εἰπὼν, καλῶς προστέθεικε τὸ εἶναι αἷμα τῆς σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ· ὡς ἂν τῷ τοῦ αἵματος ὀνόματι σαφέστερον δηλώσῃ τὸ πάθος. Στολὴν μὲν οὖν αὐτοῦ ὀνομάζει τὴν ληφθεῖσαν τοῦ δούλου μορφήν. Εὔδηλον δὲ, ὡς οἴνῳ πλύνεσθαι ἐσθῆτα οὐχ οἷόν τε· τοὐναντίον δὲ καὶ μολύνεται οἴνῳ εὐθὺς, ὡς καὶ δυσέκπλυτον εἶναι τὸν ἐξ αὐτοῦ μολυσμόν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ θάνατος πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ἀπόθεσίς ἐστι ζωῆς, τῷ δὲ Κυρίῳ οὐκ ἀπόθεσις ζωῆς, ἀλλὰ μετάστασις πρὸς ἑτέραν τινὰ κρείττονα γέγονε ζωὴν, εἰς ἣν ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς μετελήλυθε· διὰ τοῦτο λέγει, *Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἵνα εἴπῃ, ὅτι δέξεται τὸ πάθος οὐκ ἐπὶ τιμωρίᾳ, ὡς οἱ λοιποὶ, ἀλλ' ὡς πολὺ λαμπρότερος ἐξ αὐτοῦ φανῆναι, ἀθάνατος καὶ ἄφθαρτος γεγονώς. C

Vers. 10. — Nominato asino seu pullo, cui supersedit Dominus ante passionem suam, nunc et ipsam passionem memorat. *Lavabit in vino stolam suam*, et cætera. Scripturæ mos est vino pœnas et mortem figurare, uti in illo: *Calix in manu Domini vini meri* (*Psal.* LXXIV, 8), quasi dicat, Penes Deum est, pœnis affligere quoscunque voluerit. Quando igitur hic passionem et mortem vinum vocat, bene adjecit in sanguine uvæ esse amictum ejus, ut sanguinis nomine passionem manifestius declararet. Stolam autem appellat assumptam servi formam. Satis autem apparet vino vestes mundari non posse; imo vino protinus ita polluuntur, ut hæc pollutio non nisi difficillime deleri possit. At cum hominibus mors vitæ depositio, Domino autem non vitæ depositio, sed translatio ad aliam meliorem vitam, quam e mortuis resurgens accepit, ideo dicit: *Lavabit in vino stolam suam*, et cætera. His enim significat mortem Christo non ad pœnam dari, ut cæteris, sed ut exinde illustrior appareat, immortalis et incorruptibilis factus.

Στίχ. ιβ'. — *Χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα.* Ἐπειδὴ γὰρ τῶν οἴνῳ πολλῷ κεχρημένων ἔθος ὑφαίμους πως εἶναι τοὺς ὀφθαλμοὺς, τοῦτο λέγει, ὅτι κατὰ μὲν τὸ πάθος καὶ τὸν θανάτον ἀλλοίωσίν τινα φανεῖται δεξάμενος· τοσαύτην δὲ ἕξει ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν, ὡς γάλακτος φανῆναι λαμπρότερος. Ἀπὸ γὰρ τῶν ὀδόντων, ὡς ἀπὸ μέρους, τὸ πᾶν εἰπεῖν ἠβουλήθη· καὶ μάλιστα ἐπειδὴ πως ἀποκεκρυμμένους μὲν εἶναι τοῖς χείλεσι τοὺς ὀδόντας συμβαίνει, ἀναφαίνεσθαι δὲ διανοιγομένου τοῦ στόματος. Οὕτω δέ πως καὶ ἡ περὶ αὐτὸν λαμπρότης κεκρυμμένη κατὰ τὸν τοῦ θανάτου καιρὸν ἀναφανήσεται πᾶσι διὰ τῆς ἀναστάσεως. D

Vers. 12. — *Gratifici oculi ejus super vinum, et candidi dentes ejus quam lac.* Quando oculi hominum vino deditorum subcruenti videntur, indicat his Christum post passionem et mortem novam speciem accepturum. Adeo autem meliora sortietur ut lacte candidior appareat. Nam ex dentibus, tanquam ex parte, totum vult significare. Insuper quemadmodum dentes labiis occultantur et dein aperto ore apparent; ita etiam Christi candor tempore mortis occultatus, postea omnibus per resurrectionem apparebit.

Digitized by Google

FRAGMENTUM IN EXODUM.

CAP. XXVI.

Vers. 35. — Candelabrum erat symbolum diei a Deo perfecti. Unde etiam septem lucernas habebat, quibus hebdomas dierum figurabatur. Ita quidem constitutum erat prius tabernaculum. At simul omnia figura posterioris. Nam arca testamenti indicabat cultum et agnitionem Dei ; tabulæ autem testamenti quæ in arca, et virga Aaron significabant divinum cultum legis observatione et sacris ritibus perfici. Urna manna habens commendabat memoriam temporis, quo ita a Deo eruditi, manna in deserto vescebantur. Declarabat etiam aureum thuribulum gratam esse Deo et accceptam virtutem quæ his perficitur. Innuebat aurum ex omni parte nihil in terris Deo magis placere quam hominum circa pietatem studium. Cherubim quæ desuper erant, erant memoria invisibilium et ministratoriarum virtutum. Quas inter Deum versari decebat cum invisibilibus virtutibus, tanquam ministris, uti soleret, et per ea cuncta peragere quæ ad utilitatem animarum nostrarum pertinent.

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Στίχ. λε'. — Ἡ δὲ λυχνία σύμβολον ἦν τῆς ἀποτελουμένης παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμέρας. Ὅθεν καὶ ἐπὶ τοὺς φωστῆρας εἶχε, σύμβολον τῆς ἑβδομάδος τῶν ἡμερῶν. Οὕτω μὲν οὖν εἶχεν ἡ πρώτη σκηνή. Λέγει δὲ καὶ τὰ τῆς δευτέρας. Ἡ μὲν οὖν κιβωτὸς τῆς διαθήκης, τῆς τοῦ Θείου θεραπείας τε καὶ ἐπιγνώσεως σύμβολον ἦν· αἱ δὲ ἐν αὐτῇ πλάκες τῆς διαθήκης, καὶ ἡ τοῦ Ἀαρὼν ῥάβδος, τοῦτο ἐσήμαινον· τὸ τὴν περὶ τὸν Θεὸν θεραπείαν διά τε τῆς τῶν νομίμων πληροῦσθαι φυλακῆς, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἱερατείαν λειτουργίας. Ἡ δὲ τὸ μάννα ἔχουσα στάμνος, ὑπόμνημα ἦν τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ταῦτα παρὰ τοῦ Θεοῦ παιδευόμενοι, τὸ μάννα κατὰ τὴν ἔρημον διετρέφοντο. Τὸ μέντοι χρυσοῦν θυμιατήριον, σύμβολον τοῦ δεκτὸν εἶναι τῷ Θεῷ καὶ ἤδὺ τὴν ἀπὸ τούτων πληρουμένην ἀρετήν. Περὶ πάντα δὲ χρυσὸς, εἰς μήνυμα τοῦ πάντων εἶναι τῶν ἐπὶ γῆς τιμιωτέρων Θεῷ τὴν περὶ ταῦτα τῶν ἀνθρώπων ἐμμέλειαν. Τὰ δὲ ὑπεράνω τούτων Χερουβὶμ, μήνυμα τῶν ἀοράτων καὶ λειτουργικῶν δυνάμεων· ὧν ἐν μέσῳ τούτων τὸν Θεὸν χρηματίζειν συνέβαινεν· ἐπειδὴ καὶ ταῖς ἀοράτοις δυνάμεσι, διακόνοις κεχρῆσθαι τῷ Θεῷ ἔθος, καὶ διὰ τούτων πάντα πληροῦν τὰ εἰς ὠφέλειαν συντείνοντα τῶν ἡμετέρων ψυχῶν.

EJUSDEM THEODORI

EXPOSITIO IN PSALMOS.

Ex catena Corderiana in Psalmos, insertis suo loco fragmentis alias editis.

PSALMUS I.

Vers. 1.—*Theodori Antiocheni.* Cum Deus proprie beatus sit [Paulus enim ait : *Beatus ac solus potens (I Tim.* VI, 15)], hujus nos appellationis participes effecit, ut qui etiam fidelis dictus sit : *Fidelis* enim, inquit, *Deus, per quem vocati estis (I Cor.* I, 9). Et, *Deus fidelis, et non est iniquitas in ipso (Deut.* XXXII, 4). Sic etiam deos vocat, juxta illud : *Ego dixi : Dii estis (Psal.* LXXXI, 6). Nomen itaque *beati*, fructus est perfectionis in virtute.

PSALMUS II.

Vers. 1. — *Theodori Antiocheni.* Non dicit *gentes* absolute, ita ut omnino omnes comprehendi pute-

ΨΑΛΜΟΣ Α'.

Στίχ. α'. — *Θεοδώρου Ἀντιοχείας.* Κυρίως ὃ μακάριος ὢν ὁ Θεὸς (Παῦλος γάρ φησιν, *Ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης*), μετέδωκε ταύτης τῆς προσηγορίας ἡμῖν, ὡς καὶ πιστὸς καλούμενος. *Πιστὸς γὰρ*, φησὶν, *ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε.* Καὶ, *Θεὸς πιστὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ.* Οὕτως καὶ θεοὺς καλεῖ, κατὰ τὸ, *Ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε.* Τὸ οὖν *μακάριος* ὄνομα, τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος ὑπάρχει καρπός.

ΨΑΛΜΟΣ Β'.

Στίχ. α'. — *Θεοδώρου Ἀντιοχέως* (1). Οὐ λέγει, *τὰ ἔθνη*, μετὰ τοῦ ἄρθρου, ἵνα πάντας περιλαμβάνε-

(1) Speravi quidem majores me partes editurum commentariorum Theodori Mopsuesteni ad Psalmos; verumtamen non semel comperi reliquias ejus in catenis obvias, modo esse Theodori incerti, modo etiam Theodoreti ; præter multas a Corderio præoccupatas. Itaque ne quid ambiguum ederem, illa tantum mihi segmenta vindicavi (*i. e. fragm. in psal.* II, III, V, VI, VII, VIII, IX, XI, XII, XIII, XV, XVI, XVII, XXVI, XXVIII, XXIX, XL, XLII, *quæ suis locis interseruimus.* Ed. Patr.), quæ *Theodori* nominatim *Antiocheni* nomen gerebant, quo titulo semper intelligi Theodorum illum, qui fuit Mopsuestiæ episcopus, exploratum est. Edita item ab aliis recudenda non judicavi ; et cum otio minime abundem, duos tantum evolvi codices, nempe præstantem ac veterem Vat. 754 (A), et recentiorem, sed multo copiosiorem Vat. 1682 (B). Latinam denique brevium horum excerptorum translationem aliis si volent faciendam permisi. Mihi integrum in prophetas commentarium de Græco Latinum fecisse satis est. (Mai, *Bibl. nov. Patr.*, VII, 390.)

Digitized by Google

σθαι νομίσῃς, ἀλλ', *ἔθνη*, ἐπὶ μερικόν τι ἄγων τὴν ἔννοιαν· ἐπειδὴ γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι λαβόντες [τὸν Χριστόν], τοῖς ἔθνεσιν αὐτὸν ἐξέδωκαν, διὰ τοῦτο ταῦτά φησιν· Τίς ἡ τοσαύτη αἰτία, ἢ τί τὸ γεγονὸς, ὡς καὶ τοὺς λαοὺς συγκινηθῆναι κατ' αὐτοῦ, καὶ εἰς χεῖρας αὐτὸν παραδοθῆναι τῶν ἐθνῶν; Τὸ δὲ, *Ἐφρύαξαν*, ἀντὶ τοῦ, Ἠλαζονεύοντο.

Στίχ. ζ'. — Πρὸ αἰώνων Υἱὸς, σήμερον γεννᾶται γενόμενος ἄνθρωπος.

Στίχ. θ'. — Οὐχ ὥστε ἀπολέσαι καὶ ἀναλῶσαι συντρίβει, ἀλλ' ὥστε ἀναπλάσαι· πρὸς τοῦτο γὰρ σκοπὸς τῷ κεραμεῖ, συντρίβειν τὰ οἰκεῖα σκεύη, ὅταν μὴ ὑγιῆ καὶ ἀκέραιον σώζῃ τοῦ καραμέως τὴν διάπλασιν, οὐδέπω πυρὶ προσωμιληκότα· τούτοις δὲ μαρτυρεῖ καὶ ὁ μακάριος Ἱερεμίας ὁ προφήτης λέγων ὡς ἐκ Θεοῦ· *Ἢ καθὼς ὁ κεραμεὺς οὗτος οὐ δυνήσομαι τοῦτο ποιῆσαι ὑμῖν, οἶκος Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος*; τουτέστι, οὕτως καὶ διαπεσόντας ἀναπλάσαι, καὶ πάλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαταστῆσαι.

Στίχ. ια'. — Ἐπειδὰν γὰρ φοβηθέντες τὸν Δεσπότην, τὰ προσήκοντα διαπραξώμεθα, πλείστην ἐκ τῶν πραχθέντων ἡμῖν ἔχομεν τὴν εὐφροσύνην ἐγγινομένην, τοῦ συνειδότος ἀγαθοῦ μὲν τυγχάνοντος, μείζονα δὲ ἐμοὶ τούτου τὴν χαρὰν παρεχομένου. Ἐν *τρόμῳ* δὲ, τουτέστιν ἐν κατανύξει, μή ποτε ἡ τοῦ Θεοῦ χαρὰ εἰς τὴν τοῦ κόσμου μεταπέσῃ χαράν.

Στίχ. ιβ'. — Ἀπρὶξ ἡμᾶς ἔχεσθαι τῆς τοῦ Κυρίου διδασκαλίας βουλόμενος, εἰκότως τῇ τοῦ *δράξασθε* φωνῇ κέχρηται.

ΨΑΛΜΟΣ Γ'.

Στίχ. γ'. — Τοῦτο φανερώτερον δείκνυσιν, ἐπὶ τοῦ Δαυὶδ λέγεσθαι δεῖν τὸν ψαλμόν. Τὸ γὰρ ἐπανίστασθαι κυρίως λέγεται ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν ἐν ὑπηκόων τάξει καθεστώτων, μετὰ δὲ ταῦτα πόλεμον ἀραμένων.

ΨΑΛΜΟΣ Ε'.

Στίχ. θ'. — Τὸ, *Ὁδήγησόν με*, καὶ τὸ, *Κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου*, τὸ αὐτὸ λέγει ἀντὶ τοῦ, Ἐπανάγαγε· τὸ γὰρ, *Ἐνώπιόν σου*, ἀντὶ τοῦ, Πρὸς σέ μου κατεύθυνον τὴν ὁδὸν, ἵνα ἐπανέλθω πρὸς σὲ κατὰ τὴν Ἰουδαϊκὴν ὑπόληψιν, ὡς ἐν τῷ Σιὼν ὄρει τοῦ Θεοῦ διάγοντος. Τὸ οὖν, *Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου*, διὰ μέσου πρὸς ἀμφότερα ἔχον τὴν ἀνταπόδοσιν (*Ἐπανάγαγε* γάρ *με*, φησὶν, ὥστε ἀπαλλάξαι τῶν κατεχόντων ἐχθρῶν, καὶ ἐπειδὴ εἶπεν, *Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου*, τουτέστιν καθὼς ἔθος σοί ἐστιν κρίνειν δικαίως), δείκνυσιν εὐθὺς ὅπως αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι δίκαιον τῶν ἐχθρῶν· ἀπὸ τοῦ ἐκείνου τρόπου τὴν ἀπόδειξιν ποιούμενος.

ΨΑΛΜΟΣ Ϛ'.

Στίχ. β'. — Ἐξομολογεῖται τῷ Θεῷ ὁ μακάριος Δαυὶδ περὶ τῆς ἰδίας ἁμαρτίας, ἣν εἰργάσατο συγκαθευδήσας τῇ Βερσαβεέ. Λέγει δὲ ταῦτα ἐν συμφοραῖς ὢν, ἐν αἷς καὶ ἐξητάζετο διὰ τὴν ἁμαρτίαν.

Τὸ αὐτὸ μειζόνως εἶπεν· τὸ μὲν γὰρ, *Ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου*, τὸ ἰσχυρὸν τοῦ συντριμμοῦ καὶ τῆς ταραχῆς παρίστησιν· τὸ δὲ, *Καὶ ἡ ψυχή μου ἐτα-*

tis, sed *gentes*, quamdam exceptionem subintelligens : cum Judæi (Christum) apprehensum gentibus tradiderint, propterea hæc inquit : Quæ ista causa, aut quodnam factum, ut populi contra ipsum commoverentur, atque in manus gentium traderetur? *Fremuerunt* autem pro gloriati sunt.

VERS. 7. — Qui ante sæcula erat Filius, hodie nascitur homo factus.

VERS. 9. — Non ad destructionem ac ruinam confringit, sed ad restaurationem : ad hoc enim agit figulus, vasa domestica confringens, cum opus figmenti, nondum igne coctum, nec solidum nec purum salvaverit : his testificatur quoque beatus Jeremias propheta ex Deo loquens : *Nunquid sicut figulus iste non potero hoc facere vobis, domus Israel, dicit Dominus?* (*Jer.* XVIII, 6.) Hoc est dirutos restaurare et in pristinum statum restituere.

VERS. 11. — Cum, Dominum timentes, recte agamus, plurimam ex factis nostris lætitiam referimus, conscientia bona maximum semper gaudium præbente. In *tremore* autem, hoc est in compunctione, nequando Dei gaudium in gaudium mundi relabatur.

VERS. 12. — Vehementer nos Domini doctrinam amplecti volens, merito voce *apprehendite* utitur.

PSALMUS III.

VERS. 2. — Hoc manifestius ostenditur sub David hunc psalmum fuisse scriptum. Hoc enim *insurgunt* proprie dicitur de his qui, primum in ditionem sapienter redacti, bellum postea moverunt.

PSALMUS V.

VERS. 9. — *Deduc me* et *dirige in conspectu tuo viam meam*, hoc dicit pro Reduc me : etenim *In conspectu tuo* pro *Ad te dirige viam meam*, ut redeam ad te secundum Judaicam mentem, quasi in montem Sion adducente Domino : *propter inimicos meos* interim duplex mihi retributio erat : *Reduc* enim *me*, inquit, ita ut ab inimicis qui ceperunt me salvus fiam, et postquam dixit *In justitia tua*, hoc est secundum morem tuum judicandi, statim ostendit quomodo sit justum se ex inimicis salvari, modo suo rationem afferens.

PSALMUS VI.

VERS. 2. — Confitetur Deo beatus David de suo peccato quod fecerat cum Bersabee dormiendo. Hæc autem dicit cum esset in adversitatibus quibus propter peccatum probabatur.

Idem fortius dixit : hoc namque, *Conturbata sunt ossa mea*, magnitudinem contritionis et conturbationis ostendit : *Et anima mea turbata est valde*, hoc

Digitized by Google

est, quæ corpus meum contrivit, usque ad ipsam animam penetravit conturbatio.

PSALMUS VII.

VERS. 4. — *Si feci istud* quod nunc patior, hoc est, si inique egi : unde apertius addit dicens : *Si est iniquitas in manibus meis*, pro si inique agens inventus sum, si reddidi retribuentibus mihi mala : quod majus est secundo loco semper post minus ordinat : atqui non incipere injustitias, quod majus est quam inique agentes sustinere, secundo loco dicit.

VERS. 7. — Non quod ipse exaltatur, non enim exaltatione indiget, sed quod in nostro cogitatu de ipso idea talis inest ; cum aliquid terribile signum faciat : propterea dicit, *In finibus inimicorum meorum ;* hoc est, ultione tua omnes inimicos circumdans, notam fac magnitudinem tuam et fortitudinem : inde enim maxime celebrabatur, in omnes ultionem exercendo.

VERS. 8. — Cum in seipsum tempore Absalom divisum esset regnum, aliis Davidi, aliis Absalom adhærentibus, consequenter dixit, Insurgentibus in me judicia exercentibus secundum tuum mandatum ; rursum autem congregabuntur (populi) in unum, debitas tibi reddentes gratias : propter hoc enim excelsus videberis.

VERS. 9. — Nec innocentem nec justum se dicit, sed nihil mali egisse : porro quemadmodum, inquit, male cum illis non egi, malum vero nunc ab illis patior, ita me judica innocentem, gratis nec juste patientem.

VERS. 10. — Loco *consumetur, perficietur* posuit Symmachus. Sive vanitas sive malum male viventes maneat, studiosi virtutis cultores, inquit, sibi bonum exitum parabunt.

VERS. 17. — Hæc mihi aperte atque de verbo ad verbum in Achitophel impleta esse videntur. Etenim cum Chusai consilio e scopo suo dejectus fuisset, vir inter omnes præclarus, invidiam non potuit sustinere, futuri prævidendi peritus, Absalomque prodita esse negotia, seque nunquam e manibus Davidis liberandum esse prospiciens, in domo sua suspendio seipsum tradit, ac omnia quæ suis consiliis genuerat, colligens ac congregans eadem pravitate qua contra Davidem, in propria pernicie parturivit. *Profundiorem*, inquit, *lacum aperuit*, ex metaphora dolum alitudinemque consilii significans.

VERS. 18. — Ego autem talem a Deo expertus providentiam, hoc beneficium in æternum cantabo, et narrabo justitiam judiciorum ejus.

PSALMUS VIII.

VERS. 3. — In hoc quoque Christum nobis prophetat beatus David. Ex inspiratione Spiritus, quomodo eum laudaturi sint in templo infantes, lactentes cæterique parvuli, prædicat : quidam dicunt,

A *ράχθη σφόδρα*, τουτέστι, Συντρίψασά μου τὸ σῶμα, διέδυ μέχρις αὐτῆς τῆς ψυχῆς ἡ ταραχή.

ΨΑΛΜΟΣ Ζ'.

Στίχ. δ'. — *Εἰ ἐποίησα τοῦτο* ὃ νῦν πάσχω, τουτέστιν, Εἰ ἠδίκησα· ὅθεν φανερώτερον ἐπάγει λέγων· *Εἰ ἔστιν ἀδικία ἐν χερσί μου*, ἀντὶ τοῦ, Εἰ εὑρημαί τι ἄδικον ἐργασάμενος, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά· ἀεὶ τὸ μεῖζον δεύτερον τάττει τοῦ ἐλάττονος· μεῖζον τοίνυν ὂν τοῦ ἀδικοῦντας ὑποφέρειν, τὸ μὴ ἄρξαι ἀδικίας, δεύτερον λέγει.

Στίχ. ζ'. — Οὐχ ὅτι αὐτὸς ὑψοῦται (οὐ γὰρ προσδεῖται ὑψώσεως), ἀλλ' ὅτι ἐν ταῖς διανοίαις ἡμῶν τοιαύτη ἐγγίνεται ἔννοια περὶ αὐτοῦ, ἐπειδάν τι ποιήσῃ φοβερὸν σημεῖον· διὰ τοῦτο λέγει, *Ἐν τοῖς πέρασι*
B *τῶν ἐχθρῶν μου*, τουτέστι, Πάντας περιλαβὼν τῇ τιμωρίᾳ τοὺς ἐχθροὺς, γνώριμον ἅπασιν τὸ ὑψηλόν σου καὶ τὸ ἰσχυρόν· τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐγνωρίζετο ἐκ τοῦ πάντας τιμωρηθῆναι.

Στίχ. η'. — Ἐπειδὴ διῃρέθη πρὸς ἑαυτὴν ἐπὶ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἡ βασιλεία, τῶν μὲν τῷ Δαυὶδ, τῶν δὲ τῷ Ἀβεσσαλὼμ προσκειμένων, ἀκολούθως εἶπεν, ὅτι Τῶν ἐπαναστάντων μοι δίκην δεδωκότων κατὰ τὸ πρόσταγμα τὸ σὸν, ἅπασα μὲν ἦν νῦν τοῖς λαοῖς ἐνουσα... παυθήσεται, συναχθήσονται δὲ πάλιν εἰς ἕν, τὰς καθηκούσας σοι εὐχαριστίας ἀποδιδόντες· διὰ γὰρ τοῦτο ὑψηλὸς δειχθήσῃ.

Στίχ. θ'. — Ἀκακίαν δὲ οὔτε τὴν ἁπλότητα, ἀλλὰ τὸ μηδὲν ἐργάσασθαι κακὸν λέγει. Ὥσπερ τοίνυν, φησὶν, ἐγὼ κακῶς μὲν αὐτοὺς οὐ διέθηκα, πάσχω δὲ
C νῦν ὑπ' ἐκείνων κακῶς· οὕτω μοι κρῖνον ἀδικουμένῳ μάτην, καὶ μὴ δικαίως πάσχοντι.

Στίχ. ι'. — Ἀντὶ τοῦ *συντελεσθήτω*, *ἀπαρτισθήτω* ὁ Σύμμαχος τέθεικεν· Ἡ[ν] ματαία, φησὶν, δειχθείη τῶν κακίᾳ συζώντων ἡ πονηρία, σπουδαιότερον [οἱ] τῆς ἀρετῆς τρόφιμοι τὴν προκειμένην αὐτοῖς πορείαν ποιήσονται.

Στίχ. ιζ'. — Ταῦτά μοι δοκεῖ ῥητῶς καὶ κατὰ λέξιν πεπληρῶσθαι ἐπὶ τοῦ Ἀχιτόφελ. Κατὰ γὰρ τὴν τοῦ Χουσὶ συμβουλίαν ἐκπεσὼν αὐτὸς τοῦ σκοποῦ, ὡς ἂν παρευδοκιμηθεὶς, καὶ μὴ οἷός τε φέρειν τὸν φθόνον, καὶ προορῶν, ἅτε δεινὸς ὢν καταστοχάζεσθαι τὸ μέλλον, ὡς προδέδοται τὰ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ πράγματα, μέλλει τε ὅσον καὶ αὐτὸς οὕπω ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ ἀπολλάττεσθαι, γενόμενος ἐν τῇ οἰκείᾳ αὐτοῦ ἀγχόνῃ ἑαυ-
D τὸν παραδίδωσιν, καὶ πάντα ὅσα τοῖς ἑαυτοῦ λογισμοῖς ὠδίνησεν, συνάγων καὶ συλλαμβάνων ἐν τῇ ἑαυτοῦ πονηρίᾳ, ὥσπερ μετὰ πονηρίας κατὰ τοῦ Δαυὶδ ταῦτα ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ ἑαυτοῦ ἀπέτεκεν. *Βαθυτέραν*, φησὶν, *εἰργάσατο τὴν ἐπιβουλὴν*, ἐκ μεταφορᾶς τὸ δολερὸν καὶ βαθὺ τῆς βουλῆς παραστήσας.

Στίχ. ιη'. — Ἐγὼ δὲ τοσαύτης παρὰ τοῦ Θεοῦ προνοίας τυχὼν, ὑμνήσω τὸν εὐεργέτην διηνεκῶς, τῆς κρίσεως τὸ δίκαιον διηγούμενος.

ΨΑΛΜΟΣ Η'.

Στίχ. γ'. — Καὶ ἐν τούτῳ τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν ἡμῖν προφητεύει ὁ μακάριος Δαυὶδ· προαναφωνεῖ ἐκ[τ]ῆ[ς] τοῦ Πνεύματος ἐνεργεία[ς], ὡς ἂν ὑμνήσωσιν αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ οἱ παῖδες, οἵ τε [οἱ] ὑπομάζιοι καὶ οἱ ἔτερ[οι]

Digitized by Google

νήπιοι· φασὶ δέ τινες καὶ εἰς τὸν κοινὸν εἰρῆσθαι ἄνθρωπον ἐν τῇ τῶν Σκηνοπηγίων ἑορτῇ τοῦτον [λελέχθη] τὸν ψαλμὸν ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δαυΐδ, καθ' ὃ ἡ τῶν καρπῶν συγκομιδὴ γίνεται· καὶ διὰ τοῦτο ἐπιγέγραπται, *Παρὰ τῶν ληνῶν*.

A et hæc est sententia communis, hominem interrogatum fuisse in Scenopegiæ festo, hunc psalmum a Davide fuisse compositum pro tempore quo fructuum fit collectio : ideo *Pro torcularibus* inscribitur.

ΨΑΛΜΟΣ Θ'.

Στίχ. β'. — Μετὰ γὰρ τὴν διήγησιν τῶν σῶν θαυμασίων, προσέσται μοι καὶ τὸ εὐφραίνεσθαι ἐπὶ σοὶ, ἀναμιμνησκομένῳ τῆς σῆς εὐεργεσίας.

Στίχ. ε'. — Σύμμαχος, *Ἔδρασε κρίσει τὸν θρόνον αὐτοῦ*, τουτέστι, Βεβαίαν τὴν κρίσιν ταύτην ἐποιήσατο, καὶ μεταβολὴν τὰ ὑπ' αὐτοῦ κριθέντα οὐκ ἐπιδέχεται (1).

Στίχ. ι'. — Ἀντὶ τοῦ, Καὶ γενήσεται καταφυγή· τοῦτο γὰρ ἡ ἀκολουθία βούλεται· ἐνήλλακται δὲ ὁ χρόνος. Εὔκαιρος γὰρ ἡ βοήθεια, κατὰ τὸν τῆς θλίψεως γινομένη καιρόν.

Στίχ. ιδ'. — Κάνταῦθα πάλιν ὑπαλλαγὴ χρόνου, ἀντὶ τοῦ Ἠλέησεν γάρ, *Ἐλέησον*, φησὶν· οὕτως καὶ Ἀκύλας φησίν· *Ἐδωρήσατό μοι· Κύριος εἶδεν κακουχίαν μου*· τοῦτο δὲ καὶ ἡ ἀκολουθία βούλεται.— Τοῦτο, φησὶν, ἐστὶ τὸ τέλος τῶν ἀγαθῶν, ἡ τῆς φθορᾶς ἀπαλλαγὴ, καὶ τοῦ θανάτου κατάλυσις, ἧς ἀπολύοντες εἰς ἀεὶ τὰς σὰς εὐεργεσίας ὑμνήσωμεν.

Στίχ. ιε'. — *Πύλας θανάτου* τὸν κίνδυνον καλεῖ τὸν ἄγοντα ἐπὶ τὸν θάνατον. — *Σιὼν* καλεῖ τὴν ἐπουράνιον πόλιν, ὡς ὁ μακάριος Παῦλος ἐδίδαξεν· πύλας δὲ ἐκείνης τὰς ἁπανταχοῦ γῆς Ἐκκλησίας, δι' ὧν εἰς ἐκείνην εἰσίασιν οἱ πιστεύοντες. Ἐνταῦθα τοίνυν, φησὶν, ἀγαλλόμενοι καὶ χορεύοντες ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν τῆς ἀναστάσεως, τὸν τούτων πρόξενον ἀνυμνήσωμεν· καὶ ἐπειδὴ τῆς τοῦ θανάτου καταλύσεως ἐμνημόνευσεν, εἰκότως ἐπήγαγεν. — (2) Διὰ τὴν ὑπερβολὴν, φησὶν, τῆς ὑπερηφανίας αὐτοῦ καὶ τοῦ θυμοῦ τοῦ κατὰ τῶν πενήτων, οὐκ ἐκζητεῖ τὸν Δεσπότην, οὐδὲ νοεῖ ὅτι ἀπαρέσκον αὐτῷ τὸ γινόμενον. — Ἐναλλαγὴ κἀνταῦθα χρόνου, ἀντὶ του, Κατακυριεύει· *τὸ γὰρ γινόμενον* ὑπὸ τοῦ ἀδικοῦντος διηγεῖται, ἀντὶ τοῦ, *διὰ τοῦτο πάντων κρατεῖ*, καὶ πάντας ἀφειδῶς ἀδικεῖ. Σαφέστερον δὲ Σύμμαχος εἶπεν· *Πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐκφυσᾷ*. — (3) Σαφέστερον τοῦτο ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· *Οὐ περιτραπήσομαι εἰς γενεὰν καὶ γενεάν, οὔτε ἔσομαι ἐν κακώσει*· καὶ ταύτῃ κέχρηται τῇ θρασύτητι, καὶ ἡγεῖται μηδὲν δεινὸν ὑποστήσεσθαι, πάντα μετιὼν τῆς κακίας τὰ εἴδη.

Στίχ. ις'. — Οἷς (4) ἐμηχανήσαντο, φησὶ, καθ' ἡμῶν οἱ πολέμιοι, τούτοις ἑάλωσαν αὐτοί. Ἀντὶ τοῦ, *Ἅπερ ἐσπούδαζον καθ' ἡμῶν, ταῦτα ἔπαθον*.

PSALMUS IX.

VERS. 2. — Etenim post narrationem mirabilium tuorum, mihi beneficiorum tuorum reminiscenti lætari quoque superest.

VERS. 5.— Symmachus *Judicio stabilivit thronum ejus*, id est, Firmum hoc judicium fecit. mutationemque judicia illius non norunt.

VERS. 10. — Loco *fiet refugium*, hoc enim vult contextus, tempus mutatum est. Opportunum enim est adjutorium quod tempore tribulationis advenit.

VERS. 14. — Deinde iterum mutatio temporis ; loco enim misertus est, *miserere* dicit : sic et Aquila dicit *donavit mihi : Dominus vidit humilitatem meam :* hoc enim vult quoque contextus. Illud, inquit, est summa bonorum, malorum remotio, liberatioque mortis a qua liberati in æternum tua beneficia cantabimus.

VERS. 15. — *Portas mortis* periculum ad mortem ducens vocat. *Sion* vocat Jerusalem cœlestem, sicut beatus Paulus docuit. Portas autem hujus orbis terrarum ecclesias, per quas in illam intrant credentes : ibi ergo, inquit, lætantes et exsultantes in spe resurrectionis, horum bonorum Domino cantabimus : cumque mortis liberationis fuit recordatus, nos bene deduxit. Propter excessum, inquit (Psal. II), superbiæ ejus atque iræ adversus pauperes, non quærit Dominum, nec putat displicere illi quod factum est. Hic quoque mutatio temporis, loco *dominabitur : quod factum est* enim ab iniquo dicitur, loco *propter hoc omnium dominatur*, et omnes inique persequitur. Clarius autem Symmachus dixit, *Omnes hos suos inimicos exsufflat.* Illud apertius explanavit Symmachus, *Non movebor in generationem et generationem, nec ero in malo* (v. 6) : hacque agit audacia, confiditque nihil terribile esse superventurum, post omnes species malitiæ festinans.

VERS. 16. — Iis, inquit, quæ machinati fuerant contra nos inimici nostri, iisdem ipsi capti sunt. Id est, Ea quæ contra nos comminiscebantur, ipsi passi sunt.

ΨΑΛΜ. ΕΒΡΑΙΚ.

Στίχ. δ'. — Ἐν τούτῳ γὰρ μάλιστα, φησὶ, *Παρώξυνε τὸν Δεσπότην ὁ ἀσεβὴς*, ἐν τῷ τολμῆσαι ἐννοῆσαι περὶ αὐτοῦ ὅτι ἐκδίκησιν τῶν ἀδικουμένων οὐ ποιεῖται.

PSAL. HEBR.

VERS. 4. — Hic enim multum dicit *exacerbavit Dominum impius*, cum de ipso (Deo) fore ut non ulciscatur iniqua agentes cogitare audet.

(1) Grammaticalem temporum enallagen sæpe adnotavit apud prophetas noster Theodorus, qui et in sua psalmorum explanatione, ut nunc et posthinc fit, de eadem se lectores admonuisse narrat. MAI.

(2) Verba sequentia referenda videntur ad psal. x secundum Hebr., vers. 2, 5, 6. EDIT.

(3) Psal. Hebr. verss. 6.

(4) Ex Corderio.

Digitized by Google

Vers. 14. — Hæc verba sunt ex inversione : loco enim *quoniam videns*, *vides* legitur ; eo quod sic vult textus Hebraicus : cum enim de iniquis dixit : *Dixit enim in corde suo : Non requiret*, adduxit, *Vides quoniam tu laborem et dolorem consideras*, quasi volens ad Deum dicere iniquum usque eo venisse ut diceret, non tibi esse curam de iniquis, nec delicta requirere, cum eorum furorem ac malitiam videns, non cito ad ultionem exeas, sed *consideras*, id est, moraris, usquedum ex multitudine delictorum seipsos in tuas manus tradant, iniquitatum suarum numero in seipsos vindictam concitante : hoc dicit ex metaphora eorum qui usque ad unum vel secundum delictum non sistunt, sed quos multa delicta ad tribunalia ducunt, ubi iniquorum frequentia adest : vult autem Dei longanimitatem ostendere.

Vers. 17. — *Desiderium* hic pro *prece* posuit, quia quæ desideramus fieri, in eorum postulatione instamus.

PSALMUS XI.

Vers. 3. — *Vana* pro *dolosa* : communiter enim vana vocat omnia quæ non decent, sicut bona quæ ab agentibus recte fiunt. — Cum dolo, inquit, unusquisque loquitur ad proximum, sicque labiis utens in cor proximi mendacia immittit : illeque iterum similiter similia remittit, inde reliquum est ut illis vindictam minetur.

Vers. 5. — Dicunt scilicet, inquit, in potestate nostra esse quæ volumus loqui : quem enim dominum habemus qui timendus sit? Hoc autem dicit non quasi sic illis omnino loquentibus, sed ratione agendi ostendentibus omnia sic sine ullo timore facere, quasi nullus esset judex.

Vers. 9. — Cum undique ab impiis circumdemur, nentiquam aliter liberari, nisi Deo adjuvante, possumus.

PSALMUS XII.

Vers. 2. — In solitudine sua bene mentem ad Deum elevabat, atque in animo contrito tremenda ejus judicia meditabatur : Num mihi propitius fuit Deus? Num ira ejus quievit? Iratusne est adhuc? aliaque hujusmodi. Sic ergo loquitur : Usquequo hæc meditabor, et ponam consilia? *Donec avertis faciem*, inquit, id est, irasceris contra me, necesse est post hæc cogitare, hæcque meditari. Loco hujus Symmachus dixit : *Curam in corde meo quotidie*. Hæc autem scripsit (Psalmist.) ad nostram admonitionem, quomodo pœnitere oporteat peccatorum docens his verbis, quibus ut medicinis utendum est.

Vers. 3. — Deo propter peccatum pati consentiente, fortes interim erant inimici adversus illum,

(1) Mai ibid. p. 392.

Στίχ. ιδ'.— Πρωθύστερόν ἐστι τὰ ῥήματα· ἀντὶ γὰρ τοῦ, Ὅτι βλέπεις, κεῖται, *Βλέπεις*· ὅτι τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας γεγένηται τοῦ Ἑβραϊκοῦ· ἐπειδὴ γὰρ περὶ τῶν ἀδικούντων εἶπεν τὸ, *Εἶπεν γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, Οὐκ ἐκζητήσει*, ἐπήγαγεν τὸ, *Βλέπεις*, ὅτι σὺ *πόνον καὶ θυμὸν κατανοεῖς*, τοῦτο βουλόμενος ὡς πρὸς τὸν Θεὸν εἰπεῖν, ὅτι Προῆλθε δὲ ἐκεῖνος ὁ ἄδικος ταῦτα λογίσασθαι, ὅτι μὴ μέλει σοι περὶ τῶν ἀδικουμένων, μηδὲ ἐκζητεῖς τὰ γινόμενα, ἐπειδὴ ὁρῶν αὐτῶν τὴν ὀργὴν καὶ τὴν πονηρίαν, οὐκ εὐθὺς ἐξέρχῃ τοῖς γινομένοις, ἀλλὰ *κατανοεῖς*, τουτέστι μένεις, ἕως ἂν ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἰδίων κακῶν ἑαυτοὺς ἐκεῖνοι ταῖς σαῖς παραδῶσιν χερσὶν, τὸ πλῆθος τῆς οἰκείας ἀδικίας ἐπισπασάμενοι καθ' ἑαυτῶν τὴν τιμωρίαν· τοῦτο δὲ λέγει ἐκ μεταφορᾶς τῶν μέχρις μὲν ἑνὸς καὶ δευτέρου κακοῦ μὴ ἱσταμένων, τὸ δὲ πλῆθος τῶν γινομένων ἑαυτοὺς ἀγόντων εἰς τὰ δικαστήρια τὸ τῶν ἀδικουμένων πλῆθος· βούλεται δὲ δεῖξαι τοῦ Θεοῦ τὴν μακροθυμίαν.

Στίχ. ιζ'. — *Ἐπιθυμίαν* ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ, τὴν προσευχὴν, λέγει· ἐπειδὴ ἅπερ ποθοῦμεν γίγνεσθαι, ταῦτα καὶ εὔχεσθαι φιλοῦμεν.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΑ'.

Στίχ. γ'. — *Μάταια* (1) ἀντὶ τοῦ, δολερά· κοινῶς δὲ μάταια οἶδεν ἅπαντα καλεῖν τὰ ἄτοπα, ὡς εἰκὸς παρὰ τῶν πραττόντων γινόμενα. — Μετὰ δόλου, φησὶν, ἀλλήλοις προσδιαλέγονται, καὶ οὕτως τοῖς χείλεσι χρώμενος εἰς τὴν τοῦ πέλας καρδίαν τὰ ψευδῆ παραπέμπει· κἀκεῖνος πάλιν ὁμοίως ἀντιπέμπει τὰ ὅμοια· ἐντεῦθεν λοιπὸν αὐτοῖς ἀπειλεῖ τιμωρίαν.

Στίχ. ε'. — Λέγουσιν γὰρ, φησὶν, ὅτι ἐπ' ἐξουσίας ἡμῶν ἐστιν ἃ βουλόμεθα φθέγγεσθαι· τίνα γὰρ ἔχομεν δεσπότην, ὃν καὶ δεῖσαι δεῖ; τοῦτο δὲ [οὐχ] ὡς πάντως λεγόντων ἐκείνων φησὶν, ἀλλ' ὡς τῷ πράγματι δεικνύντων τὸ οὕτως ἀδεῶς ἅπαντα πράττειν, ὡς οὐκ ὄντος κριτοῦ.

Στίχ. θ'. — Ἐπειδὴ τοὺς ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν κυκλωθέντας οὐκ ἔνεστιν ἑτέρως τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν εὑρασθαι μὴ τῷ Θεῷ βοηθῷ χρώμενο[υ]ς.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΒ'.

Στιχ. β'.— Εἰκὸς ἦν αὐτοῦ τούτου μόνον φροντίζοντα τοῦτον Θεὸν ἔχει[ν], καὶ κατηλλαγμένον ἑκάστοτε διαλογίζεσθαι φοβούμενον ἐν τῇ ψυχῇ· Ἆρα κατήλακταί μοι ὁ Θεός; ἆρα πέπαυται τῆς κατ' ἐμοῦ ὀργῆς, ἢ ὀργίζεται ἔτι; καὶ ὅσα τοιαῦτα. Τοῦτο οὖν φησιν· Ἕως πότε τὰ τοιαῦτα ἐνθυμηθήσωμαι, καὶ βουλεύσωμαι; *Μέχρι ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον*, φησὶν, τουτέστιν ὀργίζῃ κατ' ἐμοῦ, ἀνάγκη με ταῦτα ὑποπτεύειν καὶ ταῦτα λογίζεσθαι· ἀνθ' οὗ Συμμαχος ἔφη, *Μέριμναν ἐν τῇ καρδίᾳ μου καθ' ἡμέραν*· ταῦτα δὲ ἐγράφη πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, πῶς δεῖ μετανοεῖν ἐφ' ἁμαρτήμασιν ἐκδιδάσκοντα τοῖς παροῦσι ῥήμασιν, οἷα δὲ φαρμάκοις χρωμένους.

Στίχ. γ'. — Τοῦ Θεοῦ πάσχειν συγκεχωρηκότος διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἰσχυροὶ μὲν ἦσαν οἱ πολέμιοι κατ'

Digitized by Google

αὐτοῦ· πάντες δὲ μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας τὰ δοκοῦντα διατιθέασαν· ἦσαν δὲ τότε οἱ περὶ τὸν Ἀβεσσαλὼμ πολεμοῦντες αὐτόν· τοῦτο οὖν φησιν· *Μέχρι πότε οἱ ἐχθροὶ ὑψηλοὶ κατ' ἐμοῦ ἔσονται;* A omnesque cum omni fiducia, quæ sibi placebant .nstituebant. Erant autem ex partibus Absalom qui adversus illum præliabantur; ideo dicit : *Usquequo inimici exaltabuntur contra me?*

ΨΑΛΜΟΣ ΙΓ'.

Στίχ. ς'. — *Πτωχοῦ* τοῦ Ἐζεκίου ἐνταῦθα λέγει, διὰ τὸ ὀλίγους ἔχειν τοὺς ὑπ' αὐτόν. Βουλὴν δὲ ἦν συνεβούλευσεν τοῖς Ἰουδαίοις, λέγων καταφρονεῖν μὲν ἐκεῖνον, πεποιθέναι δὲ ἐπὶ τὸν Δεσπότην· ὑμεῖς μέν, φησὶν, ἐγελᾶτε τὴν βουλὴν αὐτοῦ, ὁ δὲ Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ ἐστιν.

Στίχ. ζ'. — Ἐπειδὴ καὶ τὰς θυσίας ἐν τῷ ὄρει Σιὼν ἀναφέρειν προστεταγμένοι ἦσαν, καὶ τὰς προσφορὰς καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν λατρείαν ἐκεῖ ἐπιτελεῖν ἦσαν νενομοθετημένοι, εἶχόν τε δόξαν ὡς ἐκεῖ καὶ τοῦ Θεοῦ τυγχάνοντος· διὰ τοῦτό φησιν, *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ;* τουτέστιν, Τίς ἀπὸ τοῦ Σιὼν ὄρους παρέξει τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν βοήθειαν ἡμῖν; ἵν' εἴπῃ, Ὁ Θεὸς, κατὰ ἀποσιώπησιν, ὡς ὁμολογούμενον σημήνας τὸ μηδὲν ἕτερον εἶναι ἐν τῷ Σιὼν τὸν σώζειν ἀπὸ κινδύνων, ἢ Θεὸν μόνον. B

PSALMUS XIII.

Vers. 6. — Hæc dicit de Ezechia, *inope* causa paucorum sibi subditorum. Consilium quod dederat Judæis dicens illum (*Sennacherib*) spernere, seipsum vero in Domino confidere. Vos autem, inquit, consilio ejus gaudete; quoniam Dominus spes ejus est.

Vers. 7. — Cum etiam hostias in montem Sion deferre sacrificiaque omnemque cultum perficere ex lege deberent, de præsentia Dei hic sedente poterant etiam gloriari : propterea dicit : *Quis dabit ex Sion salutare Israel?* id est, Quis ex monte Sion præbebit salutem auxiliumque nobis? ut ex reticentia respondeat, Deus; quasi ex jure significans nullum alium esse in hoc monte ad salvandum ex periculis nisi solum Deum.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΕ'.

Στίχ. α'. — Ὅμοιός (1) ἐστι τῷ ἐννάτῳ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν. Κἀνταῦθα γὰρ εὐχαριστεῖ ὑπὲρ τῆς τῶν περιοίκων ἀναιρέσεως τιμωρηθέντων ὑπὸ Θεοῦ, ὃ δὴ καὶ γέγονεν ἐπ' αὐτοῦ. Πολλοὺς γὰρ καὶ μικροῦ πάντας τοὺς περιοίκους ἐτιμωρήσατο διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ συμμαχίας. Ἅπαντα μέντοι τὰ τοῦ ψαλμοῦ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ φησιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνο[υ] ἦν κέρδος ἡ τῶν ἐχθρῶν ἀναίρεσις, ἐκείνους διδάσκει ὅπως αὐτοὺς προσήκει, καὶ τίσιν κεχρημένους τοῖς ῥήμασιν, εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῆς τῶν πολεμίων ἀναιρέσεως. C

PSALMUS XV.

Vers. 1. — Hic psalmus nono similis est, quantum ad argumentum. Nam etiam hic gratias agit, propter eversionem hostium finitimorum, a Deo punitorum; quod etiam ipsi contigit. Plurimos enim, et fere omnes vicinos ultus est, opitulante Deo. Porro omnia quæ in psalmo continentur, sub populi persona loquitur. Quandoquidem enim eversionem inimicorum sibi lucro apponebant, docet eos quomodo ipsos deceat, et quibus verbis ob hostium eversionem Deo gratias agere.

Στίχ. ς'. — Ἐπειδὴ (2) σχοινίοις ἀεὶ μετρεῖσθαι πέφυκεν ἡ γῆ· ὥσπερ δὲ ἕκαστον ἔθνος ἰδίαν εἶχε γῆν ἣν κατῴκει, οὕτω καὶ τῷ λαῷ τῶν Ἰσραηλιτῶν, ὥσπερ ἰδίαν τινὰ γῆν ἀπεκλήρωσεν τὴν τῆς ἐπαγγελίας· τοῦτο βούλεται λέγειν, ὅτι Ὥσπερ κατὰ διαμέτρησιν ἐκληρώθη μοι τὸ ἄριστον μέρος τῆς γῆς· τὸ γὰρ, Ἔπεσεν, ἀντὶ τοῦ, Ἐκληρώθη, ἐκ μεταφορᾶς τῶν κλήρων, ὡς καὶ ἐν ταῖς Πράξεσί φησιν· *Καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν.*

Στίχ. ζ'. — Οὐκοῦν εὐχαριστήσω σοι ὑπὲρ ἁπάντων, ὅτι οὐ μόνον γῆν μοι δέδωκας ἐξαίρετον εἰς κτῆσιν, ἀλλ' ὅτι καὶ σύνεσιν παρέσχες καὶ σοφίαν τοῦ πράττειν ἃ δὴ [ἐ]νομοθετήσας περὶ τὴν τῶν πρακτέων καὶ τῶν μὴ τοιούτων. D

Vers. 6. — Cum funibus semper terram metiri soleant, quemadmodum unaquæque gens habebat quam terram habitabat, ita quoque hoc vult populo Israelitico dicere : quemadmodum propriam quamdam terram ex promissione obtinuerat, *mihi* sicut ex mensura optima pars terræ *cecidit*. *Cecidit* ponitur pro *sortitus sum*, ex metaphora sortium, quemadmodum etiam in Actibus dicitur : *Et cecidit sors super Matthiam.* (*Act.* I, 26.)

Vers. 7. — Ideo gratias ago tibi propter omnia, eo quod non solum mihi terram egregiam dedisti in possessionem, sed etiam quod prudentiam sapientiamque concessisti ad facienda quæ præcepisti de his, scilicet, quæ agenda sunt ac de his quæ non agenda.

Στίχ. η'. — Διὰ τοῦτο· ποῖον; Ἐπειδὴ *Προωρώμην Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντός*, καὶ οὐκ ἀπεσφάλην, φησὶν, τῶν ἐλπίδων· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀεὶ τὴν παρὰ σοῦ προσεδεχόμην βοήθειαν, ἔτυχον ὧν ἐξήτουν, καὶ ἐν εὐφροσύνῃ κατέστην πολλῇ

Vers. 8. — Propter hoc quodnam (offeram)? Cum *providerem Dominum in conspectu meo semper*, nec, inquit, a spe frustrarer; sed cum semper a te adjutorium acciperem, quæ postulabam mihi obvenerunt, atque in magna lætitia constitutus sum.

Στίχ. ι'. — Κἀνταῦθα πάλιν ἀπὸ τῆς ψυχῆς τὸ ὅλον καλεῖ· Ἀπολαύσω δὲ τούτων, φησὶν, ἐπειδή με αὐτὸς

Vers. 10. — Ibi animam omnem personam vocat. His omnibus fruar, inquit, cum custodiens

(1) Iterum ex Corderio.

(2) Mai ibid. p. 393.

Digitized by Google

me in periculis perire non sinas, nec me illis corrumpendum trades; sanctumque vocans populum (Israeliticum) ad discernendum ab aliis ob Dei cognitionem.

φυλάττων οὐκ ἐᾷς ἐναπολέσθαι τοῖς κινδύνοις, οὐδὲ παραδώσεις με διαφθαρῆναι ὑπ' αὐτῶν· ὅσιον καὶ ταῦθα τὸν λαὸν καλῶν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν ἐκείνων, ὡς ἔχοντα τοῦ Θεοῦ τὴν γνῶσιν.

Vers. 11. — *Ex vultu tuo*, id est, Ex tua manifestatione atque adjutorio adimpleor lætitia. — Animadvertendum est autem quoque his verbis finis psalmi beatum apostolum Petrum in Actibus (II, 25) ut de Domino dictis usum fuisse. Porro sciendum est eodem sensu hæc verba tunc a beato Petro adhibita fuisse, eum tunc ad convincendum dixerit. Proprie autem, et juxta verum sensum verborum, dico eventum habere in Domino, de quo quoque in testimonium usus est, quasi rerum eventu de illo evidentius testimonium præbente (1).

Στίχ. ια'. — Ἀντὶ τοῦ, *Ἐκ προσώπου σου*, τουτέστι, Ἐκ τῆς ἐπιφανείας σου καὶ τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας πληροῦμαι εὐφροσύνης. — Ἐπισημαντέον δὲ κἀνταῦθα ὅτι τοῖς τελευταίοις τοῦ ψαλμοῦ ὁ μακάριος ἀπόστολος Πέτρος ἐν ταῖς Πράξεσι ὡς περὶ τοῦ Κυρίου εἰρημένοις ἐχρήσατο. Ἰστέον τοίνυν ὅτι κἀνταῦθα κατὰ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἐξείληπται τῷ μακαρίῳ Ἀποστόλῳ· ἐπειδὴ ἐνταῦθα μὲν προτρεπτικώτερον εἴρηται· κυρίως δὲ καὶ κατὰ τὴν ἀληθῆ ἔννοιαν, τὴν πρὸς τὰ ῥητὰ λέγω, τὴν ἔκβασιν ἔχει ἐπὶ τοῦ Κυρίου, ἐφ' οὗ καὶ τῇ μαρτυρίᾳ ἐχρήσατο· ὡς τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως ἐπ' αὐτοῦ κυριωτέραν τὴν μαρτυρίαν ἀποφαινούσης.

PSALMUS XVI.

ΨΑΛΜΟΣ ΙϚ'.

Vers. 6. — Mutatio temporis facta est, loco Extuli quoniam exaudis me, quoniam exaudisti me.

Στίχ. ς'. — Ἐναλλαγὴ χρόνου γεγένηται, ἀντὶ τοῦ, Ἆρον· τοῦ Ὅτι ἐπακούεις μοι, *Ὅτι ἐπήκουσάς μου.*

Vers. 8. — Id est resistentibus adjutorio tuo; cum enim dixerit, *Qui salvos facis sperantes in te* (v. 7); sperantibus autem in eo succurrit atque auxiliatur, resistentes vero sperantibus auxilio suo bonos dixit.

Στίχ. η'. — Τουτέστιν, *Ἀνθεστηκότων* τῇ βοηθείᾳ σου· ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, *Ὁ σώζων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σοί*· τοῖς δὲ ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτῷ αὐτὸς ἐπαμύνει καὶ βοηθεῖ· τοὺς ἀνθεστηκότας τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτὸν τῇ αὐτοῦ βοηθείᾳ καλοὺς ἔφησεν.

Dominus susceptor, quoniam adjuvat me, nec sinit me perverti. Illud enim : *A dextris est mihi, ne commovear*, idem est atque, auxiliatur mihi; a dextra scilicet et potiori parte auxilium vocans.

Κύριος (2) ὁ προσδεχόμενος, ὅτι βοηθεῖ, καὶ οὐκ ἐᾷ περιτραπῆναι. Τὸ γὰρ, *Ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ*, ἀντὶ τοῦ, Βοηθεῖ μοι, ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ καὶ τοῦ κρείττονος τὴν βοήθειαν καλέσας.

Vers. 10. — Sic, inquit, delicati sunt, ita ut ne ullius turbent mollitiem cavent, conclusum enim hunc adipem in magna securitate constituerunt. Dicit *conteluserunt* pro *prosperitatem suam in magna securitate habent*, ita ut nullus casus illis timendus sit, ne dicatur vitæ felicitatem perdidisse.

Στίχ. ι'.— (3) Οὕτω, φησὶν, εἰσὶν εὐπαθεῖς, ὡς μὴ διαδῦναι αὐτῶν τὸν λιπασμόν· ἐπειδὴ γὰρ τὸ συγκεκλεισμένον ἐν ἀσφαλείᾳ πλείστῃ καθέστηκεν, τοῦτο λέγει τὸ, *Συνέκλεισαν*, ἀντὶ τοῦ, Τὴν εὐθηνίαν αὐτῶν ἐν πλείστῃ ἔχουσιν ἀσφαλείᾳ, ὡς μηδὲ προσδοκᾷν αὐτῶν διαπεσεῖν, ἵν' εἴπῃ ὅτι οὐκ ἀπέβαλον τοῦ βίου τὴν εὐπραγίαν.

Vers. 11. — Ad hoc respiciunt, atque ad hoc totis viribus tendunt, ut me ex terra hæreditatis, id est, ex terra promissionis depellant.

Στίχ. ια'. — Πρὸς τοῦτο ἀφορῶσιν, καὶ πρὸς τοῦτο ἔχουσι πᾶσαν τὴν σπουδὴν, ὥστε ἐμὲ τῆς γῆς ἐκβαλεῖν τῆς κληρονομίας, τουτέστιν τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας.

— (4) Qui quondam, inquit, me beatumprædicabant, nunc persequuntur et circumdant, ut e medio tollant. Sic enim et Symmachus ait, *Beatum me prædicantes, confestim circumdederunt me. Projicientes* vero hic vocavit eos qui beatum prædicabant, quia non sincera mente prius beatum dixerant; sed ut ejicerent, et a decenti via diverterent, ad imposturam usi sunt vocabulis beatitudinis.

— Οἱ ποτὲ, φησὶ, μακαρίζοντες, νῦν καταδιώκουσι καὶ περικυκλοῦσιν, ὥστε ἀνελεῖν. Οὕτως γὰρ λέγει καὶ Σύμμαχος, *Μακαρίζοντες παραχρῆμα περιεκύκλωσάν με. Ἐκβάλλοντας* δὲ τοὺς μακαρίζοντας ἐνταῦθα ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ μὴ γνησίᾳ τῇ διανοίᾳ τὸν μακαρισμὸν ἐποιοῦντο τὸ πρότερον· ὥστε δὲ ἐκβαλεῖν καὶ ἐκτρέψαι τῆς προσηκούσης ὁδοῦ, ἀπάτης ἕνεκεν τοῖς τοῦ μακαρισμοῦ ῥήμασιν ἐκέχρηντο.

Vers. 12. — Expectant me, ut perdant, more

Στίχ. ιβ'. — Περιμένουσί με, ὥστε ἀνελεῖν, δίκην

(1) Hæc ultima verba erronea sunt. Vid. S. S. *Curs. compl.* t. XV, col. 35. Edit. Patr.
(2) Ex Corderio.
(3) Mai ibid.
(4) Ex Cerderio.

Digitized by Google

λέοντος θήραν προσδοκῶντος. Ἀντὶ δὲ, Περιμένουσιν, εἶπεν τὸ, Ὑπέλαβον. Ἐπειδὴ οἱ ὑπολαμβάνοντες, ἔσεσθαί τι προδοκῶσι. Τουτέστι, Ταύτην ἔχουσι περὶ ἐμοῦ τὴν ὑπόληψιν, ὅτι λήψονται ὥσπερ τινὰ θῆρα. Οὕτω καὶ τὸ, Ὑπελάβομεν, ὁ Θεὸς, τὸ ἔλεός σου, τουτέστι, Περιεμείναμεν καὶ προσεδοκήσαμεν ἔσεσθαί σου ἐν ἡμῖν τὴν φιλανθρωπίαν.

Στίχ. ιγ'.—Τινὲς, (1) Ῥομφαίᾳ σου, ἀναγινώσκουσιν, ἰμῇτῆς δοτικῆς πτώσεως λέγοντες· ἔστι δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ, Ῥομφαίας σου, τῇ γενικῇ πτώσει λεγόμενον· οὕτως γὰρ Ἀκύλας εἶπε, Μαχαίρας σου. Ὅ δὲ βούλεται εἰπεῖν, τοιοῦτόν ἐστιν· Ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου, τουτέστιν ἐμὲ, ἀπὸ τούτων τῶν ἀσεβῶν, καὶ ἀπὸ τῆς ῥομφαίας τῶν ἐχθρῶν τῆς χειρός σου· ῥομφαίαν γὰρ καλεῖ τὴν κατ' αὐτοῦ γινομένην ὑπ' αὐτῶν μηχανὴν, πάσης μαχαίρας κατ' αὐτοῦ τμητικωτέραν τὴν ἐπιβουλὴν ἐργαζομένην· ἐχθροὺς δὲ τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ καλεῖ τοὺς ἐχθροὺς τοὺς αὐτοῦ· ἐπειδὴ τὸν ὑπ' αὐτοῦ χρισθέντα εἰς βασιλέα ἐλεῖν ἐσπουδακότες, αὐτῷ δῆλοι ἦσαν ἐχθραίνοντες τῷ Θεῷ, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γενομένοις ἀνθίστασθαι ἐσπουδακότες.

Στίχ. ιδ'. — Τὸ μὲν οὖν, Ἀπολύων (2) ἀπὸ τῆς γῆς, εἶπε πρὸς τὸν Θεὸν, ὡς ἂν αὐτοῦ τὴν τοῦ θανάτου ἀπόφασιν κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἐξενέγκαντος· ἵν' εἴπῃ, ὅτι Σὺ ὁ πάντας ἀποθνήσκειν ποιῶν· τὸ, Διαμέρισον, ἀντὶ τοῦ, Διασκόρπισον, ἀπὸ τοῦ τὸ σκορπιζόμενον πάντως τῆδε κἀκεῖσε μερίζεσθαι· τὸ δὲ, Τῶν κεκρυμμένων, ἀντὶ τοῦ, Τῶν τιμωριῶν σου ὧν ἔχεις ἐν ἀποκρύφῳ, ἃς, ὅτε θέλεις, ἐκφέρῃς, τιμωρούμενος ἀπροσδοκήτως τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ὡς οὐκ ἴσασιν.

Στίχ. ιε'. — Τουτέστιν, Ἐκεῖνοι μέν τοι τοιαῦτα διαπραξάμενοι, ταύτης δίκαιοι τιμωρίας ἀπολαῦσαι· Ἐγὼ δὲ μετὰ δικαιοσύνης σοι φανείς, τουτέστιν οὐδὲν ἄδικον εἰς αὐτοὺς διαπραξάμενος, πληρωθήσομαι τῆς σῆς βοηθείας, καὶ ἀπολαύσω τῆς δόξης σου παρὰ σοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΖ'.

Στίχ. ς'. — Τὸ δὲ, Προέφθασάν με, τοιοῦτόν τι λέγειν βούλεται· Τοσαῦται, φησὶν, καὶ τοιαῦται κατ' ἐμοῦ τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλαὶ γεγόνασιν, ὡς προ[σ]φθάσαι μου καὶ τὸν λογισμὸν, καὶ μηδὲ καιρὸν ἐνδοῦναί μοι καὶ κατανόησιν καὶ πρός τὸ ἀφιδεῖν τίνι δὲ[ῖ] τρόπῳ τὴν φυγὴν τὴν ἐξ αὐτῶν πορίσασθαι.

Στίχ. η'. —Ἵν' εἴπῃ, (3) ὅτι τοῦ Θεοῦ ἀκούσαντος, καὶ συγκινηθέντος εἰς ὀργὴν, πρῶτον μὲν ἅπαντα ἐσαλεύετο, γῆ τε καὶ ὄρη. Εἶτα ἐδείχθη καπνὸς τῆς ὀργῆς αὐτοῦ τὸ προοίμιον, καὶ μετὰ τοῦτο πῦρ ἀνήφθη, τουτέστι φανερῶς ὀργιζόμενος ἐδείχθη, διὰ τῆς κατὰ τῶν ἐχθρῶν τιμωρίας. Εἶτα βουλόμενος καὶ τῆς τιμωρίας τὴν ἐπίτασιν εἰπεῖν, τῇ ἀκολουθίᾳ τῆς οἰκείας χρησάμενος σωματοποιήσεως, ἐπήγαγεν· Ἀνέβη καπνός.

Στίχ. θ'. — Πυρὸς γὰρ (4) ἐπὶ πολὺ γενομένου,

leonis prædam exspectantis. Pro *exspectant* autem, dixit *susceperunt*. Quoniam qui suscipiunt, aliquid futurum exspectant. Id est, Talem de me opinionem habent, ut me veluti feram quamdam venentur et capiant. Simile est et illud : *Suscepimus, Domine, misericordiam tuam* (*Psal.* XLVII, 10), hoc est, Exspectavimus futuram in nobis humanitatem tuam.

Vers. 13.—Quidam ῥομφαίᾳ (*cum framea tua*) legunt dativo casu. Non autem est ita, sed ῥομφαίας (*a framea tua*) genitivo casu legendum est; sic enim dixit Aquila μαχαίρας (*a gladio tuo*). Quod dicere vult, hoc est : Eripe animam meam, id est me ipsum, ab his impiis, atque a framea inimicorum manus tuæ. Frameam autem vocat omnis generis arma ab illis inventa quibus illi insidias periculosiores parabant. Inimicos vero manus Dei vocat inimicos ipsius, cum quem unxerat in regem depellere studerent. Manifeste oderant Deum, factis ab ipso obsistere studentes.

Vers. 14. — *De terra ergo disperdens*, ad Deum dixit tanquam decretum mortis contra homines exserentem, ut dicatur morti solus imperare. *Divide* pro dispergo, unde dispersum omnino undique dividendum est. — *Absconditis* autem pro ultionibus quas absconditas tenes, quasque cum volueris exseris ad hos homines imparatos atque inscios ulciscendos.

Vers. 15. — Id est, Illi qui talia fecerunt, tali ultione ut fruantur digni sunt. — *Ego autem in justitia* coram te apparens, id est, Postquam nihil iniqui egero erga illos, adimplebor adjutorio tuo, gloriaque tua apud te fruar.

PSALMUS XVII.

Vers. 6. — *Præoccupaverunt me* quidquam hujusmodi dicere vult : Tot et tantæ contra me inimicorum insidiæ factæ sunt, ut præoccupetur etiam ratio mea, nec detur tempus neque intelligentia ad modum inquirendum ex manibus eorum evadendi.

Vers. 8. — Ac si dicat : Cum Deus audivisset, et ad iram concitatus esset, primum quidem omnia commota sunt, tam terra, quam montes. Deinde apparuit initio fumus iræ ejus, et postmodum ignis accensus fuit; id est, palam iratus apparuit, propter supplicium quod inimicis irrogabat. Denique cum et supplicii gravitatem explicare vellet, in obvia metaphora a rebus corporeis desumpta pergens, subjunxit, *Ascendit fumus*.

Vers. 9. — Cum enim ignis plurimus factus

(1) Mai ibid.
(2) Theodorus cum LXX legit ἀπολύων, *disperdens*, pro ἀπὸ ὀλίγων, *a vaucis*, quod est Vulgatæ lectio. EDIT.
(3) Ex Cordelio.
(4) Mai ibid.

Digitized by Google

sit, carbones multos fieri contigit : omnibus his dicere volens, simul orantes exaudivisse, commotum fuisse contra inimicos, statimque omnia perturbari. Ira autem ejus ex parte effectibus quibusdam patefacta est, nunc vero hostes ulcisci cœpit : augetur ira ac vehementius illos castigat. Deinde perseverans, illos omnino delet : tunc enim carbones consumendi mos est, cum ignis, valde auctus, ligna subjecta incendit.

A ἄνθρακας ἐπὶ πολὺ γενέσθαι συμβαίνει· δι' ὅλων βουληθεὶς εἰπεῖν, ὅτι ἅμα τε ἠκουσεν εὐξαμένου, καὶ ἐκινήθη κατὰ τῶν ἐχθρῶν· καὶ εὐθὺς μὲν ἅπαντα ἐσαλεύετο· ὑπεφαίνετο δὲ αὐτοῦ κατὰ μέρος καὶ διὰ πραγμάτων ἡ ὀργὴ, νῦν μὲν ἀρχομένου τιμωρεῖσθαι τοὺς πολεμίους, προϊόντος δὲ καὶ σφοδρότερον αὐτοὺς κολάζοντος· εἶτα τῆς παραμονῆς καὶ παντελῶς αὐτοὺς ἀφανίζοντος· τότε γὰρ ἔθος ἐστὶν ἀποτελεῖσθαι τοὺς ἄνθρακας, ἐπειδὰν τὸ πῦρ ἐπὶ πλεῖον γινόμενον τὰς ὑποκειμένας ὕλας καταφλέξῃ τῶν ξύλων.

VERS. 10. — Sed cum ex sacris verbis, quæ proferenda sunt, fore ut quidquam indecens aut humile videatur prævideat, iterum sermonem extollit, dicens : *Descendit de cœlo, et habebat caliginem sub pedibus ejus.* Porro cum nobis humilior visa fuisset hæc præsentia, addidit (v. 11) : *Ascendit super cherubim*, ostendens illum tanquam regem super curru sedentem, cumque majestate apparentem. Deinde, contextu resumpto, rursus aliud dixit : *Et posuit tenebras latibulum suum* (v. 12), *et*, quod consequens est, *caligo sub pedibus ejus.* At cum plura de *tenebris* dixerit, scilicet quæ sunt *sub pedibus ejus* illosque abscondunt, quodpiam indecens ex eloquio sacro provenire videbatur, cum asseritur circuitum tenebrosum ejus esse ipsius tabernaculum ; sed primo, tenebræ, inquit, dum ipse latet, adversus inimicos projiciuntur, ipseque interim a nemine videtur. Alias hoc tabernaculum ejus circa eum erat, ita ut dicatur lux, sicut beatus Paulus de ipso dicit (*I Tim.* VI, 16), *Lucem habitans inaccessibilem.* In eumdem autem sensum hæc duo recidunt ; quemadmodum enim dicitur lucem habitare, ita tabernaculum Dei proprie dicitur *lux ; tenebrosa aqua in nubibus aeris, in circuitu ejus tabernaculum ejus*, rursumque quod præcedentia sequitur, *Et fuerunt tenebræ latibulum ejus.* Addidit : *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Consequuntur ergo caligo et tenebræ ; nam omnia, inquit, consentanea sunt ex parte Dei iram annuntiantis ; aer enim condensatus obscuritatem generat, idemque evenit de aqua in nubibus aere condensato obumbratis.

Στίχ. ι'. — Ἀλλ' ὅταν ἀπὸ τοῦ σχηματισμοῦ εἴδῃ τινὰ ἀπρέπειαν ὑπερφαινομένην, ἢ ταπεινότητα τῇ παρενθέσει τῶν ἐν μέσῳ, πάλιν αὔξει τὸν λόγον, οἷον εἶπεν, ὅτι *Κατέβη ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ εἶχεν γνόφον* B *ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.* Ἐπειδὴ τοίνυν ταπεινή τις ἐντεῦθεν ὑπεφαίνετο ἡ παρουσία, παρέθηκεν τὸ, *Ἐπέβη ἐπὶ χερουβίμ*, δεικνὺς αὐτὸν ὡς βασιλέα ὑφ' ἅρματος ὀχούμενον, καὶ οὕτω παραγινόμενον· εἶτα τῆς ἀκολουθίας λαβόμενος πάλιν εἶπεν τὸ, *Καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ*, ἀκόλουθον ὂν τῷ, *Καὶ γνόφος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ*· ἀλλ' ἐπειδὴ πολὺν περὶ τοῦ σκότους ἐποιήσατο τὸν λόγον, ὡς ὄντος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἀποκρύπτοντος αὐτούς, ἐδόκει δέ τις ἀπρέπεια ἐγγίνεσθαι τῷ σχηματισμῷ· ἀσφαλιζόμενος τὸ ὑποπίπτον κύκλῳ αὐτοῦ, φησίν· *Ἡ σκηνὴ αὐτοῦ.* Ἀλλὰ τὸ μὲν σκότος, φησὶν, κατὰ τῶν ἐχθρῶν προβέβληται, ἀποκρύπτον αὐτὸν, καὶ οὐδὲ ὁρᾶσθαι τοῖς ἐναντίοις ποιοῦν· περὶ αὐτὸν δὲ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ ἦν ἵν' εἴπῃ, τὸ φῶς, ὡς καὶ ὁ μακάριος Παῦλος περὶ C αὐτοῦ φησιν· *Φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον*· τῆς γὰρ αὐτῆς ἐννοίας ἔχεται ἀμφότερα· ὥσπερ γὰρ φῶς οἰκεῖν λέγεται, οὕτω καὶ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ λέγοιτο ἂν κυρίως τὸ φῶς. *Σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων*, παρενθεντικῶς τῷ, *Κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ.* Πάλιν ἀκολούθως τοῖς προηγουμένοις, τῷ, *Καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ*, ἐπήγαγεν· *Σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων*· ἀκόλουθον γὰρ ἦν τὸ γνόφος καὶ σκότος· συνέχεεν γὰρ, φησὶν, ἅπαντα γινομένου σχηματίσας τοῦ Θεοῦ τὴν ὀργήν· ἡ γὰρ τοῦ ἀέρος συστροφὴ, πάντως ζόφον εἰργάσατο τοιοῦτο[ν] εἶναι καὶ τὸ ὕδωρ ἐν ταῖς νεφέλαις μελανθείσαις τῇ τοῦ ἀέρος D συστροφῇ (1).

(2) *Ejusdem in psalmum vigesimum primum.*

Foderunt manus meas et pedes, et omnia perscrutabantur, et quæ agebam, et quæ conabar. Nam foderunt, ex translatione dixit eorum, qui per effossionem scrutari quæ in profundo sunt tentant. *Dinumeraverunt omnia ossa mea*, totius meæ fortitudinis et totius meæ substantiæ detentores facti sunt, ut etiam numero mea subjicerent. Istud autem ex consuetudine quam habent hostes, dixit : qui quando obtinuerint, numero et talis subtilem notitiam inventorum faciunt. Propterea et sequenter dicens : *Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me*, intulit : *Diviserunt sibi vestimenta mea, et supra vestimentum meum miserunt sortem.* Considerantes autem me, ait, et conspicientes quod omnia eis evenerunt in me desiderata (conspicere enim ita ut apud nos, dicitur pro eo, quod est, Vidit in eum quæ volebat pati eum), jam tanquam me omnino malis dedito, sicut et hostes mei post

(1) Abhinc usque ad psalmum XXXII nihil est Theodori Antiocheni in hoc codice 1682 (B.) Quamobrem puto defuisse Catenæ auctori quaterniones aliquot codicis Theodori, unde excerpta sumebat. MAI.

(2) Citatur hoc fragmentum in concilio Constantinopolitano anni 553, actione IV, num. 23. Mansi, XI, 212.

Digitized by Google

vastationem et captivitatem diviserunt sorte divisionem eorum facientes. Et evangelista quidem in Domino verba ex rebus assumens, eis usus, ut hic et in aliis diximus. Nam quod non pertineat ad Dominum psalmus, in superioribus evidenter ostendimus. At vero beatus David supra modum ista magis ex his quæ Absalom facta sunt, dixit : quoniam dum recessisset David, jure belli metropolim ingressus quidem, omnes obtinuit res regales, *non piguit autem etiam patris cubile inquinare.*

ΨΑΛΜΟΣ ΚϚ'

A

Στίχ. β'. — Ἤνίκα οὖν (1) πλησίον οὗτοι γεγόνασιν, ὡς καὶ ἀπογευσάμενοί μου τῶν σαρκῶν· τοῦτο γὰρ βούλεται εἰπεῖν τὸ, *Τοῦ φαγεῖν τὰς σάρκας μου*· ὥστε δεῖξαι αὐτῶν τὴν ὠμότητα καὶ τὴν ὀργήν, μεθ' ἧς ὥρμουν ἐπ' αὐτούς· τὸ δὲ, *Ἐγγίζειν*, ἀντὶ τοῦ, Ἤνίκα οὕτω πλησίον γεγόνασιν, ὡς μηδὲν ἐλλείπειν πρὸς τὴν ἐκπλήρωσιν τῆς προθέσεως αὐτῶν· καλῶς δὲ αὐτοὺς *κακοῦντας* ἐκάλεσεν, ὡς διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτοῖς ἰσχὺν ἅπαντας μυρίοις περιβαλόντας κακοῖς. — Καλῶς τὸ, *Αὐτοί*· ὅτι Ἡμᾶς μὲν ἠδίκησαν οὐδὲν, ἔπαθον δὲ ταῦτα αὐτοὶ, ἅπερ ἡμᾶς διαθεῖναι προσεδόκων· ἐμφαντικώτερον δὲ τὸ, *Ἠσθένησαν καὶ ἔπεσον*, ἀντὶ τοῦ, Οὐχ ὑπὸ πολεμίων ἀνῃρέθησαν, οὐδὲ ὑπὸ ἀνθρώπων ἔπαθόν τι δεινὸν, ἀλλὰ παραδόξως ἄνευ πάσης B ἀνθρωπείας χειρὸς, ἐξαίφνης εἰς ἀσθένειαν τῇ τοῦ Θεοῦ κατηνέχθησαν τιμωρίᾳ.

Στίχ. γ'. — Ὅτι ἀπόδειξιν ἔχων αὐτάρκη τὰ γεγονότα τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας, παρεμβολῆς ὅλης κινηθείσης καὶ πολέμου, δέδοικα οὐδένα, ταύτῃ πεποιθὼς τῇ τοῦ Θεοῦ συμμαχίᾳ· τὸ γὰρ, *ἐν ταύτῃ*, τουτέστι τῇ βοηθείᾳ καὶ τῇ συμμαχίᾳ τοῦ Δεσπότου.

Στίχ. ε'. — Ὥσπερ τινὶ σκηνῇ τῇ οἰκείᾳ σκεπάσας βοηθείᾳ, μετὰ πολλῆς με τῆς ἀσφαλείας ἐφύλαξεν· *σκηνὴν* γὰρ, τοῦ Θεοῦ καλεῖ τὴν βοήθειαν, ὡς σκεπάσασαν αὐτὸν ἀπὸ τῶν κακῶν· τὸ δὲ, *Ἔκρυψέν*, ἀντὶ τοῦ, Ἐφύλαξεν, ἀπὸ τοῦ κατακρύπτειν ἀεὶ τοὺς βουλομένους τι φυλάττειν· *Ἐν ἡμέρᾳ δὲ κακῶν μου*, ἐν τῷ καιρῷ τῆς συμφορᾶς, ὅτε πολλῶν προσεδόκησα C πειραθήσεσθαι κακῶν.

PSALMUS XXVI.

Vers. 2. — Dum igitur illi prope facti sunt, quasi carnes meas gustantes, hoc enim significat, *Ut edant carnes meas*, ut ostendat eorum crudelitatem atque iram qua in ipsum irruebant. *Appropiant* autem, pro Dum tam prope facti sunt, ut nihil illis deesset ad implendum eorum propositum. Recte autem illos vocavit *nocentes*, qui ob suam potentiam omnes mille malis opprimunt. — Recte *ipsi*, quia nihil quidem nobis nocuerunt, passi sunt autem eadem quæ contra nos excogitabant. Cum majore autem emphasi dicit, *Infirmati sunt et ceciderunt*, pro, Nec ab hostibus deleti sunt, nec ab hominibus quidquam terribile passi sunt, sed mirabiliter sine ulla manu humana, subito ex Dei vindicta in infirmitatem dejecti sunt.

Vers. 3. — Cum facta divina de auxilio sperando sufficiant, quamvis omnia castra bellumque me circumdarent, nihil timebo, in auxilio Dei sperans, sperans, inquam, in eo, id est, in adjutorio auxilioque Domini.

Vers. 5. — Quemadmodum quodam tabernaculo, adjutorio suo protegens, magna securitate me custodivit. *Tabernaculum* enim vocat adjutorium divinum, tanquam eum ab eorum malis protegens. *Abscondit* autem, pro *custodivit*, ex his qui semper abscondunt quod servare volunt. *In die* autem *malorum*, tempore adversitatis, quando me multa mala experturum credidi.

ΨΑΛΜΟΣ ΚΗ'.

Στίχ. γ'. — Περὶ ταύτης τῆς ἀβύσσου τῶν λογισμῶν ὑδάτων φησὶν ὁ Δαυὶδ· *Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων.*

PSALMUS XXVIII.

Vers. 3. — De abysso murmurantium aquarum dicit David, *Vox Domini super aquas.*

ΨΑΛΜΟΣ ΚΘ'.

Στίχ. ι'. — Ἀντὶ τοῦ, Ταῦτα ἔλεγον· Ἐὰν ἀποθάνω, *τί τὸ ὄφελος*; ἀποθανὼν γὰρ διαφθείρομαι, τέφρα γινόμενος καὶ σποδός.

Στίχ. ιβ'. — Ὁ σάκκος κακίαν καὶ ἀγνωσίαν σημαίνει, ἐπειδὴ καὶ αἱ τρίχες τῶν ἐρίφων ἦσαν τῶν ἰσταμένων ἐξ εὐωνύμων καὶ τοῦ ἀποπομπαίου τράγου.

D

Στίχ. ιγ'. — Εἰπὼν, *Οὐ μὴ κατανυγῶ*, ἀντὶ τοῦ, Οὐ μεταγνώσομαι ἐπὶ τῇ ψαλμῳδίᾳ, ἐπήγαγεν· *Εἰς τὸν αἰῶνα ἐξομολογήσομαι*, τοῦ ταύτην διατελέσαι σοι ἀπαύστως εὐχαριστῶν· αἰῶνα καλῶν, τὸν τῆς οἰκείας ζωῆς χρόνον.

PSALMUS XXIX.

Vers. 10. — Propterea hæc dicebam : Si mortuus fuero, *quæ utilitas?* Nam *mortuus* corrumpor, cinis pulvisque fio.

Vers. 12. — Saccus malitiam atque ignorantiam significat, cum pili essent hircorum qui steterant tam ex immolatis quam ex emissariis.

Vers. 13. — *Et non compungar*, pro Non cantare desistam; addit, *In sæculum confitebor*, sine fine hoc fungi gratias agens, cum sæculum malorum sit hujus vitæ tempus.

(1) Mai ibid. p. 394.

Digitized by Google

PSALMUS XXX.

VERS. 3. — Cum clamores nostri ad tuam celsitudinem extollantur, *inclina ad me aurem tuam*, quia in abyssum prolabor, quemadmodum in quoddam evidens periculum.

VERS. 5. — Laqueos vocavit captivitatem in qua fuit retentus. *Quem absconderunt mihi;* eamdem figuram persequitur, cum laqueum captivitatem appellaverit. Proprium autem laquei est poni latenter in abscondito loco, sicque importune capere prædam.

VERS. .. — Propterea enim, dicit, nos juste liberasti, cum illos oderis ac disperseris, qui tam ardenter pravitatem fuerant operati; non enim ex æstu iræ malum operantur, sed sicut quoddam necessarium malum observant. *Supervacue*, quia nihil proficiunt ex suo mali operandi studio, cum puniri, ac non sinere ut ipsi impellantur in aliquem peroptatum finem oderint.

PSALMUS XXXII.

VERS. 3. — Bene incipit Psalmista, præcipue attentis consequentibus. Cum enim lætitiam illis annuntiasset, ad hymnos agendasque gratias propter beneficia excitare debebat, in posterum propter agendi rationem tremebundos constituere volens, ita ut genuina decentia hymnos, gratiarumque actiones ad Deum referrent. Prænuntiante, *Rectos decet collaudatio*, admonentur non esse omnium Deum laudare, sed solum qui cum rectitudine rationis hoc agunt, illos pro beneficiis quorum sunt testes laudationes decere. Cum igitur fuerint digni, cum pietate ad laudandum Deum accedant.

Intitulo. Tempore beati Ezechiæ Israelitis, per admirabilem Assyriorum eversionem, a Deo datam victoriam beatus David in hoc psalmo prædicens, ipsum tanquam victoriæ canticum, pro iis quæ contigerant, more suo cecinit. Atque hinc ex argumento contra Assyrios, ad universalem Dei laudationem, et rerum ab ipso gestarum commemorationem digreditur. Docet autem omnes, ne præsentibus rebus, tametsi magnis, confidant; sed auxilium Dei rebus omnibus potentius esse ducant. Hoc enim in Psalmis potissimum advertere oportet, quod ab argumentis ad cohortationem pro instructione nostra convertatur, hanc diversimode, et ad auditorum utilitatem accommodate, instituens. Unde necesse nos est, ad Psalmorum vim recte assequendam, primum argumenta eorum nosse: deinde

(1) Exin usque ad finem hujus codicis 754 (A) nihil Mopsuesteni reperiebam. MAI.

(2) Mai p. 395, et hoc est ultimum ex fragmentis ab ipso editis.

(3) Ex Corderio.

A

ΨΑΛΜΟΣ Λ'.

Στίχ. γ'. — Ἐπεὶ μὴ φθάνει ἡ ἡμετέρα κραυγὴ πρὸς τὸ σὸν ὕψος, *Κλῖνον τὸ οὖς σου πρός ἐμέ*, διὰ συγκαταβαίνειν με.

Στίχ. ε'. — Παγίδας ἐκάλεσε τὴν αἰχμαλωσίαν ἐφ' ᾗ συνείληπτο, ὥσπερ εἴς τινα κίνδυνον προφανῆ. Τὸ *Ἧς ἔκρυψάν μοι*, ἀκολούθως εἶπεν τῷ παραδείγματι, ἐπειδὴ παγίδα τὴν αἰχμαλωσίαν ἐκάλεσεν· ἴδιον δὲ τῆς παγίδος τὸ λανθανόντως τίθεσθαι κρυπτομένην, οὕτω τε ἀπροόπτως λαμβάνειν τοὺς θηρωμένους.

Στίχ. ζ'. — Διὰ τοῦτο γάρ, φησὶν, ἡμᾶς δικαίως ἀπήλλαξας, ἐπειδὴ ἐκείνους ἐμίσησας καὶ ἀπεστράφης, τοὺς μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας τὰ ἄτοπα διαπραττομένους· οὐ γὰρ ἀπὸ συναρπαγῆς διαπράττονται τὸ κακὸν, ἀλλ' ὥσπερ τι ἀναγκαῖον, τοῦ κακοῦ φυλάττουσι τὴν πρᾶξιν· τὸ δὲ, *Διὰ κενῆς*, ὅτι οὐδὲν ὠφελοῦνται ἐκ τῆς περὶ τὸ κακὸν πράττειν ἐπιμελείας, διὰ τὸ μισεῖν αὐτοὺς καὶ τιμωρεῖσθαι, καὶ μὴ ἐᾷν εἴς τι πέρας ἄγειν αὐτοὺς τὸ σπουδαζόμενον (1).

B

ΨΑΛΜΟΣ ΛΒ'.

Στίχ. γ'. — Καλὴ (2) ἡ ἐπαγωγὴ τοῦ ῥητοῦ, καὶ μάλιστα τῶν ἑξῆς ἕνεκεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν εὐφροσύνην αὐτοῖς εὐηγγελίσατο, ἤμελλεν δὲ ἐπὶ τὴν ὑμνῳδίαν καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν γεγονότων εὐχαριστίαν προτρέπειν· ἑξῆς βουλόμενος αὐτοὺς ἐμφόβους περὶ τὸ πρᾶγμα καταστῆσαι, ὥστε μετὰ τῆς προσηκούσης γνησιότητος ἀναπέμψαι τὴν ὑμνῳδίαν καὶ τὴν εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ, προλαβὼν, τοῖς εὐθέσι φησὶν τὴν αἴνεσιν πρέπειν· ἵν' ἀκούσαντες ὅτι μὴ πάντων ἐστὶν ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, ἀλλὰ μόνον τῶν μετ' εὐθύτητος λογισμῶν τοῦτο ποιουμένων (οἷς καὶ πρέπον ἐστὶν τὸ ὑμνεῖν ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς, ἐπείπερ καὶ τοῦ τυχεῖν αὐτῶν ἄξιοι καθεστήκασιν), μετὰ πολλῆς εὐλαβείας προσέλθωσι τῇ τοῦ Θεοῦ ὑμνῳδίᾳ.

C

Τὴν (3) ἐπὶ τοῦ μακαρίου Ἐζεκίου παρασχεθεῖσαν νίκην τοῖς Ἰσραηλίταις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, διὰ τῆς παραδόξου τῶν Ἀσσυρίων ἀναιρέσεως, προφητεύων ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ ὁ μακάριος Δαβὶδ, ὥσπερ τινὰ ἐπινίκιον ὕμνον ἐπὶ τοῖς γε[γε]νημένοις αὐτὸν ἀνεβόησε, [κατὰ] τὸ σύνηθες αὐτῷ· κἀντεῦθεν διαπραττόμενος, καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ τοὺς Ἀσσυρίους ὑποθέσεως τρεπόμενος μὲν εἰς καθολικὴν ὑμνῳδίαν τοῦ Δεσπότου, καὶ ἐξήγησιν τῶν ἐπ' αὐτοῦ γεγονότων· παιδεύων δὲ πάντας μὴ ἐπὶ τοῖς παροῦσι μεγάλοις πεποιθέναι, ἀλλὰ πάντων ἡγεῖσθαι δυνατωτέραν τοῦ Θεοῦ τὴν βοήθειαν. Τοῦτο γὰρ μάλιστα ἀφορᾷν ἐν τοῖς Ψαλμοῖς προσήκει, ὅτι ἐκ τῶν ὑποθέσεων ἐπὶ κατηχητικὴν τρέπεται παραίνεσιν, διαφόρως ταύτην ποιούμενος, καὶ τοῖς ἀκροαταῖς ὠφελίμως. Ὥστε ἀναγκαῖον μὲν ἡμῖν εἰδέναι τὰς ὑποθέσεις πρὸς γνῶσιν τῆς τῶν

D

Digitized by Google

Ψαλμῶν δυνάμεως· προσεκτέον δὲ καὶ τοῖς λοιποῖς, οἷς ἐπὶ τῶν ὑποθέσεων κέχρηται, πρὸς τὴν τῶν ἐντυγχανόντων ὠφέλειαν. A

Στίχ. α'.—*Δικαίους* ἐνταῦθα καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους, οὐκ ἀπὸ τῆς τοῦ βίου ἀρετῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως. Εἰκότως δὲ εἰπὼν τὸ, *Ἀγαλλιᾶσθε*, προσέθηκεν, *ἐν τῷ Κυρίῳ*. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις εὐτελεῖς ἦσαν καὶ ταπεινοὶ, καὶ πρόχειροι τοῖς Ἀσσυρίοις εἰς ἅλωσιν, πολλοῖς τε οὖσι, καὶ ἰσχυροῖς, καὶ ἐμπειρίᾳ πολεμικῇ κεκοσμημένοις, ἐν τῷ Κυρίῳ τὴν ἀγαλλίασιν αὐτῶν προσευαγγελίζεται· οὗ τῇ βοηθείᾳ παραδόξως [τε]τευχήκασι τῆς σωτηρίας, οὐκ ἐν πολέμῳ καὶ παρατάξει, ἀλλὰ μόνῃ τῇ τοῦ Θεοῦ πληγῇ τῶν Ἀσσυρίων ἀναιρεθέντων.

Vers. 1. — *Justos* hoc loco non a vitæ honestate, sed a Dei cognitione, Judæos appellat. Cæterum cum dixisset, *Exsultate*, merito addidit, *in Domino*. Quandoquidem enim in humanis viles et pauperes erant, et Assyriorum rapinæ expositi, qui multitudine, robore et belli experientia præstabant; illorum in Domino exsultationem prædicit: cujus ope salutem miraculose adepti sunt, non bello, non militum expeditione, sed sola Dei cæde Assyriis sublatis.

In codice Vatic. B. f. 112. b. hoc exstat Theodori argumentum ineditum psalmi XXXIV (1).

Θεοδώρου. — Ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ τὰ κατὰ τὸν Ἱερεμίαν ὁ μακάριος προφητεύει Δαβίδ· τό τε ἐκείνου πρόσωπον λαβὼν ἐν τῇ προφητείᾳ ταῦτα φθέγγεται, ἅπερ εἰκὸς ἦν ἐκεῖνον εἰπεῖν ἐν τῷ πράγματι καθεστῶτα, ταύτῃ μάλιστα κεχρημένος ἐν τοῖς πλείοσιν τῇ συνηθείᾳ· λέγων τε ἅπερ ἐκείνοις εἰπεῖν ἁρμόττει περὶ ὧν πεποίηται τὴν προφητείαν· διαλλάττει δὲ οὐδ' ὁ ψαλμὸς ὧδε, πλὴν τοῦ προσώπου τῶν περὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι. Κατὰ γὰρ τὸν αὐτὸν γενομένου καιρὸν τοῦ προφήτου, κἀκεῖνα προ[σ]λέγοντος ἐγγύθεν ἐσόμενα, ἅπερ καὶ οἱ λοιποὶ πόρρωθεν ἔλεγον προφῆται· καὶ διὰ τοῦτο ἅπαντα πάσχοντος ὑπὸ τοῦ λαοῦ, ὅσα δὴ καὶ πέπονθεν, τῷ τὰ περὶ ἐκείνων εἰπεῖν· σαφῶς ἔστιν ἐκεῖνα εἰπεῖν, πρὸς τὸ δεῖξαι ὅτι καὶ δικαίως ἔπασχον, οὐδὲ τῷ πλησίον τῶν καιρῶν προφήτῃ πειθόμενοι, ὅτε καὶ ἡ ἔκβασις ἐγγύθεν ἐπιστοῦτο τὴν πρόρρησιν τῶν λεγομένων. Ποιεῖται δὲ τὴν περὶ τοῦ μακαρίου Ἱερεμίου προφητείαν ὁ μακάριος Δαβὶδ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐπειδὴ δι' ὅλου ἐν τοῖς πλείοσι τῶν ψαλμῶν τὰ τοῖς λαοῖς συμβησόμενα προ[σ]αγορεύει. B C

Hoc in psalmo res beatus David sub Jeremia gestas prædicit, cujus assumpta persona, ea loquitur quæ homini conveniunt in eadem conditione versato; prout ipsius solemnis consuetudo est, dicendi nimirum illa quæ iis conveniunt de quibus vaticinatur. Jam hic psalmus, mutata tantum persona, differt ab illis qui de captivis apud Babylonem detentis exstant. Fuit enim Jeremias circa illud tempus propheta, eademque proximus dicit, quæ alii multo ante cecinerant; ideoque a populo quæ sunt notissima passus est, quia de eodem vaticinatus fuerat. Sane manifeste vult demonstrare hæc illos merito passos, quia ne proximo quidem temporibus ipsorum prophetæ crediderant, cum rerum instans eventus prædictioni fidem faciebat. Haud tamen de beato solo Jeremia vaticinatur hic beatus David, sed prout in plerisque psalmis solet, futuros populorum eventus simul addit.

ΨΑΛΜΟΣ ΛΘ'.

Καὶ ἐν τούτῳ προφητεύει τὰ κατὰ τὸν λαὸν ὡσανεὶ αἰχμαλωτισθέντα ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίου βασιλέως· καὶ ἐκ τοῦ ἐκείνων προσώπου φθέγγεται εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, ὡς μελλόντων αὐτῶν ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς αἰχμαλωσίας· διδάσκων, ὡς ἐὰν ἐν ταῖς συμφοραῖς ἐπὶ τὸν Θεὸν θῶνται τὴν ἐλπίδα, δυνήσονται ῥυσθῆναι τῶν κατεχόντων αὐτοὺς ἀνιαρῶν· ἔπειτα καὶ μακαρίζει τοὺς ἐν ταῖς συμφοραῖς ἐξετασθέντας, πάσης δ' ἐκτὸς γεγονότας ἐκτόπου πράξεως, καὶ τοῦ Θεοῦ ἠρτημένους, ὥσπερ αὐτοῦ τεύξομένους μόνου βοηθείας (2). D

PSALMUS XXXIX.

Hoc in psalmo vaticinatur David de populo tanquam jam in potestatem Babylonii regis redacto, atque in ejus persona loquitur, Deo gratias agens ob futuram ejusdem populi a captivitate liberationem; docens nimirum fieri posse ut si afflicti in Deo spem collocent, incumbentibus sibi molestiis expediantur. Deinde etiam beatos prædicat, propterea quod calamitatibus probati, cuivis indigno actui valedixerint Deoque adhæserint, a quo uno auxilium erant consecuturi.

ΨΑΛΜΟΣ Μ'.

Ἐν τούτῳ τὰ κατὰ τὸν μακάριον προφητεύει Ἐζεχίαν ὁ μακάριος Δαβὶδ, ὅπως τε καὶ τίνος ἕνεκεν ἠῤῥώστησεν, λέγω δὴ τῆς ἁμαρτίας· καὶ τί ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀῤῥωστίας ὑπὸ τῶν φίλων αὐτῷ γέγονεν· ἔπειτα διδάσκει ὡς διὰ τὴν εἰς τοὺς πένητας ἐπιμέλειαν, τῆς ὑγείας ἔτυχεν· πάντας ἐξῆς προτρεπόμενος ποιεῖν (3).

PSALMUS XL.

Hoc in psalmo res beati Ezechiæ beatus David vaticinatur, quomodo scilicet et cujus rei causa, nempe peccati, ille ægrotaverit; quidque ei ægrotanti ab amicis acciderit. Deinde docet quomodo propter suam pauperum curam valetudinem receperit, cunctos deinceps hortans ut ita se gerere velint.

(1) Mai, *Bibl. nov. PP.*, III, 455.

(2) Hoc Theodori fragmentum (καὶ ἐν.... βοηθείας) edidit. Ang. Mai in *Bibl. Nova PP.*, III, 290, ex cod. Vatic. B., f. 143 B.

(3) *Ἐν τούτῳ... ποιεῖν.* Ex Ang. Mai *Bibl. Nov. PP.* III, 297, ex cod. Vatic. B., f. 297.

Digitized by Google

PSALMUS XLIV.

VERS. 1. — Quid itaque (1) invenietur majus his quæ a Christo facta sunt in tanta mundi commutatione omnibus agnoscentibus, Deum universorum et pietatis atque virtutis diligentiam habere festinantium, et glorificantium quidem Dei Unigenitum, exhibentium vero sancto Spiritui condignam adorationem : pro quibus B. David ait : *Eructavit cor meum verbum bonum (Psal.* XLIV, 1).

PSALMUS XLIX.

VERS. 1. — Etiam hic psalmus moralis est, verum non ad omnes homines dirigitur, sed tantum ad Judæos, utpote virtutis contemptores, et in legalibus sacrificiis totum collocantes ; hoc unum satagentes, ut verba legis scirent, non autem ut mandata servarent. Illis igitur formidabilem sermonem instituens, judicem judicantem et ipsos reos figurate describit.

PSALMUS LII.

VERS. 5. — Cum trajectione hoc positum est. Sic enim etiam hic subintelligendum ; quoniam hæc est consequentia : *Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem in cibo panis, quoniam Deus dissipavit ossa hominum ?* cætera autem interjecta sunt. Id est : Non ne scient ipsi operarii iniquitatis, qui populum devorant, et quasi cibum necessarium ipsos consumere conantur, te omnes absumere, et abolere, qui hominibus placent, Rapsacis exemplo ; quoniam is ad gratiam hominum, verba impietatis plena proferebat ? Illud autem, *Deum non invocaverunt ; illic timuerunt timore, ubi non erat timor*, in medio interjacet, quasi dicat, Dei memoriam non facientes, timebant quæ non exspectaverant. Illa enim quæ Jerosolymis erant, tanquam futilia et nullius momenti contemnentes, præter omnem spem a Deo supplicio affecti sunt.

VERS. 7. — Quoniam Deus in Sion habitare ab ipsis putabatur, Quisnam, inquit, de monte Sion salutem nobis exhibebit ? Id est, Deus, tanquam id quod in confesso sit, subticens, quandoquidem ex monte Sion a nullo alio auxilium accipere poterant, præterquam a Deo, qui ibidem commorari credebatur.

PSALMUS LIII.

VERS. 3. — Quoniam illi, qui civitatem obsidebant, hoc præcipue exprobrabant, quod ea quæ ab Ezechia dicebantur, nil ipsis prodesse possent (erant autem hæc, quod nimirum in Deum confidendum sit, qui ipsos e periculo esset omnino liberaturus), pulchre dixit istud : *In nomine tuo salvum me fac.* Id est : Quandoquidem nomen tuum invocans ab ipsis derideor, in hoc ipso salutem mihi præbe, ne bello vel exercitu sit opus ; sed sola tua invocatione consequar quæ peto, ut discant hi quanta virtus sit eorum qui auxilium tuum implorant.

VERS. 4. — Attende, inquit, et cum propensione audi verba orationis meæ.

(1) Apud Facundum Hermianensem, IX, 1.

ΨΑΛΜΟΣ ΜΘ'.

Στίχ. α'.—Καὶ οὗτος (2) ἠθικὸς ὁ ψαλμὸς, ἀλλ' οὐκέτι πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους, πρὸς Ἰουδαίους δὲ μόνον, ὡσανεὶ ἀμελοῦντας μὲν ἀρετῆς, τὸ δὲ πᾶν τιθεμένους ἐν ταῖς θυσίαις τοῦ νόμου, ἕως τοῦ εἰδέναι τὰ ῥήματα μόνον ἐπιμελουμένους, οὐκέτι δὲ καὶ τὰ προστάγματα φυλάττειν. Καὶ φοβερότερον αὐτοῖς κατασκευάζων τὸν λόγον, σχηματοποιεῖ κριτὴν, δικάζοντα καὶ τοὺς ἐλεγχομένους.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΒ'.

Στίχ. ε. — Μεθ' ὑπερβάτου ἐστίν. Οὕτω γὰρ ἐπεσημηνάμεθα κἀκεῖ· ἡ γὰρ ἀκολουθία αὕτη· *Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οἱ κατεσθίοντες τὸν λαὸν ἐν βρώσει ἄρτου, ὅτι ὁ Θεὸς διεσκόρπισε τὰ ὀστᾶ ἀνθρώπ[αρέσκ]ων ;* τὰ δὲ λοιπὰ διὰ μέσου. Τουτέστιν· Οὐκ ἂν μάθοιεν αὐτοὶ οἱ τῆς ἀνομίας ἐργάται, οἱ τὸν λαὸν κατεσθίοντες, καὶ καταναλίσκειν ὥσπερ τινὰ τροφὴν ἀναγκαίαν αὐτοὺς πειρώμενοι, ὅτι πάντας ἀναλίσκεις, καὶ ἀφανίζεις τοὺς ἀνθρωπαρέσκους, ὡς ἀπὸ τοῦ Ῥαψάκου, ἐπειδὴ πρὸς χάριν ἀνθρώπων ἀσεβείας ἐφθέγγετο μεστά ; Τὸ δὲ, *Τὸν Θεὸν οὐκ ἐπεκαλέσαντο· ἐκεῖ ἐφοβήθησαν φόβον οὗ οὐκ ἦν φόβος*, διὰ μέσου κεῖται. Ἀντὶ τοῦ, Θεοῦ μνήμην μὴ ποιησάμενοι, ἐφοβήθησαν ἃ μὴ προσεδόκησαν. Καταφρονήσαντες γὰρ τῶν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, ὡς εὐτελῶν καὶ ὀλίγων, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ τιμωρίαν ἐδέξαντο.

Στίχ. ζ'. — Ἐπειδὴ ἐν τῇ Σιὼν κατοικεῖν παρ' αὐτοῖς ὑπείληπτο ὁ Θεὸς, τίς ἡμῖν, φησὶν, ἀπὸ τοῦ Σιὼν ὄρους παρέξει τὴν σωτηρίαν ; ἀντὶ τοῦ, Ὁ Θεὸς, ὡς ὁμολογούμενον ἀποσιωπήσας, ἐπεὶ μηδὲ ἐνῆν παρ' ἑτέρου τινὸς ἐκδέξασθαι βοήθειαν ἐκ τοῦ Σιὼν ὄρους, ἢ τοῦ Θεοῦ, καὶ διάγειν ἐκεῖ πιστευομένου.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΓ'.

Στίχ. γ'.— Ἐπειδὴ τοῦτο μάλιστα ἐκεῖνοι ὠνείδιζον, κεκυκλωκότες τὴν πόλιν, ὡς οὐδὲν αὐτοὺς ὀνῆσαι δύναται τὰ παρὰ τοῦ Ἐζεκίου λεγόμενα (ταῦτα δὲ ἦν, ὡς προσῆκεν ἐπὶ τὸν Θεὸν πεποιθέναι, ὃς ἀπαλλάξει πάντως αὐτοὺς τοῦ κινδύνου)· καλῶς εἶπε τὸ, *Ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με*. Τουτέστιν· Ἐπειδὴ τὸν σὸν ὄνομα ἐπικαλούμενος χλευάζομαι παρ' ἐκείνων, ἐν αὐτῷ τούτῳ τὴν σωτηρίαν μοι παράσχου, ὥστε μὴ πολέμου, μὴ παρατάξεως δεηθῆναι· ἀλλὰ μόνῃ τῇ σῇ προσευχῇ τυχεῖν τῶν σπουδαζομένων, ἵνα μάθωσιν οὗτοι, πόσῃ τῶν τὴν βοήθειαν ἐπικαλουμένων ἡ ἰσχύς.

Στίχ. δ'. — Φρόντισον, φησὶ, καὶ μετὰ διαθέσεως ἄκουσον τῶν τῆς προσευχῆς μου ῥημάτων

(2) Ex Corderio.

Digitized by Google

ΨΑΛΜΟΣ ΝΔ'.

Θεοδώρου (1). Τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλαγέντες [οἱ Ἰουδαῖοι] τῆς ἐν Βαβυλῶνι παραδόξως τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, κατεσκεύασαν μὲν τὸν ναὸν καὶ οἰκείαν πάλιν ὤκησαν γῆν, ἀπειλήφει δὲ καὶ ἡ πόλις τὸν οἰκεῖον ἅπαντα κόσμον· ἀλλὰ καὶ βαθείας ἀπήλαυον τῆς εἰρήνης. Καὶ δὴ τοῦ χρόνου παραβαίνοντος, ἀρχιερεὺς τοῦ ἔθνους γεγένηται Ὀνίας, ἀνὴρ δικαιότατος καὶ εὐσεβέστατος· τότε δὲ τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔθνους ἐμπεπιστεῦθαι συνέβαινεν. Τῇ τοίνυν ἐπιστασίᾳ τοῦ Ὀνίου, μετὰ πάσης ἀκριβείας τῶν νομίμων φυλαττομένων, καὶ τῆς εἰς τὸν Θεὸν εὐσεβείας ἄριστα πληρουμένης, Σίμων τις ἐκ τῆς φυλῆς Βενιαμὶν, Σελεύκου τότε βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας ἁπάσης, Συρίας τε καὶ Φοινίκης, προστασίαν τινὰ πεπιστευμένος τοῦ ἱεροῦ, διηνέχθη μὲν οὐκ εὐλόγως πρὸς τὸν Ὀνίαν· ἐν δὲ τῇ πρὸς αὐτὸν ἡττηθεὶς διαφορᾷ, κοινοῦται Ἀπολλωνίῳ τῷ στρατηγῷ, φήσας ἀποκεῖσθαι πάμπολλα χρήματα ἐν τῷ ναῷ, ἃ δυνατὸν ληφθέντα χρήσιμα τῷ βασιλεῖ γενέσθαι πρὸς στρατολογίαν· γίνεται δὲ τοῦτο καὶ τῷ βασιλεῖ γνώριμον διὰ τοῦ στρατηγοῦ· καὶ δεξάμενος τὰ παρὰ τοῦ στρατηγοῦ μηνυθέντα, Ἡλιόδωρόν τινα τῶν οἰκείων ἀποστέλλει ληψόμενον τὰ χρήματα. Καὶ δὴ παραγεγονὼς ὁ Ἡλιόδωρος, ἔγνω χρημάτων μὲν οὐκ εἶναι τοσοῦτον πλῆθος ἐν τῷ ἱερῷ ὅσον ἡ τοῦ Σίμωνος ἐβούλετο διαβολὴ, εἶναι δὲ ὀλίγα, καὶ ταῦτα παρακα[τα]θήκας ἑτέρων, οἳ πρὸς τὴν ἀξιοπιστίαν τοῦ τόπου καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἀποβλέψαντες, τὰς παρακα[τα]θήκας ἀπέθεντο· συνεβούλευεν δὲ ὁ Ὀνίας, μηδὲν ἐπιχειρῆσαι λαβεῖν τῶν ἀποκειμένων. Ὕβρις γὰρ, φησὶν, εἰς τὸ Θεῖον τὸ γινόμενον, καὶ λυπήσεις ἐκεῖνο, οὗ τὴν παρακα[τα]θήκην ἀποσυλήσεις. Ἔμελλεν τούτων οὐδὲν τῷ Ἡλιοδώρῳ, μείζονα πάντων κρίναντι τὸ τοῦ βασιλέως εἰς πέρας ἀγαγεῖν πρόσταγμα. Εὐχαὶ μὲν οὖν καὶ θρῆνοι κατὰ τὴν πόλιν ἐγίγνοντο ἐπὶ τούτοις, ἱκετευόντων τὸν Θεὸν μὴ καταλιπεῖν ἀνεκδίκητον τὴν τόλμαν· εἰσῄει δὲ τῇ ἑτέρᾳ ὡς τὰ χρήματα ληψόμενος· καὶ ὁ Θεὸς ταῖς ἱκεσίαις τοῦ πλήθους ἐπινεύσας, καὶ τοῦ ἀρχιερέως τὴν εὐσέβειαν ἀποδεξάμενος, φοβερωτάτῃ τινὶ ἐπιφανείᾳ τοῦ τολμήματος ἀπεσκεύασεν. Ὤφθη γὰρ εἰσιέναι μέλλοντι ἵππος διὰ τοῦ ἀέρος φοβερὸς μὲν ὄψιν, φαιδρὸς δὲ τὸ σχῆμα, ἐποχούμενόν τε ἔχων μετὰ χρυσῆς τῆς πανοπλίας, ὃς καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ ῥυζήματος ταῖς ἐμπροσθίαις ὁπλαῖς τὸν Ἡλιόδωρον ἔπληξεν. Δύο τε νεανίαι, φοβεροὶ καὶ οὗτοι τὴν θέαν, ἐπίδοξοί τε τὸ σχῆμα, περιστάντες ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν ἐμαστίγουν. Καὶ οὕτως ἀπὸ τῆς ὀπτασίας καὶ τῶν πληγῶν καταπεσὼν ἤρθη, μικροῦ νεκρὸς ὑπάρχων.

(1) Theodori Mopsuesteni prolixum argumentum in psalmum XLV, in quo Judæorum historia a temporibus captivitatis usque ad Antiochum Illustrem et Oniæ fugam in Ægyptum summatim attingebatur, exstitisse ms. apud Anglum Galæum, narrant Cavæus atque Fabricius, ubi de scriptis doctissimi Mopsuesteni pro ipsorum instituto agunt. Ecce autem ego quoque id argumentum in Vaticana ad Psalterium catena nactus sum, in codice, inquam, B. f. 211-212. Simul tamen comperi, errore typographico scribi apud prædictos auctores 45, pro 54, perversis nempe numeralibus notis : nam re quidem vera hoc argumentum non XLV, sed LIV psalmi

PSALMUS LIV.

Babylonica captivitate Judæi mirabiliter a Dei potentia liberati, instauraverunt templum, suamque rursus patriam incoluerunt ; ipsaque urbs totum recepit splendorem veterem, altaque pace cuncti fruebantur (*II Mach.* III, IV). Progressu autem temporis pontifex gentis factus est Onias, vir justissimus et religiosissimus : tunc enim ad pontifices principatus quoque gentis deferri solebat. Ergo Onia rei publicæ præsidente, legis jure accurate observato, religione erga Deum optime exercita, Simon quidam de tribu Benjamini, Seleuco Asiæ universæ Syriæque et Phœniciæ imperante, quadam templi præpositura præditus, parum honeste ab Onia dissidebat : in qua contentione victus, convenit Apollonium præfectum, eique indicavit plurimam esse in templo pecuniam, quæ inde protracta, regi ad militum stipendia utilis foret. Quod cum a præfecto regi significatum fuisset, hic eo indicio usus Heliodorum quemdam familiarem suum misit qui pecuniam caperet. Jam vero illuc profectus Heliodorus, comperit non tantas esse in templo opes quantas Simon delator dixerat, sed thesaurum modicum, et quidem ex alienis depositis hominum qui loco fidentes et Dei potentiam religionemque spectantes, ibi sua reposuerant. Hortabatur porro Heliodorum Onias, ne quid inde detraheret : etenim Deo factum iri injuriam gravemque offensam, si deposita apud ipsum pecunia diriperetur. Verumtamen hæc nihil pensi Heliodorus habebat, cui præ omnibus cordi erat regis mandatum exsequi. Preces igitur ac lamentationes tota urbe erant orantium Deum, ne is ausus foret inultus. Ecce autem ille sequenti die ingrediebatur pecuniam sumpturus ; cum Deus populi precibus annuens ac pontificis pietatem respiciens, terribili admodum visione facinus inhibuit. Apparuit enim jam ingredienti equus in aere terribilis aspectu, splendida forma, equitem gerens aurea tectum armatura ; isque valido cum impetu prioribus calcibus Heliodorum percussit. Duo insuper juvenes, terribili pariter specie, ac splendido ornatu, utrique lateri astantes Heliodorum verberabant. Atque ita tum ea visione tum plagis consternatus, semivivus inde elatus est. Tum vero Heliodori comites Oniam orabant, apud Deum intercessorem fieri, ut ille imminente morte liberaretur. Quod illico faciens Onias, sacrificio ejus gratia oblato, hominem infirmitate expedivit, Deo

est ; quod ne diutius lateat, typis sine mora imprimere decrevi. Nobile quippe fragmentum est, inter plurima quæ auctoris hujus vulganda mihi supersunt : nec tam merito historico, utpote in re pervulgata, commendatur, quam quia hinc denuo cognoscimus, quomodo famigeratus SS. Bibliorum interpres Theodorus ab historia Veteris Testamenti ad res Novi Fœderis, atque ad vaticinia de Christo transire solitus fuerit : quam rem in ejus integro etiam ad XII prophetas minores commentario, quem nos olim edidimus *Script. vet.* t. VI, observare non semel licuit. MAI, *Biblioth. nova Patrum*, III, 453.

Digitized by Google

ipsi apparente, multasque gratias pontifici reddere jubente. Sic ille servatus, oblatis Deo victimis, ad regem reversus est, quæ sibi acciderant narraturus. Non tamen destitit a sua nequitia Simon, neque a calumniis contra Oniam struendis : ita ut hic ad regem profectus, et criminationes sibi illatas cognoverit, et simul populo idoneam pacem conciliaverit.

Δεήσεις ὑπὲρ τούτων πρὸς τὸν Ὀνίαν ἐγίγνοντο παρὰ τῶν συνόντων τῷ Ἡλιοδώρῳ, ἱκετεῦσαι τὸν Θεὸν, χαρίσασθαι αὐτῷ τοῦ προσδοκωμένου θανάτου τὴν ἀπαλλαγήν. Ὃ καὶ ποιήσας ὁ Ὀνίας εὐθὺς, καὶ θυσίας προσαγαγὼν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀπήλλαξε τῆς κατεχούσης νόσου · ἐπιφανέντος τε αὐτῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ πολλὰς ἔχειν χάριτας τῷ ἀρχιερεῖ παρακελευσαμένου. Οὕτω διασωθεὶς καὶ θυσίας τῷ Θεῷ προσκομίσας, ἐπανῆλθεν πρὸς τὸν βασιλέα διηγησόμενος τὰ γεγονότα · ἀλλ' οὐκ ἀφίστατο τῆς οἰκείας μοχθηρίας ὁ Σίμων, παρέμενεν δὲ πολλαῖς κατ' αὐτοῦ κεχρημένος διαβολαῖς · καὶ διὰ τοῦτο μέχρις τοῦ βασιλέως Ὀνίας γενόμενος, ἔγνω τὰς κατ' αὐτοῦ πάσας διαβολὰς, ὥστε καὶ τῷ ἔθνει περιποιῆσαι τὴν προσήκουσαν εἰρήνην.

Ilæc dum ageret Onias, Seleucus moritur, regnumque occupavit Antiochus Illustris; cui Jason quidam, Oniæ frater, pecuniam plurimam se daturum spopondit, si pontificatum ipse impetraret. Alia insuper dona plurima offerebat, si gymnasium in urbe struere, circumcisionem antiquare, atque omnino legis usus abolere sibi permitteretur. His promissis persuasus Antiochus, dignitatem illi contulit. Igitur Onias quidem religiosissimus ac justissimus vir, exauctoratus pontificatu est; Jason autem sacerdotio simul et principatu potitus, statim ad ethnicos mores aggressus est Judæos traducere, et gymnasium præter Judaicam consuetudinem ædificavit: et legem immutare pergens, cunctis a Dei cultu præceptisque legalibus recedere suadebat, atque ethnicorum mores suscipere, gymnasia, palæstras, et alia hujusmodi frequentare. Jamque omittebatur circumcisio, sabbatorum observantia negligebatur, generatimque ethnicam formam civitas induebat. Hæc videns beatus Onias diu fieri, angebatur animo, ferebat ægerrime, ac deplorabat. Malo autem quotidie ingravescente, urbem dereliquit, atque in Ægyptum profectus altare ibi erexit, templum adornavit, divinique ibi cultus curam gessit, Judæis indigenis in his quæ ad religionem pertinent ministerium suum commodans.

Ἀλλ' ἐν τούτοις ὄντος τοῦ Ὀνίου, τελευτᾷ μὲν ὁ Σέλευκος; παραλαμβάνει δὲ τὴν βασιλείαν ὁ Ἐπιφανὴς Ἀντίοχος, ἐφ' οὗ Ἰάσων τις ἀδελφὸς τοῦ Ὀνίου ἔφησε πολλῶν χρημάτων πρόσοδον τῷ βασιλεῖ προσάξαι, εἰ λάβοιτο τῆς ἀρχιερωσύνης αὐτός · δώσειν δὲ καὶ ἕτερα πλείονα, εἰ καὶ γυμνάσιον κατασκευάσειεν ἐν τῇ πόλει, καὶ τὴν περιτομὴν αὐτῶν λύσειεν, καὶ ὅλως ἐξαλλάξαι τὰ νόμιμα συγχωρηθῇ. Ἐπείσθη τούτοις τοῖς ῥήμασι, παραδίδωσί τε αὐτῷ τὴν ἀρχήν. Καὶ ὁ μὲν Ὀνίας εὐσεβέστατός τε καὶ δικαιότατος ὢν ἀνὴρ, ἔξω τῆς ἀρχιερωσύνης κατέστη · ὁ δὲ Ἰάσων, τῆς τε ἱερωσύνης καὶ τῆς ἐξουσίας ἐπιλαβόμενος, εὐθὺς ἐπὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα μετήγαγεν τοὺς Ἰουδαίους, γυμνάσιόν τε κατεσκεύασεν παρὰ τὸ Ἰουδαϊκὸν ἔθος · καὶ τὰ νόμιμα δὲ ἐξαλλάξαι παρασκευάσας, ἅπαντας μὲν ἀνελεῖν τῆς εἰς τὸν Θεὸν θεραπείας καὶ τῶν τοῦ νόμου προσταγμάτων ἔπεισεν, προσέχειν δὲ τοῖς ἔθεσιν τοῖς Ἑλληνικοῖς, γυμνασίοις, καὶ παλαίστραις, καὶ τοῖς τοιούτοις · ἠμελεῖτο δὲ λοιπὸν καὶ τὰ τῆς περιτομῆς, κατεφρονεῖτο καὶ τῶν σαββάτων ἡ τήρησις, καὶ ὅλως εἰς Ἑλληνικὸν σχῆμα τὰ κατὰ τὴν πόλιν μετέπεσεν. Ταῦτα ὁρῶν ὁ μακάριος Ὀνίας ἐπὶ πολὺ γινόμενα, ἠθύμει καὶ ἠγανάκτει καὶ ἐστέναζεν · ὡς δὲ καὶ προβαῖνον ἐώρα τὸ κακὸν, καταλιπὼν ἀνεχώρησεν, καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον καλῶν (*ita cod.*), θυσιαστήριόν τε ἐπήξατο, καὶ ναὸν κατεσκεύασεν, καὶ τῆς εἰς τὸν Θεὸν εὐσεβείας ἐπεμελήσατο, τοῖς ἐκεῖ Ἰουδαίοις τὰ δέοντα περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ θεραπείαν ὑποτιθέμενος.

Ilæc beatus David præsente psalmo vaticinatur; assumptaque Oniæ persona ea dicit, quæ dici ab illo oportebat qui insidias a suis passus erat, et ab Antiochi satellitibus sacerdotio dejectus, et qui ob incolarum urbis nequitiam, postremoque ob irreligiosorum civium præpotentiam, legalium rituum abolitionem, semperque auctam malorum molem, se in pedes dederat. Cæteroqui hunc psalmum David Saule insectante composuit, cum exsul esset et deserta loca incolere coactus. Prædicit simul Judæorum quoque adversus Servatorem insidias, atque in se ipso Domini passionem ante tempus describit. Ipse enim a Saule, cui benefecerat, exagitatus, et ab aliquot familiaribus proditus, Dominum spiritalibus oculis prævidebat eadem passurum. Propterea etiam inscriptio *in finem* ad res prædictas lectorem transmittit, sapienterque dictis attendere monet, ceu prophetico sensu illic latente, qui suo tempore ad finem deducendus erat. Insuper hic psalmus inter hymnos quoque numeratur,

Ταῦτα ὁ μακάριος προφητεύει Δαβὶδ ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ · καὶ τὸ τοῦ Ὀνίου πρόσωπον ἀναλαβὼν, ταῦτα ἐφθέγγετο, ὅσα εἰκὸς ἦν λέγειν ἐκεῖνον, ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ τῶν οἰκείων, ἐκβαλλόμενον τῆς ἱερωσύνης ὑπὸ τῶν Ἀντιόχου · ὁρῶντα τὴν μοχθηρίαν τῶν τότε τὴν πόλιν οἰκούντων, διά τε τὰς ἐν αὐτῇ πλεονεξίας, καὶ τὴν τῶν νομίμων ἐναλλαγὴν, καὶ τὴν ἑκάστοτε γινομένην τῶν κακῶν ἐπίτασιν, ἤδη καὶ περὶ φυγῆς βουλευόμενον. Εἴρηκε μὲν τὸν ψαλμὸν ὁ μακάριος Δαβὶδ, ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος, καὶ μετανάστης γενόμενος, ἐν ἐρήμῳ τε διάγειν ἀναγκαζόμενος · προθεσπίζει δὲ κατὰ ταὐτὸν καὶ τὰς τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιβουλὰς, καὶ ἐν ἑαυτῷ προδιαγράφει τὰ τοῦ Δεσπότου παθήματα. Αὐτός τε γὰρ ὑπὸ τοῦ εὐεργετηθέντος Σαοὺλ ἐξηλαύνετο, καὶ ὑπό τινων γνωρίμων προ[ὐ]δίδοτο, καὶ τὸν Δεσπότην προεώρα τοῖς τοῦ Πνεύματος ὀφθαλμοῖς ταὐτὸ τοῦτο πεισόμενον · διὰ τοῦτο καὶ *εἰς τὸ τέλος* ἡ ἐπιγραφὴ παραπέμπει τὸν ἐντυγχάνοντα, καὶ συνετῶς προσέχειν τοῖς λεγομένοις παρεγγυᾷ, ὡς τῆς προφητικῆς διανοίας κε-

Digitized by Google

καλυμμένης, καὶ μετὰ χρόνου δεχομένης τὸ τέλος. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοῖς ὕμνοις ὁ ψαλμὸς ἐγκατείλεκται, σκιαγραφίαν τινὰ ἔχων τῶν Δεσποτικῶν παθημάτων· δίκαιον γὰρ ἀεὶ ὑμνεῖν τὸν ταῦτα παθεῖν ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀνασχόμενον σωτηρίας. Ἀλλὰ μηδεὶς τῇ ταπεινότητι τῶν ῥημάτων προσέχων, ἀνάξια ταῦτα ἡγείσθω τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ· σκοπείτω δὲ ὡς ὁ χολῆς καὶ ὄξους καὶ τῶν τοιούτων ἀνασχόμενος, οὐκ ἂν λόγων ταπεινότητα παρῃτήσατο. Κατάλληλα γὰρ εἶναι τὰ ῥήματα προσήκει τοῖς πράγμασιν· αὐτοῦ δέ ἐστιν ἡ φωνὴ τὸ, *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν*· καὶ πάλιν· Ἐντολὴν ἔλαβον, τί εἴπω καὶ τί λαλήσω, καὶ οὐδὲν ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ· καὶ, *Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες;* Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα ἀνθρωπίνως ἐφθέγγετο, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ὑπεδείκνυ, καὶ οἰκονομῶν (*cod.* οἰκοδομῶν) τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀσθένειαν· ἐνταῦθα μέντοι ὁ θεῖος Δαβὶδ καὶ τὴν εἰς αὐτὸν γεγενημένην ἀδικίαν διδάσκει, καὶ τὴν εἰς τὸν Δεσπότην ἐσομένην προδιαγράφει, τῇ κοινωνίᾳ τῶν παθημάτων ἐναβρυνόμενος καὶ μονονουχὶ βοῶν μετὰ Παύλου· Ἐγὼ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω.

quia passionis Dominicæ continet adumbrationem. Merito enim ille hymnis celebrandus est, qui talia pro hominum salute pati voluerit. Jam nemo dictionum humilitatem considerans, indignas has Servatore Christo existimet : consideret potius, eum qui fel acetumque et alia hujuscemodi toleraverit, eumdem facile ne dictionum quidem humilitatem recusavisse. Etenim verba consonare factis consentaneum est. Nam et ipsius vox est : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris* (Matth. xi, 29). Et rursus, Mandatum accepi, quid dicam et quid eloquar, et nihil a me ipso facio. Et, *Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me?* Hæc et hujus generis alia humano more loquebatur, ut humanam suam naturam ostenderet, atque ut se Judæorum infirmitati accommodaret. Hoc certe loco David et injurias sibi illatas docet, et simul Domino eventuras prædicit ; ob passionum communionem plaudens sibi, ac propemodum cum Paulo exclamans : Ego stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΔ'.

Στίχ. β'.— Μὴ διαπτύσῃς (1), μηδὲ καταφρονήσῃς, μικρὰν αὐτὴν καὶ εὐτελῆ λογισάμενος. Ὑπεριδεῖν γὰρ λέγεται τὸ καταφρονῆσαι, ὡς μικροῦ καὶ οὐδενός.

Στίχ. γ'. — Ἀδολεσχίαν καλεῖ παντὸς πράγματος συνέχειαν. Τὸ οὖν, *Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην*· τουτέστι, Συνεχῆ τὴν λύπην ἔσχον καὶ τὴν ταραχὴν ἀπὸ τοῦ πλήθους .ῶν κακῶν, ἄλλων ἐπ' ἄλλοις ἀεὶ συμβαινόντων.

Στίχ. ιδ'. — Σύμμαχος, *Ἀλλὰ σὺ ἄνθρωπος ὁμότροπος, καὶ συνήθης, καὶ γνώριμος*. Τὸ δὲ, *Ἡγεμών μου*, καλῶς ὡς πρὸς τὸν Σίμωνα· ἐπειδὴ τοῦ μακαρίου Ὑνίου ἀρχιερατεύοντος, προστασίαν τινὰ ἐγκεχείριστο. Οὕτως ἡγεμόνας καὶ ἄρχοντας βασιλέων καλοῦμεν τοὺς ὑπ' αὐτῶν πράττοντας, εἴτε παρ' αὐτῶν τὴν ἀρχὴν ἐγκεχειρισμένους.

PSALMUS LIV.

Vers. 2. — Noli respuere, vel contemnere, parvam et vilem illam æstimans. Despicere enim dicitur idem quod contemnere, tanquam quid parvi et nullius momenti

Vers. 3. — Exercitationem vocat cujuscunque negotii continuationem. Istud igitur, *Contristatus sum in exercitatione mea, et conturbatus* ; id est, Continuam habui tristitiam et conturbationem a multitudine malorum, dum alia ex aliis semper oriuntur.

Vers. 14. — Symmachus, *Sed tu homo eorumdem morum, et familiaris meus, et notus.* Illud vero, *Dux meus*, recte tanquam ad Simonem dictum ; ut qui, Onia supremo sacerdotio fungente, præfecturam aliquam gerebat. Hoc modo duces et imperatores regum appellamus eos qui ipsis subordinati sunt, sive qui ab ipsis imperium sibi concreditum acceperunt.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΖ'.

Στίχ. ια'. — Ἡ δὲ εἰς ὑμᾶς, φησὶ, τιμωρία εὐφροσύνην παρέξει τοῖς δικαίοις, τοῖς νῦν ὑφ' ὑμῶν ἐπιβουλευομένοις.

Θεοδώρου. Τὸ *νιπτεσθαι* ἡ θεία Γραφὴ συνεχῶς λαμβάνει ἐπὶ τοῦ ἢ κοινωνεῖν τινι ἢ μὴ κοινωνεῖν. Τοῦτο γὰρ ἔθος τοῖς παλαιοῖς, διὰ τοῦ νίπτεσθαι τὰς χεῖρας σημαίνειν ὁπότερον ἂν ἐβούλοντο. Οὕτω καὶ Πιλᾶτος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φαίνεται τῷ νίψασθαι τὰς χεῖρας σημαίνων, ὅτι μὴ κοινωνῇ τῷ φόνῳ κατὰ τοῦ Χριστοῦ. Οὕτω καὶ ἑτέρωθί φησιν ὁ μακάριος Δαβίδ· *Νίψομαι ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖράς μου*· τουτέστι, Τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀσπάσομαι κοινωνίαν. Ἐνταῦθα οὖν τοῦτο λέγει, ὅτι ὁ δίκαιος ἐν τῇ σφαγῇ καὶ τῷ θανάτῳ τοῦ ἁμαρτωλοῦ δειχθήσεται μηδεμίαν

PSALMUS LVII.

Vers. 11. — Vestrum autem, inquit, supplicium lætitiam præbebit justis illis, qui nunc a vobis insidiis impetuntur.

Ibid. — *Theodori.* Verbum *lavandi* Scriptura divina semper accipit pro communicatione vel non communicatione alicujus. Illa enim erat consuetudo veteribus, ut per lotionem manuum alterutrum, prout volebant, significarent. Sic etiam Pilatus in Evangeliis videtur per lotionem manuum significasse, se non communicare cædi Christi. Sic etiam alio loco beatus David ait : *Lavabo inter innocentes manus meas* ; id est, cum ipsis amplectar communicationem. Hic ergo dicit, justum in cæde ac morte peccatoris declaratum iri nullam habere cum iis

(1) Ex Corderio.

Digitized by Google

communicationem, hoc est, justum appariturum. Cum enim illi propterea puniantur, hi autem maneant nil mali patientes, horum virtus demonstratur.

VERS. 12. — Nonnulli istud, *Utique est fructus justo*, per interrogationem legerunt; ac si sciscitarentur utrum sit : quod in syllogismis dicere solemus, Nunquid hoc? id est, Ergone hoc? sic etiam hoc loco ait, quod cum hæc facta fuerint, omnes dicturi sint, Quoniam vere est fructus justo, et non sine mercede justitiam exercet. Ecce enim propterea puniti sunt qui ipsis insidiabantur.

PSALMUS LVIII.

VERS. 7. — Hic etiam est temporis immutatio, pro *convertantur*, et *circumeant*, et *famem patiantur*. Quod autem dicit est ejusmodi : Quoniam canum proprium est noctis tempore circuire civitatem universam, et majoribus uti vocibus; maxime autem hoc faciunt, quando contigerit ipsos esurire cibi indigos. Simile quid, inquit, hostibus eveniat; a præsenti felicitate in pejus per supplicium tuum convertantur : et sicut canes, noctis tempore a fame obsessi, in circuitu ululantes circumeunt civitatem, sic et hi supplicio tuo icti ejulent ad instar canum; ita ut ex ipsa voce ejulatuum tui in ipsos supplicii appareat magnitudo. Temporis autem immutationem indicat Symmachus dicens, *Convertantur ad vesperam*.

VERS. 8. — Hic etiam istud *ecce* adjectum est ex phrasi Hebræa. Symmachus vero ait : *Ipsi autem singultiunt comedentes ore suo, et quasi gladios labiis suis* [egerunt]. Nam et hic tempus immutavit, cum futurum pro præsenti dixit. Ipsi enim, inquit, per os suum et per labia sua loquuntur verba omni gladio pejora, et quæ omni ense atrocius valeant vulnerare. *Quoniam quis audivit?* id est, Nemo. Porro hic etiam vox *dicentes* subauditur, quasi per reticentiam Prophetæ dicta; sicut etiam in psalmo secundo istud : *Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum, adversus Dominum, et adversus Christum ejus. Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum* : nam etiam ibi per reticentiam subauditur vox *dicentes*, ut sensus sit, dicentes, *Dirumpamus vincula eorum* : ita etiam hic, *Ecce ipsi loquentur in ore suo, et gladius in labiis eorum : quoniam quis audivit?* Expressius autem in psalmo quadragesimo quarto adnotavimus, sicut consuetudo est Prophetæ, istud *dixit* et *dicens*, et si quid sit istiusmodi, per reticentiam poni. Vult enim de ipsis dicere, quasi dicant : Minime supplicium formidavimus, sed pro virili in ipsos irruimus, eos occidentes et interficientes : dum enim etiam multa alia fecissemus, quis audivit eos gementes? vel attendit ipsis injuria oppressis? vel quis ultus est interfectores? Non quasi hæc omnino dixerint inimici, sed a re ipsa pro sua consuetudine istud *dixit* ponens; simile enim est isti, *Dixit enim in corde suo : Non requiret*;

A ἔχειν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν, τουτέστιν, ἀποφανθήσεται δίκαιος. Ὅταν γὰρ ἐκεῖνοι διὰ τούτων κολάζωνται, οὗτοι δὲ μένωσι μηδὲν πάσχοντες κακὸν, δείκνυται τούτων ἡ ἀρετή.

Στίχ. ιβ'.—Τινὲς τὸ, Ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ, κατ' ἐρώτησιν ἀνέγνωσαν· ὡσανεὶ πυνθανομένων, ὅτι Εἰ ἔστιν ἄρα, ὅπερ ἔθος ἡμῖν ἐν τοῖς συλλογισμοῖς λέγειν, εἰ μὴ τόδε; ἀντὶ τοῦ, Οὐκοῦν τόδε; οὕτω κἀνταῦθα λέγει, ὅτι τούτων γενομένων, πάντες ἐροῦσιν, ὅτι ἀληθῶς ἔστι τῷ δικαίῳ καρπὸς, καὶ οὐκ ἀμισθὶ τὴν δικαιοσύνην ἐργάζεται. Ἰδοὺ γὰρ ὑπὸ τούτων ἐτιμωρήθησαν οἱ ἐπιβουλεύοντες αὐτοῖς.

B

ΨΑΛΜΟΣ ΝΗ'.

Στίχ. ζ'. — Ἐναλλαγὴ κἀνταῦθα χρόνου, ἀντὶ τοῦ, Ἐπιστρεψάτωσαν, καὶ κυκλωσάτωσαν, καὶ λιμωξάτωσαν. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐπειδὴ τῶν κυνῶν ἴδιον κατὰ τὸν τῆς νυκτὸς καιρὸν περιιέναι τε τὴν πόλιν ἅπασαν, καὶ μείζοσι κεχρῆσθαι ταῖς φωναῖς· ποιοῦσι δὲ αὐτὸ μάλιστα, ἐπειδὰν συμβαίνῃ καὶ π[ε]ινᾷν δεχθέντας τροφῆς· τοιοῦτόν τι περὶ τῶν ἐχθρῶν φησι· Μεταστραφήτωσαν ἀπὸ τῆς νῦν εὐπραγίας εἰς τὸ χεῖρον τῇ παρὰ σοῦ τιμωρίᾳ· καὶ ὥσπερ κύνες, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς νυκτὸς ὑπὸ λιμοῦ συνεχόμενοι, κύκλῳ βοῶντες τὴν πόλιν ἐκπεριίασιν· οὕτω καὶ οὗτοι τῇ παρὰ σοῦ τιμωρίᾳ πληγέντες ὀλολυζέτωσαν ὅμοια τοῖς κυσίν· ὥστε καὶ τῇ φωνῇ τῶν ὀλολυγμῶν φαίνεσθαι τῆς τιμωρίας σου τῆς εἰς αὐτοὺς τὸ μέγεθος. Τὴν δὲ ἐναλλαγὴν τοῦ χρόνου δείκνυσι Σύμμαχος εἰπών, Ἐπιστρεψάτωσαν εἰς ἑσπέραν.

C

Στίχ. η'.— Θεοδώρου. Κἀνταῦθα τὸ, Ἰδοὺ, προσέρριπται ἀπὸ τοῦ Ἑβραϊκοῦ ἰδιώματος. Σύμμαχος δέ φησιν· Αὐτοὶ μὲν ἀποβλύζουσι τοῖς στόμασιν ἑαυτῶν, καὶ ὡς μαχαίρας τοῖς χείλεσιν αὐτῶν. Κἀνταῦθα γὰρ ἐνήλλαξε τὸν χρόνον, μέλλοντα εἰρηκὼς ἀντὶ τοῦ ἐνεστῶτος. Αὐτοὶ γὰρ, φησὶ, φθέγγονται ῥήματα διὰ τοῦ στόματος αὐτῶν καὶ τῶν χειλέων πάσης χείρονα μαχαίρας, καὶ παντὸς ξίφους εὐτονώτερον πλῆττειν δυνάμενα. Ὅτι τίς ἤκουσεν; ἀντὶ τοῦ, Οὐδείς. Ἔστι δὲ κἀνταῦθα τὸ, λέγοντες, ἀπὸ κοινοῦ νοούμενον, ὡς κατὰ ἀποσιώπησιν εἰρημένον τῷ προφήτῃ· οἷον καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ τὸ, Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ· Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀπορρίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν· ἀπὸ κοινοῦ γὰρ κἀκεῖ κατὰ ἀποσιώπησιν νοεῖται τὸ, λέγοντες· ἵνα ᾖ· Λέγοντες· Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν. Οὕτως οὖν κἀνταῦθα, Ἰδοὺ αὐτοὶ ἀποφθέγξονται ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ ῥομφαῖα ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν· ὅτι τίς ἤκουσεν; Ἀκριβέστερον δὲ ἐν τῷ μδ' ψαλμῷ ἐπεσημηνάμεθα, ὡς ἔθος τῷ προφήτῃ, τὸ, Εἶπε, καὶ, Λέγων, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, κατὰ ἀποσιώπησιν τιθέναι. Βούλεται γὰρ περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, ὅτι φασὶν· Οὐ προσῆκε δεδιέναι τιμωρίαν, ἀλλ' ἐπιβῶμεν αὐτοῖς δσῃ δύναμις, ἀναιροῦντες καὶ κατασφάττοντες· πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα πεποιηκότων ἡμῶν, τίς ἤκουσεν αὐτῶν στεναζόντων; ἢ τίς προσέσχεν αὐτοῖς ἀδικουμένοις; ἢ τίς ἐπήμυνεν ἀναιρουμένοις;

D

Digitized by Google

Οὐχ' ὅτι τοῦτο ἔλεγον πάντως οἱ ἐχθροί· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πράγματος κατὰ τὸ οἰκεῖον ἔθος τὸ εἶπε τεθειτικῶς· ὅμοιον γάρ ἐστι τῷ, *Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἐκζητήσει·* καὶ τῷ, *Εἶπον· Τίς ὄψεται αὐτούς;* Τὸ αὐτὸ γὰρ κἀνταῦθα εἰπεῖν βούλεται. Ὅτι οὕτως ἅπαντα πράττουσιν, ὡς οὐκ ἀκούοντος οὐδενὸς, οὐδὲ φροντίζοντος τῶν γιγνομένων. Ἴδιον δὲ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ τὸ διὰ τοῦτο μάλιστα αἰτεῖν τοῦ Θεοῦ τὴν κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων τιμωρίαν· διὰ τὸ τῶν πολλῶν ἐν ταῖς ἀδικίαις αἰτιωμένων τὸν Θεὸν, ὡς οὐ προνοοῦντα τὸν Δεσπότην· ὥσπερ γὰρ ἀδικοῦντες καὶ πάσχοντες οὐδὲν, τοιαύτην τοῖς πολλοῖς τὴν ὑπόνοιαν ἐργάζονται· οὕτω τιμωρούμενοι, τὸ ἐναντίον πάντας ὑποπτεύειν παρασκευάζουσι. Δείκνυσιν οὖν ἑαυτὸν οὐ διὰ τό τι παθεῖν, τὸν κατὰ τῶν ἀδικούντων αἰτοῦντα τιμωρίαν, ἀλλ' ὥστε κρείττονα περὶ τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐντεῦθεν ἐγγενέσθαι τὴν ὑπόληψιν, ἡμᾶς παιδεύων, διὰ πάντων τὸ πρὸς δόξαν Θεοῦ συντελοῦν ἐπιζητεῖν.

A et isti, *Quis videbit eos* (*Psal.* LXIII, 6)? idem enim hoc loco vult dicere. Quoniam sic omnia agunt, ac si nemo audiret, vel curam gereret eorum quæ fiunt. Proprium autem est beati Davidis ob hoc maxime rogare Deum, ut peccatores puniat; quia plurimi injuriis affecti incusant Deum, ac si minime providus esset Dominus: sicut enim, dum iniquitatem facientes, nihil patiuntur, istiusmodi opinionem plurimis ingerunt; ita dum puniuntur, omnes contrarium faciunt opinari. Ostendit itaque se non ideo quod aliquid patiatur, exigere ut de injuriam irrogantibus supplicium sumatur, sed ut hominibus exinde melior de Deo opinio ingeratur, docens nos, ut omnia ad Dei gloriam perficere satagamus.

Στίχ. ιβ'. — Κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον. Ἀντὶ τοῦ· Ἀλλ' οὐ μὴ αὐτοὺς ἀποκτείνῃς, ὥστε μὴ ἐπιλαθέσθαι τοῦ νόμου σου; ὥστε, φησὶν, οὔτε διὰ τοῦτο οἷόν τε αὐτοὺς κερδάναι τὴν τιμωρίαν. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Πρὸ τῆς τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ παρουσίας τὴν προσήκουσαν, καὶ τελείαν πίστιν περὶ τῆς ἀναστάσεως οὐκ ἔχοντες, ἡγοῦντο τοὺς τελευτῶντας παντελῶς τοῦ εἶναι ἐκτὸς γίνεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι λόγον τινὰ ἢ μνήμην Θεοῦ ἔχειν· διὰ τοῦτό φησί που, *Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου·* καὶ ἀλλαχοῦ, *Οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε, Κύριε.* Καὶ ὅλως πολλὴν ἔστιν εὑρεῖν ταύτην τὴν χρῆσιν ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ. Ἐπειδὴ τοίνυν ὡς τῶν μὲν ἐνταῦθα ὑμνούντων τὸν Θεὸν, τῶν δὲ ἐκ τῶν τοῦ βίου γινομένων, οὐδὲ μεμνῆσθαι ἔτι τοῦ Θεοῦ οἷόν τε ὄντων, τοῦτό φησιν· Ἀλλ' οὐκ ἀποκτενεῖς αὐτοὺς, φησὶν, ἀλλ' ὑπερθήσῃ τὴν κατ' αὐτῶν τιμωρίαν, ὡς ἂν μήτε ἀποθανόντες εἰς λήθην τῆς σῆς ἔλθοιεν δυνάμεως. Ἀντὶ τοῦ· Οὐχ οἷόν τε οὐδὲ διὰ τοῦτο ἀναβάλλεσθαι τὴν τιμωρίαν· εἰ μὲν γὰρ ἐμέμνηντό σου τῆς δυνάμεως, καὶ τὴν γνῶσιν εἶχον τὴν σὴν, καὶ ἤδεσαν ἃ πρόσῆκον ἦν, εἰκὸς διὰ τοῦτο φείσασθαι, ὥστε μὴ ἀποθανόντων τὴν σὴν περιαιρεθῆναι μνήμην ἐξ αὐτῶν· ἐπειδὴ δὲ τοσοῦτον ἀπέχουσι τοῦ ἐνταῦθά σου μνημονεύειν, ὥστε εἰς τὸ ἐναντίον ἅπαντα πράττειν, καὶ ἀδικεῖν ὡς οὐκ ὄντος τοῦ ἐφεστῶτος τῷ βίῳ· καὶ διακρίνοντος τὰ πραττόμενα, τοιαῦτα δὲ καὶ λέγειν ὡς οὐδεὶς ὁ ἀκούων, ἢ φροντίζων τῶν γιγνομένων. Καὶ οὐκ ἔνεστιν ἐκεῖνα λογίσασθαι ἃ τῆς βελτίστης εἰσὶ μοίρας καὶ τῆς κρείττονος περὶ σοῦ ὑπολήψεως, ὡς μὴ λήθῃ παραδοῖεν τὰ κατὰ σὲ, θανάτῳ τε ἅμα τιμωρῆσαι καὶ ποικίλαις κακώσεσι, καὶ ταύταις μᾶλλον ἢ τῷ θανάτῳ ὑποβαλεῖν. Ὁ γὰρ παρελκυσμὸς τῶν δεινῶν ὑπόμνησιν ἐμποιεῖ τῶν ἁμαρτιῶν. Καὶ τοῦτο δὲ βούλεται διὰ πάντων εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲν αὐτοῖς πρόσεστιν ἄξιον, τοῦ φειδοῦς τυχεῖν τινος.

B Vers. 12. — Per interrogationem hoc legendum. Quasi dicat: Nunquid occides eos, ne obliviscantur legis tuæ? ita ut, inquit, neque propterea possint supplicii lucrum facere. Quod autem dicit est istiusmodi: Ante Christi Domini adventum, cum non haberent perfectam fidem resurrectionis, existimabant defunctos penitus annihilari, et non posse rationem aliquam aut memoriam Dei habere; idcirco alibi dicit, *Quoniam non est in morte qui memor sit tui* (*Psal.* VI, 6); et alio loco, *Non mortui laudabunt te, Domine* (*Psal.* CXIII, 17). Et omnino frequentem in Veteri Testamento istiusmodi usum loquendi reperire licet. Quasi itaque illi qui hic sunt Deum laudarent, hi vero qui e vivis excesserunt ne memoriam quidem Dei amplius habere possent, hoc dicit: Sed non occides, inquit, eos, verum differes supplicium eorum, ne videlicet morientes in oblivionem veniant potentiæ tuæ. Quasi dicat: Neque per hoc poterunt evadere supplicium: nam si virtutis tuæ memores fuerint, et notitiam tuam habuerint, et ea quæ conveniebant cognoverint, par est ut idcirco parcatur iis, ne ipsis morientibus memoria tua ab illis auferatur: verum cum tantum absint a memoria tua hic recolenda, ut e diverso cuncta faciant tam inique, ac si nemo huic vitæ præesset, et ea quæ geruntur dijudicaret; quin etiam talia dicant, ac si nemo audiret, aut curaret ea quæ fiunt. Neque etiam illa licet cogitare quæ sortis sunt optimæ et sanioris circa te opinionis, ne oblivioni tradant ea quæ ad te spectant, morte simul ac diversis malis ipsos puni, atque his potius quam morti subjiciantur. Tractus siquidem molestiarum memoriam refricat peccatorum. Atque hoc per omnia vult dicere, quod nihil in ipsis sit quod aliquam indulgentiam mereatur.

Στίχ. ιγ'. — Ἐπειδὴ τὰ γιγνόμενα πάντως καὶ ἀπαγγέλλονται, πολλάκις ἀντὶ τοῦ γιγνομένου τὴν ἐπαγγελίαν λέγει. Ὡς τό· *Ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην·* ἀντὶ τοῦ, Παρέξεις μοι πάντως· ὃ γὰρ γιγνόμενον, τοῦτο καὶ ἀκουτιεῖν ἔμελλε.

Vers. 13. — Quoniam ea quæ fiunt omnino etiam annuntiantur, frequenter pro facto annuntiationem dicit. V. g. *Audire me facies exsultationem et lætitiam* (*Psal.* L, 10); id est, præbebis omnino mihi: nam id quod fiebat, futurum erat

Digitized by Google

ut audiri faceret. Hoc loco igitur etiam illud, *Annuntiabuntur in consummatione*, id est Erunt. Execrationem vero et mendacium vocat ea quæ ab ipsis fiebant, utpote mendacii plena atque execratione digna. Ex his igitur, inquit, quæ faciunt, ex iisdem consummabuntur, et morientur : siquidem hæc ipsis causa erunt consummationis ac mortis. Utrobique autem sibi ipsi consonat, ex moribus ipsos majori supplicio dignos demonstrare volens; sic enim ait : Non licet ipsis a te supplicii lucrum facere, quasi tui memores essent, aut te cognoscerent : quoniam hoc ipso potius pœna digni apparent, propter ea quæ dicunt et faciunt : hæc enim maxime necessarium ipsis supplicium afferunt; quinimo etiam consummationem.

A Κάνταῦθα οὖν τὸ, *Διαγγελήσονται ἐν συντελείᾳ*, ἀντὶ τοῦ Ἔσονται. Ἀρὰν δὲ καὶ ψεῦδος καλεῖ τὰ παρ' ἐκείνων γιγνόμενα, ὡς ψεύδους μεστὰ καὶ κατάρας ἄξια. Ἀπὸ τοίνυν τούτων, φησὶν, ὧν πράττουσιν, ἀπὸ τούτων συντελεσθήσονται, καὶ ἀποθανοῦνται· ταῦτα γὰρ αὐτοῖς τῆς συντελείας ἔσται καὶ τοῦ θανάτου τὰ αἴτια. Δι' ὅλου δὲ ἑαυτῷ ἠκολούθησεν, ἀπὸ τοῦ τρόπου μείζονος αὐτοὺς τιμωρίας ἀξίους δεῖξαι βουλόμενος. Οὕτω γάρ φησιν· Οὐκ ἔνεστιν αὐτοὺς κερδάναι τὴν παρὰ σοῦ τιμωρίαν, ὡς μεμνημένους σου, ἢ εἰδότας σε· ὅτι δ' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον ἄξιοι φαίνονται τιμωρίας, ἀφ' ὧν λέγουσί τε καὶ ποιοῦσι· ταῦτα γὰρ μάλιστα ἀναγκαίαν αὐτοῖς ἐπάγει τὴν τιμωρίαν· ἔτι δὲ καὶ τὴν συντέλειαν.

Vers. 14. — Et quoniam sæpe nobis exprobrant, quod præfectura tua minime digni habiti simus, et idcirco maxime indecenter adversus nos insidiis usi sunt; ex supplicio ipso cognoscent, quod non solum noster, sed universæ quoque terræ herus sis ac Dominus : propter hoc vindica nos quantum volueris, eos qui injuriam nobis faciunt puniendo. Expressit autem totum consequenter ad ista verba, *Ne occidas eos :* deinde ex superioribus resumit contra illos exsecrationem, et ait :

B Στίχ. ιδ'. — Καὶ ἐπειδὴ πολλάκις ἡμῖν ὀνειδίζουσιν, ὡς τῆς παρὰ σοῦ προστασίας οὐκ ἀξιωθεῖσι, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα ἀδεέστερον ταῖς καθ' ἡμῶν ἐπιβουλαῖς ἐχρῶντο· διὰ τῆς τιμωρίας γνώσονται, ὅτι δεσπότης τε καὶ Κύριος οὐχ ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ πάσης τῆς γῆς· διὰ τοῦτο ἡμῖν ἐπάμυνον, τοὺς ἀδικοῦντας τιμωρούμενος ὅσα ἐθέλεις. Ἀπέδωκε δὲ τὸ πᾶν κατὰ ἀκολουθίαν, τὸ *Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς*· εἶτα ἀναλαμβάνει ἄνωθεν τὴν κατ' αὐτῶν κατάραν, καί φησιν·

Vers. 15. — Id quod superius ipsis exprobrando dixerat, hoc etiam hic resumendo dicit, postquam ipsos supplicio dignos esse demonstraverat. Itaque, inquit, quoniam minime licet ipsis parcere, tanquam nunc quidem te curantibus, sed, si mortui fuerint, oblivioni te tradituris; e contra utique, cum ingrati sint, ex supplicio debitum agnoscent : justissimam igitur pœnam subeant, et supplicio tuo rejecti, ululent instar canum noctis tempore per civitatem circumvagantium.

Στίχ. ιε'.— Ὑπερ ἄνω εἶπεν ἐπαρώμενος αὐτοῖς, τοῦτο κάνταῦθα ἀναλαμβάνων λέγει, μετὰ τὸ δεῖξαι αὐτοὺς ἀξίους ὄντας τῆς τιμωρίας. Οὐκοῦν, φησὶν, ἐπειδὴ καὶ φείσασθαι αὐτῶν οὐχ' οἷόν τε, ὡς νῦν μέν σου φροντιζόντων, ἐπιλησομένων δὲ εἰ ἀποθάνοιεν· C τοὐναντίον δὴ ἀγνώμονες ὄντες, ἀπὸ τῆς τιμωρίας τὸ δέον ἐπιγνώσονται· δικαιωτάτην οὖν τιμωρίαν ὑπομεινάτωσαν, καὶ τῇ παρὰ σοῦ τιμωρίᾳ βληθέντες, ὀλολυζέτωσαν δίκην τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐκπεριιόντων κυνῶν ἐν τῷ τῆς νυκτὸς καιρῷ.

PSALMUS LIX.

ΨΑΛΜΟΣ ΝΘ'.

Vers. 3. — Cæterum si etiam hæc pati permisisti, haudquaquam certe malis immorari permisisti, promptissimam nobis clementiam tuam exhibens.

Στίχ. γ'. — Ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτα παθεῖν συνεχώρησας, οὐ μὴν ἐναφῆκας τοῖς κακοῖς, ὀξυτάτην τὴν παρὰ σοῦ φιλανθρωπίαν ἡμῖν παρεχόμενος.

Vers. 4. — Qui rebus materialibus adhærescunt, et terrena sapiunt, cum illis delectentur, eo quod iis afficiantur, existimant se stabilitatem et imperturbationem obtinere : verum istiusmodi status illis detrimentum affert; unde utile est, ut per misericordiam Dei concutiatur ac conturbetur ratione pœnitentiæ. Sciens enim quam noxium sit rebus materialibus inhærere, et terreni hominis imaginem sapere, turbationem et commotionem patiatur, a priori prava vita ad probam ac beatitudinis plenam translata; contrita nempe, et sensum percipiens contritionum ex invisibilibus hostibus exsistentium, invocabit utique eum qui dicit, Ego sum Dominus sanans te : cum enim medicus sit, sanabit eam. Cæterum possit quoque terræ motio induci iis qui in ea sunt, dæmonibus translatis ad oracula divina suscipienda.

Στίχ. δ'. — Οἱ προσπαθοῦντες τοῖς ὑλικοῖς, καὶ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, τερπόμενοι ἐπ' αὐτοῖς, τῷ ἐμπαθεῖς εἶναι, οἴονται εὐστάθειαν καὶ ἀταραξίαν ἔχειν· βλάβην δὲ ἡ τοιαύτη κατάστασις φέρει· ὅθεν χρήσιμον, ἐλέῳ Θεοῦ συσεισθῆναι αὐτὴν καὶ ταραχθῆναι D μεταμελείας τρόπῳ. Γνοῦσα γὰρ ὡς ἐπιβλαβὲς τὸ ὑλικοῖς ἐνέχεσθαι, καὶ φρονεῖν τὴν τοῦ χοϊκοῦ εἰκόνα, τάραχον καὶ συσσεισμὸν σχοίη, μετατιθεμένη ἐκ προτέρου φαύλου βίου ἐπὶ σπουδαῖον καὶ μακαριότητος πλήρη· ἀμέλει γοῦν, συντριβεῖσα αἰσθησιν λαβοῦσα τῶν ὑπαρξάντων συντριμμάτων ἐκ τῶν ἀοράτων πολεμίων, παρακαλέσει τὸν λέγοντα, ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ ἰώμενός σε· ἰατρὸς γὰρ ὑπάρχων, ἰάσεται αὐτήν. Δυνατὸν δὲ καὶ σάλον ἐπαχθῆναι τῇ γῇ μετατιθεμένων τῶν ἐπ' αὐτῆς δαιμόνων ἐπὶ παραδοχὴν θείων θεσπισμάτων.

Ibid. — Quandoquidem eorum affectiones assumpserat super terram, propria usus est sequela; et

Ἐπειδὴ τὰ αὐτῶν πάθη ἀνέλαβεν ἐπὶ τῆς γῆς, τῇ οἰκείᾳ ἐχρήσατο ἀκολουθίᾳ· καὶ διὰ τοῦτο ὡσαὶ

Digitized by Google

ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ σεισμοῦ τῆς γῆς συντριβείσης καὶ διαλυθείσης οὕτω φησί· Θεράπευσον τὰ πάθη, καὶ διάλυσον τὰς συμφοράς.

Κατάνυξιν λέγει τὸ ἐφόσῳ δήποτε πράγματι παθεῖν τὴν ψυχήν· οὕτως ὅταν λέγῃ, τὸ *διεσχίσθησαν, καὶ οὐ κατεύγησαν*, τουτέστιν, ἀποτυχόντες πολλάκις, οὐδὲ οὕτως ἔπαθον τὴν ψυχήν, οὐδὲ κατέγνωσαν ἑαυτῶν. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, *Ἃ λέγεται ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐν ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε*. Τουτέστιν, ἃ βουλεύεσθε κατὰ διάνοιαν, ἐφ' ἡσυχίας ὄντες, ἐν τῇ κλίνῃ λογισάμενοι κατάγνωτε ἑαυτῶν, καὶ μεταμελήθητε ἐφ' οἷς διεπράξασθε. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς Σουσάννας περὶ τῶν πρεσβυτέρων φησίν, *ὅτι κατεύγησαν τῇ καρδίᾳ*· τουτέστιν, ἔπαθον ἐπ' αὐτῇ ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας συνεχόμενοι. Κάνταῦθα οὖν κατάνυξιν καλεῖ τὴν ἐπιθυμίαν, ὡς πάθος ἐνεργαζόμενον τῇ ψυχῇ. Ὡς γὰρ μεταμέλεια καὶ κατάνυξις πράγματος πάθος ἐμποιεῖ, καὶ ὡς ἐπιθυμία καὶ ἔρως χαλεπὸν, οὕτως ἀθυμία πάθος ἐνεργάζεται. Τὸν δὲ οἶνον ἐπὶ τῆς συμφορᾶς ἀεὶ λέγει καὶ τῆς τιμωρίας· ἀπὸ τοῦ τὸν οἶνον πλείονα δοθέντα παράγειν τοὺς λογισμοὺς, καὶ παραφέρειν, καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ τιμωρίαν ἐκτὸς τοῦ καθεστῶτος ἐργάζεσθαι. Τοῦτο οὖν φησιν· Ὅτι τιμωρίαν ἡμῖν ἐπενεχθῆναι συνεχώρησας, οὕτω μὲν δαψιλῶς, ὥστε δοκεῖν εἰς ἀπόγνωσιν τῆς τιμωρίας μετέχειν· οὕτω δὲ χαλεπὴν, ὡς πάθους καὶ ἀθυμίας αὐτάρκως πληροῦν τὴν ψυχήν.

Στίχ. ς'. — Ἀλλ' ἐν μέσῳ τοσούτων ὄντας κακῶν οὐκ ἀφῆκας παθεῖν, ὥσπερ δὲ σημείῳ τινὶ διακρίνας ἡμᾶς· οὕτως ἐν μέσῳ τῶν κακῶν στρεφομένους ἀνεπιβουλεύτους φυλαχθῆναι ἐποίησας τῆς τῶν ἐναντίων ἐπιβουλῆς. Τοῦτο δὲ ἐκ μεταφορᾶς λέγει τῶν ἐν τοῖς πολέμοις πολλάκις ἀναμιγνυμένων τοῖς πολεμίοις, οἵτινες ἀλλήλοις διδόασι σημεῖα καὶ σύμβολα οἰκειότητος, καὶ γινώσκουσιν ἀλλήλους ἐν ἀπομιμήσει τοῦ σχήματος, ὡς μὴ ἀθρόαν καὶ ἀπροσδόκητον ὑποστῶσι τὴν τιμωρίαν· οἱ γὰρ τοῦτο ποιοῦντες, ἀεὶ σημεῖόν τι πάντως ἀλλήλοις καὶ σύνθημα διδόασιν, ὡς ἂν μὴ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ σχῆμα κοινότητος ἀλλήλους ἀντὶ τῶν πολεμίων ἀνέλωσι· σημείῳ δέ τινι γνωρίμῳ διακρίνοντες ἀλλήλους, φυλάττονται μὲν τὰς κατ' ἀλλήλων σφαγὰς, πράττουσι δὲ μετὰ πάσης ἀδείας τὰ δοκοῦντα εἰς τοὺς πολεμίους· ὃ δὴ ποιῆσαί τε καὶ φυλάξασθαι ἐκείνους οὐχ οἷόν τε τῷ σχήματι μὲν ἀπατωμένους, τὸ σύνθημα δὲ οὐκ εἰδότας. Τοῦτο οὖν φησιν· Ὅτι ὥσπερ σημείῳ τινὶ διακρίνας, πάσης ἡμᾶς ἐρρύσω τῆς παρ' ἐκείνων ἐπιβουλῆς, ὡς ἂν μήτε ὑπὸ τόξων φερομένων μήτε ὑπό τινος ἑτέρου πάθοιμέν τι δεινόν. Τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν κατ' Αἴγυπτον λαβὼν εἶπεν, ὅτι ὥσπερ σημείῳ τινὶ τῷ ἐπὶ τῶν φλιῶν αἵματι διακρίνας τούτους ἀπὸ τῶν Αἰγυπτίων, τούτους μὲν ἀβλαβεῖς διετήρησεν, ἐκείνους δὲ ἐτιμωρήσατο.

Στίχ. ζ'. — Ταῦτα δὲ, φησὶν, ἐποίησας ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἠγαπημένων ὑπὸ σοῦ, ἵνα ἡμεῖς ἀπαλλαγῶμεν τῆς ἐκείνων ἐπιβουλῆς. Εἶτα καὶ εὐχόμενος ἐπιφέρει, Ὅπως γὰρ, φησὶν, ἀβλαβεῖς διαμείναντες, ῥυσθῶμεν

idcirco quasi ex hyperbole motionis terræ contritæ ac dissolutæ sic ait : Medere affectionibus, et dissolve calamitates.

Ibid. — Compunctionem vocat quamlibet animæ erga quamcunque rem affectionem ; ut cum dicit, *Dissipati sunt, nec compuncti* (*Psal.* xxxiv. 15), id est, sæpenumero frustrati, nequedum animo moti sunt, neque semetipsos accusarunt. Tale est et illud, *Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini* (*Psal.* iv, 5). Id est, Quæ mente volvitis, in quiete constituti, in lectulo rationem ineuntes vosmetipsos condemnate, et pœnitentiam agite pro commissis. Sic etiam ad Susannam de senioribus ait, *Quoniam compuncti sunt corde* (*Dan.* xiii, 56) ; id est, affecti fuerunt erga illam a concupiscentia detenti. Hoc loco igitur compunctionem vocat concupiscentiam, ut quæ in anima excitet affectionem. Quemadmodum enim pœnitentia et compunctio rei affectum inserit, et sicut concupiscentia et amor molestiam, sic animi dejectio passionem ingerit. Porro vinum semper de calamitate et supplicio dicit ; eo quod vinum copiosius datum cogitationes transferat, et transvertat, et supplicium a Deo illatum a suo statu mentem dimoveat. Hoc itaque dicit : Quoniam nobis supplicium irrogari permisisti, idque adeo ubertim, ut præ pœna in desperationem inducere videreris ; adeo autem grave, ut passione et pusillanimitate animam abundanter impleret.

Vers. 6. — Cæterum in medio tantorum malorum exsistentes non permisisti lædi, sed tanquam signo quodam nos distinguens ; sic in medio malorum versantes, ab insidiis adversariorum tutos custodiri fecisti. Hoc autem dicit ex metaphora eorum, qui in bellis sæpenumero hostibus permisti, sibi mutuo signa quædam ac symbola familiaritatis seu amicitiæ præbent, unde se invicem agnoscant in similitudine figuræ, ne repentinam et inexspectatam cædem incurrant : qui enim hoc faciunt, semper omnino sibi mutuo signum aliquod ex condicto tradunt, ne propter communem speciem se invicem pro hostibus interimerent : porro signo aliquo notabili invicem discernentes, a mutuis quidem cædibus abstinent, cum omni vero securitate faciunt ea quæ contra hostes videntur opportuna : quod utique ipsi facere atque observare minime possent, si specie quidem deciperentur, condictum vero signum ignorarent. Hoc itaque ait : Quod sicut signo aliquo discernens, omnes nos ab illorum insidiis liberasti, ut neque a sagittariis, neque ab alio aliquo quidpiam mali pateremur. Hoc autem etiam dixit exemplo eorum quæ in Ægypto contigerunt : quia quasi signo quopiam sanguine liminarium hos ab Ægyptiis distinguens, illæsos custodivit, Ægyptios vero punivit.

Vers. 7. — Hæc autem, inquit, pro nobis a te dilectis effecisti, ut ab illorum insidiis liberaremur. Deinde etiam rogans subjungit, Ut nimirum, inquit, illæsi permanentes, a facie arcus liberaro-

Digitized by Google

mur, dilectis tuis prædictum signum tradidisti. Hoc autem etiam hic dicendum, quod tunc liberari poterunt ab inimicis invisibilibus, quando eos servabit dextera tua, Filius tuus unigenitus. Hic enim dextera Dei sæpenumero interpretatus est, præsertim quando præpositum est illud, *Stabilivi te dextera justa mea* (*Isa.* XLI, 10); et, *Dextera meu firmavit cœlum* (*Isa.* XLVIII, 13). Sciendum quomodo iterum ordine intelligentiæ sese habeant ea quæ proferuntur. Primum enim ubi exaudiverit, servat Deus: et hæc consequenter est connexio orationis, post *Salva, exaudi me* habentis. Nisi forte sic intelligatur; quasi dicat: Salvans dextera exaudi me, ita ut mihi servato in votis sit divina bona postulare; hæc autem non sunt alia quam dona Spiritus sancti. Porro dilecti Dei sunt illi, qui ob morum probitatem digni sunt ab illo diligi.

A ἀπὸ προσώπου τόξου, τοῖς ἀγαπητοῖς σου τὴν λεχθεῖσαν σημείωσιν ἔδωκας. Λεκτέον δὲ καὶ ὧδε, τότε ῥυσθῆναι ἀπὸ πολεμίων ἀοράτων δυνήσονται, ὅταν σώσῃ ἡ δεξιά σου, ὁ μονογενής σου Υἱός. Οὗτος γὰρ δεξιὰ Θεοῦ ἡρμήνευται πολλάκις, μάλιστα ὅτε προέκειτο τὸ, *Ἠσφαλισάμην σε τῇ δεξιᾷ τῇ δικαίᾳ μου*· καὶ, *Ἡ δεξιά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν*. Ἐπιστατέον ὡς ἔμπαλιν τῇ τάξει τῆς νοήσεως ἔχει τὰ τῆς προφορᾶς. Πρότερον γὰρ εἰσακούσας, σώζει Θεός· καὶ αὕτη ἡ ἀκολούθως ἁρμονία τῆς λέξεως, μετὰ τὸ *Σῶσον* τὸ *Ἐπάκουσόν μου* ἐχούσης. Εἰ μὴ ἄρα οὕτω νοηθείη· Σώσας τῇ δεξιᾷ ἐπάκουσόν μου, εὐχῆς οὔσης ἐμοὶ τῷ σωθέντι περὶ θείων ἀγαθῶν αἰτουμένῳ· οὐκ ἄλλα δὲ ταῦτα τῶν τοῦ πνεύματος χαρισμάτων. Ἀγαπητοὶ δὲ τοῦ Θεοῦ τυγχάνουσιν, οἱ B διὰ καλοκαγαθίαν ὄντες ἄξιοι τοῦ ἀγαπᾶσθαι ὑπ' αὐτοῦ

PSALMUS LXVII.

VERS. 18. — Cum igitur populus quasi captivus esset in Ægypto serviens, extraxit eos e servitute Deus, et liberavit lege belli: nam cum hostes punivisset, tunc ipsos eripuit. Captivitas autem dicitur, quidquid lege belli capitur. Hoc est quod dicit; ac si dicat: *Captivitatem* (scilicet nos, qui quasi in captivitate serviebamus) *captivam ducens* (tanquam fortis dux belli lege vincens) abduxisti, et extraxisti. Istud autem, *Ascendisti in altum*: demonstratus es, inquit, magnus et excelsus: idcirco *accepisti dona in hominibus*. Tunc etiam Deus ipsis præceperat, ut peterent vasa argentea et aurea; atque ubi hæc petivissent acceperunt (*Exod.* IX): deinde morte primogenita invadente (*Exod.* XII), eruperunt ex Ægypto, jubente Deo, habentes etiam vasa. Non igitur, inquit, nos solum extraxisti, et e servitute liberasti, sed etiam dona accepisti ab hominibus, quasi cum donis omnibus ipsos dimittentibus. Cæterum Apostolus hoc testimonio usus est (*Ephes.* IV, 8) quasi de Christo; quoniam et ipse nos sub diabolo captivos exsistentes, cum ipsum prœlio inito devicisset, exemit. Propterea cum istud *accepisti dona* nostro loquendi mori non quadraret, quo in ecclesiasticis sententiis utimur, immutans verbum *accepisti*, dixit *dedisti*. Hoc enim Christo magis congruebat, ut qui non acceperit, sed post ascensum suum in cœlos Spiritus sancti dona largitus sit.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΖ'.

Στίχ. ιη'. — Ἐπειδὴ οὖν ὁ λαὸς ὡς αἰχμάλωτος ἦν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ δουλεύων, ἐξέσπασεν αὐτοὺς τῆς δουλείας ὁ Θεὸς, καὶ ἀπήλλαξε πολέμου νόμῳ· τιμωρησάμενος γὰρ τοὺς ἐναντίους, οὕτω τούτους ἀφεῖλεν. Αἰχμαλωσία δὲ λέγεται, ἅπαν τὸ ἐν πολέμου νόμῳ λαμβανόμενον. Τοῦτό φησιν· ὡς ἂν εἴπῃ· *Τὴν αἰχμαλωσίαν* (δηλονότι ἡμᾶς, τοὺς ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ δουλεύοντας) *αἰχμαλωτεύσας* (ὡς ἰσχυρὸς στρατιώτης πολέμου νόμῳ νικήσας) ἀφεῖλες, καὶ ἀπέσπασας. Τὸ δὲ, *Ἀνέβης εἰς ὕψος*, ἐδείχθης, φησὶ, μέγας καὶ ὑψηλός· διὰ τοῦτο *ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις*. Προσέταξε γὰρ αὐτοῖς τότε ὁ Θεὸς, αἰ- C τῆσαι σκεύη ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ· καὶ ταῦτα αἰτήσαντες ἔλαβον· εἶτα καταλαβόντος τοῦ θανάτου τῶν πρωτοτόκων, ἐξώρμησαν τῆς Αἰγύπτου τῷ προστάγματι τοῦ Θεοῦ, ἔχοντες καὶ τὰ σκεύη. Οὐχ ἡμᾶς οὖν, φησὶ, μόνον ἀφείλου, καὶ τῆς δουλείας ἀπήλλαξας· ἀλλὰ καὶ δόματα ἔλαβες παρὰ τῶν ἀνθρώπων, ὡσανεὶ μετὰ δώρων πάντων αὐτοὺς ἐκπεμψάντων. Ἐχρήσατο δὲ ὁ Ἀπόστολος ταύτῃ τῇ μαρτυρίᾳ, ὡς περὶ τοῦ Χριστοῦ· ὅτι καὶ αὐτὸς αἰχμαλώτους ἡμᾶς ὄντας ὑπὸ τοῦ διαβόλου, μάχῃ τῇ πρὸς αὐτὸν νικήσας, ἀφείλετο. Διὰ τοῦτο ἐπειδὴ τὸ *Ἔλαβες δόματα* οὐχ ἥρμοττε κατὰ τὸ παρ' ἡμῖν ἔθος, ὥσπερ ἐν ταῖς διαλέξεσι ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς κεχρήμεθα, ὑπαλλάξας τὸ *Ἔλαβες*, εἶπεν τὸ *Ἔδωκας*. Τοῦτο γὰρ ἁρμοδιώτερον ἐπὶ Χριστοῦ, οὐ λαβόντος, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἄνοδον D τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς δεδωκότος τοῦ πνεύματος τὰ χαρίσματα.

PSALMUS LXVIII.

ΨΑΛΜΟΣ ΞΗ'.

(1) *Ejusdem de interpretatione sexagesimi octavi psalmi, in verba illa:* Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto.

Quoniam cibi et potus suaves quidem fiunt in tempore gaudii, insuavia autem et amara in tristitia; talia erant, inquit, quæ ab illis fiebant, ut ex tristitia et ira esset quidem mihi in locum fellis cibus, esset autem et potio aceto nihil differens. Maxime autem hoc fit in iracundiis quæ in tribulatione fiunt, quod verisimile erat pati eos contra suos. Usus autem est evangelista hoc testimonio in Domino, et ipse autem Dominus: *Zelus domus tuæ comedit me*, de seipso dicens;

(1) Ex concilio CP. supra citato, Mansi IX, 213.

Digitized by Google

et beatus Paulus de Judæis loquens : *Fiat mensa eorum*, etc. ; et beatus Petrus de Juda : *Fiat habitatio ejus deserta.* Et certe diversis constitutis rebus, non quasi psalmo modo quidem pro his dicto, iterum autem de illo, et iterum de alio : sed quia de Judæis dicta sunt plura, qui se separaverunt de Deo et lege, convincentia illorum indevotionem, necessarius est testimoniorum usus simul et ex rebus captus qualis est, *Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto.*

Στίχ. κζ'. — Καὶ (1) ἀπέκειντο πάντα δρῶντες καθ' ἡμῶν, ἀεὶ ταῖς προλαμβανούσαις συμφοραῖς ἑτέρας εἰσάγοντες, καὶ οὐδέποτε λήγοντες τοῦ πρὸς ἡμᾶς πολέμου. A

Στίχ. κη'. — Οὐκ ἔχει ὁ Θεὸς αἰτίαν, εἰ πρὸς ὃν ἐπόθησαν παραδέδονται, δηλαδὴ τῷ Θεοῦ ἀποστατήσαντι διαβόλῳ· ἐξαπέστειλε γοῦν αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν· διὸ προστιθέασιν ἀνομίας ἐπ' ἀνομίαις. Τὴν σκιὰν δὲ τοῦ νόμου τῆς ἐλθούσης προτιμήσαντες ἀληθείας, ἐξώσθησαν καὶ τοῦ τόπου τῆς τυπικῆς λατρείας, τῇ προτέρᾳ προστιθέντες ἁμαρτίᾳ, ἐν τῷ τῆς Ἰουδαίας ἔξω βούλεσθαι ταῦτα ποιεῖν, διὸ οὐκ εἰσέρχονται ἐν δικαιοσύνῃ τῇ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ· περὶ ἧς εἴρηται· *Νῦν δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν.* Περὶ σκιὰν γὰρ ἔχοντες ἀεὶ, πῶς εἰσήρχοντο ἐν δικαιοσύνῃ ἣν ἠγνόησαν Θεοῦ ; *Τὴν ἰδίαν γὰρ ζητοῦντες στῆσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν*· ταὐτὸν γὰρ τὸ ὑποταγῆναι, τῷ εἰσελθεῖν ἐν αὐτῇ. B

Στίχ. κθ'. — *Ἐξαλειφθεῖεν*, τουτέστιν *ἀποθάνοιεν*. Βίβλον δὲ λέγει ζώντων, ὡς τοῦ Θεοῦ ὥσπερ ἐν βίβλῳ τινὶ τοὺς ζῶντας ἔχοντος καταλεγομένους, ἐκ μεταφορᾶς τῶν βασιλέων, τῶν ἐν ταῖς βίβλοις ἐχόντων ἐγγεγραμμένους τοὺς τῶν στρατιωτῶν καταλόγους.

Vers. 27. — Et institerunt omnia adversus nos tentare, præcedentibus calamitatibus semper alias superinducentes, et nunquam a bello adversum nos cessantes.

Vers. 28. — Deus non est in causa, si traditi sint illi quem desiderarunt, scilicet diabolo Dei desertori : dimisit igitur eos secundum adinventiones cordium ipsorum ; idcirco apposuerunt iniquitates super iniquitates. Cæterum cum legis umbram venturæ veritati prætulerint, etiam expulsi sunt e loco cultus figuralis, hoc peccato priori adjicientes, quod extra Judæam voluerint ista facere, ideo non intrant in justitiam, quæ est per fidem Jesu Christi, de qua dictum est : *Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est, testificata a lege et prophetis* (*Rom.* III, 21). Cum enim semper umbræ adhærerent, quomodo intrassent in justitiam Dei quam ignorabant ? *Suam* enim *quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti* (*Rom.* X, 3) : nam idem est subjici, quod intrare in eam.

Vers. 29. — *Deleantur*, id est *moriantur*. Librum autem dicit viventium, quasi Deus in libro quopiam viventes habeat recensitos, ex metaphora regum, qui in libris scriptos habent catalogos ducum exercitus

ΨΑΛΜΟΣ ΟΑ'.

PSALMUS LXXI.

Στίχ. ε'. — Τὸ *πρό* οὐχ ὡς ἐπὶ χρόνου λέγει, ὥς τινες ᾠήθησαν· ἐπεὶ ποίαν ἕξει πρὸς τὸ *παραμένειν ἀκολουθίαν* ; *Συμπαραμενεῖ* γὰρ, φησὶ, *τῷ ἡλίῳ καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν.* Τὸ μὲν γὰρ *συμπαραμένειν* εἰς τὸ ἑξῆς λέγεται, τὸ δὲ *πρό* ἐπὶ τῶν προλαβόντων. Οὐδεὶς οὖν λέγει ὅτι πρὸ τοῦδε *συμπαραμενεῖ*. Εἰ δέ τις τὸ *συμπαραμενεῖ* μὴ βούλοιτο κατὰ κοινοῦ νοεῖσθαι, καὶ τὸ, *πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν*, οὐδὲν ποιήσει, ἀλλ' ἢ χωλὸν καὶ ἀπλήρωτον ἔχον τὴν διάνοιαν· οὐ γὰρ συνῆπται αὐτῷ, ὅτι ἔστιν, ὅτι ὑπάρχει, ἢ ὅτι ἦν, ἢ τι τοιοῦτον. Τὸ μὲν οὖν *συμπαραμενεῖ* κατὰ κοινοῦ λέγει· τὸ δὲ *πρό* οὐκ ἐπὶ τῆς τοῦ χρόνου λέγει ὑπεροχῆς, ἀλλ' ἐπὶ τῆς κατ' αὐτὸ τὸ διαμένειν. Διαμενεῖ τοίνυν, φησὶ, καὶ διαφυλαχθήσονται ἡ εἰρήνη καὶ τὸ δίκαιον ἴσα τῷ ἡλίῳ λάμποντα, καὶ ὑπὲρ τὴν σελήνην, ὥστε καὶ προέχειν τῆς σελήνης κατὰ τοῦτο. Διὰ τί δὲ καὶ προέχει τῆς σελήνης ; Ὅτι ἡ μὲν ἔχει καὶ μειώσεως πολλοὺς καιροὺς, αὕτη δὲ ἐν τῷ διαμένειν ἀεὶ, καὶ ἕξει, καὶ φυλάττεται. Τὸ δὲ, *γενεὰς γενεῶν*, κατὰ τὸ οἰκεῖον ἰδίωμα εἶπεν ἀντὶ τοῦ ἐπὶ πολύ. C D

Vers. 5. — Istud *ante* non quasi de tempore dicit, ut aliqui putarunt ; nam qualem hoc haberet connexionem cum verbo *permanere* ? Nam *compermanebit*, inquit, *cum sole et ante lunam, in generationes generationum.* Itaque verbum *permanere* ad sequentia, præpositio vero *ante* ad præcedentia refertur. Nemo igitur dicit, quod antehac permanebit. Si quis vero istud *compermanebit* aliquid subaudiendo intelligi nolit, etiam istud, *ante lunam in generationes generationum*, nil nisi mancum et claudum sensum faciet ; non enim illi adjunctum, quod sit, quod exsistat, vel quod fuerit, vel quid simile. Itaque istud *compermanebit* aliquid subaudiendo dicit ; istud vero *ante* non de temporis excessu dicit, sed de ipsa permanentia. Permanebit igitur, inquit, et custodietur pax atque justitia instar solis splendida, et supra lunam, ita ut etiam lunam ipsam in hoc superet. Quare autem lunam quoque ipsam antecellit ? Quia nimirum ipsa etiam multa tempora defectionis habet, hæc autem dum semper permanet, etiam augetur, et custoditur. Cæterum istud, *In generationes generationum*, secundum Scripturæ proprium loquendi modum dixit pro diu.

(1) Ex Corderio.

Digitized by Google

Vers. 7 —. Ostenderat se istud *permanebit cum sole*, de pace ac justitia dixisse : eadem igitur usus similitudine, istud *orietur* quasi de sole quoque dixit; id est apparebit. Ita, inquit, lucebit sicut sol. Nunc itaque hoc ipsum manifestius declaravit. Atque omnia, inquit, per curam tuam tam alta pax continebit, ut æque impossibile futurum sit, pacem ejus ac lunæ substantiam dissolvi. Solet autem Scriptura in similibus uti hyperbolis; ut in psalmo octogesimo octavo, *Ponam in sæculum semen ejus, et thronum ejus sicut dies cœli* (*Psal.* LXXXVIII, 30). Cum magis hyperbolice dixisset, regnum in successoribus Davidis æque ac cœlum indissolubile permansurum, in sequentibus vero iterum ait, *Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum* (*Ibid.* 38) : quæ utique revera non ita contigerunt, sed hyperbolice dicta sunt a Scriptura divina

Vers. 8. — Non quod omnino imperabit et reget, sed quia fama et gloria omnes ipsum tanquam Dominum suum admirabundi venerabuntur : quod etiam revera factum reperitur.

Proximus (1) etiam passioni ad discipulos Dominus dixit : *Si me sciretis, utique et Patrem meum sciretis* (*Joan.* VIII, 19) ; et ad Philippum : *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me?* (*Joan.* XIV, 9.) *Philippe, qui videt me, videt et Patrem meum;* ostendens quoniam neque divinam naturam sciebant Unigeniti, neque Deum sciebant verum Patrem. Unde neque dicentem de proprio Patre veluti de Deo dicentem aliquatenus advertebant : sed divisa intelligentia eadem ipsa putabant etiam illa. Hinc etiam adductus est Philippus ad dicendum : *Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis* (*Joan.* XIV, 8). Si enim sciret integre, quia Patrem suum dicebat eum, qui re vera ejus esset pater, ex quo erat vere sicut Deus ex Deo, nunquam dixisset, *ostende nobis Patrem* tuum, bene sciens quia invisibilis est hominibus divina natura. Consequenter itaque et Dominus dixit ad illum : *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me, Philippe? (Ibid.* 9.) Velle enim Patrem videre, indicium erat eo quod neque ipsum sciret quis esset secundum naturam, neque quem diceret Patrem esse, Filius ex eo exstans. Et aperiens hoc ipsum addidit : *Qui videt me, videt et Patrem.* Si enim cognoveris, inquit, quis sim, cognosces et illum, secundum quod possibile est, per me contemplans Patris naturam, cujus sum Filius ex ipso exstans secundum essentiam, et ejusdem cum illo exstans essentiæ. Quoniam vero nescis me, neque Patrem meum scis quem dico : cognoscens autem me, cognosces et Patrem quem dixi : me videns contemplatione intelligentiæ, per me videbis omnino etiam illum. Addidit etiam : *Usque nunc nihil petistis in nomine meo* (*Joan.* XVI, 24). Et aperiens quoniam necdum divinam naturam ejus intelligentes, neque orationes ei offerebant ut Deo neque petitiones aliquas in ejus nomine faciebant, sicut oportebat facere in nomine Dei exstantis et Filii Dei omnium : et quia propter hanc eorum infirmitatem in similitudinibus de Patre loquebatur, eo quod neque illi potuerunt integre scire ea quæ dicerentur, vel de quo diceret Patre, vel qualiter exstante, adhuc apertius indicatur. Dixit enim : *Hæc in* parabolis *locutus sum vobis; venit hora, quando non jam in* parabolis *loquar vobis, sed* manifeste *de Patre annuntiabo vobis* (*Joan.* XVI, 25). Quid autem erat quod de Patre non manifeste dixerat, nisi quia re vera divinam naturam Unigeniti nesciebant, ex quo possent discere Deum Patrem, qui ex certo ejus esset Pater, ut Deus Dei ex eo nati secundum essentiam ? Cujus rei gratia per similitudines eis de Patre loquebatur : nunc quidem nomine tantum apud eos utens, ejus autem veram intelligentiam in posterum illis reservans edicere, quando eos gratia Spiritus sancti quæ super eos venit, instituens perceptibiles tantæ doctrinæ perficeret. Propter hoc etiam ipse Dominus in eodem ipso sermone proximus passioni, ut infirmitatem eorum ostenderet, unde possent doctrinam perfectiorem assumere, dicebat : *Multa habeo vobis dicere* (*Ibid.* 12). Cujus ergo rei gratia modo non dicis? quia non potestis modo portare : non invidens, sed quia non sufficitis ad majorem rerum perceptionem, infirmius adhuc affecti, quam ut horum dogmatum integritatem possetis edoceri. Quando ergo poterunt, vel unde? Quando venerit ille Spiritus veritatis, inducet vos in omnem veritatem. Superveniet enim super vos Spiritus sancti gratia, ex qua cuncta dogmatum subtilitatem cognoscetis. Proinde si divinitatem Unigeniti docerentur et Patrem Deum utique docerentur utpote Dei Filii Patrem, ecquid perfectius ad dogmatum scientiam eis remaneret?

CAP. XXIII.

VERS. 15. — Multam (inquit) in eo diligentiam expromitis ut aliquem ex iis qui ab Israelitis alieni sunt, ad veram religionem adducatis, et efficiatis proselytum. At hujus ubi estis voti compotes, simul, inquam, aliquem mysteriis veræ religionis initiastis intimeque admovistis, tum vero pestilentibus exemplis malorum operum vestrorum filium gehennæ ipsum facitis.

CAP. XXIV.

VERS. 29. — Græcorum sapientes qui futuram confitentur mundi conflagrationem, quæ quidem hic de sole ac luna dicta sunt facile recipiunt. At

A

ΚΕΦ ΚΓ'.

Στίχ. ιε'. — Πολλὴν (2) ἐπιμέλειαν ἐπιδείκνυσθε, φησὶν, ὥστε τινὰ τῶν ἀλλοτρίων τοῦ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν ἀγαγεῖν καὶ ποιῆσαι προσήλυτον· ἐπειδὴν δὲ τοῦτον τέλειον ποιήσητε καὶ τῆς εὐσεβείας οἰκειότατον, τότε διὰ τῶν ὑμετέρων πράξεων υἱὸν γεέννης αὐτὸν ἐργάζεσθε.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Στίχ. — κθ'. Οἱ τὴν (3) ἐκπύρωσιν εἰσάγοντες τῷ κόσμου Ἑλλήνων σοφοὶ, τὰ μὲν περὶ ἡλίου καὶ σελήνης εἰρημένα δέχονται, οὐκέτι δὲ καὶ τὴν ἐξ οὐρανοῦ

(1) « Post aliquanta sic iterum dicit. »
(2) Possini cat. p. 305.
(3) Possini cat. p. 322.

Digitized by Google

τῶν ἀστέρων πτῶσιν ὁμολογοῦσιν, ὡς ἀγνοοῦντες τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν καὶ ὅτι πάντα τῷ θελήματι αὐτοῦ ἀκολουθεῖ.

Στίχ. μη', μθ'. — Τὸ μὲν οὖν (1) λέγειν τὸν κακὸν δοῦλον, ὅτι *Χρονίζει ὁ κύριος*, τέθεικε σημαίνων ὅτι οὐκ ἄλλως ἁμαρτάνουσιν, ἀλλ' ἢ τῷ μὴ παρεῖναι τὸν κριτὴν, μηδ' ὅλως (2) ἔσεσθαι κρίσιν ἐννοεῖν αὐτούς· τὸ δὲ, *τύπτειν τοὺς συνδούλους*, λέγει, τῷ μεγίστην γίνεσθαι τοῖς ἀρχομένοις βλάβην κατὰ ψυχὴν διὰ τῶν σφαλμάτων τῶν διδασκόντων.

quæ de casu stellarum e cœlo hic habentur admittere recusant, ignorantes videlicet Dei potentiam, cujus nutibus et voluntati cuncta obsequuntur.

Vers. 48, 49. — Quod inducitur sic secum dicens malus servus : *Tardat venire dominus...* eo significatur non alia fere de causa peccare homines quam quod præsentem judicem non videant, nec omnino unquam futurum judicium reputent. Quod addit malum servum *verberare conservos*, ideo dicit quod maximum ac plagis quibusvis et verberibus par incommodum in animas redundet subditorum ex culpis erroribusque magistrorum.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Στίχ. κδ'. — Καταχρύπτει (3) τὸ τάλαντον ἀγνώμων ὢν καὶ ὀκνηρὸς, καὶ μηδὲν ἐργασάμενος ὧν ὁ κύριος αὐτῷ ἐνετείλατο· διὸ καὶ ἀρθήσεται καὶ δοθήσεται ἔχοντι καὶ ἐργαζομένῳ.

CAP. XXV.

Vers. 24. — Occultat talentum ingratus et piger, nihilque operatus eorum quæ dominus ipsi præceperat. Ideo auferetur ab illo et dabitur habenti et negotianti.

ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

Στίχ. κς'. — Οὐκ (4) εἶπε· Τοῦτό ἐστι τὸ σύμβολον τοῦ σώματός μου, καὶ τοῦτο τοῦ αἵματός μου, ἀλλὰ, *Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου καὶ τὸ αἷμά μου*, διδάσκων ἡμᾶς μὴ πρὸς τὴν φύσιν ὁρᾷν τοῦ προκειμένου, ἀλλὰ διὰ τῆς γενομένης εὐχαριστίας εἰς σάρκα καὶ αἷμα μεταβάλλεσθαι.

CAP. XXVI.

Vers. 26. — Non dixit : Hoc est symbolum corporis mei, et hoc symbolum sanguinis mei, sed : *Hoc est corpus meum et sanguis meus.* Docet nos non attendere naturam rei subjectæ ac sensibus propositæ : ea enim per gratiarum actionem et verba super eam pronuntiata, in carnem et sanguinem mutata est.

(1) Possini cat. p. 330.
(2) Cat., μὴ δὲ ὅλως.
(3) Possini cat. p. 338.
(4) Possini cat. p. 350.

THEODORI MOPSUESTENI

AD EVANGELIUM MARCI COMMENTARII FRAGMENTA (1).

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Στίχ. δ'. — Ἐρωτᾷ (2) τοὺς Ἰουδαίους ὁ Σωτὴρ εἰ ἔξεστιν ἐν Σαββάτῳ θεραπεύειν, καὶ ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀπολέσαι· οἱ δὲ σιωπῶσιν, εἰδότες ὅτι πάντως αὐτὸν ἰάσεται

CAP. III.

Vers. 4. — Judæos Salvator interrogat an liceat in Sabbato sanare et animam salvare aut perdere; illi vero silent, exspectantes donec omnino curetur infirmus.

CAP. IV.

Vers. 21. — Per modium (3) quidem malitia atque terrena prudentia, per lucernam vero virtus intelligenda est. Hæc itaque sub malitia collocari non potest. Lectulus autem pigritiæ symbolum est, quippe corpori quietem præbens. Virtus itaque in excelso custodienda, non per pigritiam occultanda est; bonum enim neglectum perit.

Στίχ. κς'-κθ'. — Βουλήματι ἡμετέρῳ (4) ἐπιτρέπων ἐνταῦθα ὁ Σωτὴρ τὴν ἐργασίαν, ἵνα μὴ τὸ πᾶν αὐτὸς κατεργαζόμενος φαίνηται, καὶ ἡμῶν ἀκούσιον ἔσται τὸ ἀγαθὸν, καὶ μὴ κατὰ προαίρεσιν ἡμετέραν,

Vers. 26-29. — Hoc loco voluntati nostræ Salvator committit opus, ne ipse omnia fecisse videatur, nec virtus nostra sit involuntaria aut indeliberata, quare hoc subjungit : Terra enim sua

(1) Theodorum Marci Evangelium singulari commentario illustravisse nec veterum quisquam prodidit, nec probabile est. Sed cum Marcum prorsus negligere non posset, videtur rem ita instituisse, ut Marci ubi opus esset in reliquorum Evangeliorum commentariis rationem haberet, ex quibus pauca fragmenta, quæ supra posui, manarent. Cf. quæ exposui in comment.
(2) Catena Gr. Patrum in Ev. sec. Marc. collect. atque interpr. Petro Possino. Rom. 1673, f., p. 62.
(3) Catena Gr. Patrum in Lucam Latine ed. Balth. Corderius, Antv. 1628, f., p. 326.
(4) Possini cat. in Marc. p. 91.

Digitized by Google

sponte fructus profert, neque necessitate quadam coacta. Profert autem primo herbam, secundum naturæ legem, deinde spicam ; jam vero ubi fructus incrementum cepit et agri albescunt ad messem, agricola solers falcem promit ut frumenta in horrea colligat.

διὰ τοῦτο ἐπάγει· *Αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ*, ἀλλ' οὐκ ἀνάγκης τρόπῳ· καρποφορεῖ δὲ ἡ γῆ πρῶτον χόρτον νόμῳ φύσεως, εἶτα στάχυν· *ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς* καὶ αἱ χῶραι λευκανθῶσι πρὸς θερισμόν, ἐκτείνει τὸ δρέπανον ὁ καλὸς γεωργὸς, ἵνα συνάξῃ τὸν καρπὸν εἰς τὰς ἀποθήκας.

CAP. XIII.

VERS. 30. — Dicit alius verba *generationem pravam* tropico, non proprio sensu intelligenda, quasi doceret Christus se adstantibus et cernentibus impiis ac Christi interfectoribus gloriam suam cœlestem revelaturum, ita ut adimpleatur illud : *Videbunt in quem transfixerunt* (*Joan.* XIX, 37; *Zach.* XII, 10).

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Στίχ. λ'. — Ἄλλος δέ (1) φησι, *γενεὰν* λέγειν αὐτὸν *πονηρὰν* τῷ τρόπῳ, καὶ οὐ τοῖς προσώποις, διδάσκων ὅτι παρόντων καὶ ὁρώντων τῶν ἀσεβῶν καὶ Χριστοκτόνων δείξει τὴν ἀπ' οὐρανοῦ δόξαν αὐτοῦ, ὥστε πληρωθῆναι τὸ, *Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν.*

(1) Ex catena Crameri. Oxon.

THEODORI MOPSUESTENI

IN EVANGELIUM LUCÆ COMMENTARII FRAGMENTA (1).

CAP. II.

VERS. 31,32. Apostolo dicente (*Rom.* III, 29), Num Judæorum solum Deus, nonne etiam gentium? restipulatur Julianus : « Curnam inter Judæos misit propheticum munus, et Mosen, et unctiones, et prophetas, et legem, et portenta prodigiosa fabularum? Audis vero ipsos dicentes : *Panem angelorum manducavit homo* (*Psal.* LXXVII, 25). Denique et Jesum iis misit. » Successione vero temporum eadem hæc et omnibus missa sunt, qui licet tunc omnes haud acceperint, postea tamen acceperunt. Vehementer enim superiore tempore concutiebantur a prophetis, et portentis antea factis. Succubuerunt vero omnino, cum deos vestros victos tempore Christi viderent, fictionesque et fabulas, nihilque præterea, omnia ea esse, quæ de iis dicerentur invenirent. Cum enim immobiles essent propter idolorum fraudem quæ omnium aures obturabat, illisque (idolis) prout salvatoribus confisi, tenerentur; propter hoc Deus omnes eos inimicis omnibus tradidit commisceri,

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Στίχ. λα, λβ'. — Τοῦ Ἀποστόλου (2) εἰπόντος· *Ἢ Ἰουδαίων* (3) *θεὸς μόνον, οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν ;* ἀντεπερωτᾷ Ἰουλιανὸς καὶ, Τοῦ χάριν, φησὶν, πολὺ μὲν εἰς τοὺς Ἰουδαίους ἔπεμπε τὸ προφητικὸν χάρισμα καὶ τὸν Μωϋσέα καὶ τὸ χρῖσμα καὶ τοὺς προφήτας καὶ τὸν νόμον καὶ τὰ παράδοξα τεράστια τῶν μύθων; Ἀκούεις γὰρ αὐτῶν βοώντων· *Ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος.* Ἐπὶ τέλους δὲ καὶ τὸν Ἰησοῦν ἔπεμψεν ἐκείνοις (4). Ἐν δευτέροις δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ πᾶσιν, εἰ δὲ μὴ παρεδέξαντο πάντες τότε, ἀλλ' ὕστερον παρεδέξαντο. Διεσαλεύθησαν γὰρ πρότερον ὑπὸ τῶν προφητῶν καὶ τῶν προλαβόντων τεραστίων, ὑπέπεσον δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἡττηθέντας ὑμῶν θεασάμενοι τοὺς θεοὺς, καὶ πλάσματα καὶ μύθους ὄντας εὑρόντες τὰ λεγόμενα περὶ αὐτῶν, καὶ μηδὲν πλέον. Ἐπειδὴ γὰρ ἀμεταθέτως εἶχον ἀπὸ τῆς τῶν εἰδώλων ἀπάτης πᾶσιν ἀποφραττούσης τὰς ἀκοὰς, καὶ ὡς σωτῆρσιν ἐκείνοις πειθόμενοι, διὰ τοῦτο τοῖς πολεμίοις συνεχώρησεν ὁ Θεὸς πάντας πᾶσιν ἀναμ-

(1) Lucam et Joannem Theodorus, Ebediesu teste, duobus tomis ad Eusebium enarravit.

(2) Commentarii Theodorei in Lucam fragmenta sex Græca Frid. Muenter in libro : *Fragmenta Patrum Græcorum.* Fascic. I. Hafn. 1788, 8, p. 79 ss., primus edidit et illustravit eaque exscripsit Romæ in bibl. Corsin. ex apographo viri docti, quem Fogginum fuisse suspicatur. Sumpta sunt ex cod. palat. XX, catenam Patrum in Lucam continente. Primo præmissa sunt verba : Θ. Μ. ἐκ τῆς πρὸς τὰ κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίας Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου, alteri v. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν, ei denique quod ad Luc. XXI, 7 ss. spectat, v. Ἐκ τῆς πρὸς Ἰουλιανόν. His verbis nisus Muenter Theodorum librum contra Julianum scripsisse opinatus est, ex quo illa fragmenta petita essent. Ego vero Theodorum hæc ipsa in commentario in Lucam disputasse, in quo Juliani commenta pluribus refutasset, in comment. probabiliter docuisse mihi videor.

(3) Articulus ὁ ante Θεός errore videtur deesse.

(4) Hucusque Theodorus Julianum ea disserentem fecit, quæ jam refutare volebat : Deum Judæorum tantummodo curam gessisse. Nexus verborum Juliani, ut ex libro III Cyrilli Alex. *adv. Jul.* (ed. Ez. Spanhem. Lips. 1696, p. 106) intelligitur, hic est : Docent Moses, Christus et Paulus, Deum ab initio Judæorum solum curam gessisse, est tamen in hac de Deo doctrina summa Pauli inconstantia: Δίκαιον οὖν ἐρέσθαι τὸν Παῦλον (scil. propter locum cit. Rom. III, 29), Εἰ μὴ τῶν Ἰουδαίων μόνων ἦν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐθνῶν, τοῦ χάριν, κ. τ. ἑ. Theodorus autem suam, quam adjecit, refutationem ita instituit, ut Juliani verba exciperet, h. r.: Recte. Contigerunt illa Judæis. Verum — .

Digitized by Google

χθῆναι, ἵνα τὸν ἑαυτῶν ἕκαστοι θεάσωνται θεὸν μήτε ἑαυτῷ μήτε ἐκείνοις βοηθῆσαι δυνάμενον, καὶ γνῶσιν, ὡς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς σωτηρίας ἐλπίς. Ὑφ' ἕνα ἄνδρα (1) τοσούτων γενομένων ἐθνῶν καὶ θεῶν τῶν ἀρξάντων ποτὲ, πάλαι μὲν ὑπὸ Μακεδόσι μόνοις γεγενημένων, εἶτ' αὖθις ὑπὸ Ῥωμαίοις, καὶ ζητούντων Θεὸν, ᾧπερ ἀσφαλῶς καταπιστεύσειαν ἑαυτούς, ἐν τούτοις (2) ὤφθη Χριστὸς καὶ δεομένοις ἐπεφάνη κατὰ καιρὸν, πρότερον μὲν οὐ κατὰ ἔθνη, ἀλλὰ κατὰ ἄνδρα ἐκλεγόμενος (3) ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, οὓς ἀνεύρισκε πειθομένους, νῦν δὲ κατὰ ἔθνη. Οὐ γὰρ βιάζεσθαι βούλεται τὸ ἐθέλειν ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἵν' ὅπερ θέλομεν μὴ ἐθέλωμεν· τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ μεταποιεῖν τὴν φύσιν ἡμῶν.

A quo quisquis suum videret deum, neque sibi, neque suis opitulari valentem, atque nullam omnino in iis esse salutis spem cognosceret. Redactis itaque sub potestatem unius viri tot populis atque diis hisce quondam imperantibus, a solis quidem olim Macedonibus, denique vero a Romanis subjectis, iisque Deum quærentibus, ut illi tute sese crederent committerentque : per id tempus visus est Christus, et opportune apparuit indigentibus. Primo quidem non singulos gentes, sed singulos homines, quos fideles invenitde gentibuselegit : nunc vero singulas gentes. Deus enim non vult vim voluntati nostræ inferri, ut, quod volumus, non voluerimus. Hoc enim nihil aliud est, nisi mutare naturam nostram.

(4) Καὶ τίνος χάριν ποτὲ μὲν τούτῳ, ποτὲ δὲ ἐκείνῳ τῷ ἔθνει τὰς καθολικωτέρας τῆς οἰκουμένης ἐξουσίας παρεδίδου ὁ Θεὸς, ὡς τοῖς κατὰ (5) καιρὸν κρατοῦσιν νόμοις καὶ ἡμᾶς πάντας τε χρῆσθαι (6) τοὺς ὑπηκόους; Καὶ δι' ἄλλας μὲν πολλὰς αἰτίας ταύτας συνεχώρει τὰς μεταβολὰς γίνεσθαι καὶ διὰ τὸ χρῆσθαι Θεῷ, ἵνα ἔλθωσιν (7) ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὸν ὄντως Θεόν.

B Et quam ob causam alias quidem huic, alias vero illi populo universale in orbem terrarum tradidit dominium Deus, ita ut nos quoque omnes legibus hoc tempore imperantibus morem geramus? Aliasque multas ob causas hasce mutationes fieri, Deoque uti concessit, ut necessitate coacti veniant ad quærendum verum Deum.

CAP. III.

Vers. 22. — Hoc enim (8), quod : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit*, in baptismate adoptionem demonstrat secundum comparationem Judaicæ adoptionis, quia et ad illos dictum erat : *Ego dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes* (*Psal.* LXXXII, 6) ; et : *Filios genui et exaltavi* (*Isa.* I, 2) : ejus adoptionis præcipuum, eo quod dixit, *dilectus*, et *in quo mihi complacuit*, ostendens. Propter hoc et vox Patris fiebat adoptionem confirmans, et Filii nominatione per adoptionem secundum gratiam eum qui vere Filius est, demonstrabat : cujus conjunctio ad veram et firmam adoptionem istum constituebat : et Spiritus sanctus in specie columbæ descendens, permansit super eum, quatenus in conjunctione ad eum qui vere Filius est, ejus cooperationi intentus maneat, firmam adoptionis habens dignitatem : per omnia autem in quo primo adoptionis præformabatur baptisma, dico autem Domini Christi, ex Patre et Filio et Spiritu sancto hoc quod fiebat, complebatur.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

C

Στίχ. α'. — Οὐδὲν (9) καινὸν, ἀσεβέστατε Ἰουλιανὲ, εἰ καὶ γινώσκεται ὑπὸ τῶν δαιμόνων καὶ ὁμολογεῖται Θεὸς καὶ πειράζεται ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος τῶν δαιμόνων μὴ ὁμολογοῦντος τὴν αὐτοῦ βασιλείαν. Οὐ γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἀλλὰ πρότερον μὲν ἀγωνίζεται

CAP. IV.

Vers. 1 sqq. — Non est novum quid, impie Juliane, Jesum, licet dæmones eum cognoscant, Deumque esse confiteantur, nihilo tamen secius a principe dæmonum, regnum ejus haud professo, tentari (*Luc.* IV, 34, 41, *al.*) : non enim eodem tem-

(1) Augustum dici recte observavit Muent.

(2) Ἐν τούτοις. Muent. : *per id tempus*. Malim, *inter hos.*'

(3) Male scribas — ἄνδρας ἐκλεγομένους — (Döderlein. *Theolog. Biblioth.* Lips. 1788, IV, 7, p. 492). Censor libri Muenter. (*Göttinger gel. Anz.* 1788, p. 1246) recte monuit, v. κατὰ ἔθνη et κατὰ ἄνδρα distributive sumenda esse (cf. Cord. cat. in psal. II, p. 641. Theod. οὐ καθ' ἕνα καὶ κατὰ μέρος ἀποθνησκόντων —). Enarra : *principio* (rerum Christianarum) *non singulos populos, sed viros, quos obsequentes reperiebat, de populis elegit, nunc vero* (de suo tempore loquitur Theodorus) *singulos populos*. Jam quæri poterat, cur non statim post Christi adventum populi facti essent Christiani. Hujus rei hanc Theodorus reddidit rationem, quod religionis Christianæ professio, nisi forte Deus humanam naturam commutasset, ab ipsis hominibus penderet.

(4) Hoc fragmentum cum præcedenti paucis fortasse verbis interjectis cohæsit.

(5) Muent. τοῖς τόν.

(6) Muent. πάντας κεχρῆσθαι, h. e. — *ita ut legibus, quibus tum vis erat*, etiam *nos omnes, qui subjecti sumus, uteremur*. Sed præterquam quod perfecto offendaris, verba illa videntur Juliani esse.

(7) Muent. — καὶ διαχρῆσθαι Θεῷ ἔλθωσιν — . *Fortasse* locus valde mutilatus est. Sed Theodorea sane sententia mea conjectura efficitur : — et ut *Deo* uterentur (ut dei, quem quisque coleret, infirmitatem experirentur) quo necessitate coacti venirent ad quærendum *verum Deum*. Theodori disputatio hæc est : Deus modo apud hunc, modo apud illum populum summum imperium esse ideo maxime voluit, ut gentes publica calamitate pressæ ad suum, quem putarent deum se converterent, quo ejus infirmitatem experti ad *verum* ducerentur. Hoc vero tum demum recte fieri poterat, cum summum imperium non apud unum eumdemque populum esset, sed ab hoc ad illum transferretur.

(8) Act. C. C. II, IV, 18, Vigil. const. 19, *Ejusdem Th. M. de commento sec. Lucam Evangelii.*

(9) In hoc fragmento plura refelluntur quæ contra historiam tentationis Christi Julianus protulit.

Digitized by Google

pore, sed prius, et inscius quidem cum eo dimicat; deinde vero victus, imperium ejus agnoscit atque confitetur hisce verbis : Noscimus te, quis sis; tu es Sanctus Israelis (*Luc.* IV, 34; *Marc.* I, 34). Haud enim ante baptisma hæc profitetur, sed postquam et baptizatus et tentatus esset Jesus, redieritque ex deserto, victor diaboli secundum carnem, secundum quam et tentaverat eum. Is enim Deum Verbum, essentia sua omnibus ignotum, haud cognoscens, eùm modo tentavit secundum carnem, quæ et revera famem tentationemque passa est. Sed Moses, inquit, postquam quadraginta dies jejunaverat, legem accepit; Eliæ vero, post idem tempus jejunio peractum, divinæ contigerunt revelationes : Jesus autem, quid post idem jejunium accepit? Haud æqualis obtinet ratio inter utrumque, legem accipere, divinarumque dignum censeri revelationum, atque Evangelium accipere et regnum cœlorum prædicare. Tanta enim inter utrumque differentia, quanta cœlum inter est ac terram, immortale et mortale, æternum et temporarium. Illud vero, *omni verbo Dei* (*Luc.* IV, 4), non doctrinæ causa dicit, sed propter comparationem cibi. Ad ineptam enim illius provocationem, *Jube ut lapides isti panes fiant* (*Matth.* IV, 3), quasi Jesum ubique pane nutriri oporteret, eorum memor quæ in deserto facta essent, commonuit eum, dicens : *Non opus habet Deus panibus.* Etenim Deus absque pane Israelem nutrivit in deserto, et nutrire eum potest prout vult Verbum, divinam (*verbo*) indicans creatricem voluntatem. Mosi quidem et Eliæ, ad minora alia properantibus, haud permissum est tentari a diabolo : Redemptori vero, cui dissolutio mortis priorisque sententiæ curæ erat, necessario id permitti debuit. Valde enim diabolus homines contra divinas legislationes in iis, quæ in potestate nostra posita sunt, deflectere atque decipere cupit. Illud vero, ut lex ederetur, susciperetur que cum non in Mosis sed in Dei esset potestate, diabolus impedire haud potuit. Concessum tamen illi est, in illis nos decipere, quæ facere atque omittere in nostro posita sunt arbitrio. Ita quoque Adamum decepit : gustatio enim arboris, licet non in potestate nostra posita sit, spontanea tamen est. Cum igitur ipsum Jesum, qui absque peccato esset, peccatorum causa curis atque innocentia sua pati, sententiamque mortis auferre oporteret, non tamen

A ἀγνοῶν, ἡττηθεὶς δὲ ὕστερον γνωρίζει καὶ ὁμολογεῖ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ λέγων. Οἴδαμέν σε τίς εἶ· σὺ εἶ ὁ Ἅγιος τοῦ Ἰσραήλ. Οὐ γὰρ πρὸ τοῦ βαπτίσματος ταῦτα ὁμολογεῖ, ἀλλὰ μετὰ τὸ βάπτισμα καὶ τὸ πειρασθῆναι καὶ κατελθεῖν ἐκ τῆς ἐρήμου νικήσαντα τὸν διάβολον κατὰ τὴν σάρκα, καθ' ἣν καὶ ἐπείραζεν αὐτόν. Οὐ γὰρ εἰδὼς τὸν Θεὸν Λόγον ἐπείρασεν ἅπασιν γὰρ κατ' οὐσίαν ὁ Θεός ἐστιν ἄγνωστος, ἀλλὰ κατὰ τὴν σάρκα, καθ' ἣν ἀληθῶς καὶ ἐπείνασε καὶ ἐπειράσθη. Ἀλλὰ Μωσῆς, φησὶν, ἡμέρας τεσσαράκοντα νηστεύσας, ἔλαβε τὸν νόμον· Ἠλίας δὲ τοσσύτας νηστεύσας, θείων αὐτοψιῶν ἔτυχεν· Ἰησοῦς δὲ τί μετὰ τοσαύτην (1) νηστείαν ἔλαβεν (2); Οὐκ ἴσον τῷ λαβεῖν νόμον καὶ θεοπτίας ἀξιωθῆναι τὸ λαβεῖν Εὐαγγέλιον καὶ κηρύξαι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν· τοσ-
B οῦτον δὲ διάφορον, ὅσον οὐρανὸς διαφέρει τῆς γῆς, καὶ τὸ ἀθάνατον τοῦ θνητοῦ, καὶ τὸ αἰδιον τοῦ προσκαίρου. Τὸ δὲ, *Ἐπὶ παντὶ ῥήματι Θεοῦ*, οὐ περὶ διδασκαλίας λέγει, ἀλλὰ πρὸς τὸν πορισμὸν τῆς τροφῆς. Πρὸς γὰρ τὴν ἐκείνου πρόκλησιν ἄτοπον οὖσαν, τὸ, *Εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι ἄρτοι γένωνται* (3), ὡς παντὶ τόπῳ ὑπὸ ἄρτου διατραφῆναι ὀφείλοντος, τὰ ἐν τῇ ἐρήμῳ γενόμενα ὑπομιμνήσκων αὐτὸν ἔλεγεν, ὡς *Οὐ χρεία* (4) *ἄρτων τῷ Θεῷ*. Καὶ ἄνευ γὰρ ἄρτων Θεὸς ἐν ἐρήμῳ διέθρεψε τὸν Ἰσραὴλ, καὶ αὐτὸν διαθρέψαι δύναται, καθὼς ἂν βούληται, ῥῆμα λέγων τὴν ποιητικὴν βούλησιν τοῦ Θεοῦ. (5) Μωσῆς δὲ καὶ Ἠλίας νηστεύσαντες οὐ συνεχωρήθησαν πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου πρὸς ἕτερα σπεύδοντες μικρότερα· ὁ δὲ Σωτὴρ
C ἀναγκαίως συνεχωρήθη, πρὸς τὴν κατάλυσιν τοῦ θανάτου πολιτευόμενος καὶ λύσιν τῆς προτέρας ἀποφάσεως. Πρὸς γὰρ τὰς νομοθεσίας τοῦ Θεοῦ σπεύδει καὶ ὁ διάβολος ἐκτρέπειν καὶ ἀπατᾷν τοὺς ἀνθρώπους ἐν οἷς ἂν ἔνεστι τὸ ἐφ' ἡμῖν, τὸ δὲ ἀναχθῆναι (6) καὶ λαβεῖν τὸν νόμον ὁ διάβολος ἀνελεῖν οὐκ ἠδύνατο. Τοῦτο γὰρ ἦν ἐπὶ τῷ Θεῷ καὶ οὐκ ἐπὶ τῷ Μωσεῖ. Ἃ δέ ἐστιν ἐφ' ἡμῖν ποιῆσαι καὶ μὴ ποιῆσαι, ἐν τούτοις καὶ ἀπατᾷν συγχωρεῖται, ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ ἐποίησε. Τὸ γὰρ ἅψασθαι (7) τοῦ ξύλου καὶ μὴ, τοῦ ἐφ' ἡμῖν καὶ αὐθαίρετον. Ἐπεὶ οὖν διὰ πολιτείας καὶ τοῦ ἀναμαρτήτου ἔδει καταλῦσαι τὴν τοῦ θανάτου ἀπόφασιν πάσχοντα ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν αὐτὸν ἀναμάρτητον ὄντα, οὐκ ἐδείκνυτο δὲ ἀναμάρ-
D τητος ὁ μήπω κατὰ πάντα πολιτευσάμενος καὶ ἐν πᾶσιν ἀγωνισάμενος πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, διὰ τοῦτο ἐξ ἀνάγκης συγχωρεῖται πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὡς βούλεται αὐτὸς ὁ διάβολος, ἵνα καθαρῶς ἀναμάρτητος ὀφθῇ, οὐ τῷ μὴ πειρασθῆναι, ἀλλὰ τῷ φυ-

(1) V. Theod. ad Matth. IV, 2.

(2) V. Ἀλλὰ Μωσ. — — ἔλαβεν, Juliani sunt, non etiam, ut male Muent., sequentia — προσκαίρου. Τὸ δὲ. — λέγει. Hæc propter falsam, Juliani credo, v. ἐπὶ π. ῥ. τ. θ. interpretationem addidit. Πορισμὸν τ. τρ. de comparatione cibi.

(3) Γένωνται.

(4) Muent. Προ γαρ την — —. αρτου διαταφηναι οφειλοντες τα — γενομενα, υπομιμνησκων αυτου.. — — χρειαν — — *ante* provocationem — *quasi necesse omnino esset, ut omnia quæ in deserto facta essent, a pane dissolvi deberent, commonuit eum* dicens — . ! Ὀφείλοντος recte jam scripsit v. d. in Döderlein. *Theol. Bibl.* I. 1, pag. 495. Verte : *Ad ineptam enim illius provocationem — quasi Jesum ubique pane nutriri oporteret.*

(5) Jam ad aliam rem transit ac docet, cur Servator tentandus fuisset, neque vero Moses et Elias. Manifestum est, eum hic quoque contra Julianum disputare.

(6) Muent., ανεχθειν ? ! ἀναχθῆναι, *duci sc. in montem Sinai.*

(7) Muent. Το γαρ ψασθαι — atque in his nescio quam subtilem distinctionem deprehendisse sibi visus est. Paulo post τοῦ ἐφ' ἡμῖν bene habet. Τοῦ est genit. partitivus.

Digitized by Google

λάξασθαι πειρασθείς. Τί δὲ θαυμάζεις, (1) ὅτι μὴ ὄντος ὄρους ὑψηλοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ λέγεται ὁ διάβολος ἀναγαγεῖν αὐτὸν εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν; *Ἐν στιγμῇ γὰρ χρόνου* λέγει (2), σαφῶς δεικνὺς φαντασίαν ὄρους τὸν διάβολον πεποιηκέναι καὶ οἰκουμένην βασιλευομένην πρὸς ἄνθρωπον ὁρᾶν οὕτω δυνάμενον (3). Οὐ γὰρ καθὸ Θεὸς ἦν ἢ ἐπείραζεν ὁ διάβολος ἢ ἐπειράζετο· τοῦτο γὰρ οὐκ ἦν πειρασθῆναι, ἀλλὰ ἀπατῆσαι (4) μᾶλλον. Ἀλλὰ πῶς, φησὶν, εἰς τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ τὸν Κύριον ἀνήγαγεν ὁ διάβολος ὄντα ἐν τῇ ἐρήμῳ; Διότι οὐκ ἐπ' ἀπολείψει τῆς ἐρήμου εἰς τὸ πτερύγιον ἀνήγετο, ὅθεν τῷ ἐν ὀλίγῳ ἀπολειφθῆναι, καὶ οὐκ ἐν πολλῷ, καὶ ὡς ἐκεῖσε πάλιν ἐπανελευσόμενος. Οὐ λέγεται γὰρ ἐξεληλυθέναι ἐκ τῆς ἐρήμου (5). Ὥσπερ γάρ τις ἐν πόλει ἢ οἰκίᾳ γενόμενος, ὅσας ἂν ἡμέρας ἢ μῆνας ἢ ἐνιαυτοὺς ἐν τῇ οἰκίᾳ ἢ τῇ πόλει ᾖ (6), ἐκεῖσε λέγεται ποιῆσαι, κἂν ἔξω ποτὲ γένηται οὐκ ἐπ' ἀπολείψει τελείᾳ τῆς πόλεως ἢ τῆς οἰκίας· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἀναχθεὶς εἰς τὴν ἔρημον πειρασθῆναι, κἂν ἔξω τῆς ἐρήμου πειραζόμενος ἐγένετο οὐκ ἐπ' ἀπολείψει τῆς ἐρήμου, εἰκότως ἐν τῇ ἐρήμῳ λέγεται εἶναι, καὶ (7) τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐποίησε μὴ ἐξεληλυθὼς τῆς ἐρήμου. Τὸ δὲ, *Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου*, οὐ λέγει, ὅτι *Ἐμέ*, εἰ καὶ Θεὸς ἦν· οὐ γὰρ ὡς Θεὸν ἐπείραζεν (8) ὁ διάβολος, οὐδὲ ὡς Θεὸς πειραζόμενος ἀπεκρίνατο· ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος ἀληθῶς πειραζόμενος (9), τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀπεκρίνατο, τὸ μὴ ἐκπειρᾶσαι τὸν Θεόν. Ὁ γὰρ ἐκπειράζων τὸν Θεὸν φαίνεται μὴ πιστεύειν αὐτῷ, ἀλλὰ τυχὸν ζητῶν πιστεῦσαι. Διήλεγξεν οὖν αὐτοῦ τὴν κακίαν κύκλῳ καὶ ἐκ περιόδου, εἰς τὸ ἀπιστῆσαι αὐτὸν τῷ Θεῷ προσάγοντος διὰ τοῦ δοκεῖν πάνυ πιστεύειν αὐτῷ. Κἀκεῖνο δὲ λεκτέον, ὅτι ἀπὸ τῆς πειραζομένης ἀνθρωπότητος ἔλεγε τὸ, *Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνον* (10) *λατρεύσεις*, οὐκ ἐξαιρῶν τῆς προσκυνήσεως τοῦ Πατρὸς τὸν Θεὸν Λόγον καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

A expers peccati monstrabatur, qui nondum ubique versatus esset et in omnibus cum peccato dimicaverit : propterea necessario opus erat, eum a diabolo ad arbitrium ipsius tentari, ut manifeste peccati expers esse videretur; non quidem quod non tentatus esset, sed quod in tentatione sese probaverit. Quid vero miraris dici eum a diabolo ductum fuisse in montem excelsum (*Luc.* IV, 5), cum in deserto mons haud sit excelsus? In momento enim temporis factum id esse dicit, bene indicans, visionem montis a diabolo procreatam fuisse, eumque in modum orbem terrarum, cui imperaturus esset, secundum humanam naturam a Jesu videri potuisse. Secundum divinam enim naturam neque tentatus est, neque eum tentavit diabolus : hoc B enim potius erat deceptio, quam tentatio. Sed quomodo, pergit Julianus, Dominum, cum in deserto esset, diabolus duxit in pinnaculum templi? Quare non, cum a deserto, quod brevi præterea temporis spatio relicturus erat, discederet, in pinnaculum ducebatur, eum jam in illud iterum redire oporteret? At non de Jesu narratur eum rediisse ex eremo. Quemadmodum enim de homine, qui dies, menses, vel annos in urbe vel domo quadam commoratus est, etiamsi aliquando discesserit, totum tamen commorationis tempus haud ante integram urbis vel domus derelictionem computatur : ita quoque Christus, qui in desertum, ut ibi tentaretur, subductus, licet extra id, non tamen postquam ex eo egressus esset, tentatus fuerit, merito C in deserto fuisse dicitur adeoque quadraginta dies ex eo haud egressus transegit. Verbis vero : *Non tentabis Dominum Deum tuum* (*Luc.* IV, 12), licet Deus esset, haud ait, *non tentabis me* : diabolus enim eum non sicut Deum tentavit; neque ut Deus, sed ut homo, qui revera tentabatur, verba humana respondit : *Non tentabis Deum*. Qui enim Deum tentat, is

(1) Theodorus ita disputat : Moses et Elias non sunt post jejuninm tentati, quia minora perficere debebant, contra Servator, cui prior illa mortis sententia abolenda esset. Quippe in iis tantum Satanas homines ad prava incitare potest, quæ in hominum potestate posita sunt. Sic Adamum decepit, at cum legislatio non in Mosis, sed in Dei potestate esset, Mosen non potuit. Jam cum prior illa mortis sententia nonnisi ab ἀναμαρτήτῳ aboleri posset, nec vero ille, qui nondum in omnibus contra peccatum pugnasset, ἀναμάρτητος evasisset, Jesus a diabolo necessario tentandus erat, ut eo, quod tentationi non succubuisset, vere ἀναμάρτητος exsisteret.

(2) Muent., λέγει πεποιηκέναι.

(3) H. e. — manifesto indicans, diabolum visum montis et orbem terrarum (visum orbis terrarum), qui ab se (Satana) regeretur (qui sibi pareret, cf. Luc. IV, 6) effecisse homini, videre ita valenti.

(4) Malis pro ἀπατῆσαι scribi ἀπατηθῆναι h. s. hoc enim (si diabolus Jesu Deo visum montis ostendisset) non fuisset, tentari, imo decipi. Sed πατῆσαι bene habet, si v. τοῦτο γὰρ, κ. τ. λ, ad latum prægressa refers : diabolus Jesu visum montis ostendit, (fieri hoc potuit) neque enim *Deus* tentatus est. Nam *hoc* (Deum tentari) non tentari fuisset, sed decipere (si Deus tentatus esset, non tentatus fuisset, sed ipse decepisset). Itaque v. οὐ γὰρ, κ. τ. ἑ. muniunt prægressa, et hæc ipsa v. τοῦτο γὰρ κ. τ. λ. muniuntur.

(5) Muent. ἐκ τῆς Αἰγύπτου. Cum multa v. d. tum hoc peccavit, quod etiam v. διότι — ἐπανελευσόμενος Juliano tribuit, interrogationem iis contineri opinatus. Αἰγύπτου errore natum esse contextus satis docet, ut sileam illa ratione Theodori argumentationem errore niti, qui haud dubie ab eo D alienus erat. Pro Αἰγ. scribendum esse ἐρήμου, jam dudum viderunt censores illi Muenteri, Lipsiensis (Doederl. l. l. p. 494.) et Goetting. (*Goetting. gel. Anz.* l. l., p. 1246.)

(6) V. ᾖ conjectura restitui.

(7) Καὶ apud Muent. deest. Fortasse pro ἐποίησε scribendum ποιῆσαι.

(8) Fort. scrib. Θεὸν αὐτὸν ἐπείρασεν.

(9) Severus Antioch. *adv. Julianum Halicarn.* (*Spicileg. Rom.* X, p. 195) : « Cyrillus Theodorum (sed fortasse scrib. *Diodorum*) castigat, qui dixerat sanctitatis virtutisque in Christo defectum, quo tempore ab inimico tentatus fuit, a superveniente in eum sub columbæ specie Spiritu sancto fuisse suppletum. » Hæc si Theodori fuisset sententia, cum iis quæ supra disputat conciliari ægre posset.

(10) Ita Muent., sed non dubito, quin Theodorus μόνῳ scripserit.

Digitized by Google

Deo haud quidem credere, sed fidem fortasse quærere videtur. Jesus igitur malitiam diaboli refellit, qui per simulatam in Deum fiduciam circulo atque ambagibus ad diffidendum inducere eum voluit. Et hoc quidem dicendum, quoniam dictum est de humana natura tentata : *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* (*Luc.* IV, 8) ; neutiquam tamen ab adoratione Patris sejuncto Verbo divino atque Spiritu sancto.

CAP. XXI.

VERS. 7. — Talia sæpius facta sunt atque fiunt. Et quomodo sunt hæc consummationis signa? Ast licet non in omnibus, neque omnia simul, facta sint, nunc tamen omnia hæc, partim neque ubique facta, omnibus in locis evenient, ut omnibus conspicuum tunc sit, mundum hisce ex causis quemadmodum infirmum interiturum esse, cui, cum omnia signa mortalia in hoc unum concurrant, nulla amplius superest spes, licet sæpius quodam horum ægrotaverit, mortemque evaserit, cum unum id ad mortem hominis efficiendam haud suffecerit. Quando igitur, inquit, omnia hæc simul evenient, fames atque pestis, insurrectiones populorum adversus populos, et regnorum adversus regna, atque reliqua omnia, quæ dixi, terribilia et omnia simul omnino commovebuntur; tunc vicinum adventum ejus indicari ait (*Luc.* XXI, 11, 12).

CAP. XXII.

VERS. 39 sqq. — Et talia quoque, inquit, Jesus orat ; nam miser homo calamitatem sustinere haud potens orat, atque, licet Deus sit, ab angelo corroboratur. Quis vero tibi, Luca, renuntiavit de angelo, quomodo successerit id, cum discipuli, qui tunc in vicinia orantes essent, videre haud valerent? dormiebant enim. Quamobrem eos, ab oratione veniens, præ mœstitia dormientes reperit dixitque : *Quid dormitis? Surgite et orate* (*Luc.* XXII, 46), etc. ; et inferius (vers. 47) : *Adhuc eo* hæc *loquente, ecce turba magna et Judas.* Propter id quoque Joannes, qui nihil viderat, nihil scripsit. Hæc Julianus. Haud est fortitudinis atque sapientiæ documentum, non expavescere terribilia, sed, cum talia bene cognita sint, prudenter ea aliquando sustinere. Nihil enim hominibus morte terribilius, licet eam ob beneficia collata patiaris. Cum igitur Christus secundum carnem assumptam verus homo natura constitutus esset, necesse quoque erat ut

(1) In hoc fragmento refellitur Julianus, qui signa illa συντελείας, Luc. XXI, 7 sqq. memorata, nulla esse contenderat.

(2) Hæc Juliani sunt, quæ Theodorus jam diluit.

(3) Fort. l. γενόμενα.

(4) Muent διαφευγοτος. F. l. διαφεύγοντος.

(5) Muent. επι βασιλειας.

(6) Fragmentum hoc anepigraphum Muenter in schedis bibl. Corsin. invenit, quod Theodori esse et qui schedas illas scripsit et Muenter recte judicarunt. Videtur enim ex eodem illo cod. catenam in Lucam exhibente desumptum, certe pertinet ad Luc. XXII, 39-47, et quæ propter hunc locum Julianus contra Jesum protulerat refelluntur. Jam cum Theodorus in commentario in Lucam Julianum sæpius refutaverit (v. inf.), externa quæ dicunt argumenta ad Theodorum nos ducunt. Hoc magis etiam de internis valet. Oratio, refellendi ratio, denique doctrina manifesto Theodori indolem referunt.

A

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Στίχ. ζ'.—(1) Τοιαῦτα πολλάκις ἐγίνετο καὶ γίνεται· καὶ πῶς ταῦτα συντελείας σημεῖα ; Ἀλλ' εἰ καὶ (2) γέγονε τοιαῦτα, οὐκ ἐπὶ πάντων, οὐδὲ πάντα ὁμοῦ· νῦν δὲ ταῦτα πάντα κατὰ μέρος καὶ οὐκ ἐπὶ πᾶσι γινόμενα (3) γενήσεται πανταχοῦ τότε, ὥστε πᾶσιν εἶναι καταφανὲς ἐκ τούτων τὸν κόσμον λυθήσεσθαι ὥσπερ ἄῤῥωστον ἐν ἀπογνώσει γενόμενον, πάντων ὁμοῦ τῶν φθειρόντων αὐτὸν σημείων συμπεσόντων εἰς ταὐτὸ, καίπερ πολλάκις νοσήσαντος ἔκ τινος τούτων καὶ διαφυγόντος (4) τὸν θάνατον διὰ τὸ μὴ ἱκανὸν γενέσθαι τὸ ἓν διαφθεῖραι τὸν ἄνθρωπον. Ὅταν οὖν, φησὶ, πάντα ὁμοῦ ταῦτα γένηται, λοιμοὶ καὶ λιμοὶ καὶ ἐπαναστάσεις ἐθνῶν ἐπὶ ἔθνη καὶ βασιλείας ἐπὶ βασιλείαν (5) καὶ τὰ ἄλλα ἃ εἶπε φόβητρα, καὶ πάντα ὁμοῦ κατὰ πάντων κινηθῇ, τότε σημαίνειν, φησὶ, ἐγγὺς οὖσαν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ.

B

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Στίχ. λθ'. — Ἀλλὰ καὶ (6) τοιαῦτα προσεύχεται, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς, οἷα ἄθλιος ἄνθρωπος συμφορὰν φέρειν εὐκόλως οὐ δυνάμενος, καὶ ὑπ' ἀγγέλου θελ ὢν ἐνισχύεται. Τίς δὲ καὶ ἀνήγγειλέ σοι, Λουκᾶ, περὶ τοῦ ἀγγέλου ὅπου, εἰ καὶ γέγονε τοῦτο ; οὐδὲ οἱ τότε παρόντες (7) εὐχομένῳ ἰδεῖν οἵοί τε ἦσαν· ἐκοιμῶντο γάρ. Διὸ καὶ ἀπὸ τῆς προσευχῆς ἐλθὼν εὗρεν αὐτοὺς κοιμωμένους ἀπὸ τῆς λύπης καὶ εἶπε· *Τί καθεύδετε ; ἀναστάντες προσεύχεσθε*, καὶ τὰ ἑξῆς, εἶτα· *Καὶ ἔτι αὐτοῦ* (8) τοῦτο *λαλοῦντος, ἰδοὺ ὄχλος πολὺς καὶ Ἰούδας.* Διὸ οὐδὲ ἔγραψεν Ἰωάννης, οὐδὲ γὰρ εἶδε. Ταῦτα Ἰουλιανός. Οὐκ ἀνδρείας ἐστί τε καὶ σοφίας τὸ μὴ φοβεῖσθαι τὰ φοβερὰ, ἀλλὰ τὸ καὶ τοιαῦτα εἰδότα (9), ὅμως σὺν λόγῳ ποτὲ καταδέχεσθαι. Θανάτου γὰρ ἀνθρώποις οὐδὲν φοβερώτερον. κἂν ὑπὲρ τοῦ εὐεργετῆσαί τινας ᾖ. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν σάρκα τὴν ληφθεῖσαν ἄνθρωπος ἀληθῶς κατὰ φύσιν ἦν, εἰ καὶ τοῦ (10) Πατρὸς καταγόμενος λογισμῷ καὶ κρίσει πολιτευόμενος (7), ἀλλ'

C

D

(7) Muent. male interpunxit nec locum intellexit. Verte : *Quis vero tibi, Luca, de angelo nuntiavit, ubi etiam fuerit* (erat autem in monte Olivarum. Cf. Luc. XXII, 39, 40) *etiamsi illud factum est* (etiamsi quod narras verum est)? Quid vero si scribas ἀγγέλου ὁπόθεν καὶ γένονε ; (unde etiam venerit?) τοῦτο —. Hac ratione respexit Julianus v. Lucæ ἀγγ. ἀπ' οὐρανοῦ eumque ridet, qui tam accurate narret, quod ne tum præsentes quidem videre potuissent. Hinc intelligas, cur τοῦτο scriptum sit, neque vero τοῦτον.

(8) Αὐτοῦ non legitur apud Muenter. Τοῦτο autem verbis citatis scriptor perspicuitatis causa de suis adjecit.

(9) Muent. εἰδοτι.

(10) Muent. ην, εη του.

(11) Cf. Theod. ap. Leont. (Mai. *Script. vett. nova coll.*, VI, p. 303 sq.).

Digitized by Google

οὐκ ἐν σχήματι καὶ δοκήσει πολιτεύεσθαι δοκῶν, δειλιᾷ τὸν θάνατον κατὰ φύσιν ἀνθρώπων καὶ εὔχεται καὶ ἐνισχύεται ὑπὸ ἀγγέλου (1). Τῆς μὲν ψυχῆς αὐτοῦ προθυμουμένης λογισμῷ αἱρεῖσθαι ὑπὲρ πάντων τὸν θάνατον, τοῦ δὲ σώματος διαπίπτοντος τῇ δειλίᾳ, ἀληθῶς οὖν ἀνδρείαν ψυχὴν ἦν θεάσασθαι ἐν ἀσθενείᾳ σώματος λογισμῷ μόνῳ πρὸς τὴν φύσιν μαχομένην καὶ κρατοῦσαν (2). Μὴ οὖν σύγχει τὰ λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ Θεὸν λέγομεν τὸν Χριστὸν κατὰ τὴν ἀΐδιον καὶ ἄναρχον ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φύσιν, οὐχὶ καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς ὁμολογοῦμεν αὐτὸν κατὰ τὴν πρόσκαιρον καὶ μετὰ πολλὰς γενεὰς γενομένην ἐξ ἀνθρώπων διαδοχήν (3); Οὐ γὰρ τῷ μεταβληθῆναι λέγομεν γενέσθαι τὸν Θεὸν Λόγον σάρκα, ἀλλὰ τῷ ἀναλαβεῖν σάρκα (4). Μαθεῖν δὲ τὸν Λουκᾶν περὶ τοῦ ἀγγέλου πολλαχόθεν ἦν δυνατόν· πρῶτον μὲν παρὰ Πέτρου καὶ τῶν Ζεβεδαίου υἱῶν εὐχομένῳ παρόντων τῷ Ἰησοῦ, ἔπειτα καὶ παρ' αὐτοῦ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τεσσαράκοντα ἡμέρας αὐτοῖς συναυλιζομένου. Οὐκ ἔγραψε δὲ τοῦτο Ἰωάννης εἰδώς, ἐπεὶ καὶ ἄλλα μυρία εἰδὼς οὐκ ἔγραψε, τάχα καὶ διότι οὗτος ἔφθη γράψας (5). Πῶς δὲ ἐκεῖνο οὐ καθορᾷς, ὡς οὐχ ἅμα τῷ εὔχεσθαι τὸν Ἰησοῦν καθεύδοντες οἱ μαθηταὶ παραδέδονται, ἵνα μηδὲ θεάσωνται τὸν ἄγγελον, εἴγε ἐνεδίδοτο πρὸς τὸ θεάσασθαι; οὐδὲ γὰρ πόῤῥω θέας καὶ ἀκοῆς ἦσαν, παρατεινομένης δὲ τῆς εὐχῆς αὐτῷ συνέβαινε τοῖς μαθηταῖς τὸ βαρεῖσθαί τε καὶ καθεύδειν. Ἄλλως τε καὶ (6) τρίτον προσευξαμένου καὶ διυπνιζομένων εἰς τὸ προσεύχεσθαι ὁρᾷν γε (7) τὸν ἄγγελον συνέβαινεν ἐν νυκτὶ πανσελήνῳ (8), καὶ ἄνευ τοῦ φωτὸς (9) τοῦ ἐν νυκτὶ πολλῷ περιαστραπτομένου φωτὶ (10), ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ παραδηλώσαντος αὐτοῖς τότε τὰ παρακολουθήσαντα αὐτῷ προσευχομένῳ, ἵνα μᾶλλον αὐτοὺς εἰς προσευχὴν διαναστήσῃ.

A Patris consilio duceretur atque judicio ejus obedientiam præstaret. Sed cum non in figura tantum atque pro forma obedire vellet, mortem quoque secundum humanam naturam timuit, oravitque, et ab angelo corroboratus est. Anima enim ejus consilio, mortis in salutem omnium eligendæ, inhærente, corpore autem præ timore evanescente, fortem sane animam, in infirmitate corporis solo suo consilio cum natura dimicantem, victricemque videre erat. Ne igitur verba nostra confundas : cum enim Christum dicamus Deum secundum æternam atque increatam ejus ex Deo Patre naturam, nonne etiam eum hominem verum confitemur, secundum successionem ejus ex hominibus temporariam, atque post multas generationes

B factam? Non enim mutatione, sed susceptione carnis, Deum Verbum carnem esse factum dicimus. Multis autem ex locis Lucas de angelo discere potuit : primo quidem a Petro et a filiis Zebedæi, qui cum Jesus oraret præsentes essent (*Matth.* xxvi, 37; *Marc.* xiv, 33); dein quoque a Jesu ipso, post resurrectionem quadraginta per dies cum illis commorato. Joannes vero, hoc licet probe noverit, haud scripsit, cum et alia plurima, licet sciens, omiserit (*Act.* i, 3, 4), facile et in hoc quoque a Luca jam præventus. Quomodo vero non animadvertis, quod haud omnes discipuli, simul ac Jesus oraret, somno dediti essent, ut angelum, si modo videndum sese præbuerit, non vi-

C dissent? Non enim procul erant a visu atque auditu : prorogata autem ab illo oratione, evenit discipulis ut somno gravarentur et dormirent. Præcipue vero in nocte plenilunio illustrata videre potuerunt angelum, cum tertia jam vice oraret, illique ipsi expergefacti essent ad orandum (*Matth.* xxvi, 43). Et absque luce hac, multum in nocte splendorem reddente, vel ab ipso Jesu, quo melius ad orationem incitarentur, de illis, quæ inter orandum ei evenissent, edoceri potuerunt.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Στίχ. η'. Ἰησοῦς δὲ (11) ἐπαχθεὶς πρὸς Ἡρῴδην οὐδὲν ἐποίησε σημεῖον, καίπερ ἐκείνου ἐπιθυμοῦντος ἰδεῖν ἢ ἀκοῦσαί τι λέγοντος, ἐπειδὴ ᾔδει ὡς οὐκ εὐεργετηθήσεται. Τὰ γὰρ σημεῖα οὐχ ἁπλῶς ἐποίει (12), οὐδὲ πρὸς ἐπίδειξιν ἵνα αὐτὸς θαυμάζηται, ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνοι πιστεύσαντες σωθῶσιν. Δῆλος γὰρ ἦν οὐκ ἐπὶ

CAP. XXIII.

Vers. 8. — Jesus vero, coram Herode ductus, nullum fecit miraculum, licet ille valde cuperet miraculum videre, vel sermones ejus audire : probe sciens, Herodem a se non beneficio ornatum iri. Non enim frustra vel ostentationis causa miracula fecit, ut Herodes eum admiraretur; sed ut

(1) Cf. Leont. (Galland. *Bibl. Patr.*, xii, p. 688) : *Timuit mortem tanquam hanc enixe fugiens, quam nunquam sponte sustinere voluisset, nisi tuam longam et prolixam admonitionem nactus esset, quam a te fictam angelo attribuis.*

(2) Statuit Theodorus, Jesum *sensim ac paulatim ex meritis suis* eum factum esse, qui fuisset. Cf. v. c. Act. C. Const. ii, iv, 32, 39.

(3) Facili conjectura scribere possis : Τί γάρ; ἐπειδὴ — διαδοχήν; sed cave ne quæ Theodorus negligenter scripsit corrigas. Ita recte, credo, conjecit censor ille Lips. l. l. p. 495. Muent. μεταχληθῆναι.

(4) Theod. ap. Leont. (Mai. l. l. p. 310, Bandin. *Catal. cdd. msscr. bibl. Med.-Laur.*, l. p. 170) : Ἡμεῖς εἰληφέναι ἄνθρωπον τὸν Θεὸν Λόγον καὶ σφόδρα φαμὲν, γεγενῆσθαι δὲ ἄνθρωπον, καθ' ὑμᾶς (Apollinaristas) οὐκ ἂν ποτε εἰπεῖν ἀνασχοίμεθα.

(5) Probat Theodorus antiquæ Ecclesiæ sententiam qua Joannes, reliquis Evangeliis probatis, suum supplementi causa scripsit, eamque latius exposuit in Procem. in Joann., infra.

(6) Muenter : δὲ καὶ —. Errat Theodorus; v. Matth. xxvi, 41 sq.

(7) Muenter ὁρᾶν δε.

(8) Pascha Judæorum (d. xiv m. Nisan) semper in tempus plenilunii incidere constat.

(9) Muent.: ἄνευ δε φωτος.

(10) Intellige, ut verissime monuit censor commentat. meæ in l. ab Rheinwaldio edito *Allg. Repertorium für die theol. Literatur*, T. xxv, fasc. 4, 1839, illud lumen, quo angeli circumdati esse putabantur.

(11) Muent. l. c. p. 145 s. Præmissum legitur Θεοδώρου.

(12) Cf. Theod. ad Joan. xi, 34.

Digitized by Google

illi credentes, salvarentur. Manifeste vero Herodes hanc ob causam nullum quæsivit miraculum, sed illi iratus indignatione dignum aliquid videre exspectavit. Non enim tanquam insontem, licet ut impotentem eum sperneret, Jesum dimisit, sed militari eum veste induens, misit ad Pilatum, quocum, remota suspicione, reconciliatus erat, cum hoste atque inimico potitus, eum velut hostem impotentem contemneret.

A τούτῳ ζητῶν τι θαῦμα, ἀλλ' ὡς μεμηνὼς κατ' αὐτοῦ καὶ ἄξιον ὀργῆς τι θεάσασθαι προσδοκῶν. Οὐ γὰρ ἀθῶον ἀφῆκεν, καίπερ καταφρονήσας ὡς μηδὲν ποιῆσαι δυνάμενον, ἀλλὰ στρατιωτικὴν αὐτὸν ἐνδύσας ἐσθῆτα ἀπέπεμψε τῷ Πιλάτῳ φίλος γενόμενος, ὡς ἀπαλλαγεὶς ὑποψίας καὶ κρατήσας ἐχθροῦ καὶ πολεμίου, ἐξουδενώσας αὐτὸν ὡς ἐχθρὸν μηκέτι τι ποιῆσαι δυνάμενον.

THEODORI MOPSUESTENI

IN EVANGELIUM JOANNIS COMMENTARII FRAGMENTA (1).

PROŒMIUM.

Post Domini in cœlos ascensionem, longo tempore discipuli Jerosolymis commorati sunt, vicinas civitates obeuntes, et Judæis potissimum prædicantes, donec magnus ille Paulus, instinctu divinæ gratiæ ad palam gentibus prædicandum segregatus fuit. Temporis autem progressu divina gratia suos prædicatores parte aliqua terræ concludi minime permittens, diversis eos muniis ad remota loca eduxit. Simonis siquidem professio beato Petro Romam proficiscendi occasionem dedit, alteri vero alio : non enim ista recensendi modo tempus est. Sic porro beato quoque Joanni Ephesus obtigit inhabitanda, universam exinde Asiam peragranti, maximamque ejus incolis prædicatione sua utilitatem afferenti. Conscriptis igitur editisque cæterorum evangelistarum Matthæi et Marci, necnon et Lucæ Evangellis, statim omnibus per orbem fidelibus distributa, et ab iisdem magno, uti par erat, studio ac religione accepta sunt. Verum cum fideles Asiani beatum Joannem ad Evangelium scribendum, et auctoritate ac fide cæteris præpollere existimarent (ut qui ante Matthæum cum Christo fuerat conversatus et majorem dilectionis ac gratiæ prærogativam acceperat), libros Evangeliorum ipsi obtulerunt, ut ejus de ipsis judicium explorarent. Ipse autem eos ut veritati quidem consonos approbavit, nonnulla tamen dixit ab eis prætermissa et quidem, quæ ad eruditionem omnium fere maxime conducerent, miracula. Addebat insuper cum de Christi in carne adventu disseruissent, non oportuisse quoque divinitatem ejus silentio præterire, ne temporis successu homines iis duntaxat sermonibus assueti, id tantum quod apparebat crederent. Rogatus est itaque a fratribus, ut quæ maxime ad eruditionem necessaria judicaret, et a cæteris prætermissa cerneret, diligenter scripto

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

B Μετὰ τὴν (2) εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου, ἐπὶ πολλῷ μὲν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐνδιέτριψαν οἱ μαθηταὶ τῷ χρόνῳ, τὰς πλησίον περινοστοῦντες πόλεις καὶ μᾶλλον τοῖς Ἰουδαίοις διαλεγόμενοι περὶ τοῦ κηρύγματος, μέχρι Παῦλος ὁ μέγας ὑπὸ τῆς θείας χάριτος ἐναχθεὶς φανερῶς πρὸς τὸ τοῖς ἔθνεσι κηρύττειν ἀφωρίσθη. Τοῦ δὲ χρόνου προβάντος ἡ θεία χάρις, οὐκ ἀνεχομένη τοὺς οἰκείους κήρυκας ἐν μέρει περικεκλεῖσθαι τῆς γῆς, διαφόροις οἰκονομίαις αὐτοὺς ἐπὶ τοὺς πόρρω τόπους ἐξήγαγεν. Ἡ μὲν γὰρ Σίμωνος πρόφασις τὸν μακάριον Πέτρον τὴν ἐπὶ Ῥώμην ὁδὸν ποιήσασθαι παρεσκεύαζεν, ἕτερον δὲ ἑτέρως· οὐ γὰρ ταῦτα νῦν καταλέγειν καιρός. Οὕτω δὴ καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης οἰκεῖ τὴν Ἔφεσον, ἅπασαν ἐφοδεύων τὴν Ἀσίαν καὶ πολλὴν τοῖς ἐκεῖ C διὰ τῶν οἰκείων λόγων τὴν ὠφέλειαν παρεχόμενος. Γίνεται τοίνυν ἐν τούτοις τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν ἔκδοσις, Ματθαίου τε καὶ Μάρκου, ἔτι μὴν καὶ Λουκᾶ τὰ οἰκεῖα γεγραφότων Εὐαγγέλια, διεδόθη τε καὶ κατὰ πάσης ἐν ἀκαρεῖ τῆς οἰκουμένης καὶ ὑπὸ τῶν πιστῶν ἐσπουδάζετο πάντων μετὰ πολλῆς, ὡς εἰκὸς, τῆς διαθέσεως. Ἀλλ' οἱ περὶ τὴν Ἀσίαν πιστοὶ, ἀξιοπιστότερον τῶν λοιπῶν εἰς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου μαρτυρίαν Ἰωάννην κρίναντες εἶναι τὸν μακάριον, ὡς καὶ ἄνωθεν αὐτῷ συνόντα καὶ πρὸ Ματθαίου καὶ πλείονος διὰ τὴν ἀγάπην τῆς χάριτος ἀπολαύσαντα, προσήνεγκαν μὲν αὐτῷ τὰς βίβλους, μαθεῖν ἤντινα περὶ αὐτῶν ἔχει τὴν δόξαν παρ' αὐτοῦ βουλόμενοι. Ὁ δὲ ἐπήνεσε μὲν τῆς ἀληθείας τοὺς γεγραφότας, ἔφησε δὲ βραχέα μὲν αὐτοῖς παραλελεῖφθαι καὶ τῶν μάλιστα D ἀναγκαίων λεχθῆναι θαυμάτων τὰ διδασκαλικὰ ἅπαντα μικροῦ. Εἶτα καὶ δεῖν ἔφασκε τοὺς περὶ τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας τοῦ Χριστοῦ διαλεγομένους μηδὲ τοὺς περὶ τῆς θεότητος λόγους παραλιπεῖν, ὥστε μὴ τοῦ χρόνου προβαίνοντος τούτοις ἐνεθισθέντας τοῖς λόγοις τοὺς ἀνθρώπους τοῦτο μόνον αὐτὸν νομίζειν ὅπερ ἐφαίνετο. Ἐπὶ τούτοις παράκλησις τῶν ἀδελφῶν

(1) Hujus commentarii fragmenta Græca quæ sequuntur fere omnia leguntur in Catena Patrum Græcorum in S. Joannem ex antiquissimo Græco codice ms. nunc primum in lucem edita — — a Balthasare Corderio Antverpiano S. J. s. th. D. et in alma Viennensi univ. Pr. Antverpiæ 1630, f. Singulis præfixa sunt v. Θεοδώρου Μοψουεστίας.

(2) Cord. cat. proœm.

Digitized by Google

ἐγένετο, ταῦτα ἃ μάλιστα ἀναγκαῖα μὲν κρίνει πρὸς διδασκαλίαν, παραλελειμμένα δὲ ὁρᾷ τοῖς λοιποῖς γράψαι μετὰ σπουδῆς, ὃ δὴ καὶ πεποίηκεν. Ὅθεν εὐθὺ μὲν καὶ ἐξ ἀρχῆς περὶ τῶν τῆς θεότητος ἐφιλοσόφησε δογμάτων, ταύτην ἀναγκαίαν κρίνων τοῦ Εὐαγγελίου ἔσεσθαι τὴν ἀρχήν, καὶ οὕτω ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν μεταβάς, τότε καὶ αὐτὸς περὶ τοῦ Κυρίου τὴν εἰδὼς οὖσαν ἀληθεστάτην ἀρχήν.

A mandaret, quod et fecit. Unde statim in exordio de divinitate accurate disseruit : hinc Evangelium necessario auspicandum ratus, ac deinde ad incarnationis opus transiens, rerum a Domino dictarum vel gestarum non aliud præter hoc verissimum esse principium perspectum habens λεχθέντων ἢ γεγονότων οὐχ ἑτέραν τινά, ἀλλ' ἢ ταύ-

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Στίχ. γ'. — Τινὲς μὲν οὖν (1) οὕτως ἀνέγνωσαν, *Ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ*, ἀντὶ τοῦ, *δι' αὐτοῦ*, λέγοντες· Πῶς δὲ οὐκ εὔηθες ἦν, εἰ τοῦτο ἔμελλε λέγειν ὁ Εὐαγγελιστής, ὡς τι διδάσκων ἡμᾶς καινὸν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἄγνωστον; Ὃ κἂν ὁ τυχὼν εἰπεῖν ἐδυνήθη καὶ περὶ τυχόντος· *Χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν τῶν δι' αὐτοῦ γεγονότων.* Πᾶς γὰρ ὁστισοῦν καὶ περὶ παντὸς τοῦτο ἐρεῖ, ἐπείπερ δῆλον ὡς ἐπὶ παντὸς τῶν ὅ τι ποτὲ διαπραττομένων οὐκ ἂν εἴποι τις ἑτέρως, ἢ ὅτι *Τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων οὐδὲν γέγονε χωρὶς αὐτοῦ.* Τινὲς δὲ ἑτέρως ἀνέγνωσαν· *Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν·* εἶτα· *Ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν·* πολλὰ γὰρ ἀμέτοχα ζωῆς ἐστιν, ὡς γῆ καὶ ὄρη. Ἔστιν οὖν πλοκὴ καὶ βεβαίωσις τοῦ προτέρου· εἶτα καὶ ἡ σαφήνεια. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο*, ἐπήγαγε· *Καὶ χωρὶς αὐτοῦ οὐδὲ ἕν ὃ γέγονεν*, τουτέστι καὶ συντόμως εἰπεῖν, Οὐδὲν τῶν γεγονότων ἄνευ αὐτοῦ γεγένηται, μόνου τοῦ Πατρὸς ὑπεξῃρημένου τῆς αὐτοῦ ποιήσεως σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ἐπειδήπερ ἀεὶ συνὼν αὐτοῖς, εἰκότως καὶ κατὰ τὴν τῶν ὅλων δημιουργίαν αὐτοῖς κεκοινώνηκε.

CAP. I.

VERS. 3. — Legerunt quidem plures, *quod factum est in ipso*, pro *per ipsum*, dicentes : Qui autem non esset ridiculum, si ita loquendo Evangelista, nos rem novam et hominibus ignotam docere intenderit? Vel obvius quisque et de obvio quoque idem asserere potuisset : *Sine ipso factum est nihil* B *eorum quæ per ipsum facta sunt.* Nam quilibet vel de quolibet idem profitebitur, cum appareat de quovis rem quamcunque perficiente eadem dici, *Eorum quæ per ipsum facta sunt nihil sine ipso factum est.* Quidam autem aliter legerunt, nam primo : *Et sine ipso factum est nihil*, et deinde : *Quod factum est in ipso vita erat;* multa enim vita carent, uti terra et montes. Hæc igitur præcedentia complicant et confirmant, imo et elucidant. Nam post illa, *Omnia per ipsum facta sunt*, addit, *Et sine ipso nihil quod factum*, hoc est ut uno verbo loquar, Nihil eorum quæ facta sunt ab alio facta sunt, nisi forte a Patre ejus et Spiritu sancto ; nam quando ab eis nunquam dividitur, et rerum omnium creationem una cum eis operetur oportet.

Τοῦτο εἶπεν (2) διὰ πάντων βουληθεὶς δεῖξαι (3), ὅτι οὗτος ἀεὶ συνῆν τῷ Πατρὶ, ὡς ὅμοιος τὴν φύσιν, ὡς κοινωνὸς τῆς δημιουργίας, ὡς συνὼν μὲν ἀεὶ, συνεργασάμενος δὲ ὅτε ἔδει γενέσθαι τὰ ὄντα. Σαφῶς δὲ ἔδειξεν, ὅτι τὸ, *δι' αὐτοῦ*, οὐ διακονίας ἕνεκεν αὐτῷ κεῖται, ἀλλὰ συνεργείας· καὶ τοῦ μηδὲν ὑφεξαιρεῖσθαι τῆς αὐτοῦ ποιήσεως τῶν γεγονότων, τὸ ἐπαγαγεῖν· *Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν* (4).

Στίχ. κα'. — Ἐπειδὴ διὰ τῶν ἐκάστοτε γινομένων περὶ τοὺς Ἰουδαίους θαυμάτων σφόδρα καὶ τὸν ναὸν αὐτὸν σεπτὸν εἶναι συνέβαινεν, πολλοὶ καὶ τῶν Ἑλλήνων, ἢ καὶ μὴ πάντες, μετεῖχον τῶν νομίμων· ἀνίεσαν γοῦν τῷ Θεῷ προσκυνήσοντες, καὶ τῆς ἑορτῆς καθ' ὅσον οἷόν τε μεθέξοντες· ἐγγὺς ὄντες λοιπὸν τοῦ προσήλυτοι γενέσθαι· τῆς φήμης οὖν ἀποδοθείσης, οὗτοι προσῆλθον Φιλίππῳ καὶ ἠρώτων αὐτὸν λέγοντες· *Κύριε, θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν* · ὁ δὲ Φίλιππος παραχωρεῖ τῷ Ἀνδρέᾳ, ἅτε πρὸ αὐτοῦ ὄντι, καὶ τὸ πρᾶγμα αὐτῷ κοινοῦται· ἀλλ' οὐδὲ οὗτος αὐτὸς αὐθεντεῖ· ἤκουσεν γὰρ, ὅτι *Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε* · διὰ τοῦτο μετὰ τοῦ μαθητοῦ κοινωνήσαντες, τῷ διδασκάλῳ ἀναφέρουσι· ἀμφότεροι γὰρ εἶπον αὐτῷ· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς λέγων · *Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα.* Καιρός ἐστι, φησὶ, ἐπὶ τὸ πάθος ἐλθεῖν, πάντων πεπληρωμένων · ἐπεὶ οὖν ἔμελλεν ἀφήσειν τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τὰ ἔθνη λοιπὸν ἰέναι μετὰ τὸν σταυρὸν, ὁρᾷ δὲ αὐτοὺς προπηδῶντας, φησίν· Καιρός ἐστιν ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐλθεῖν· οὐ πρότερον γὰρ αὐτοὺς εἴασεν, ἵν' ᾖ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς· ἕως γὰρ διὰ τῶν ἔργων αὐτὸν διεκρούσαντο καὶ ἐσταύρωσαν, οὐκ εἶπεν,

(1) Cord. cat. p. 304.
(2) Αὐτοῦ, scil. τοῦ Λαζάρου.
(3) Theodoret. proœm. in XII proph., ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστη τῆς διδασκαλίας ἡ χάρις. — Ad Ezech. I, 28 : — διδάσκων ἡμᾶς μὴ μέχρι τούτου ἑστάναι.
(4) Mai ibid. p. 409.

Digitized by Google

Πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, ἀλλ', *Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε* · ἐπεὶ δὲ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, τότε λοιπὸν ἀφῆκεν αὐτούς.

Στίχ. κγ'. — Καιρὸς (1), φησὶν, λοιπόν ἐστι ἐπὶ τὸ πάθος ἐλθεῖν πάντων πεπληρωμένων. Εἰ γὰρ μέλλοιμεν τούτοις μὲν ἀπειθοῦσι προσεδρεύειν, ἐκείνους δὲ καὶ βουλομένους μὴ προσίεσθαι ἀνάξια τῆς ἡμετέρας ἔσται ταῦτα κηδεμονίας. Ἐπεὶ (2) οὖν ἔμελλεν ἀφήσειν τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τὰ ἔθνη λοιπὸν ἰέναι μετὰ τὸν σταυρὸν, ὁρῶν (3) δὲ αὐτοὺς προπηδῶντας, φησί· Καιρὸς ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐλθεῖν. Οὐ πρότερον γὰρ αὐτοὺς εἴασεν, ἵνα ᾖ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Ἕως γὰρ διὰ τῶν ἔργων αὐτὸν διεκρούσαντο, ἕως αὐτὸν ἐσταύρωσαν οὐκ εἶπε · *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*, ἀλλὰ, *Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε*, καὶ, *Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραὴλ*, καὶ, *Οὐκ ἔστι λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις*. Ἐπειδὴ δὲ ἐμίσησαν αὐτὸν καὶ οὕτως ἐμίσησαν ὡς ἀνελεῖν, περιττὸν ἦν προσεδρεύειν διακρουομένων ἐκείνων. Καὶ γὰρ (4) παρῃτήσαντο αὐτὸν λέγοντες · *Οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰ μὴ Καίσαρα*· τότε δὴ λοιπὸν αὐτοὺς ἀφῆκεν. Αὕτη δὲ (5) διάλεκτος γέγονε τῇ δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ τῆς ἑβδομάδος, ὡς οἱ ἄλλοι λέγουσιν εὐαγγελισταὶ, καὶ τῇ τετράδι ὁ Ἰούδας συνέθετο τοῖς Ἰουδαίοις παραδοῦναι αὐτοῖς τὸν Κύριον.

Στίχ. κδ'. — Ἐπειδὴ ἀπὸ λόγων οὐχ οὕτως ἔπεισθεν, ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων αὐτὸ πείρας μεθοδεύει λέγων, Ἐπὶ καὶ ἐν τῷ σίτῳ (6) τοῦτο γίνεται· μᾶλλον φέρει καρπὸν, ὅταν ἀποθάνῃ. Εἰ δὲ ἐν τοῖς σπέρμασι τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον ἐν ἐμοί. Ἀλλ' οὐκ ᾔδεισαν οἱ μαθηταὶ τὰ λεγόμενα.

Τί δέ ἐστιν ὁ κόκκος τοῦ σίτου ; Περὶ τοῦ σταυροῦ λέγει · ἵνα γὰρ μὴ θορυβῶνται ἐννοοῦντες, ὅτι ὅτε καὶ Ἕλληνες προσῆλθον, τότε ἀνῃρέθη, λέγει · Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα αὐτοὺς ποιήσει προσελθεῖν καὶ αὐξῆσαι τὸ ἐμὸν κήρυγμα· εἶτα ἐπειδὴ ἀπὸ λόγων οὐκ ἔπεισθεν, ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων αὐτὸ πείρας μεθοδεύει λέγων· Ἐπὶ καὶ ἐν τῷ σίτῳ τοῦτο γίνεται, μᾶλλον φέρει καρπὸν ὅταν ἀποθάνῃ· εἰ δὲ ἐν τοῖς σπέρμασιν τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον ἐν ἐμοί · ἀλλ' οὐκ ᾔδεισαν οἱ μαθηταὶ τὰ λεγόμενα · διὸ συνεχῶς αὐτὸ τίθησι ὁ εὐαγγελιστὴς ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῆς μετὰ ταῦτα φυγῆς.

Στίχ. κε'. — Ταῦτα δέ (7) φησιν, οὐχ ὡς τῆς ψυχῆς ἐνταῦθά τι πασχούσης, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς φιλίαν καλέσας τὸ δοκεῖν αὐτὴν κατέχειν, καὶ ὥσπερ σωτήριον οὐ προδιδόναι τοῖς συμβαίνουσι κινδύνοις τὸ σῶμα

Στίχ. κς'.—Προτρέπει (8) ἀκολουθεῖν, μιμουμένους τὸν βίον, καὶ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ ζηλοῦντας καὶ τὴν ἀρετήν · καὶ εἴποιμι δ' ἂν πάντα τὸν ὁτιποτοῦν κατὰ λόγον Θεοῦ πράττοντα διακονεῖν τῷ λόγῳ καὶ ὑπηρετεῖν τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀκολουθεῖν αὐτῷ μηδὲν

(1) Cord. cat. p. 309.
(2) C. Cr. p. 327 Ἐπειδή
(3) Cram. ὁρᾷ.
(4) Cram. γάρ, et mox αὐτόν om.

viam gentium ne abieritis. Cum vero crucifixissent eum, tunc illis annuit omnem potestatem.

Vers. 23. — Tempus, inquit, cæterum est, omnibus impletis, ad passionem accedendi. Nam si his contumacibus inhæreremus, illos autem qui spontanei sunt rejiceremus, hoc sane nostra foret providentia indignum. Cum igitur discipulos post passionem suam ad gentes missurus esset, videret autem eos prævertere, Jam, inquit, tempus ad crucem accedendi. Non enim prius eos dimisit, ut esset in testimonium eis. Etenim priusquam eum de facto repellerent, antequam crucifigerent, non dixit : *Euntes docete omnes gentes* (*Matth.* xxviii, 19); sed : *In viam gentium ne abieritis* (*Matth.* x, 5); et : *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* (*Matth.* xv, 24); et : *Non bonum est accipere panem filiorum, et mittere canibus* (*Ibid.*, 26). Cum autem odio eum prosequerentur, et quidem tanto ut eum interficerent, superfluum erat persequentibus inhærere. Etenim recusarunt, abnegaruntque eum, dicentes : *Non habemus regem nisi Cæsarem* (*Joan.* xix, 15). Tunc demum eos reliquit. Iste autem sermo, ut cæteri evangelistæ aiunt, habitus est secunda et tertia die septimanæ, quarta vero ejusdem Judas contulit cum Judæis de prodendo Domino.

Vers. 24. — Cum non ita verbis persuaderet, rerum ipsarum experientia id aggreditur, dicens, hoc in frumento contingere ut mortuum majorem fructum afferat. Quod si in seminibus id evenit, multo magis in me ; sed non intellexerunt discipuli quid diceret.

Quid est vero granum frumenti ? De morte loquitur ne scandalizentur, reminiscentes eum, quando venerunt gentiles, nisi mortuum fuerit dicere : Ex hoc ergo maxime proficient, inquit, meumque Evangelium propagabunt. Deinde cum verbis meis non crediderint, factis credent. Cum hoc in frumento fiat, scilicet multum ferat fructum, quando mortuum fuerit ; si autem hoc in seminibus, multo magis in me. Sed hæc verba non intellexerunt discipuli. Ideo hoc breviter notat evangelista, ut fugæ eorum mox secuturæ indulgentius parceretur.

Vers. 25. — Hæc autem ait non quasi anima quid hic pateretur, sed animam amari dicit ab iis qui illam servare videntur, et quibus nihil antiquius quam corpus ab instantibus quibuslibet periculis eripere.

Vers. 26. — Excitat ad sequendum vitam imitando, honestatemque et virtutem suam æmulando. Dicam autem omnia quæcunque juxta verbum Dei facientem, ministrare verbo et servire Filio Dei, illumque sequi nihil illicitum facientem. Non enim

(5) Cramer. ἡ.
(6) Cat. Cramer. σπέρματι.
(7) Ex Crameri catena.
(8) Mai ibid.

Digitized by Google

ad sequendum simpliciter ambulantem invitat. Multi namque ex impiis cum eo ambulabant atque sequebantur, ut sive sermone caperentur, sive actibus ejus apprehendi possent. Ut autem discipuli vestigia virtutis ejus divinæque honestatis sequantur, mansio cœlestis eis promittitur : *Et ubi sum ego*, id est in cœlo, *illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.*

A ἀλόγως πράττοντα. Οὐ γὰρ ἁπλῶς περιπατοῦντα ἔπεσθαι παρακελεύει· πολλοὶ γὰρ ἦσαν τῶν ἀσεβῶν συμπεριπατοῦντες αὐτῷ καὶ ἀκολουθοῦντες, ἵνα ἢ λόγῳ παγιδεύσωσιν, ἢ ῥήματι αὐτοῦ λαβέσθαι δυνηθῶσι· τοῖς δὲ μαθηταῖς κατ' ἴχνος αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς ἐνθέου πολιτείας ἀκολουθοῦσιν, αὐτόθεν ἐπαγγέλλεται τὴν κατ' οὐρανὸν οἴκησιν· *Ὅπου* γάρ, φησὶν, *ἐγώ εἰμι*, τουτέστιν ἐν τῷ οὐρανῷ, *ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται· ἐάν τις ἐμοὶ διακονεῖ, τιμήσει αὐτὸν ὁ Πατήρ.*

Vers. 27. — Hæc, inquit, peto, quæ magnæ gloriæ sunt causa ; scilicet ut vos, sicut decet, non ad mortem timeatis, sed quæ sunt placita Deo faciatis. Hæc cum dixisset Dominus, facta est vox de cœlo ad confirmandos magis discipulos de his quæ ad illos erant dicta. Vox distincta non fuisse B videtur, ideoque scinditur turba ; alii angelum, alii tonitru esse putabant, adeo astantes fragore fuerant percussi. Discipulis vero, ad quos sermo fiebat, à Domino fortasse verbum hoc revelatum est.

Στίχ. κζ'. — Ταῦτα, φησὶν, αἰτῶ, ἃ πολλῆς αἰτία γίνεται δόξης· ὡς οὕτω προσῆκεν καὶ ὑμᾶς μὴ πρὸς τὸν θάνατον δειλιᾷν, ἀλλ' ἐκεῖνα πράττειν ἃ τῷ Θεῷ ἀρεστὰ καθέστηκεν. Ταῦτα εἰρηκότος τοῦ Κυρίου, ἐγένετο φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἰς μείζονα πίστωσιν τῶν πρὸς τοὺς μαθητὰς εἰρημένων· δῆλον δὲ ὅτι ἀσημοτέρα ἡ φωνὴ ἐγένετο, καὶ διὰ τοῦτο σχίζεται τὸ πλῆθος, τοῖς μὲν ἄγγελον, τοῖς δὲ βροντὴν νομιζόντων, ἧχῳ μᾶλλον τοὺς παρόντας πλήξασα· τοῖς δὲ μαθηταῖς ἴσως, πρὸς οὓς καὶ ὁ λόγος ἐγένετο, τοῦ Κυρίου καταφανὲς τὸ εἰρημένον τῆς ἀποκαλύψεως κατέστη.

Vers. 35. — Exemplo declaravit se et mortem experturum, non tamen in morte mansurum esse, dum ipse se lucem nominavit. Quemadmodum enim, inquit, lux hæc solaris, postquam decessit, jam non videtur esse, non tamen exstinguitur, neque penitus aboletur, sed in propria natura exsistere perseverat, et convenienti tempore rursus apparet : sic etiam, inquit, de me cogitate. Non enim ita morior, quasi in morte permansurus C sim, cum neque corpus meum corrumpendum sit, anima vero paulisper a corpore decedens, statim resurrectura, propriumque denuo corpus resumptura sit incorruptum.

Στίχ. λε'. — Παραδείγματι (1) ἔδειξε, καὶ ὅτι πειραθῆναι δεῖ τοῦ θανάτου, καὶ ὅτι οὐ μένει ἀποθανὼν, φῶς ἑαυτὸν ὀνομάσας. Ὥσπερ γὰρ τὸ ἡλιακὸν τοῦτο φῶς, φησὶ, ἀναχωροῦν οὐκ εἶναι δοκεῖ, οὐ μὴν ἀποσβέννυται πάντη καὶ ἀπόλλυται, μένει δὲ ἐν τῇ οἰκείᾳ φύσει τε καὶ ὑπάρξει καὶ κατὰ καιρὸν ἀναφαινόμενον τὸν προσήκοντα, οὕτω δή τι καὶ περὶ ἐμοῦ νομίζετε. Οὐ γὰρ ἀποθνήσκω ὡς μένων ἐν τῷ θανάτῳ, ἐπείπερ οὐδὲ φθαρήσεταί μου τὸ σῶμα, πρὸς ὀλίγον δὲ τῆς ψυχῆς χωρισθείσης ἀπὸ τοῦ σώματος αὖθις τὸ μὲν ἀναστήσεται, ἡ δὲ τὸ οἰκεῖον ἄφθορον ἀπολήψεται.

Vers. 36. — *Abscondit se ab eis.* Servans se nimirum in præstitutam passioni diem, quæ erat Pascha, quando et novam victimam paschalem apparaturus erat, pro ove ista, quam tum Judæi immolabant, semetipsum, pro peccato mundi expiando, agnum offerens rationalem.

Στίχ. λς'. — Ἀπεκρύβη (2) ἀπ' αὐτῶν· φυλάττων δηλονότι κατὰ τὴν προσήκουσαν ἡμέραν ἑαυτὸν τῷ πάθει. Αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Πάσχα, καθ' ἣν νέον πάσχα κατασκευάζειν ἔμελλεν, ἀντὶ τοῦ παρὰ Ἰουδαίοις προβάτου λογικὸν ἀμνὸν ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου προσάγων ἁμαρτίας.

CAP. XIII.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Vers. 10. — Cum Petrus existimaret se baptismi loco lavandum, atque per hoc se Domini participem futurum, atque idcirco diceret ut se totum lavaret, si ita res se haberet; Dominus ejus corrigens ignorantiam, respondit : *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet.*

Στίχ. ι'. — Πέτρου (3) οἰηθέντος ἐν βαπτίσματος χώρᾳ νίπτεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο τὴν κοινωνίαν αὐτῷ πρὸς τὸν Κύριον γίνεσθαι, ἐντεῦθεν καὶ διὰ τοῦτο φήσαντος, ὅτι Ὅλον με λοῦσον, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, διορθούμενος αὐτοῦ τὴν ἄγνοιαν ὁ Κύριός φησιν· *Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι*

Vers. 12. — Illic facti sui rationem reddit. Superius enim Petrum alloquens dixerat : *Scies autem postea*; hic dixit : *Scitis quid fecerim vobis?* id est, Scitis facti mei rationem ac finem ?

Στίχ. ιβ'. — Ἐνταῦθα (4) τοῦ γενομένου ἀπίδωκε τὴν αἰτίαν. Ἄνω γὰρ εἰπὼν πρὸς τὸν Πέτρον· *Γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα*, ἐνταῦθα ἔφη· *Γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν ;* ἀντὶ τοῦ, Ἔγνωτε τοῦ γενομένου τὴν αἰτίαν καὶ τὸν σκοπόν ;

Vers. 23-27. — Recumbenti in Christi sinu Joanni (illi ipsi videlicet qui hocce scripsit Evangelium), innuebat Petrus, utpote viciniori, et qui

Στίχ. κγ'-κζ'.— Ἀνακειμένῳ (5) τῷ Ἰωάννῃ, αὐτῷ δὴ τούτῳ τῷ καὶ τὸ Εὐαγγέλιον γεγραφότι, ἐπὶ τοῦ κόλπου τοῦ Χριστοῦ νεύει Πέτρος, ὡς ἂν ἐγγυτέρω (6)

(1) Cord. cat. p. 319.
(2) Cord. cat. p. 320.
(3) Cord. cat. p. 334.
(4) Cord. cat. p. 336.
(5) Cord. cat. p. 342, 343.
(6) Vel ἐγγυτέρῳ. Cat. ἐγγυτωτέρῳ.

Digitized by Google

ὄντι καὶ δυναμένῳ ἡσυχῇ πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ, τίς ἄρα εἴη ὁ προδώσων αὐτόν. Ἀναπεσὼν οὖν ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε μὴ εἰς ἐξάκουστον βοῆσαι τῶν λοιπῶν ἐπύθετο.

submisse eum rogare posset, quis eum esset traditurus. Recumbens itaque in Christi pectus, clanculum, ne a cæteris audiretur, eum interrogavit.

Ἐπειδὴ γὰρ κρύπτειν ἐδόκει καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐνόμιζε μελετᾷν, καταφανὲς ἐγένετο τῇ δόσει τοῦ ψωμίου τοῖς μαθηταῖς. Τοσοῦτον δὲ ἀπέσχε τοῦ θαυμάσαι μὲν τὴν δύναμιν τοῦ κατὰ τὴν ψυχὴν ἐπισταμένου καὶ τοὺς ἐν κρυφῇ λογισμοὺς τοῖς πᾶσιν ἐκφαίνοντος, σωφρονηθῆναι δὲ αἰσχυνθέντα τὸν ἐπὶ τῶν παρόντων ἔλεγχον, ὥστε καὶ μᾶλλον αὐτῷ βεβαιῶσαι (1) ἐπὶ τῆς οἰκείας ψυχῆς καὶ τὸν ἔλεγχον ἐνεγκόντα βαρέως θᾶττον ἐπιθεῖναι τοῖς δεδογμένοις τὸ πέρας ἐπείγεσθαι. Ταύτην εἴσοδον ἐκάλεσεν εἰκότως τοῦ Σατανᾶ ὁ εὐαγγελιστὴς, τὴν κύρωσιν τῶν κατα- B θυμίων τῷ διαβόλῳ λογισμῶν.

Cum proditionem occultare putaret, eamque tacitus secum animo volutaret, buccellæ traditione discipulis innotuit. Tantum autem aberat ut mentem suam cognoscentis, et occultas ejus cogitationes omnibus propalantis virtutem miraretur, et ob eam, quam coram aliis tulerat reprehensionem verecundia motus emendaretur, quin vel idcirco potius animum obfirmaret, et ægre reprehensionem ferens, tanto citius machinationes suas exsequeretur. Hanc itaque gratissimarum diabolo cogitationum confirmationem, Satanæ ingressum ab evangelista vocatum esse verisimile est.

Στίχ. λγ'. — Τὸ δὲ (2), *Ἔτι μικρὸν μεθ' ὑμῶν εἰμι*, φησὶ τὸν μέχρι τοῦ πάθους καιρόν. Τοῖς μὲν Ἰουδαίοις εἰπὼν, *Ζητήσετέ με*, ἐπήγαγε, *Καὶ οὐχ εὑρήσετε*, ἐπειδὴ μὴ ἔμελλον ὁρᾷν αὐτὸν ἔτι· τοῖς δὲ μαθηταῖς· *Ζητήσετε*· καὶ γὰρ ἐζήτουν, ὡς εἰκὸς, τὸ μὲν ἀπὸ τῆς διαθέσεως κινούμενοι, τὸ δὲ τοσούτου διδασκάλου τε καὶ κηδεμόνος ὁρῶντες ἑαυτοὺς ἐστερημένους, ἀλλὰ καὶ εὗρον. Εἶδον γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ συνεγένοντο καὶ συνέφαγον ἄχρι τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως.

Vers. 33. — Illud autem, *Adhuc modicum vobiscum sum*, dicit tempus usque ad passionem. Judæis namque dicens : *Quæretis me*, subjungit : *Et non invenietis*; quandoquidem non erant amplius ipsum visuri. Discipulis vero ait : *Quæretis*; nam ipsum, uti par erat, cum tanto tamque provido Magistro se destitutos cernerent, amore instigati quæsiverunt, sed et invenerunt. Viderunt enim ipsum post resurrectionem, et cum eo conversati sunt, ac comederunt, usque dum in cœlum ascenderet.

Καλῶς τὸ *ἄρτι* προστεθεικώς· τὸ μὲν γὰρ μὴ δύνασθαι ἀπελθεῖν ὅπουπερ ὑπῆγε λέγει τὸ μὴ φέρειν αὐτοὺς ὁμοίως αὐτῷ κατατολμᾷν τοῦ θανάτου ἀμέλει. Πάντες μὲν ἔφυγον, Πέτρος δὲ καὶ μεθ' ὅρκων C ἠρνήσατο. Προσέθηκε δὲ τὸ *ἄρτι*, δεικνὺς ὅτι ὕστερον σφόδρα τῶν κινδύνων καὶ τοῦ θανάτου καταθαρρήσουσι· μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Πνεύματος κάθοδον ἔτι καὶ ἔχαιρον πάσχοντες ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, βεβαίαν ἅπαξ περί τε τῶν μελλόντων καὶ τῶν κατὰ τὸν Χριστὸν τὴν πίστιν δεξάμενοι.

Scite addidit *modo*, siquidem non poterant abire quo ipse ibat, uti dixit, quod illi non essent in tolerando suppares, ita nimirum ut morti se exponere auderent. Omnes namque fugerunt, et ipsemet Petrus eum cum jurejurando negavit. Addidit autem *modo*, ut declaret eos postea et contra mortem et pericula audaciores futuros; nam post Spiritus descensum etiam gaudebant pro Christo pati, firma rerum futurarum et Christi fide instructi.

Ὥστε, φησὶ, κἂν ὑπὸ τῆς διαθέσεως κινούμενοι ζητεῖτε, οἶδα γὰρ ὅτι τοῦτο ὑμῖν προσέσται τῆς περὶ ἐμὲ ἀγάπης, ἀλλ' οὔπω δύνασθε νῦν ἔργῳ τὴν διάθεσιν ἐπιδείξασθαι, τῆς φυσικῆς ἀσθενείας ἀποδειλιᾷν ὑμᾶς παρασκευαζούσης πρὸς τὸν θάνατον.

A statu ergo, inquit, dimoti quæretis me, de hoc enim amor vester erga me certiorem me fecit : sed non potestis nunc opere firmitatem demonstrare, naturali infirmitate ad mortem suggestura timorem vobis.

Στίχ. λδ'.— Ὁ Νόμος (3) ἐκέλευεν· *Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν*· ἡ δὲ τοῦ Κυρίου φωνὴ καὶ ὑπὲρ ἑαυτοὺς ἀγαπᾷν ἡμᾶς βούλεται τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. Οὕτω γὰρ μέγιστον ἡ ταύτης φυλακὴ, D ὥστε καὶ γνώρισμα αὐταρκες εἶναι τῆς μαθητείας τῆς ἐμῆς. Ἐντεῦθεν, οἶμαι, καὶ ὁ Ἀπόστολος μεμαθηκὼς τὴν τῆς ἀγάπης δύναμιν, πλήρωμα αὐτὴν Νόμου ὀνομάζει. Δῆλον γὰρ ὡς ὁ καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς τοῖς φίλοις παραχωρῶν ἁπάντων γε τῶν ἄλλων ἡδέως ἐκστήσεται καὶ πολὺ μᾶλλον συγχωρήσει. Τούτου δὲ ἐπιτελουμένου κακίας πρόφασις οὐδεμία, οὐδὲ χρεία τῶν κατὰ μέρος παραγγελμάτων, πάντων ἐν τούτῳ συντόμως περιειλημμένων.

Vers. 34. — Lex jubebat, *Diliges proximum tuum sicut teipsum;* sed vox Domini etiam plusquam nos ipsos, domesticos fidei amari cupit. Tanti namque est mandati hujus observatio, ut sufficiens signum sit discipulatus mei. Hinc etiam existimo Apostolum, charitatis virtutem edoctum, plenitudinem legis eam appellasse. Clarum utique est, eum qui animam ipsam pro amicis ponit, cætera omnia libenter impensurum, multoque magis quidlibet condonaturum. Hoc autem si fiat, nullus erit malitiæ prætextus, nihil opus erit particularibus mandatis, omnibus in hoc uno summatim comprehensis.

(1) V. αὐτῷ βεβ. non sana esse mihi videntur. Scribe : αὐτὸν βεβ., vel si v. αὐτῷ, quo offendor, retines, βεβαιοῦσθαι vel certe βεβαιώσασθαι.

(2) Cord. cat. p. 348.

(3) Cord. cat. p. 349

Digitized by Google

CAP. XIV.

VERS. 1. — Id est, Ne propter jam dicta animo deficientes turbemini. Hoc in primis virtutem divinitatis ostendens, quod quæ animo gerebant in medium afferre posset, imperatque ne perturbentur.

VERS. 2. — Mansionem esse dixit perennem bonorum possessionem eo quod in propriis requiem tantummodo et felicitatem habemus. Cum sit quoque hominum moris, quando loci angustissimi sunt, hos locos præoccupare, dicere voluit : Brevi hoc idem apud homines me occupaturum esse dixissem vobis, si quominus magna aliqua sit possessio recusantibus, cum hæc possessio bonorum est diu exspectandorum.

VERS. 6. — Labore non opus est ut viam cognoscatis. Doctrinam meam habetis, per me veritatem cognoscitis, vitam æternam estis consecuturi, bonorum illorum participes eritis, vobis ero dux in via, vos tandem ad bonorum speratorum possessionem manu ducam. Conciseque dicens, addit : *Nemo venit ad Patrem nisi per me* ; nec illum potest cognoscere, aut aliter apud illum cognitione et amicitia donari.

VERS. 9. — Ut qui verbis suis quæ ad ipsos habuit Dominus, sufficientem Philippo rei hujus demonstrationem præbuisset, ait : *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe?* Ac si dicat, Nonne tantum tempus suffecit, ut et me et Patrem docerem, ut adhuc existimes te videre eum posse? Si me cognovisses, utrumque fieret, ut et Patrem per me cognosceres, et non existimares oculis corporis videri eum posse.

Pulchre autem subinfert : Quomodo tu dicis ut ostendam tibi Patrem, nisi me penitus ignores? ut verum sit quod antea dictum est : *Neque me novistis, neque Patrem : si enim me cognovisselis, utique et ipsum cognovissetis*, propter omnimodam similitudinem ipso in me cognito.

VERS. 10. — Æqualitatem oppositionis declaravit, vel potius similitudinis accurationem, utpote sic ipso in Patre, et Patre in ipso inexistente, ut utriusque in altero similitudo ostendi possit. Deinde etiam dicta sic probat atque confirmat : *Verba quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor.* Si non credis, inquit, iis, scitote tantam esse naturæ ac sententiæ virtutisque conformitatem, ut neque verborum sit differentia, sed quæcunque loquor sint ita communia, ut neque solus quidquam loqui videar.

Æqualitas antistrophes. . . culmen summum proximitatis vides, uniusque substantiæ demonstrationem. Talem, inquit, ad illum

(1) Cord. cat. p. 353.
(1*) Mai ibid.
(2) Cord. cat. p. 358.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Στίχ. α'. — Ἀντὶ τοῦ (1), Μὴ ἀπὸ τῶν εἰρημένων εἰς ἀπόγνωσιν ἐμπεσόντες ταράσσεσθε · τοῦτο πρῶτον τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐνδεικνύμενος, ὅτι ἃ κατὰ ψυχὴν εἶχον, ταῦτα οἶδεν εἰς μέσον ἀγαγεῖν, καὶ ἐπιτάττει μὴ ταράττεσθαι.

Στίχ. β'.—Μονὴν (1*) εἶπεν τὴν διηνεκῆ τῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν, ἀπὸ τοῦ ἐν οἰκίαις ἡμᾶς πᾶσαν ἄνεσιν καὶ ἀπόλαυσιν ἔχειν · καὶ ἐπειδὴ ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις, ἔνθα μάλιστα πολλὴν εἶναι τῶν τόπων συμβαίνει τὴν στένωσιν προκαταλαμβάνεσθαι τοὺς τόπους, ἐντεῦθεν ἠβουλήθη εἰπεῖν, ὅτι Τάχα ἂν ὑμῖν κἀκεῖνο τὸ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις κρατοῦν εἶπον, εἰ μὴ πολλή τις ἡ ἀπόλαυσις τοῖς μὴ βουλομένοις, ὅταν μὴ ἐκ ποδῶν τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν καταστῇ.

Στίχ. γ'. — Οὐ χρεία πόνων ὑμῖν, φησὶν, πρὸς τὸ γνῶναι τὴν ὁδόν · τῆς ἐμῆς ἔχεσθε γνώμης, καὶ δι' ἐμοῦ γνώσεσθε μὲν τὴν ἀλήθειαν, τεύξεσθε δὲ καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς, μεθέξετε δὲ κἀκείνων τῶν ἀγαθῶν, ἔσομαι δὲ ὑμῖν ἐν ὁδοῦ τάξει, δι' ἐμοῦ χειραγωγουμένων ὑμῶν πρὸς τὴν τῶν προσδοκωμένων ἀπόλαυσιν · καὶ ἔτι σφίγγων τὰ εἰρημένα φησίν · *Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ* · οὐδὲ γὰρ δύναται γνῶναι τὸν Πατέρα, ἢ τὴν πρὸς αὐτὸν γνῶσιν καὶ οἰκείωσιν ἑτέρως δέξασθαι.

Στίχ. δ'. — Ὡς ἂν (2) αὐτάρκη διὰ τῶν οἰκείων ῥημάτων ὧνπερ ἔλεγεν ὁ Κύριος πρὸς αὐτοὺς παρασχόμενος τῷ Φιλίππῳ τὴν ἀπόδειξιν, φησί · Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε, Οὕτω φησὶν, Οὐδὲ ὁ χρόνος ἱκανὸς γέγονεν ἐμέ τε διδάξαι καὶ τὸν Πατέρα, ὡς οἴεσθαί σε καὶ ἰδεῖν αὐτὸν δύνασθαι ; Εἴπερ ᾔδεις με, ἀμφότερα ἂν προσεγένετο, τότε εἰδέναι τὸν Πατέρα δι' ἐμοῦ καὶ τὸ μὴ νομίζειν δύνασθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτὸν ἰδεῖν τῆς σαρκός.

Καλὴ δὲ (3) καὶ ἡ ὑπαγωγή · Πῶς σὺ λέγεις Ἵνα σοι δείξω τὸν Πατέρα, εἰ μὴ πάντως ἀγνοῶν ἐμέ ; ὥστε ἀληθὴς ὁ προειρημένος λόγος, ὅτι *Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν Πατέρα· εἴπερ ἐμὲ ᾔδειτε, κἀκεῖνον ἤδειτε ἄν*, τῆς ὁμοιότητος ἀκριβῶς ἐκεῖνον ἐν ἐμοὶ γνωριζούσης.

Στίχ. ε'. — Τὸ ἴσον (4) τῆς ἀντιστροφῆς ἐδήλωσε μάλιστα τὸ τῆς ὁμοιότητος ἀκριβὲς, ὡς αὐτοῦ τε ὄντος ἐν τῷ Πατρὶ καὶ τοῦ Πατρὸς ἐν αὐτῷ, τῆς ὁμοιότητος ἑκάτερον ἐν τῷ ἑτέρῳ δεικνῦναι δυναμένης. Εἶτα καὶ ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων παρέχεται · *Τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ*. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς τούτοις, φησὶν, γινώσκετε τοσαύτην οὖσαν τῆς φύσεως καὶ τῆς γνώμης καὶ τῆς δυνάμεως τὴν συνάφειαν, ὡς μηδὲ τοὺς λόγους κεχωρίσθαι, ἀλλ' ὅσαπερ φθέγγομαι κοινὰ εἶναι τὰ ῥήματα, καὶ οὐκ ἐμοῦ μόνου τοῦ φθέγγεσθαι δοκοῦντος.

Τὸ ἴσον τῆς ἀντιστροφῆς, κ. τ. λ. *ut apud Corderium, cui tamen deest sequens clausula* : Εἶδες ἐγγύτητος ὑπερβολὴν, καὶ μιᾶς οὐσίας ὑπόδειγμα ·

(3) Cord. cat. p. 359.
(4) Cord. cat. p. 360.

Digitized by Google

Τοσαύτην ἔχων πρὸς αὐτὸν οὐσιώδη τὴν ἐμφέρειαν, ὡς αὐτοῦ τὰς ἐμὰς εἶναι φωνάς· καὶ ἅπερ ἂν δρῶ ἐγὼ, ταῦτα αὐτοῦ πιστεύεσθαι εἶναι κατορθώματα.

A substantialem similitudinem, ut vox mea illius sit, ac quodcunque facio, illius esse justitia credatur.

Στίχ. ιε'. — Ὑμᾶς μὲν (1), φησὶ, αἰτεῖν προσήκει πρότερον ἀγαπῶντας καὶ τὴν ἀγάπην δεικνύντας τῇ τηρήσει τῶν ἐντολῶν, οὕτω δὲ διακειμένοις παρέξω τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν, ὥστε ἔχειν ὑμᾶς αὐτὸ διηνεκῶς ἀεὶ συνὸν καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐκπαιδεύον ὑμᾶς, ἀφ' οὗ πάντων μεθέξετε (2) τῶν καλῶν. Ἄλλον δὲ Παράκλητον λέγει ἀντὶ τοῦ ἄλλον διδάσκαλον, Παράκλητον λέγων τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς διδασκαλίαν, ὡς ἂν τοῦ Πνεύματος τῇ οἰκείᾳ χάριτι μέλλοντος ἐπικουφίζειν αὐτοῖς τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαγόμενα καὶ ῥᾴον φέρειν παρασκευάζοντος, ὃ δὴ καὶ ἐπ' αὐτῶν ἐδείχθη τῶν Πραγμάτων τῶν μαθητῶν, οὕτω μὲν πρότερον δεδιότων τὸν θάνατον, οὕτω δὲ μετὰ B τὴν τοῦ Πνεύματος κάθοδον ἐφ' οἷς ἔπασχον ἡδομένων. Καὶ Πνεῦμα δὲ ἀληθείας ἐκάλεσεν ὡς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἀλήθειαν διδάσκων τὸ μηδ' ἐπιδέχεσθαι τὴν εἰς τὸ ἐναντίον τροπήν. Κἀκείνῳ δὲ προσεκτέον, ὅτι τὸ *ἐρωτήσω* σχηματίσας μᾶλλον εἶπεν, ἀντὶ τοῦ ἐμοῦ δέξασθε τὴν χάριν· οὐ γὰρ δὴ πρεσβεύειν ἐμελλεν ἵνα λάβωσι, τοῦτο δῆλον ἐξ ὧν πρώριστο οὕτω γενέσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν ἡμετέραν χρείαν καὶ προαπήγγελτο, ἀμέλει πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁ Κύριός φησιν, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατε. Εἰ δὲ ἡ ἐπαγγελία ἔκειτο, περιττὴ τῶν ἐπηγγελμένων ἡ αἴτησις.

Vers. 15 *sqq.* — Vos, inquit, primum rogare convenit, diligendo, et mandatorum observatione dilectionem manifestando; atque ita dispositis præbebo Spiritus sancti gratiam, ut illum vobiscum semper habeatis docentem vos omnem veritatem, unde et omnium bonorum participes efficiemini. Alium autem dicit Paracletum, id est alium præceptorem, doctrinam in rebus difficilibus Paracletum vocans, ut quæ propria Spiritus gratia, ea quæ iis ab hominibus inferentur mala, leviora reddat, ut facile ista ferre possint, uti in apostolorum Actis perspicue ostensum est; qui quidem prius mortem formidabant, post descensum vero Spiritus quidlibet etiam libenter patiebantur. Vocavit autem Spiritum veritatis, ut qui nihil præter veritatem doceat, nec ullam suscipiat in contrarium mutationem. Observandum autem, verbum istud, *rogabo*, figurate potius dictum, pro, accipietis meam gratiam. Non enim rogaturus erat ut acciperent, uti manifestum fit ex eo, quod ante id apud Deum pro nostra necessitate atque indigentia definitum ac statutum erat, atque promissum; uti videlicet ipse Dominus discipulis, Sed exspectate, inquit, promissionem Patris quam audistis. Quod si ergo fuerit promissio, superflua fuerit promissorum postulatio.

Στίχ. κ'. — Τότε ἀπ' αὐτῶν (3) μαθήσεσθε τῶν πραγμάτων, ὅτι ἀληθῆ τὰ παρ' ἐμοῦ λεγόμενα, περὶ ὧν δὲ νῦν ἀμφιβάλλειν ὅτι δοκεῖτε, καὶ ὅτι ἐγὼ μὲν ἐν τῷ Πατρὶ διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητος καὶ συναφείας, ὑμεῖς δὲ ἐν ἐμοὶ διὰ τῆς εἰς ἐμὲ πίστεώς τε καὶ ἀγάπης, ἔτι καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος δόσεως τὴν πρὸς ἐμὲ κοινωνίαν λαμβάνοντες, κἀγὼ δὲ ἐν ὑμῖν, ὡς εἰκός. Ἡ γὰρ συνάφεια τοῦτο παρασκευάζει, ὥστε ἀναγεννηθέντων ὑμῶν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος καὶ ἐν τάξει μοι σώματος γενομένων κεφαλῆς χώραν ὑμῖν ἐπέχειν ἐπ' ἐμέ. *Addit Mai:* Πᾶς δὲ ὁ ἀγαπῶν με καὶ φυλάσσων τὰς ἐντολὰς, ἀπολαύσει μὲν τῆς παρ' ἐμοῦ τε καὶ τοῦ Πατρὸς ἀγάπης, τεύξεται δέ μου καὶ τῆς κατὰ τὴν ἐπίγνωσιν ὄψεως· μηδὲν ἐλαττούμενος ἀπὸ τοῦ μὴ σωματικῶς ἰδεῖν· ἐπεὶ καὶ τούτοις ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀναστάσεως ἀπολαύσει, ἐξ οὐρανοῦ με παραγινόμενον ὀψόμενος.

Vers. 20. — Tunc reipsa comperietis vera esse C quæ dixi, de quibus etiamnum dubitare videmini: quod nimirum ego in Patre sim per similitudinem et naturam, et vos in me per fidem et dilectionem meam, insuper et dono Spiritus sancti mei participes effecti, et ego in vobis, uti par est. Hoc siquidem conjunctio efficit, ut vobis virtute Spiritus regeneratis, mihique quodammodo incorporatis, in me quasi caput sit.

Omnis autem qui diligit me et servat mandata mea, ex me quidem et ex Patre meo amore fruetur, inveniet me visionemque in scientia, quæ visio omni corporali visione minor non erit; cum his fruiturus sit in die resurrectionis, e cœlo descendentem me videns.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

CAP. XV.

Στίχ. δ'. — Ὥσπερ ἡ ἄμπελος, φησὶν, ἐπὶ τῆς γῆς καταβληθεῖσα οἰκείαν ἔχει τὴν ζωὴν, ἣν ἀπὸ τῆς γῆς ἅπαξ ἐδέξατο, κλήματα δὲ ἐκδίδωσιν, ἀναφέρει μὲν τὸν οἰκεῖον καρπὸν μέχρις ἂν ἐν τῷ φυτῷ μένειν συμβαίνῃ, ἀφαιρεθέντα δὲ, οὐκέτι τὸν καρπὸν δίδωσι, οὕτω καὶ ἐφ' ὑμῶν νομιστέον, ὅτι ἀμπέλου μὲν τάξιν ἐπέχουσι· πρῶτος πᾶσαν ἐν ἑαυτῷ τὴν χάριν δεξάμενος κατὰ τὴν κοινωνίαν· *hactenus Mai.* palmites mihi adhærentes virtute regenerationis Spiritus sancti.

Vers. 4. — Quemadmodum, inquit, vitis in terra D defixa propriam habet vitam, quam semel e terra accepit, palmites producit, refertque proprium fructum usquedum manserit in stipite; cum vero excisi fuerint hi palmites, non jam referunt fructum; sic a vobis existimandum est vos esse vitis imaginem. Ego primus in memetipso omnem gratiam accepi juxta communionem: vos autem estis

(1) Cord. cat. p. 366.
(2) Cat. μεθέξεται
(3) Cord. cat. p. 369.

Digitized by Google

Vers. 4-6. — Vos, inquit, estis palmites, per regenerationem Spiritus mihi conglutinati, qui in trunco manentes fructum ferunt, recisi vero nullum. Idem vobis usu veniet, ut si meam dilectionem habueritis, necessario uberrimum virtutis fructum laturi sitis; sin vero ab amore meo desciveritis, necessario etiam omni bono destituemini. Et quemadmodum agricola palmitum usum explorat, eosque quos pulchros videt, et fructu ferendo aptos, illos cura sua reddit fecundiores; quos vero infecundos, nec ulli usui futuros cernit, eos semel igni tradit : ita Pater uniuscujusque mentem explorans, quos quidem in dilectione mea constantes cernit, magnam eorum curam gerit, spiritalium bonorum maximam eis impertiens abundantiam; quos vero ab amore meo defecisse videt, eos futuræ reservat punitioni.

Vers. 26. — Hoc autem non ad gratiam dictum esse, testatur ipsemet Spiritus, qui ex Patris substantia procedit. Nam nisi per vocabulum *procedit* naturalem intelligeret processionem, sed extrinsecam quamdam missionem, incertum esset, de quo ex multis, qui in ministerium missi sint, spiritibus in communi loqueretur, de quibus Paulus apostolus : *Nunquid omnes*, inquit, *sunt ministratorii spiritus in ministerium missi?* (*Hebr.* I, 14.) Hic vero propriet•em notat unde sufficienter cognosci possit solus ex Patre processisse, qui Spiritus vocabulo in sacra Scriptura proprie significatur. *Vos autem*, inquit, *testes estis, quoniam ab initio mecum estis.* Nam ex eo quod semper mecum fueritis necessario fide dignum testimonium exsistit, vobis quidem loquentibus, Spiritu vero dictis vestris testimonium perhibente, per miracula quæ contigerunt.

CAP. XVI.

Vers. 8. — Tam terribilis, inquit, est sancti Spiritus descensus, ut ipso delabente, hominibus eorum qui mihi insidiantur peccatum appareat.

Vers. 26. — Superius dicit : *Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis;* hic vero : *Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis.* Videntur autem ista contraria esse, verum ibi de ascensu suo ad cœlos disseruit, post quem Spiritus sanctus descendit, quod congruebat ejus dispensationi : hic vero, Divinitatis, inquit, meæ dignitatem clare cognoscetis, et hoc videtur non rogare declarans non opus fore ut illud roget pro iis, cum ipse id similiter dare possit. Ne autem id aperte dicendo, discipulis suis, utpote adhuc imbecillioribus, insolescendi ansam præberet. Cum

Στίχ. δ'-ς'. — Κλήματα (1), φησὶν, ὑμεῖς τῇ ἀναγεννήσει τοῦ Πνεύματος ἐμοὶ συναπτόμενοι, ἅπερ ἐν τῷ φυτῷ τυγχάνοντα δίδωσι τὸν καρπὸν, ἀφαιρεθέντα δὲ οὐκέτι (2). Οὕτως ἴδε καὶ ἐφ' ὑμῶν, τῆς μὲν ἀγάπης ἐχομένους τῆς περὶ ἐμὲ φέρειν πολὺν τῆς ἀρετῆς τὸν καρπὸν ἀνάγκη, ἀποστάντας δὲ τῆς ἀγάπης τῆς ἐμῆς ἐρήμους ἀνάγκη παντὸς εἶναι καλοῦ. Καὶ ὥσπερ ἐνταῦθα δοκιμάζων ὁ γεωργὸς τῶν κλημάτων τὴν χρῆσιν ὅσα μὲν ὁρᾷ καλά τε καὶ προσφορᾷ καρπῶν ἐπιτήδεια, ταῦτα τῇ ἐπιμελείᾳ χρησιμώτερα καθίστησιν, ὅσα δὲ ἄκαρπά τε καὶ μηδὲ τὸν γεωργὸν ὠφελεῖν δυνάμενα, ταῦτα τῷ πυρὶ καθάπαξ παραδίδωσιν· οὕτω τὴν ἑκάστου διάνοιαν δοκιμάζων ὁ Πατὴρ οὓς μὲν ὁρᾷ τῆς ἐμῆς ἐξημμένους ἀγάπης, τούτων ἐπιμελεῖται πολλὴν αὐτοῖς τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν τὴν περιουσίαν χαριζόμενος· οὓς δὲ βλέπει τῆς ἐμῆς ἀπεσχοινισμένους διαθέσεως εἰς τὴν μέλλουσαν ἐντεῦθεν ἤδη φυλάττει κόλασιν.

Στίχ. ς'. — Ὅτι δὲ οὐ πρὸς (3) χάριν εἴρηται, ἐπιμαρτυρεῖ τὸ Πνεῦμα τοῖς λεγομένοις, ὃ ἐξ αὐτῆς τοῦ Πατρὸς (4) τῆς οὐσίας ἔχει τὴν ὕπαρξιν. Εἰ γὰρ μὴ (5) φυσικὴν ἐκεῖθεν πρόοδον ἔλεγε διὰ τοῦ ἐκπορεύεται, ἀλλὰ τὴν (6) ἀποστολὴν ἔξωθεν γινομένην, ἄπορον περὶ τίνος λέγει, πολλῶν ὄντων κοινῶς τῶν κατὰ διακονίαν ἀποστελλομένων πνευμάτων, ὡς Παῦλος ὁ ἀπόστολός φησι· *Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα;* Ἐνταῦθα δὲ ἰδικόν τί φησι καὶ ὡς ἂν ἐκεῖνο γνωρίσαι ἱκανὸν ὃ μόνον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται τῇ τοῦ Πνεύματος φωνῇ κυρίως καλούμενον ἐν (7) τῇ θείᾳ Γραφῇ. Καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε, φησὶν, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἐστε. Ἐκ γὰρ τοῦ συνεῖναι πάντοτε ἀξιόπιστον ἀνάγκη τὴν μαρτυρίαν καθεστάναι, ὑμῶν μὲν φθεγγομένων, τοῦ δὲ Πνεύματος ἐπιμαρτυροῦντος τοῖς λεγομένοις διὰ τῶν ἐπιτελουμένων θαυμάτων.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Στίχ. η'. — Οὕτω (8) φοβερά τίς ἐστι, φησὶ, τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ κάθοδος, ὡς ἐπιφοιτήσαντος τοῖς ἀνθρώποις φανῆναι τῶν ἐπιβεβουλευκότων ἐμοὶ τὴν ἁμαρτίαν.

Στίχ. ις'. — Ἀνωτέρω (9) λέγει· *Κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν* ἐνταῦθα δέ· *Καὶ οὐ λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα περὶ ὑμῶν*, δοκεῖ δὲ ταῦτα ἐναντία εἶναι. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν περὶ τῆς ἀνόδου τῆς εἰς οὐρανοὺς διελέγετο, μεθ' ἣν ἡ τοῦ Πνεύματος ἐγίνετο κάθοδος, τοῦτο δὲ τῇ οἰκονομίᾳ ἥρμοττεν· ἐνταῦθα δὲ, Τὴν τῆς θεότητός μου ἀξίαν γνώσεσθε, φησὶ, σαφῶς καὶ τὸ οὐκ ἐρωτᾷν ἀποφαίνεται, δεικνὺς ὅτι οὐ χρῄσει τοῦ αἰτεῖν ὑπὲρ αὐτῶν διδόναι καὶ αὐτὸς ὁμοίως δυνάμενος. Ἵνα δὲ μὴ σαφῶς αὐτὸ εἰπὼν ἀσθενέστερον ἔτι τοῖς μαθηταῖς διακειμένοις αὐθαδείας ἀπενέγκῃ τὴν

(1) Cord. cat. p. 379.
(2) Catena, οὐκ ἔτι.
(3) Cord. cat. p. 388. Cat. Cramer., ὅτι οὐδὲν πρός.
(4) Cramer. om. τοῦ Πατρός.
(5) Cramer. add. τήν.
(6) Τινά Cramer.
(7) Cramer. om. ἐν.
(8) Cord. cat. p. 392.
(9) Cord. cat. p. 401.

Digitized by Google

δόξαν, φιλῶν γὰρ ὑμᾶς, φησὶν, ὁ Πατὴρ ὑπὲρ τῆς περὶ ἐμὲ φιλίας δώσει πάντα ὑμῖν. A

Στίχ. λ'. — (1) Ἴσως δὲ τοῦτο γνώσονται, ὅτι ὁ Πατήρ ἐστιν ὁ ἐξ αὐτοῦ γεννήσας Υἱὸν, ὅπερ οὐπώποτε ἐπίσταντο. Ἀλλ' οὐδὲ συνίεσαν Πατέρα αὐτοῦ κατὰ κηδεμονίαν, νομίζοντες ὡς καὶ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἐλέγετο.

enim, inquit, Pater vos amet, mei gratia cuncta vobis dabit.

Vers. 30. — Fortassis vero tunc cognoscent Patrem ex se Filium generasse, quod nondum sciebant. Quinimo nondum cognoscebant Patrem omnia gubernare, existimantes ipsum pro cæterorum more hominum sic appellari.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Στίχ. ς'. — Βούλεται εἰπεῖν ὅτι δῆλόν σε πᾶσιν ἐποίησα τοῖς ἀνθρώποις, οὐδενὶ βασκήνας τῆς διδασκαλίας· οὐ μὴν πάντες ὁμοίως ἐπίστευσαν· ἀλλ' ἡ μὲν ἐμὴ φιλοτιμία, πάντας μαθεῖν ἐβούλετο· ἡ δὲ προαίρεσις, τοὺς οἰκείους διέκρινεν· ἀπὸ γὰρ τοῦ κόσμου παντὸς οἱ ἀληθῶς προσήκοντες τῇ τῆς γνώμης σου οἰκειότητι, οὗτοι τοῖς ἐμοῖς λόγοις ἐπίστευσαν· ταῦτα δὲ πρὸς βεβαίωσιν ἔφη τῶν μαθητῶν. B

CAP. XVII.

Vers. 6. — Dicere vult : Manifestum te feci omnibus hominibus, sine invidia erga ullum doctrinam communicans (Sap. vii, 13). Attamen non omnes æqualiter crediderunt ; sed mea ambitio omnes docere volebat : electio autem tuos discrevit : ex toto enim mundo, vere amatores sapientiæ tuæ, verbis meis crediderunt. Hæc autem dixit ad confirmandos discipulos.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Στίχ. κθ'. — (2) Εἰ μὲν ἑαυτοῖς ἐπιτρέπετε τὴν κρίσιν, αὐτοὶ καὶ τὴν ἐξέτασιν ὡς βούλεσθε· εἰ δὲ ἐπ' ἐμὲ βούλεσθε κρῖναι τὸν ἄνδρα, τὴν αἰτίαν ὑμᾶς εἰπεῖν ἀναγκαῖον.

Στίχ. λα'. — Εἰ μὲν ἑαυτοῖς, φησὶν, ἐπιτρέπετε τὴν κρίσιν, αὐτοὶ καὶ τὴν ἐξέτασιν ὡς βούλεσθε ποιήσατε· εἰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ βούλεσθε κριθῆναι τὸν ἄνδρα, τὴν αἰτίαν ὑμᾶς εἰπεῖν ἀναγκαῖον· τί οὖν Ἰουδαῖοι; *Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα* διὰ τὴν τοῦ Πάσχα ἡμέραν· ὡς ἂν τῷ παραδοῦναι τὸν Ἰησοῦν εἰς θάνατον, μὴ φονεύειν αὐτὸν νομίζοντες· καὶ ἐπάγει ὁ εὐαγγελιστὴς, *Ἵνα ὁ λόγος τοῦ Ἰησοῦ πληρωθῇ ὃν εἶπεν*, καὶ τὰ ἑξῆς. C

CAP. XVIII.

Vers. 29. — Siquidem vobis ipsi judicium arrogatis, ipsi quoque inquirite prout vultis. Sin vero me vultis virum indicare, etiam causam proferatis necesse est.

Vers. 31. — Si quidem vobismetipsis, inquit, judicium assumitis, cognoscite de illo quomodo volueritis, si autem hunc hominem a me judicari vultis, causam necesse est vos offerre. Quid ad hoc Judæi ? *Nobis non licet interficere quemquam* propter diem Paschæ. Quasi, postquam fuisset traditus in mortem Jesus, non interfecisse eum credidissent. Additque evangelista : *Ut sermo Jesu impleretur quem dixit*, et reliqua.

Στίχ. λη'. — Οὕτως (3) αὐτὸν εἶλε τοῖς βραχέσι ῥήμασιν, ὡς εἰπεῖν· *Τί ἐστιν ἀλήθεια*; Σχεδὸν γὰρ ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο τὸ πρὶν καὶ ἠγνοεῖτο ὑπὸ πάντων ἔτι ἐν ἀπιστίᾳ ἐξεταζομένων.

Vers. 38. — Ita movit illum brevibus verbis ut diceret : *Quid est veritas ?* Nam olim ab hominibus pene ignorabatur et omnes fugiebat qui adhuc incredulitati inserviebant.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Στίχ. ιζ'. — Ἐνομίσθη (4) διαφωνία τις εἶναι κἀνταῦθά τισι τοῦ μὲν Ἰωάννου λέγοντος, ὅτι βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ἐξῆλθε, τῶν δὲ λοιπῶν, ὅτι Σίμωνι Κυρηναίῳ τὸν σταυρὸν ἐπέθηκαν. Ἀμφότερα δὲ ἐγένετο, καθὰ εἴρηται ἐν τοῖς εἰς τοὺς ἄλλους εὐαγγελιστὰς ὑπομνήμασιν.

CAP. XIX.

Vers. 17. — Quidam etiam putarunt et hic esse aliquam dissonantiam, cum Joannes quidem dicat, quod egressus sit bajulans sibi crucem ; reliqui vero |Simoni Cyrenæo dicant crucem imposuisse. Sed utrumque contigit, uti in aliorum evangelistarum expositione dictum.

ΚΕΦ. Κ'.

Στίχ. ιδ'. — Οἰκονομίας (5) ἦν τὸ στραφῆναι αὐτὴν, θείας χάριτος τοῦτο ἐνεργησάσης καὶ τὸ στραφεῖσαν μὴ ἐπιγνῶναι αὐτὸν, ὥστε μὴ αἰφνίδιον αὐτὴν καὶ παρ' ἐλπίδα θεασαμένην τοῦτον, ὃν ἔτι νεκρὸν ὑπώπτευεν εἶναι, ἐκπλαγῆναι τὴν ψυχὴν δαιμονιώδη τινὰ φαντασίαν ὑπολαβοῦσαν τὸ φαινόμενον, κατὰ μέρος δὲ διαλεχθεῖσαν ὡς ἀνθρώπῳ πρότερον καὶ γνοῦσαν ὅτι ζῶντι διαλέγεται ἀληθῶς, τότε ἐπιγνῶναι μὲν τὸν παρόντα ὅστις ἐστὶν, ὁμοῦ δὲ καὶ πιστεῦσαι καὶ θαυμᾶσαι τοῦ γενομένου τὸ μέγεθος. D

CAP. XX.

Vers. 14. — Dispensationis erat ut converteretur, divina gratia illud operante, et ut conversa illum non agnosceret ; ne subito et præter spem videndo eum, quem adhuc mortuum opinabatur, percelleretur, putans illusionem quamdam esse dæmoniacam, spectrumve aliquod quod appareret : sed ut sensim et per partes illi primum loqueretur tanquam homini, sciendo vere se cum vivente colloqui, ac tum demum intelligeret quisnam ei præsens adesset, et simul crederet, et miraculi magnitudinem admiraretur.

(1) Cord. cat. p. 403.
(2) Cram. οὔπω τότε ἐπίστανται.
(3) Cord. cat. p. 428. Catena Crameri, p. 383, ascribit hæc Ammonio. Ex Cram. caten.
(4) Cord. cat. p. 437
(5) Cord. cat. p. 454.

Digitized by Google

Vers. 17. — Videtur quidem prohibere illi ne tangat, ut quæ non eodem quo solebat modo jam ad contactum corporis sui debeat accedere, longe videlicet jam alio ac multo præstantiore corpore effecto. Verum etiam aliquid aliud insinuat : nihil enim a contactu mulierem prohibuisse patet ex eo, quod discipulis sæpe se tangendum exhibuerit, et fixuras jusserit contrectare, quas corpori a clavis impressas mansisse par erat. Duo igitur his verbis innuit, tum quod corpus modo post resurrectionem potioris esset conditionis quam ante eam, adeoque non simplici ratione, humano contactui exponendum ; tum etiam, quod futurum esset ut in cœlum assumeretur.

A Στίχ. ιζ'. — Δοκεῖ μὲν (1) ἐπέχειν αὐτὴν τῆς ἁφῆς, ὡς ἂν οὐχ ὁμοίως ὀφείλουσαν ἐγχειρεῖν τῇ τοῦ σώματος ἁφῇ, ἄλλου δή τινος καὶ πολὺ κρείττονος γενομένου τοῦ σώματος. Ἀλλὰ καί τι ἕτερον ἐμφαίνει. Ὅτι γὰρ τῆς ἁφῆς οὐδὲν ἀπεῖρξε τὴν γυναῖκα δῆλον, ἐξ ὧν τοὺς μαθητὰς ἅψασθαι πολλάκις πεποίηκε καὶ τῶν τύπων αἴσθησιν λαβεῖν, οὓς ἀπὸ τῶν ἥλων ὡς εἰκὸς ἐγγενέσθαι τῷ σώματι συνέβη. Δύο τοίνυν ἐμφαίνει διὰ τῶν ῥημάτων, τό τε πολὺ κρεῖττον εἶναι τὸ σῶμα νῦν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἢ τὸ πρότερον, ὡς διὰ τοῦτο μηδὲ ἁπλῶς ἐγκεῖσθαι ὀφείλον (2) ἀνθρωπείᾳ ἁφῇ, καὶ τὸ μέλλειν εἰς οὐρανοὺς ἀναλαμβάνεσθαι

Hoc quidem (3) quod est, *ad Patrem meum et Patrem vestrum, et Deum meum et Deum vestrum*, nemo sic demens est, ut alii cuidam convenire diceret, nisi templo Dei Verbi, assumpto pro nostra salute homini ; qui et mortuus est, et resurrexit, et ascensurus esset in cœlos, et Patrem sibi ascripsit cum discipulis Deum, et ipse gratia adoptionem meritus, et Deum suum appellat, quia cum cæteris hominibus similiter ut esset accepit. Unde propter communitatem quidem naturæ *Patrem meum et Patrem vestrum* dicit, et *Deum meum et Deum vestrum :* divisit autem iterum suam personam ab ipsis, præcipuum gratiæ significans, propter quam ad Deum Verbum conjunctionem in loco veri Filii ab omnibus honoratur hominibus.

Vers. 22. — Hoc (4) quod dictum est, *accipite*, pro accipietis dicit. Si enim cum insufflasset, Spiritum dedisset discipulis, quod valde quidam stulte existimaverunt, superfluum erat dicere postea his et maxime in tempore ascensus ad cœlos, non separari ab Jerusalem, sed exspectare promissionem Spiritus. Et in sequentibus : *Sed accipietis virtutem superveniente Spiritu sancto in vos* (*Act.* I, 8). Et adventum autem ipsum sancti Spiritus super discipulos, aperte Lucas factum esse dicit quinquagesimo die resurrectionis, post ascensum. Et illud autem animadvertendum est, quod si ab insufflatu suscepissent Spiritum, non dixeret, *accipite*, sed, quoniam accepistis. Hoc enim quod dictum est, *accipite*, his convenit qui nondum acceperunt.

Vers. 28. — Dicit (5) ad Thomam : Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et porrige manum tuam, et mitte in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis. Quoniam, dicit, non credis, et tactum solum sufficere tibi ad credendum putas, hæc enim dicens, non me latuisti, tange manu, et cape experimentum, et disce credere et non diffidere. Thomas quidem cum sic credidisset, Dominus meus et Deus meus, dicit, non ipsum Dominum et Deum dicens, non enim resurrectionis scientia docebat et Deum esse eum qui resurrexit, sed quasi pro miraculo facto Deum collaudat.

Sæculo (6) futuro illi, qui elegerunt hic honesta, cum laude accipient jucunditatem bonorum, mali vero, qui tota sua vita ad mala declinaverunt, cum supplicio et metu ejus ordinati fuerint mente (resipuerint) et honesta elegerint et didicerint, quantum peccaverint, cum in malis persisterent neque essent in bonis, et acceperint per hæc scientiam doctrinæ primariæ timoris Dei et eruditi fuerint, qui voluntate bona eum apprehendant, digni facti erunt jucunditate liberalitatis divinæ. Neque enim unquam dixisset : Usquedum reddideris quadrantem ultimum (*Matth.* v, 26), nisi fieri posset, ut cum luissemus peccata pœnis dealbaremur ab illis. Nec porro dixisset : *Vapulabit multis*, et, *Vapulabit paucis* (*Luc.* XII, 47, 48), nisi postquam emensi essent (pertulissent) pœnas secundum peccata tandem acciperent solutionem.

CAP. XXI.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Vers. 25. — Hæc verba potius ab extraneo scriptore inserta sunt, ad probandum plura esse quam quæ scripta sunt miracula a Deo facta : Ex parte primus, ignorantibus cæteris, fortasse hæc inseruerit, parsque

B Σσίχ. κε'. — Προσθήκη μᾶλλόν ἐστι τεθεικότος μὲν αὐτό τινος τῶν φιλοπόνων ἔξωθεν, εἰς παράστασιν τοῦ πλείονα τῶν γεγραμμένων εἶναι τὰ γεγενημένα παρὰ τοῦ Κυρίου θαύματα· κατὰ μέρος δὲ ὑφ'

(1) Cord. cat. p. 455.
(2) Cat. ὀφείλων.
(3) Act. C. C. II, IV, 13. Vig. C. 14. *Ej. ex interpr. Ev. sec. Joannem l. sexto.*
(4) Act. C. C. II, IV, 14. Vig. C. 15. *Ej. Th. ex eod. l. commenti sec. Joannem : quibus dicit—.*
(5) Act. C. C. II, IV, 15. *Ej. Th. ex commento sec. J. Evangelii, ubi dicit—.*
(6) Hoc Theodori fragmentum Syriace edidit Assemanus l. l. III, I, p. 323, ex Salomonis ep. Bassoræ libro, qui est *De fine pœnarum dæmonum et peccatorum*, quod cum nonnisi verbis *Theodori comment. in Evangel.* citetur, ad cujusnam Evangelii interpretationem pertinuerit ægre dicas.

Digitized by Google

ἑτέρων ἀγνοίᾳ τοῦ πρώτου τυχὸν ἔσω τεθὲν, καὶ μέρος τῆς τοῦ Εὐαγγελίου γραφῆς γινόμενον· εἶτα τοῦ χρόνου καὶ τῆς συνηθείας διὰ πάντων αὐτὸ τῶν Εὐαγγελίων φέρεσθαι παρασκευάσαντος· οὕτω βεβαίαν ἐσχηκότος παρὰ πᾶσαν τὴν δόξαν τοῖς πιστοῖς ὡς ἀληθῶς μέρος ἓν καὶ τέλος παρὰ τοῦ Εὐαγγελίου γραφέντων (1).

A facta est Evangelii scripturæ; deinde tempore ac consuetudine factum est ut hæc ab omnibus sicut quoddam Evangelii referrentur. Ita persuasio firma hæc esse vere partem finemque Evangelii in fidelibus nata est.

(1) Scholion hoc recitat Græce cum varietate etiam Frid. Matthæius (N. T., Rigæ 1786) et in aliis aliquot compertum codicibus fuit. Sed nemo, quod sciam, dixerat esse Mopsuesteni, ut nunc Regius Vat. codex affirmat. Cæterum id nullius esse ponderis patet ex ipsis auctoris verbis, qui mentis suæ commentum esse fatetur. Evangelistæ quidem clausulam hyperbolice scriptam intelligunt S. Cyrillus et Theophylactus; ipsam tamen habent plerique omnes codices, quos inter vetustissimi duo Vaticanus et Alexandrinus, eunctæque pariter agnoscunt priscæ versiones. Mai.

THEODORI MOPSUESTENI

IN ACTA APOSTOLORUM COMMENTARII FRAGMENTUM (1).

CAP. II.

Vers. 38. — Ille autem (2) dixit, oportere pœnitentiam agentes eos pro crucis iniquitate, et agnoscentes Salvatorem et Dominum et omnium auctorem bonorum Jesum Christum quomodo propter ista pervenit et assumptus est de divina natura, in ipsum quidem fidem suscipere et ejus discipulos fieri, ante omnia ad baptisma accedentes, quod et ipse tradidit nobis, præformationem quidem habens sperationis futurorum, in nomine autem celebrandum Patris et Filii et sancti Spiritus. Hoc enim quod est, ut *baptizetur unusquisque in nomine Jesu Christi* (*Act.* II, 38), non hoc dicit, ut vocationem quæ in nomine Patris et Filii et sancti Spiritus est, relinquentes, Jesum Christum in baptismate vocent, sed quale est hoc, quod *in Moyse baptizati sunt in nube et in mari* (*I Cor.* X, 2), ut diceret, quia sub nube et mari Ægyptiorum separati sunt, liberati eorum servitute ut Moysis leges attenderent; tale est, *et baptizetur unusquisque in nomine Jesu Christi*, ut cum ad ipsum accessissent tanquam Salvatorem et omnium bonorum auctorem, et doctorem veritatis, ab ipso, utpote auctore bonorum et doctore veritatis vocarentur: sicut omnibus hominibus quamcunque sectam sequentibus, consuetudo est ab ipso dogmatis inventore vocari, ut Platonici et Epicurei, Manichæi et Marcionitæ, et si quidam tales dicuntur. Eodem enim modo et nos nominari Christianos judicaverunt apostoli (3), tanquam per hoc certum facientes, quod istius doctrinam oportet attendere: sic quod et ab ipso datum est, susciperent baptisma, in ipso quidem primo constitutum, qui et primus baptizatus est: ab ipso autem et cæteris traditum, ut secundum præformationem futurorum celebretur.

(1) Hunc l. Ebediesu teste ad Basilium, ut conjectavi in comment. episcopum Raphaneæ cripsit.

(2) Act. C. C. II, IV, 16; Vig. const. 17. Pelagii II, pap. ep. ad Eliam. *Ejusdem Theodori ex commento quod est in Actis apostolorum, libro primo in quo dicit, quod baptizari in nomine Jesu Christi, simile est scripto illi, quod baptizati sunt in Moyse; et vocari Christianos, simile est illi, quod vocantur Platonici, et Epicurei, et Manichæi et Marcionitæ ab inventoribus dogmatum*

(3) Huc usque epist. Pelag.

Digitized by Google

THEODORI MOPSUESTENI

IN EPISTOLAM PAULI AD ROMANOS COMMENTARII FRAGMENTA (1).

CAP. I.

VERS. 2, 3 — Et quoniam (2) novum quodammodo esse videbatur, quod ab eis de Christo dicebatur, adjungit: *Quod ante promiserat per prophetas suos*, ex prophetia volens doctrinæ antiquitatem ostendere. Unde et magnificans prophetiam, bene adjunxit, *In Scripturis sanctis*. Neque enim litteram, vel characterem sanctum volebat dicere; sed prophetiam ipsam, quæ erat Spiritu sancto revelationem eis donante. Ipsam ergo prophetiam recte sic appellavit. Sic et alibi dixit: *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est.* (*II Tim.* III, 16.) Quid itaque istæ dicunt? *de Filio ejus*. Et quoniam commune est filii nomen, et cum de divinitate dicitur, etiam de humanitate accipitur: manifestius aperire volens, unde ei nunc dicere propositum sit, vel cujus rei gratia prophetarum testimonium adjunxit: *qui factus est ei ex semine David secundum carnem*, aperte quidem ostendens, quoniam de assumpto homine sermonem inducit, tamen nec divinitatis indicium non significatum reliquit. In eo enim quod addidit, *secundum carnem*, sufficienter ostendit, quia et aliter filii significationem novit accipere; siquidem secundum hoc scit eum ex semine David factum, tanquam secundum aliud non ita eum cognoscens. Duæ enim naturæ, unum autem quiddam connexione intelligunt. Altera quidem est assumpti hominis, altera vero Dei Verbi. Concurrunt autem in unum ambæ propter assumptionem et propter adunationem, quæ ex assumptione facta est, quam ad Deum habet servi forma.

VERS. 8. — Hanc Epistolam et alias quoque gratiarum actionibus exordiendo, hortatur eos quibus verba facit, ut sermonem aut opus incipientes Deo primum gratias agant, non solum de suis, sed etiam de alienis. Hic autem quam aptissime illud exordium usurpat. Notandum quoque hic illud, *per Christum*, non ad ministrum, uti hæreticis, videtur, sed ad causam bonorum referri. Non enim Christi ministerio indigebat Apostolus ad gratias Deo exhibendas, dicit autem: Gratias Deo ago pro vobis, præbente nobis Christo unde Deo gratias reddamus. Inest quoque iisdem verbis laus Romanorum haud vulgaris; eadem enim hac de causa semper in Epistolis suis hoc proœmio utitur, ut videlicet fidelium studia ad agnoscendam doctrinam incendat. Eadem etiam ratione cum Romanis agit, operibus eorum ad hoc adjutus.

Στίχ. η'. — Φαίνεται (3) καὶ ἐν ἑτέραις τῶν Ἐπιστολῶν ἀπ' εὐχαριστίας ἀρχόμενος, ἐκείνους πρὸς οὓς ποιεῖται τὸ γράμμα διδάσκων παντὸς λόγου καὶ πράγματος ἀπὸ εὐχαριστίας ἀπάρχεσθαι τῷ Θεῷ, οὐ μόνον ὑπὲρ οἰκείων, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἀλλοτρίων· ἐνταῦθα δὲ μάλιστα κυριώτατα χρῆται τούτῳ τῷ προοιμίῳ. Προσεκτέον δὲ κἀνταῦθα τὸ, *διὰ Χριστοῦ*, ὅπως οὐκ ἐπὶ διακονίας κέχρηται, ὥσπερ δοκεῖ τοῖς αἱρετικοῖς, ἀλλ' ἐπὶ αἰτίας. Οὐ γὰρ δὴ διακόνῳ τῷ Χριστῷ κεχρῆσθαι ὁ Ἀπόστολος ἔμελλεν τῆς εἰς τὸν Θεὸν εὐχαριστίας, λέγει δὲ ὅτι Τῷ Θεῷ εὐχαριστῶ ὑπὲρ ὑμῶν, τοῦ Χριστοῦ ταύτης ἡμῖν τῆς εὐχαριστίας τὴν αἰτίαν παρασχομένου. Ἔχει δὲ ὅμως καὶ Ῥωμαίων ἔπαινον τὸ εἰρημένον οὐ τυχόντα· καὶ αὐτοῦ γὰρ τούτου ἕνεκεν συνεχῶς ἐν ταῖς αὐτοῦ Ἐπιστολαῖς τούτῳ κέχρηται τῷ προοιμίῳ, ὥστε ταῖς εὐφημίαις προθυμοτέρους αὐτοὺς πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων εἰργάσατο, τῶν πραγμάτων αὐτῶν αὐτῷ φομένων παρασκευάζειν ἀνάγνωσιν· ὅπερ καὶ ἐπὶ συνεργούντων εἰς τοῦτο.

(1) Theodorus in interpretandis Pauli Epistolis multum operæ et studii collocavit. Euthalius argumentorum notationes (τὴν ἔκθεσιν), quas singulis harum Epistolarum capitulis præmisisset, ab eximio quodam Patre (ἑνὶ τῶν σοφωτάτων τινὶ καὶ φιλοχρίστων Πατέρων) confectas esse narrat. V. Galland. Bibl. X, p. 247. Hunc Patrem, quo tempus aliaque ducere viderentur, Theodorum fuisse J. Millius (*Prolegom. in N. T.*, n. 905 — 907) conjectavit, de qua conjectura, mihi ne nunc quidem satis probabili, dixi ut potui in comment. — Commentarium in Epistolam ad Romanos Theodorus Ebediesu teste Eusebio inscripsit.

(2) Facund. l. l. III, 6.

(3) Theodori in Pauli Epistolam ad Romanos commentarii fragmenta Græca nuperrime demum et magnam partem bis typis exscripta sunt. Ac primum quidem Ang. Maius in *Spicilegii Romani* tomo IV, p. 499 — 573 (Rom. 1840.) Θεοδώρου Μοψουεστίας ἐπισκόπου ἐξ ἑρμηνείας τῆς Παύλου πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῆς τὰ εὑρηθέντα edidit, quæ de catena desumpsit inter Vaticanas ferme præstantissima. Præterea hæc fragmenta fere omnia, quæ quidem ad priora octo Epistolæ capita pertinent, leguntur in I.: *Catena in S. Pauli Epistolam ad Romanos. Ad fidem cdd. mss. ed. I. A. Cramer, S. T. P. aulæ Novi Hospitii Principalis, necnon historiæ modernæ Prof. Reg. Oxonii* 1844. 8. Editor codice Bodleiano E. II. 20. usus est, qui est chartaceus, forma quaternaria et e ms. antiquiore Gaditano, ut videtur, a *I. Lluydo a.* 1601 descriptus. Hic codex catenam continet in Epistolam Pauli ad Rom. eximiam quidem, sed in fine mutilam; explicit enim in virorum d. explicationibus c. IX vs. 1 afferendis. Singulis Theodori fragmentis præmissum est v. Θεοδώρου. — Fragmentum primo loco positum tantummodo in *Spicil.* legitur.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Στίχ. ε'.—Κατ' ἀμφότερα, φησὶ, τὸ ὑποτετάχθαι τοῖς τοιούτοις πρέπει, τοῦτο μὲν ἵνα τὸ πρέπον διαπραττόμενοι τὴν ἐκεῖθεν τιμωρίαν ἐκκλίνωμεν, τοῦτο δὲ ἵνα τῇ πρὸς τούτους αἰδοῖ τὴν ὀφειλομένην συνείδησιν τῷ ταῦτα τάξαντι Θεῷ ἀποδιδόντες φαινώμεθα (2). Δῆλον δὲ ἄρα κἀκεῖνο ὡς ὑποτάσσεσθαι τοῖς ἄρχουσιν ἐν τούτοις ὁ μακάριος (3) Παῦλος παραινεῖ, οὐχ ἵνα κἂν ἀσεβεῖν ἀναγκάζωσι πειθώμεθα, σαφῶς γὰρ καὶ τὸν σκοπὸν εἶπεν τῆς ἀρχῆς, καὶ οὗπερ ἕνεκεν ὁ Θεὸς οὕτως ἔταξε τὰ ἀνθρώπινα, ὥστε τὸ περὶ τῆς εὐσεβείας νομοθετεῖν ἃ μὴ δεῖ οὐ τοῦ σκοποῦ τῆς ἀρχῆς εἴη ἄν, ἀλλὰ τῆς γνώμης τῶν οὐκ εἰς δέον τῷ ἄρχειν κεχρημένων (4)· τὰ μὲν γὰρ εἰς Θεὸν ἀναφερόμενα οὐ τῶν ἀρχόντων κρίνειν ἴδιον, ἐπειδὴ μηδὲ πρὸς τοῦτο κατέστησαν, περὶ δὲ τῶν ἐν ἀνθρώποις κινουμένων καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους δικαίων, μεσῖται τινὲς καὶ βραβευταὶ τοῦ δικαίου οἱ ἄρχοντες καθιστάμενοι, ὅταν ἀκόλουθα τῷ οἰκείῳ σκοπῷ διαπράττωνται, ἀναγκαιότατόν τι χρῆμα δεικνύουσι τὴν ἀρχήν.

Στίχ. ζ'. — *Φόρον* καλεῖ τὴν ὑπὲρ τῆς γῆς συντέλειαν, *τέλος* δὲ τὴν ὑπὲρ τῆς ἐμπορίας, ἢ τινὸς τέχνης σωματικῆς (5).

Στίχ. ι'. — Συντόμως εἰπεῖν, *νόμου πλήρωσις τῆς ἀγάπης* ἡ φυλακὴ, καὶ ἐπειδὴ παράδοξον ἄγαν ἦν τὸ λεγόμενον, ἐπήγαγεν τὸ ἑξῆς.

Ἅπαν νόμιμον ἢ ἀπαγόρευσιν ἔχει κακοῦ, ἢ πρᾶξιν καλοῦ· τὰ μὲν γὰρ ἵνα μὴ βλάπτωμεν ἀλλήλους ὁ νομοθέτης ἐξέθετο, τὰ δὲ ἵνα τι καὶ εὐποιῶμεν ἀλλήλους κατὰ δύναμιν, ἀλλὰ πάντα ταῦτα περιείληπται ἐν τῷ ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ἐπιτάττοντι νομίμως καλῶς οὖν τὸ ἀνακεφαλαιοῦται ἀντὶ τοῦ πάντα ἐκεῖνα τὰ διὰ πολλῶν νενομοθετημένα ὥσπερ τινὰ ἀνακεφαλαίωσιν ἐν τῷ τὸν πλησίον ἀγαπᾶν περιέχεται.

Ὁ γὰρ ἀγαπῶν, φησι, βλάπτειν τὸν ἀγαπώμενον οὐκ ἀνέχεται, εἴπερ ἀληθῆ περὶ αὐτὸν ἔχει ἀγάπην· οὐκοῦν τῆς ἀγάπης ἡ φυλακὴ τοῦ παντός ἐστι νόμου κατόρθωσις. Εἶτα ἐπὶ παραίνεσιν ἐκφέρει τὸν λόγον καὶ φησὶ τὸ ἑξῆς.

(1) V. de hac lectione Fritzschium ad h. l. III, p. 82 ss.

(2) Hæc leguntur etiam in c. Mon. (c. Cram. p. 462) : Θ. Μονάχου δῆλον οὖν ἄρα.

(3) V. μακ. om. c. Mon. ib. C. Mon. : παραχωρεῖ.

(4) Huc usque c. Mon.

(5) Eadem est Theodoreti sententia.

Digitized by Google

Στίχ. ια'. — Οὕτως ἀναγνωστέον, *καὶ τοῦτο*, εἶτα διαστήσαντα *εἰδότες τὸν καιρόν*, καὶ τὰ ἑξῆς· βούλεται γὰρ εἰπεῖν ὅτι καὶ τούτου δὲ ἡμῖν ἐπιμελητέον ὅπως ἂν πράττοιμεν ἃ δεῖ, εἰδότες ἐφεστῶτα τὸν καιρὸν τοῦ ἀποθέσθαι τὴν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἡδονήν, ὥσπερ τινὰ ὕπνον βαθύν. *Σωτηρίαν* δὲ ἡμῶν καλεῖ τὴν ἀνάστασιν, ἐπειδὴ τότε τῆς ἀληθινῆς ἀπολαύομεν σωτηρίας.

Στίχ. ιβ'. — *Ἡμέραν* καλεῖ τὸν ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας καιρὸν, ὡς τῆς αὐτοῦ φανερώσεως τρανοτάτην τῶν τε καλῶν καὶ μὴ τοιούτων ποιησαμένης τὴν διάκρισιν, *νύκτα* δὲ τὸν πρὸ τούτου χρόνον· ἄμφω δὲ ὡς πρὸς ἐκείνους μάλιστα λέγει τοὺς εἰδώλοις προσέχοντας, παρ' οἷς οὐκ ἦν νόμιμα οὐδὲ διδασκαλία τῶν πραντέων. Ὁ τῆς ἀγνοίας οὖν, φησὶ, καιρὸς παρῆλθεν, ὅτε ἦτε ὡς ἐν νυκτὶ οὔτε Θεὸν εἰδότες, οὔτε νομίμων δεδεγμένοι διαγόρευσιν, ἐπέστη δὲ ὁ τῆς ἡμέρας καιρὸς, ἀντὶ μεγίστου φωτὸς τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐπιλαμψάσης ἡμῖν.

Στίχ. ιδ'. — *Ἀλλ' ἐνδύσασθε*, φησὶ, *τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας*. Τὸ *ἐνδύσασθε* ἀντὶ τοῦ *ἐνεδύσασθε* λέγει· βούλεται γὰρ εἰπεῖν ὅτι διὰ τῆς ἀναγεννήσεως τοῦ βαπτίσματος συναφθέντες τῷ Χριστῷ, καὶ μέλος τοῦ κοινοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας ἀποφανθέντες οὗπερ ἐκεῖνός ἐστι κεφαλὴ, ὥσπερ ἐνεδύσασθε αὐτὸν τῇ κοινωνίᾳ τῶν προσδοκωμένων, καθὸ καὶ συμμετασχεῖν αὐτῷ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίζετε· δίκαιοι τοίνυν ἂν εἶητε τὰ πρέποντα τῇ καταστάσει φρονεῖν ἐκείνῃ, ἐν ᾗπερ ἅπαντα πεπαῦσθαι τὰ τοιαῦτα ἀνάγκη· οὐδὲν οὖν ἐπιτελεῖν τοιοῦτον προσῆκεν ἡμᾶς, οἷον ὁ μὲν αἰὼν ἐκεῖνος οὐ δέξεται· ἐπὶ δὲ τῶν φιλαμαρτημόνων πάροδον ἔχει κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν, ἕνθα φθορᾷ μὲν ἔτι τὸ ἡμέτερον ὑπόκειται σῶμα, πολλὴ δὲ καὶ τῶν παθῶν ἐντεῦθεν ἡμῖν ἡ ἐνόχλησις γίνεται. Εἰρήκαμεν δὲ καὶ ἀνωτέρω ὅτι σάρκα ἡ Γραφὴ πολλάκις οὐ τὴν φύσιν αὐτὴν, ἀλλὰ τὸ θνητὸν ἤτοι τὸ πρόσκαιρον οὕτω καλεῖ· τοῦτο οὖν κἀντεῦθα λέγει, *τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας*, οὐ τῆς φύσεως αὐτῆς λέγων, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ μὴ ταῖς ἐπιθυμίαις ἑαυτῶν ἐξακολουθεῖτε, σπουδὴν τιθέμενοι ἐκεῖνα πράττειν, ἃ κατὰ τὸν παρόντα βίον διὰ τῆς ἐνούσης ὑμῖν θνητότητος τὴν κίνησιν δέχεται. Σαρκὸς οὖν πρόνοιαν λέγει τὴν περὶ τὰ παρόντα ἤτοι καὶ τὰ ἄτοπα σπουδὴν, ὡς ἂν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ πράττεσθαι δυνάμενα νόμον, ἐπὶ δὲ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος οὐκ ἔτι· ὅθεν αὐτὸ καὶ ἀντέταξεν τὸ *ἐνδύσασθε τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν*, ὃ δὴ μίμημα τῆς μελλούσης ἐστὶ καταστάσεως. Μὴ τοίνυν περὶ τοῦτο, φησὶν, ἔχετε τὴν σπουδὴν. ὅπως ἂν τὰς τοῦ παρόντος αἰῶνος ἐπιθυμίας ἐπιτελῆτε, αἷς οὐδεμία πρὸς τὴν μέλλουσαν κατάστασιν κοινωνία

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Στίχ. ζ'-θ'. — Τί λέγω, φησὶν, περὶ τοῦ ἐσθίειν καὶ τοῦ μὴ ἐσθίειν; οὔτε ζῶντες ἑαυτῶν ἐσμεν, οὔτε ἀποθνήσκοντες· κἂν γὰρ ζῶμεν, τὴν αὐτοῦ ζωὴν ζῶμεν, κἂν ἀποθνήσκωμεν, κατὰ τὸν ὅρον ἀποθνήσκομεν ἐκείνου· σκοπὸν τοίνυν ἁπανταχοῦ προσῆκεν ἡμῖν τοῦτον εἶναι, τῷ Θεῷ ἀρέσκειν, λογιζομένοις ὅτι ζῶντες καὶ ἀποθνήσκοντες ἐκείνου πάντως ἐσμέν·

Vers. 11.—Ita legendum *et hoc*, deinde distincte *scientes tempus*, et cætera. Dicere enim intendit, hoc nobis curæ sit oportet ut quæ decet agamus, scientes tempus adesse voluptatem excutiendi qua nos peccata vinciunt velut somno quodam altissimo. *Salutem* vocat resurrectionem nostram, quia tunc veræ salutis donum contingemus.

Vers. 12. — *Diem* vocat tempus quo Christus adveniet, quia tunc manifestissimum revelabit honestorum et malorum discrimen; *noctem* vero præcedentia tempora. Utrumque autem præprimis ad eos qui idolis inserviebant, quibus nec lex erat nec ulla agendorum disciplina. Præcessit, ait igitur, tempus ignorantiæ, quo velut in nocte eratis nec Deum agnoscentes, nec legum disciplinis eruditi; venit autem tempus diei, splendidissimæ videlicet lucis, omnibus nobis illucescente Christi adventu.

Vers. 14. — *Sed induimini*, inquit, *Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis.* Illud *induimini* pro *induti estis* habetur. Hoc enim sibi vult: Quando per regenerationem baptismi cum Christo conjuncti, et membrum communis corporis Ecclesiæ effecti cui ille caput, quemadmodum eum communione exspectatorum induti estis, ita et resurrectionis cum eo participes fieri speratis, æquum est vos quoque ea sentire quæ huic resurrectioni conveniunt, in qua mala quæque deponantur oportet. Ne talia igitur perficiamus, quæ ævum illud non admittet. Homines alloquitur hac in vita peccandi avidos, qua corpus nostrum adhuc corruptioni subjacet, et ea de causa permultis cupiditatibus agitatur. Jam supra adnotavimus carnem in Scriptura sæpius usurpari non ad designandam naturam ipsam, sed mortalitatem aut caduca quæque. Idem igitur et hic significat illud *carnis curam ne feceritis in desideriis*, non naturæ videlicet; quasi dicat: Nolite inservire cupiditatibus vestris, ea agere studentes, ad quæ hac in vita propter mortalitatem ferimur. Carnis igitur curam vocat studium de præsentibus aut de malis, quæ quidem hac in vita quæri possunt, in futuro autem ævo non amplius. Unde illud opposuit *Induimini Dominum Jesum Christum*, quod imitationem venturæ constitutionis innuit. Nolite ergo, ait, circa hæc studere, ne præsentis ævi cupiditatibus inserviatis, quibus nulla cum futura constitutione communio.

CAP. XIV.

Vers. 7-9.— Quid dico, inquit, de manducantibus, et de non manducantibus? Non nobis vivimus, nec nobis morimur. Nam sive vivimus, ei vivimus; sive morimur, die ab ipso definito ejus morimur; hoc igitur ubique intendamus, quomodo Deo placeamus, cogitantes quod sive vivimus, sive morimur, ejus sumus. Deinde demonstrans hoc

Digitized by Google

non propter creationem tantum valere, sed etiam propter ea quæ nobis caro factus Christus nuper est largitus, addidit : *In hoc enim Christus*, et cætera. Recordemini enim, inquit, quod Christus pro vobis mortuus est, et mortuus resurrexit, et post resurrectionem vivit, omnia pro nobis continuo vivificans, ut et nos mortui resurrectionis participes fiamus, et vita fruamur. Undique igitur apparet nobis Christo inserviendum esse, siquidem vel morientes ejus sumus, qui pro nobis mortuus est, ut resurgamus; et viventes ei vitam debemus, qui nobis spem tribuit post mortem altera vita fruendi.

A καὶ δεικνὺς ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς ποιήσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν προσφάτως οἰκονομηθέντων διὰ Χριστοῦ, ἐπήγαγεν, *εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς*, καὶ τὰ ἑξῆς. Λογίσασθε γάρ, φησὶν, ὅτι Χριστὸς καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀποθανὼν ἀνέστη, καὶ ἀναστὰς ζῇ, ζωὴν διηνεκῆ ὑπὲρ ἡμῶν ἅπαντα ποιήσας, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀποθανόντες τῆς τε ἀναστάσεως αὐτῷ κοινωνήσωμεν, καὶ τῆς ζωῆς ἀπολαύσωμεν, ὡς πανταχόθεν φαίνεσθαι ἡμᾶς καὶ Χριστῷ δουλεύειν ἀνάγκην ἔχοντας, εἴ γε καὶ ἀποθνήσκοντες ἐκείνου πάντως ἐσμὲν, τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος, ὥστε ἀναστῆναι· καὶ ζῶντες ἐκείνῳ τὴν ζωὴν ὀφείλομεν, ὃς παρέσχεν ἡμῖν τὴν μετὰ θάνατον παρ' ἐλπίδα ζωήν.

VERS. 10, 11. — Illud quidem *quid judicas* ad eos qui ex Judæis, et illud *quid spernis* ad eos qui ex gentibus; neutris, inquit, neutrum convenit, cum cuique ante tribunal Christi gestorum ratio reddenda sit. Quod effatum ut adhuc confirmet, profert testimonium : *Scriptum est enim : Vivo ego, dicit Dominus*, et cætera. Quod ad confirmanda quæ de Christo dicta sunt testimonium adhibeatur, certum; illud autem notandum, quod apud Isaiam (XLV, 18) continuo legatur : *Ego sum Dominus, et non est ultra;* et (*Ibid.* 21) : *Ego Deus, et non est alius absque me justus, salvator, non est præter me*, et cætera. Quærendum igitur quomodo hæc Apostolus ad Christum referat. Adversus hæreticos, qui Unigeniti divinitatem omni ratione minuere conantur, dices forte quod seu Paulus ea velut de Christo habita usurpet, seu ea de Patre dicta a propheta de Domino interpretetur, tanta sane utrinque Unigenito divinitas tribuetur ac Patri; nam non alia profecto divinitas Filii, si de Christo æque haberi possunt, quæcunque de Patre fuere dicta. Hæc adversus hæreticos profiteri possunt. Veritas autem sic se habet : illud neque de Patre neque de Filio proprie dictum, sed absolute de divina natura rerum omnium præcipua causa, ideoque Apostolus illud ad Christum refert, licet æque Patri et Filio conveniant, quasi nulla sit natura inter utrumque differentia. Pariter prope in Epistola ad Hebræos (I, 12) illud : *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient* de Christo interpretari videtur.

Στίχ. ι', ια'. — Τὸ μὲν, *τί κρίνεις* πρὸς τὸν ἐξ Ἰουδαίων εἴρηται, τὸ δὲ, *τί ἐξουθενεῖς* πρὸς τὸν ἐξ B ἐθνῶν· οὐδετέρῳ, φησὶν, ὑμῶν πρέπον οὐδέτερον, ἐπειδὴ ἀνάγκη πάντως τῷ κριτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ παραστάντας τὰς εὐθύνας τῶν βεβιωμένων ὑποσχεῖν καὶ εἰς πίστωσιν τῶν εἰρημένων μαρτυρίαν τίθησι· *Γέγραπται γὰρ, Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὅτι μὲν οὖν εἰς πίστωσιν τῶν περὶ Χριστοῦ λεγομένων αὐτῷ τὴν μαρτυρίαν παρήγαγεν, δῆλον· ἐκεῖνο δὲ ἰστέον ὅτι ἔνθα τοῦτο Ἡσαΐας φησὶ, συνεχῶς εἴρηται τὸ, *Ἐγώ εἰμι Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι*, καὶ, *Ἐγώ εἰμι Κύριος καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν μου δίκαιος καὶ σωτὴρ, οὐκ ἔστιν πάρεξ ἐμοῦ*, καὶ ἕτερα τοιαῦτα· ζητητέον οὖν πῶς τούτοις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ συνεχρήσατο ὁ Ἀπόστολος. Πρὸς μὲν τοὺς αἱρετικοὺς ἐλαττοῦν τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς παντὶ τρόπῳ C βουλομένους εἴποι ἂν τις ὅτι εἴτε ὡς περὶ τοῦ Χριστοῦ λεγομένοις τούτοις ἐνταῦθα ἐχρήσατο, εὐδήλως ἡ ἀξία τῆς θεότητος τοῦ Μονογενοῦς κατ' οὐδὲν ἐλαττουμένης τοῦ Πατρὸς, εἴτε περὶ τοῦ Πατρὸς εἰρημένοις παρὰ τῷ προφήτῃ περὶ τοῦ Κυρίου λέγων ὁ Ἀπόστολος ἐχρήσατο τῇ μαρτυρίᾳ· καὶ οὕτω δέδεικται οὐχ ἕτερος ὢν θεότητος ὁ Υἱὸς, ὅπου γε συνεχρήσατο τῇ φωνῇ, ὡς ἂν ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ λέγεσθαι δυναμένῃ, κἂν περὶ τοῦ Πατρὸς εἰρημένη τυγχάνῃ. Τοῦτο μὲν οὖν πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς εἴποι ἂν τις· τὸ δέ γε ἀληθὲς ἐκεῖνο, ὅτι μηδὲ περὶ τοῦ Πατρὸς εἴρηται· ἰδικῶς μήτε περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ἁπλῶς περὶ τῆς θείας φύσεως τῆς ἀνωτάτω καὶ πάντων αἰτίας, καὶ διὰ τοῦτο ὁ Ἀπόστολος τῇ μαρτυρίᾳ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ κατεχρήσατο, ὁμοίως καὶ Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὰ τοιαῦτα πρέπειν νομίζων, ὡς ἂν οὐδεμιᾶς οὔσης κατὰ τὴν φύσιν διαφορᾶς· παραπλησίως τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους τὸ, *Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι*, περὶ τοῦ Χριστοῦ χρησάμενος φαίνεται.

VERS. 13. — *Non ergo amplius*, ait, *invicem judicemus :* hoc quidem in genere dictum est; deinde eos qui de gentibus præprimis alloquitur, quasi sufficienter ad Judæos dixisset. Non vobis, ait, fideles vestri judicandi sunt, cum omnes Christi tribunal maneat, *sed hoc judicate magis ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.* Nam cum apud Romanos numero præstantiores essent et fortuna qui de gentibus, multa agebant ad detractandos Judæos, coram ipsis ea manducantes a quibus illi abstinere maxime studebant, ita ut his perturbati Judæi a pietate sæpius deficerent, aut saltem concilia sacra negligerent.

Στίχ. ιγ'. — *Μηκέτι οὖν*, φησὶν, *ἀλλήλους κρίνωμεν*· τοῦτο μὲν εἴρηται κατὰ κοινοῦ· ἐντεῦθεν δὲ λοιπὸν πρὸς τοὺς ἀπὸ ἐθνῶν τείνει λόγον, ὡς ἂν ἀρκούντως τὰ πρὸς Ἰουδαίους εἰπών. Οὐ δίκαιον οὖν ὑμᾶς, φησὶ, κριτὰς καθίστασθαι τῶν ὁμοπίστων, μένοντες ἅπαντας τοῦ κριτηρίου τοῦ Χριστοῦ, *ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον*. Πολλὰ γὰρ οἱ ἀπὸ Ἑλλήνων παρὰ Ῥωμαίοις ἐπικρατέστεροι ὄντες καὶ τῷ πλήθει καὶ τῇ τῶν προσώπων ἀξιοπιστίᾳ, διεπράττοντο μᾶλλον ἐπὶ διασυρμῷ τῶν Ἰουδαίων, ἐπ' ὄψεσιν ἐκείνων ἐσθίειν ἐπιτηδεύοντες ταῦτα, ὧν δὴ μάλιστα ἀπέχεσθαι σπουδὴν εἶχον, ὡς ἐντεῦθεν ἐκείνοις ταραττομέ-

Digitized by Google

νους καὶ τῆς εὐσεβείας ἀφίστασθαι πολλάκις, καὶ μὴν καὶ τοῦ κοινοῦ συλλόγου καταραθυμοῦντας ἐφ' ἑαυτῶν γίνεσθαι.

Στίχ. ιδ', ιε'. — Εἰπὼν ὅτι καλὸν τοῦτο μᾶλλον ὑμᾶς δοκιμάσαι τὸ μηδὲν ποιεῖν εἰς βλάβην τοῦ ἀδελφοῦ, μηδὲ τοιαῦτα πράττειν ἃ τῆς εὐσεβείας ἐκεῖνον ἐκτρέπει, ἵνα μὴ δόξῃ τὴν τῶν βρωμάτων παρατήρησιν καὶ αὐτὸς ἐπεισάγων ταῦτα λέγειν, εἰκότως ἐπήγαγεν· *Οἶδα καὶ πέπεισμαι, ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι' αὐτοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀναγκαίως καὶ τῇ διατάξει χρησάμενος εἰς τὴν τοῦ λεγομένου πίστωσιν, καὶ τῇ *δι' αὐτοῦ* προσθήκῃ ἀξιοπιστοτέραν τὴν ἀπόφασιν ἐργασάμενος, ὡς ἂν ἀρκοῦντος τοῦ Χριστοῦ πάντα καθαρὰ δεικνύναι. Ἀκάθαρτον οὖν φησιν οὐδὲν εἶναί φημι τῶν εἰς βρῶσιν κειμένων, εἰ μή τις ἀσθένεια λογισμῶν τοιαύτην περὶ τῶν ἐδεσμάτων λαμβάνει τὴν γνώμην. Οὕτως οὐ τὴν τοιαύτην ἀποδέχομαι παρατήρησιν. Ἀλλά τι ἐπήγαγεν; *Εἰ γὰρ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται, οὐκ ἔτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς*· ἀλλ' ὅτι μὴ δίκαιόν σε, φησὶ διὰ βρῶσιν λυπεῖν τὸν ἀδελφὸν, δέον τῇ ἀνάπῃ καὶ μειζόνων ἀνέχεσθαι.

Vers. 14, 15. — Postquam dixisset: melius est nihil in perditionem fratris agere, et ab illis abhorrere quibus a pietate averteretur, ne ipse videatur ciborum ritus tueri, convenienter addit: *Scio et confido, quia nihil commune per ipsum*, et cætera. Aptissime hac re instat ut eam confirmatiorem reddat, et addendo *per ipsum* enuntiationem certiorem afficit, quasi sufficiat Christus ad omnia mundanda. Immundum igitur nihil, inquit, eorum quæ manducentur, nisi quis forte rationis infirmitate talia de cibis sentiat. Multum abest igitur ut ciborum observationem defendam. Quid autem adjecit? *Si autem propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas.* Noli, ait, propter cibum fratrem contristare, cum charitate vel a majoribus abstinendum.

Στίχ. ιζ'. — Ἄξιον μέντοι κἀκείνους γελάσαι τῆς εὐηθείας ἐντεῦθεν, οἳ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐσθίειν τε καὶ πίνειν ἡμᾶς νομίζουσιν, σφόδρα δὴ ἐναντία ὑπολαμβάνοντες τῇ Παύλου φωνῇ, οὐκ ἐν βρώσει καὶ πόσει τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ περιορίζεσθαι φάσκοντος.

Vers. 17. — Eorum quoque deridenda stultitia qui putant nobis etiam post resurrectionem manducandum et bibendum esse; nam omnino aliena a Pauli sententia cogitant, non in esca et potu regnum Dei esse asserentis.

Στίχ. κβ', κγ'. — *Μακάριος*, φησὶν, *ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει.* Φωνὴν τέθεικεν οὐκ ἐκείνοις ἀναγκαίαν μόνοις, ἀλλὰ γὰρ καὶ πᾶσι τοῖς ὁτιδήποτε τῶν εἰς ἀκρίβειαν συντεινόντων μετιέναι βουλομένοις. Ἐγὼ γάρ, φησὶν, ἐκεῖνον μακάριστον εἶναι τίθεμαι, ὃς ἐπειδάν τι δοκιμάσῃ δι' ἀκρίβειαν καὶ ἀρετὴν μετιέναι, ἔχεται μὲν τοῦ ἔργου, οὐ μὴν ἑαυτὸν ὑπερέχειν διὰ τοῦτο νομίζει τῶν οὐ τὸ αὐτὸ μετιόντων· καλὸν γὰρ πάσης ἐκτὸς οἰήσεως τὴν ἀρετὴν ἐπιτελεῖν, μὴ ὑπερέχειν ἑαυτὸν διὰ ταῦτα νομίζοντα, ἅπερ ἂν ἐπιθυμίᾳ τῶν κρειττόνων μετίῃ, μηδὲ μὴν ἀποδοκιμάζοντα τὸν οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐξεταζόμενον. Τοῦτο μὲν οὖν εἴρηται κατὰ κοινοῦ τῷ Ἀποστόλῳ οὐκ ἐπὶ τῶν παρόντων μόνον, ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ παντὸς οὕτινος οὖν φυλάττεσθαι ἀξίου. Πάλιν δὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀνάγει τὸν λόγον· *Ὁ δὲ διακρινόμενος ἐὰν φάγῃ κατακέκριται, ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως· πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν.* Ὁ δὲ διακρινόμενος οὐκ ἐπὶ τῷ ὁμοπίστῳ· ὁ μὲν γὰρ διὰ πίστιν, φησὶν, ἁπλῶς καὶ ἀδιαφόρως μεταλαμβάνων τῶν εἰς βρῶσιν κειμένων ἐσθίει κάλλιστα, ὁ δέ γε πρὸς τὸν ἀδελφὸν διαφερόμενος διὰ τοῦτο καὶ μετὰ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἔριδος ἐσθίων βλάπτεται, μᾶλλον ἀφορμὴν τῆς πρὸς τὸν πλησίον ἔριδος τὸ βρῶμα ποιούμενος· ἔοικεν γὰρ οὐ διὰ πίστιν αὐτὸ ποιεῖν ἀδιαφόρως, ἀλλὰ φιλονεικίᾳ μᾶλλον τῇ πρὸς ἐκεῖνον· τὸ δὲ μὴ ἁπλότητι γινόμενον μετὰ πίστεως, ἀλλ' ἔριδι τῇ πρὸς τὸν πλησίον, ὡμολογημένον ἁμάρτημα.

Vers. 22, 23. — *Beatus*, inquit, *qui non judicat semetipsum in eo quod probat.* Sententiam exprimit non eis tantum necessariam, sed et omnibus quicunque aliquid eorum agere voluerint quæ ad perfectionem perducunt. Ego enim, ait, illum beatissimum existimo, qui quando aliquid propter perfectionem et virtutem perficere decreverit, operi quidem instat, sed se non propterea eis præstare putat qui idem non agunt. Nam pulchrum absque ulla arrogantia virtutem peragere, neque seipsum propterea nimis extollendo, si quidquid honestorum desiderio fecerit, neque alios despiciendo qui non iisdem inservierint. Hoc quidem ab Apostolo in genere dictum est, non de præsentibus tantum, sed de re quacunque quam observemus digna. Rursus deinde ad argumentum redit: *Qui autem discernit et manducaverit, damnatus est, quia non ex fide: omne autem quod non ex fide, peccatum est.* Qui discernit non de fratre: nam qui propter fidem, ait, simpliciter et indiscriminatim accipit quæcunque proferuntur, optime manducat; qui autem a fratre dissentit, et propterea et cum invidia in eum manducat, offendit, cibum potius occasionem faciens proximi lacessendi. Qui enim illud non propter fidem et indiscriminatim agere videtur, sed invidia potius in illum; quod autem non simpliciter fit et cum fide, sed ad proximum lacessendum, sane peccatum.

ΚΕΦ. ΙΕ'

CAP. XV.

Στίχ. α'.—Τοῦτο πάλιν πρὸς τοὺς ἀπὸ ἐθνῶν λέγει, οἳ διέπτυον τοὺς ἀπὸ Ἰουδαίων τῆς νομικῆς παρατηρήσεως ἕνεκεν. Ὑμεῖς τοίνυν, φησὶν, οἱ δυνατοὶ, δίκαιοι ἂν εἶητε ἀνέχεσθαι τῆς ἀσθενείας ἐκείνων, καὶ φέρειν

Vers. 1. — Hoc rursus ad eos qui de gentibus, quod propter legales ritus eos obtrectabant qui ex Judæis. Vos ergo, inquit, firmiores, infirmitates illorum sustineatis oportet, illosque sufferatis qui

Digitized by Google

a pristina sententia recedere nequeunt. Nolite vestra tantum cogitare, nam hoc esset vobis placere; melius autem et ea quæ fratris sunt cogitare, ut ille quoque proficiat; atque ut exemplo eos ad hoc hortetur, addit quæ infra.

VERS. 5. — Dicit enim: Deus vobis omnem patientiam et omne solatium largietur, ita ut in invicem consentientes fidei in Christum adhæreamus, atque ita unanimi ore Deum Patrem celebremus. Hæc autem exhortatio per speciem precationis; nam quales eos esse vult, tales optat ut sint. Deinde redit unde diverterat

VERS. 7. — Quo infirmiores potius suscipere velitis, inquit, cogitate quod et vos a pietate alienos Christus in suos suscepit ut a Deo futuram gloriam consequamini. Deinde, quando multum sermonem ad eos qui de gentibus fecerat, firmiores eos vocans, et fidem illorum laudans circa ciborum naturam, ne videatur Judæos ipsos tanquam indignos detrectare, addit quæ sequuntur

VERS. 8. — Prædicta omnia, inquit, protuli ad carpendos eos qui post adventum Christi, legum observationem retinere volunt; nam absurdum existimavi, cunctis a Christo perfectis, ad illa remeari. Nihil autem ad incusandam legem dixi. E contra omnia illa mirabilia putavi et magna, non ignorans illa a Deo fuisse constituta, qui Abraham cum eligeret permulta ei pollicitus est, se generis curam gesturum, et per fœdus cum eo ac genere ipsius ictum cunctas gentes benedictionibus suis repleturum, ita ut omnes Deum rerum omnium creatorem agnoscant, et patrem suum habeant Abraham, plurimi facientes suam cum semine ejus cognationem. Perficiendæ igitur erant promissiones ad Abraham factæ de benedictionibus divinis per ipsum et semen ejus a cunctis gentibus obtinendis. Cum autem plerique Judæorum Dei cura digna non egerunt, et Dei promissiones propter illorum malitiam impleri nequiverunt, Christus ex eis secundum carnem ortus, circumcisionem suscipere sustinuit, licet juxta cæteros Judæos nihil ea indigeret, qui propter suam dementiam in carne sua necessario morum crimen ferunt. Qui enim Christus externis indigeret qui sua de sententia promissa confirmavit, et legis voluntatem complevit? Ast hoc etiam sustulit, ut signum haberet fœderis cum patriarcha facti, atque ita quando omnes in Christum crediderint ex genere Abraham ortum, appareret cum cognatione secundum naturam signum et promissiones Abraham datæ vere et firmiter perfectæ ordirentur, gentibus in Christum semen ejus credentibus, ac simul Abraham pater vocaretur, et prædictionum confirmaretur veritas, omnibus per societatem cum filio Abraham divina

(1) *Spic.*, χαρήσεται.

A αὐτοὺς ἀποστῆναι τῆς παλαιᾶς οὐ δυναμένους γνώμης· μὴ μὴν τὸ ἑαυτῶν περισκοπεῖτε μόνον, τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν, ἄμεινον δὲ καὶ τὸ τοῦ ὁμοπίστου περισκοπεῖν, ὅπως ἂν βελτιωθείη κἀκεῖνος· καὶ παραδείγματι πείθων αὐτοὺς τοῦτο ποιεῖν, ἐπήγαγεν τὸ ἑξῆς.

Στίχ. ε'. — Λέγει μὲν ὅτι χαρίσεται (1) ὑμῖν ὁ Θεὸς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ παράκλησιν, ὥστε ὁμονοοῦντας πρὸς ἀλλήλους τῆς ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἔχεσθαι πίστεως, οὕτω τε σύμφωνον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὴν ὑμνῳδίαν ἀποδιδόναι. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο παραίνεσις ἐν σχήματι προσευχῆς· οἵους γὰρ αὐτοὺς εἶναι βούλεται, τοιούτους εἶναι ηὔξατο· ὅθεν οὐκ ἐξιστάμενος τοῦ οἰκείου σκοποῦ πάλιν ἐπάγει.

B Στιχ. ζ'. — Ὥστε, φησὶ, δίκαιον ὑμᾶς μᾶλλον ἐφέλκεσθαι τοὺς ἀσθενεστέρους, λογιζομένους ὅτι δὴ καὶ ὑμᾶς ἀλλοτρίους ὄντας τῆς εὐσεβείας ὁ Χριστὸς οἰκειώσατο ἐπὶ τῷ τῆς μελλούσης παρὰ Θεοῦ δόξης τυχεῖν. Καὶ ἐπειδὴ πολὺν ἐποιήσατο πρὸς τοὺς ἀπὸ ἐθνῶν τὸν λόγον, δυνατοὺς αὐτοὺς καλῶν καὶ πίστιν ὀνομάζων τὴν περὶ τῶν βρωμάτων γνώμην αὐτῶν, ἵνα μὴ δόξῃ τὰ Ἰουδαίων αὐτὰ ὡς ἂν οὐδενὸς ἄξια λόγου διασύρειν, ἐπήγαγεν τὸ ἑξῆς.

Στίχ. η'. — Τὰ μὲν οὖν προειρημένα, φησὶν, εἴρηταί μοι τὸ ἄκαιρον ἐλέγχοντι τῶν μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν βουλομένων ἀντέχεσθαι τῆς τῶν νομικῶν παρατηρήσεως, ἐπεὶ καὶ ἄγαν ἄτοπον εἶναι νενόμικα μετὰ τὴν τελειότητα τῶν κατὰ Χριστὸν ἐπέκεινα παλινδρομεῖν· ἐπὶ διαβολῇ δὲ τῶν κατὰ τὸν C νόμον ἔφην οὐδέν· τούναντίον γὰρ ἅπαντα ἐκεῖνα θαυμαστὰ καὶ μεγάλα εἶναι νενόμικα, εἰδὼς αὐτὰ διατάξεις ὄντα Θεοῦ, ὃς τὸν Ἀβραὰμ ἐκλεξάμενος ἐπαγγελίας πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο τοῦ ἐπιμελήσεσθαι μὲν τῶν ἐξ αὐτοῦ, ποιήσειν δὲ καὶ τὰ ἔθνη πάντα διὰ τῆς πρὸς αὐτόν τε καὶ τὸ αὐτοῦ σπέρμα οἰκειώσεως τῶν παρ' αὐτοῦ τυχεῖν εὐλογιῶν, ὥστε ἅπαντας Θεόν τε τῶν ἁπάντων αἴτιον ἐπιγινώσκειν, καὶ πατέρα οἰκεῖον ἐπιγράφεσθαι τὸν Ἀβραὰμ, περὶ πολλοῦ τὴν πρὸς τὸ σπέρμα αὐτοῦ τιθεμένους οἰκείωσιν. Ἔδει μὲν οὖν τὰς πρὸς Ἀβραὰμ ἐπαγγελίας πέρας λαβεῖν· περὶ τοῦ ἅπαντα τὰ ἔθνη δι' αὐτοῦ τε καὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ τυχεῖν τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐλογιῶν· ἐπειδὴ δὲ οἱ πλεῖστοι τῶν Ἰουδαίων οὐδὲν τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας ἄξιον διεπράττοντο, οὐδὲ ἔκβασιν αἱ τοῦ Θεοῦ D λαβεῖν ὑποσχέσεις διὰ τὴν ἐκείνων ἐδύναντο κακίαν, ὁ τοίνυν Χριστὸς ἐκεῖθεν κατὰ σάρκα τὸ γένος κατάγων, ἠνέσχετο δέξασθαι τὴν περιτομήν, καίτοιγε οὐδεμίαν ἔχων ἀνάγκην κατὰ τοὺς λοιποὺς Ἰουδαίους, οἳ διὰ τὴν οἰκείαν ἀγνωμοσύνην ἀναγκαίως ἐπὶ τῇ σαρκὸς τοῦ τρόπου τὸν ἔλεγχον φέρουσι· τίνος γὰρ καὶ ἔδει τῶν ἔξωθεν τῷ Χριστῷ ἐπὶ τῆς οἰκείας γνώμης τάς τε ὑποσχέσεις βεβαιοῦντι καὶ τοῦ νόμου πληροῦντι τὸ βούλημα; Ἀλλὰ καὶ τοῦτο εἴλετο, ὥστε ἔχειν τῆς πρὸς τὸν προπάτορα ἐπαγγελίας τὸ σύμβολον, ἵνα ὅταν ἅπαντες ἐπὶ Χριστὸν πιστεύσωσι, τὸν ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ τὸ γένος κατάγοντα, ἐπαγόμενον μετὰ τῆς κατὰ τὴν φύσιν οἰκειότητος καὶ τὸ σύμβο-

Digitized by Google

λον, τῆς πρὸς ἐκεῖνον ὑποσχέσεως ἀληθῆ καὶ βεβαίαν τὴν ἔκβασιν δεχομένης, ὅτι οἱ (1) ἀπὸ ἐθνῶν ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἐκείνου σπέρμα τυγχάνοντα πιστεύσονται, ὁμοῦ τε τὸν Ἀβραὰμ ἐπιγράφεσθαι πατέρα, καὶ διὰ τῆς πρὸς τὸν ἐξ αὐτοῦ οἰκειώσεως τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ καλῶν ἀπολαύοντας, βεβαιοῦν τῶν εἰρημένων τὴν ἀλήθειαν. Εἶλετο, φησὶν, ὁ Χριστὸς τὴν περιτομὴν, δεξάμενος ὥσπερ τις διάκονος γενέσθαι τῶν ὑποσχέσεων ἐπὶ τούτῳ δοθεισῶν τῷ συμβόλῳ, ὥστε τοῦ Θεοῦ φανῆναι τὴν ἀλήθειαν, πέρας τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ὑποσχέσεως οὕτω λαμβανούσης. Οὐκοῦν Ἰουδαῖοι μὲν ἐπειδὰν ἐκεῖθεν Χριστῷ πιστεύσωσιν, ἀκολούθως ἀπὸ τῶν καλῶν ἐπὶ τὰ κρείττω μεθίστανται, οἱ δέ γε ἀπὸ Ἑλλήνων προσιόντες φιλανθρωπίᾳ Θεοῦ τὴν πρὸς ταῦτα οἰκείωσιν δέχονται. Ταῦτα μὲν οὖν εἰς σύστασιν ἔφη τῶν κατὰ νόμον ἐπὶ τῷ δεῖξαι ὅση τις ἐστὶν τῶν Ἑλληνικῶν καὶ τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἡ διαφορὰ, ὥστε (2) μὴ ἀπὸ τῶν προειληφότων διασύρειν τὰ τοῦ νόμου δοκεῖν· ἀκολούθως δὲ πάλιν ἀσφαλίζεται τὸ μὴ Ἰουδαίοις ἀφορμὴν παρασχεῖν κατὰ τῶν ἀπὸ ἐθνῶν ὡς ἂν πρόσφατον δεδεγμένων.

A bona consecutis. Suscepit, ait, Christus circumcisionem, velut minister factus promissionum hoc signo datarum, ita ut Dei appareret veritas, et perficeretur sic promissio ad patres ejus facta. Judæi igitur quando a lege ad Christum transeunt, a bonis ad meliora feruntur; qui autem de gentibus credunt, Dei benignitate ista consequuntur. Hæc igitur dicit ad ea commendanda quæ juxta legem, ut ostendat quo pacto gentiles et Judæi inter se differant, ne prædictis legem detrectare videatur. Merito autem rursus stabilit Judæis non esse cur gentes incusarent, tanquam adoptatas.

Στίχ. θ'-ιβ'.— Ταύταις ἐχρήσατο ταῖς μαρτυρίαις, ὥστε δεῖξαι ὅτι ἀεὶ καὶ παρὰ τοῖς προφήταις δεδοκίμασται τὰ ἔθνη ἀξιόπιστα εἶναι πρὸς τὸ τῆς εὐσεβείας μάθημα, εἰ δὴ βούλοιντο, εἴ γε καὶ εὐχαριστεῖν ἐπ' ὄψεσι ταῖς ἐκείνων ὁ προφήτης ἐπαγγέλλεται, κοινωνεῖν τε τῆς εὐφροσύνης τῷ λαῷ προστάττονται καὶ ὕμνους ἀναπέμπειν Θεῷ.

B Vers. 9-12. — Hæc testimonia profert ut probet semper vel apud prophetas gentes describi tanquam pietatis disciplina dignas, dummodo eam voluerint; siquidem in conspectu eorum gratias agere dicitur propheta, et cum plebe Dei lætari jubentur et Deum hymnis celebrare.

Στίχ. ιε'. — *Τολμηρότερον δὲ*, φησὶν, *ἔγραψα ἀπὸ μέρους*· καλῶς τὸ, *ἀπὸ μέρους*, ἵνα μὴ (3) καθόλου δόξῃ τοῦτο ἀποφαίνεσθαι περὶ ἑαυτοῦ, καὶ τὴν οἰκείαν ἐκβάλλειν οὕτω διδασκαλίαν, ἐπείπερ οὐδὲ ποιεῖν αὐτὸ ἐχρῆν, εἰ δὴ καθόλου τολμηρὸν ἐπεχείρει τοῖς μὴ προσήκουσι· νυνὶ γὰρ τῇ τοῦ *ἀπὸ μέρους* προσθήκῃ καὶ τὸ ἀναγκαῖον τῆς ἑαυτοῦ διδασκαλίας ἐνεδείξατο, καὶ τὴν αἰτίαν σαφῆ πεποίηκεν δι' ἣν τολμηρότερον ἔφη γεγραφ[ηκ]έναι, οὐ τῷ αὐτοὺς διδάσκειν, ἀλλὰ τῷ μετὰ Πέτρον. Δεικνὺς γοῦν τὸ τοῦ πράγματος ἀναγκαῖον, *Ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς*, φησί. Καλῶς τὸ, *ἐπαναμιμνήσκων*. Οὕτω γὰρ, φησὶν, ἀποδέχομαι ἐκεῖνα καὶ θαυμαστὰ εἶναι ἡγοῦμαι, ὥστε οὐδὲ διδάσκειν ἐπαγγέλλομαι, ἀλλ' εἰς ὑπόμνησιν ἄγειν ὧν μεμαθήκατε· καὶ δεικνὺς ὅτι ἁρμόττον αὐτῷ τὸ ποιεῖν, τοῦτο ἐπήγαγεν· *Διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ χάριτος ἠξιώθην, φησὶν, εἰς τὸ ὑπηρετεῖσθαί με τῷ Χριστῷ, τοῖς ἁπανταχόσε ἀνθρώποις διαγγέλλοντα τῶν δι' αὐτοῦ παρασχεθέντων ἡμῖν τὸ μέγεθος, ἐπὶ τὸ κἀκείνους πιστεύσαντας καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἀξιωθέντας χάριτος, τῶν μελλόντων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν. Ἀναγκαίως οὖν καὶ τοῦτο ἐγχειρισθεὶς κέχρημαι τῇ πρὸς ὑμᾶς διδασκαλίᾳ, οὐ καινόν τι διδάσκειν ὑπισχνούμενος, οὐδὲ ὅπερ οὐκ ἔγνωτε παρὰ Πέτρου, εἰς ὑπόμνησιν δὲ τῶν προειληφότων ἄγων ὑμᾶς.

C Vers. 15. — *Audacius autem*, ait, *scripsi ex parte*. Recte dicit *ex parte*, ne illud omnino de seipso asserere videatur, atque ita suam doctrinam everlat; nam profecto nullam sibi fidem promeretur, si omnino audacius ad immodica labitur. Nunc autem illud *ex parte* addens, ostendit quam necessaria sua sit doctrina, et causam aperte declarat de qua se audacius scripsisse fatetur; nam non eos nova docens, sed Petri doctrinam in mentes revocat. Quam necessaria res fuerit præbet illud *Tanquam vobis in memoriam reducens*. Recte *in memoriam reducens*; illa enim, inquit, tam mirabilia esse existimo et confido, ut non ea docere profitear, sed in memoriam vobis reducere quæ didicistis. Et declarans quod hoc agere sibi licebat, addit: *propter gratiam quæ data est mihi a Deo*, et cætera. Gratiam Dei, ait, consecutus sum, ut Christo ministrarem, ubique hominibus prædicans magnitudinem eorum quæ per Christum nobis contigerunt, ut illi quoque credentes, et gratiam Spiritus adepti, futura bona sortiantur. Quod igitur apud vos tentans docendos vos suscepi, non novam doctrinam professus, nec a Petro nondum prædicatam, sed vos ad memoriam prædictorum revoco.

Στίχ. κβ'. — *Διὰ τοῦτο*, φησὶν, *ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν ἐπειχόμην*, ἐπειδὴ ὑμῖν μὲν ἀρκοῦντα τῆς εὐσεβείας διδάσκαλον ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Πέτρον, ἐμὲ δὲ περὶ τὴν τῶν λοιπῶν ὠφέλειαν ἀσχολεῖσθαι ἠβούλετο.

D Vers. 22. — *Propter quod*, ait, *impediebar venire ad vos*, quod vobis Deus idoneum pietatis magistrum miserat, me autem cæterorum necessitatibus inservire volebat.

(1) *Spic.*, τὸ τούς, quæ v. in ὅτι οἱ mutanda censui. Cæterum sententia anacolutho affecta est. Cf. v. ἵνα — ἐπιγράφεσθαι — βεβαιοῦν.

(2) *Spic.* οὕς τε.

(3) *Spic.* v. μὴ abest.

Digitized by Google

VERS. 24. — Illud *ex parte* dicit, quasi eos iterum inviserit, quando non semel tantum Romam venit beatus Paulus.

VERS. 28. — Et *obsignavero eis fructum hunc*, quasi dicat, complevero, hoc est attulero et dedero. Nam etiam si dantium mente perfectus fuerit fructus, usu imperfectus erat, cum ii illum nondum acceperant quorum causa datus fuerat. Mirabilis profecto beati Pauli præscientia, tam accurate rescribentis se ad eos venturum, et deinde in Hispaniam profecturum, et hoc non semel futurum declarans, per illud *ex parte* rem innuens. Quæ autem infra, mirabiliora etiam.

VERS. 29. — Aperte declarat se neque ignorare quo modo ad eos venturus erat, hoc est captivum se ex Judæa Romam pro pietate deducendum esse. Quod non modicum documentum scientiæ qua futura præsciebat.

VERS. 33. — Prædictis miseriis quibus agitandus erat, aptissime eos obsecrat ut eum orationibus adjuvent, ideoque optat ut semper pace fruantur, declarans se, licet ipse pro aliis tanta sufferat, optare ut cæteri cum summa quiete pietatem profiteantur.

CAP. XVI.

VERS. 10. — Non alius videtur hic ab illo quem beatus Lucas in Actibus commendat, tanquam virum eloquentem, et ex Scripturis sacris Judæos confutantem.

VERS. 18. — Illud *benedictiones* pro laudes et adulationes quibus multos seducebant. Illos autem intendit qui ex Judæis, qui fideles et gentibus credentes ubique circumveniebant ut eos ad observationem rituum legalium adhortarentur. Quos sufficienter confutat dicendo : *Domino nostro Jesu Christo non serviunt, sed suo ventri*, quando nil intentatum relinquunt ut alios seducendo ventrem suum compleant. Declarat etiam et hic quod plurimi Petri doctrinam facit, cum per omnia illis retinenda sit, et ab eis declinandum qui præter hanc doctrinam aliquid docere tentarentur.

VERS. 23. — *Œconomum civitatis* vocat quæstorem cui munus demandatum erat de victu comparando ab externis principibus ad instruendam civitatem. Qui absque dubio unus erat eorum qui in Christum credebant.

(1) Cf. scholion Gennadii c. Cram. p. 510.

Στίχ. κβ'. - Τὸ (1) *ἀπὸ μέρους* εἶπεν ὡς καὶ αὖθις πρὸς αὐτοὺς γενησόμενος, ἐπείπερ οὐχ ἅπαξ μόνον εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο ὁ μακάριος Παῦλος.

Στίχ. κη'. — *Καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον*, ἀντὶ τοῦ, πληρώσας αὐτὸν λέγει, ἵνα εἴπῃ, ἀποκομίσας καὶ δεδωκώς· εἰ γὰρ καὶ τῇ γνώμῃ τῶν δεδωκότων τέλειος ἦν ὁ καρπὸς, ἀλλὰ τῇ χρείᾳ ἀτελὴς, οὕπω δεξαμένων ὧνπερ οὖν ἕνεκεν ἐδόθη. Θαυμαστὴ μὲν οὖν ἡ πρόγνωσις τοῦ μακαρίου Παύλου, οὕτως ἀκριβῶς ὑποσχομένου τὸ ἀπελεύσεσθαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἀπ' αὐτῶν εἰς τὴν Σπανίαν, καὶ τοῦτο οὐκ εἰς ἅπαξ ἐμφήναντος ἔσεσθαι, ὅπερ οὖν τὸ *ἀπὸ μέρους* ἐμήνυσεν· ὑπερβολὴν δὲ ἔχει θαύματος τὸ ἑξῆς.

Στίχ. κθ'. — Σαφῶς δείκνυσιν ὡς καὶ τὸν τρόπον ἠπίσατό καθ' ὃν ἔμελλεν ἀπιέναι πρὸς αὐτούς· τοῦτο δὲ ἦν τὸ δέσμιον αὐτὸν (2) ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Ῥώμην ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀχθῆναι· ἦν δὲ καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν εἰς ἀπόδειξιν τῆς γνώσεως, ἣν περὶ τῶν μελλόντων ἐκέκτητο.

Στίχ. λγ'. — Ὡς αὐτὸς ἐν πολλοῖς ἐξετάζεσθαι μέλλων θορύβοις, παρακαλέσας τε αὐτοὺς εἰκότως καὶ προσεύχεσθαι, τούτου γε ἕνεκεν ἐπεύχεται ἐκείνοις τὸ τῆς εἰρήνης ἀπολαύειν ἀεὶ, δεικνὺς ὅτι κἂν αὐτὸς ἐν τούτοις ὑπὲρ ἑτέρων ᾖ, τοὺς γοῦν λοιποὺς μετὰ πάσης ἀνέσεως τὴν εὐσέβειαν μετιέναι εὔχεται.

ΚΕΦ. ΙϚΑΛ'.

Στίχ. ι'. — Ἔοικεν οὗτος εἶναι οὗ καὶ ἐν ταῖς Πράξεσιν ὁ μακάριος μέμνηται Λουκᾶς, ὡς ἐλλογίμου καὶ ἀπὸ τῆς γνώσεως τῶν θείων Γραφῶν συνέχοντος τοὺς Ἰουδαίους ἐν τοῖς ἐλέγχοις.

Στίχ. ιη'. — Τὸ μὲν τῆς *εὐλογίας*, ἵνα εἴπῃ τῆς εὐφημίας καὶ τῆς κολακείας, ἣν ἐπὶ ἀπάτῃ πολλάκις ἐποιοῦντο· λέγει δὲ περὶ τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων· οἳ ἀπανταχόσε περιιόντες, τοὺς ἀπὸ ἐθνῶν πιστεύοντας τῆς νομικῆς ἔχεσθαι παρατηρήσεως πείθειν ἐπειρῶντο, οὓς αὐτάρκως διέσυρεν τῷ εἰπεῖν, ὅτι *Τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ*, εἴ γε ὑπὲρ τοῦ ἀπατῶντας δύνασθαι τὴν ἑαυτῶν γαστέρα πληροῦν πάντα ποιοῦσιν. Ἔδειξεν δὲ κἂν τούτῳ ὅτι σφόδρα ἐπαινεῖ τὰ Πέτρου διδάγματα, ὅπου γε ἐπ' ἐκείνων αὐτοὺς βούλεται μένειν, καὶ ἀποστρέφεσθαι τοὺς παρ' ἐκεῖνά τι διδάσκειν ἐπιχειροῦντας.

Στίχ. κγ'. — *Οἰκονόμον τῆς πόλεως* καλεῖ τὸν βιωτικήν τινα ἐγκεχειρισμένον φροντίδα παρὰ τῶν ἔξωθεν ἀρχόντων ἐπὶ διορθώσει τῆς πόλεως· ἦν δὲ καὶ οὗτος τῶν πεπιστευκότων δηλονότι Χριστῷ.

(2) *Spic.*, αὐτῶν.

Digitized by Google

THEODORI MOPSUESTENI

IN EPISTOLAM I PAULI AD CORINTHIOS COMMENTARII FRAGMENTA (1).

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Στίχ. ιγ'. — Τουτέστιν (2) κατὰ μερίδα τινὲς μὲν τοῦ Χριστοῦ ἔλαχον, ἄλλοι δὲ ἄλλους, οἱ μὲν Κηφᾶν, οἱ δὲ Ἀπολλὼ, ὃς λέγεται πρῶτος ἐπίσκοπος γεγονέναι Κορινθίων.

Στίχ. ιζ'. — Ὁ τοῦ Σωτῆρος σταυρὸς (3) οὐκ ἐκενώθη, ὅτι μὴ ἐν ψιλοῖς ἔχει λόγοις, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ πράγματι τὸ σεπτόν τε καὶ ἀξιάγαστον· πλὴν λελόγισται μωρία παρά γε τοῖς οὐκ εἰδόσι τὴν ἀλήθειαν, ὅτι μὴ ἔνεστιν αὐτῷ τὸ ὡς ἐν λέξει λαμπρὸν, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῖς παρ' αὐτοῖς λόγοισιν (4)· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν καλλιλεξίᾳ καταχρωννύντες τὸ ψεῦδος, ἀποδέουσι κατ' οὐδὲν τῶν τὰ δηλητήρια μέλιτι συγκιρνώντων· οἱ δέ γε τῶν θείων κηρυγμάτων ἱερουργοὶ γεγονότες, ἁπλῆν ὥσπερ καὶ τῶν ὡραίσμῶν ἐλευθέραν προτιθέασι τὴν ἀλήθειαν.

Στίχ. κβ'-κς'. — Ἀντὶ τοῦ (5) πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐναντίους τῆς εὐσεβείας ἡμεῖς τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ προβαλλόμεθα. Οἷα δὲ τὰ κατὰ τὸν σταυρὸν ἐξηγούμενός φησιν, ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι νομίζουσι μὲν αὐτὸν ἀτιμίαν, Ἕλληνες δὲ μωρίαν, ἡμεῖς δὲ δύναμιν καὶ σοφίαν εἶναι τοῦ Θεοῦ πιστεύομεν αὐτὸν, τῶν δι' αὐτοῦ κατορθωθέντων τὸ μέγεθος ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι, δύναμιν δὲ Θεοῦ νῦν καὶ σοφίαν οὐ τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς, ἀλλὰ τὸ περὶ τοῦ σταυροῦ κήρυγμα καὶ οἱονεὶ αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ πράγματος εἰρῆσθαι ὑπολαμβάνοντες. Καὶ διελέγχει γε, φασὶν, τοὺς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου κακῶς ἐντεῦθεν πειρωμένους δεικνύναι σοφίαν τὸν Θεὸν Λόγον ὀνομαζόμενον· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τὴν ἐκ τῆς παροιμιακῆς φωνῆς βλασφημίαν κατασκευάζουσι (6). Δείξας δὲ ὁ θεῖος Ἀπόστολος τὸ τῆς φυσικῆς συνέσεως ἄτονον, καὶ τὸ εὔηθες τῶν ἐπ'

CAP. I.

A

Vers. 13. — Hoc est, partim quidam Christum sortiti sunt, alii alios; hi quidem Cepham, illi Apollo, qui dicitur primus fuisse Corinthiorum episcopus.

Vers. 17. — Non evacuata est Salvatoris crux, quia non pedestri oratione, sed ipsa sua vi venerabilis est et amabilis. Attamen stultitia reputatur apud eos qui veritatem ignorant, quia orationis cultu caret, quo ipsorum sermones ornantur. Illi autem mendacia orationis elegantiis illustrant, haud dissimiles ab eis qui venenum melle temperant; sed prædicatores divinarum doctrinarum veritatem nudam proponunt et omni ornamento sermonis destitutam.

B

Vers. 22-26. — Quasi dicat, adversus omnes pietatis inimicos crucem Christi defendimus. Talia autem de cruce explanans ait: Judæis ignominia habetur, Græcis stultitia; nos autem credimus virtutem illam esse et sapientiam Dei, magnitudinis eorum quæ per crucem perfecta sunt æque conscii; virtutem autem Dei et sapientiam dicunt, non divinitatem Unigeniti, sed ipsam de cruce prædicationem et velut rei naturam declarare intendentes. Et confutabat, aiunt, Arii et Eunomii sectatores qui male exinde probare conati sunt sapientiam vocari Deum Verbum. Hinc enim et ex proverbiorum vocibus blasphemias præparant. Divus autem Apostolus primum probavit, quam infirma sit naturalis intelligentia, et quam fatui sint qui de ea superbiunt, et hoc quidem, rebus

C

(1) Theodorus Epistolas Pauli ad Corinthios Ebediesu teste rogatu Theodori enarravit. Fragmenta interpretationis Epistolæ prioris invenimus in I. *Catenæ in S. Pauli Epp. ad Corinthios. Ad fidem codd. mss. ed. J. A. Cramer.* Oxon. 1841, 8. Editor codice Reg. Paris. 227 usus est, qui commentarium in I ad Cor. Ep. continet antehac ineditum. Codex est chartaceus et sæc. XVI esse exaratus videtur. Hæc fragmenta Theodoro tribuuntur, qui quin Mopsuestenus sit dubitari nequit. Sed ut in alias catenas sic in hanc quoque hic illic errores irrepserunt. Nam animadversiones ad v. μερίδ. ὁ Χρ. I, 13, ad VIII, 2; IX, 5; XII, 3, in cat. p. 18, 156, 167, 226, Θεοδώρου καὶ Θεοδωρίτου esse dicuntur, sed verba quidem sunt Theodoreti. Item p. 342 (Ἰωάννου κ. Θεοδώρου), verba sunt Chrysostomi. Vid. homil. 44 in Ep. I ad Cor.; — et p. 466 (Θεοδώρου καὶ Ἰωάννου vid. etiam cat. Œcum. et Arethæ supra laud., p. 463). Theodoreti (vid. ej. Opp. ed Hal., III, p. 249). Deinde adnotationes Theodoreti p. 222, 246, 248, 329, falso Theodoro tribuuntur. Contra non omnia, quæ Theodoreto ascribuntur genuina sunt; certe in ejus commentario in I Ep. ad Cor. plures observationes frustra quæsivi. Vid. p. 2, v (Σοφῶς — — αὐτά.) 7, 10 (Εἰ. — Λοιπὸν γάρ. — 16, 108 (ὡς εἶναι — ἔξεστιν. — 252, 300 (Ἀπαρχὴ Χριστός. — 312, 343 (Ταύτην τὴν — ὑποκρίσεως.) Hæc si non omnia, ex parte tamen Theodorea esse licet conjicere.

(2) Hoc scholion assignatur in cod. Roe 16 (cat. Cram. p. 477) et in cat. Œcum. et Ar. laud. p. 386 Θεοδωρ., in cat. Cr. p. 16, Theodoreto, sed in hoc non reperi. Cat. Cr. p. ἔλαχον λαβεῖν δὲ ἄλλον ἐν Κορινθίοις. Verum quæ in cat. Cram. p. 478 ex eodem cod. Roe 16 afferuntur Θεο sunt Theodoreti. V. Opp. ed. Hal. III, p. 242.

(3) C. Cram. p. 18.

(4) *Λόγοισιν.* V. Matthiæ *Ausf. ariech. Grammat.* ed. II, I, p. 150.

(5) C. Cram. p. 28.

(6) V. δύναμιν δὲ Θεοῦ... κατασκευάζουσι catena scriptor ex Theodoreto desumpsit, nisi quod verborum structionem paulo immutavit, et v. κ. οἱονεὶ — ὑπολαμβ. ex Theodoro credo adjecit. Non unum solum interpretem ejus animo obversatum esse verba φασὶν indicavit. In seq. etiam v. excerpendis magna libertate versatus est.

Digitized by Google

rite examinatis ut arrogantiam tollat eorum qui propterea primas tenere et cæteris dominari voluerint. Probata igitur vanitate eorum qui ea de re gloriantur, ita ut pro bono reputent ab ea vocari, tertiam probationem adit exhortatoriam, nempe a semetipsis.

VERS. 26.— Quasi dicat, *In vobis* secundum hanc vitam.

CAP. II.

VERS. 12. — Mundum enim vocat omnem creaturam, uti alibi (IV, 9) dixit : *Spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus.*

VERS 13. — Quasi dicat : per spiritus argumenta spiritus doctrinam confirmamus. Nam *comparantes* non pro conferentes dicit, sed pro demonstrantes. Hic comparare significat demonstrare per metaphoram ab eis desumptam quæ comparatione demonstrationem probatiorem efficiunt.

CAP. III.

VERS. — Præstantissima documenta non solvuntur cum hac vita, sed majori etiam luce splendebunt operibus tunc probata. Qui igitur hæc docet, ait, quæ tunc magis etiam permanere poterunt, quando Dominus apparebit, pro his omnino mercedem accipiet. Qui autem contraria docet, ait, hac in vita forte sufficere poterit, evanescet autem omnino tempore quo cuncta perficientur. Ille non solum mercedem laborum susceptorum hic percipiet, quam sibi promeritus est pro virtute laborans, sed et alia de causa salvus erit, qua etiam salvari potuisset, ignis probatione purgatus, quæ pro malis operibus ei subeunda ; hoc enim dicit, *sic tamen quasi per ignem.*

CAP. IV.

VERS. 12, 13. — Qui enim in tantis malis nulla externa consolatione levatur, sed summo cum labore sibi victum quotidianum comparat, intolerabili premitur miseriarum pondere. *Maledicimur, et benedicimus ; persecutiones patimur, et sustinemus; blasphemamur, et obsecramus.* Maledicta vocat contumelias quibus afficitur, blasphemias autem quæ ab adversariis ad incusandam vitam in nos proferuntur ; unde primum *benedicimus* dicit, hoc est oramus pro injuriis, et deinde *obsecramus*, hoc est blande cum increpantibus conversamur, obsecrantes eos ne nos calumnientur.

Vox *Peripsema* per metaphoram dicta est de eis

(1) Stephani *Thes. Gr. l.* ed. Lond. « συνεξετάζειν videtur esse contendere, παραθεωρεῖν, Bud. sed l. non proferens. Συνεξέτασις Epiph. 1, 960. »
(2) V. ἀποδ... φρονούντ. videntur delenda esse.
(3) C. Cram. p. 30. Θεοδώρου καὶ Θεοδωρίτου. ib. Quæ adduntur Theodoreti sunt. In Theodoreto scribe ex hac cat., καὶ γὰρ καὶ ἐκ.
(4) C. Cram. p. 45.

A αὐτῇ μεγαλοφρονούντων, τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων συνεξετάσεως (1) ἐπὶ τὸ καθελεῖν μὲν τὸν τῦφον τοῦ διὰ τοῦτο κατάρχειν καὶ πρωτεύειν βουλομένου τῶν λοιπῶν, ἀποδείξας δὲ τὸ εὔηθες τῶν ἐπ' αὐτὸ μεγάλα φρονούντων (2), ὡς ἐν ἀναθοῦ δὴ τίθεσθαι μοίρᾳ τὸ καὶ ἀπ' αὐτοῦ καλεῖσθαι, ἐπὶ τρίτην ἀπόδειξιν μεθίσταται μάλα ἐντρεπτικήν, τὴν ἀπ' αὐτῶν.

Στίχ. κς'. —Ἵνα εἴπῃ (3)· Ἐν ὑμῖν κατὰ τόνδε τὸν βίον.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Στίχ. ιθ'. — Κόσμον γὰρ (4) τὴν σύμπασαν ὀνομάζει κτίσιν, καθὼς ἑτέρωθί φησιν, ὅτι *Θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις.*

Στίχ. ιγ'. — Ἀντὶ τοῦ (5) Διὰ τῶν τοῦ Πνεύματος B ἀποδείξεων τὴν τοῦ Πνεύματος διδασκαλίαν πιστούμεθα· τὸ γὰρ, *συγκρίνοντες*, οὐκ ἀντὶ τοῦ, παρεξετάζοντες λέγει, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ, ἀποδεικνύντες, συγκρίνειν τὸ ἀποδεικνύναι εἰρηκὼς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκ μεταφορᾶς τῶν τῇ συγκρίσει μείζονα τοῦ δοκιμωτέρου τὴν ἀπόδειξιν ποιουμένων.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Στίχ. ιε'. — Τὰ κάλλιστα (6) τῶν διδαγμάτων οὐ συγκαταλύεται τῷ παρόντι βίῳ, μένει δὲ λαμπρότερα ἐπὶ τῶν ἔργων τότε δεικνύμενα. Ὅς ἂν οὖν ταῦτα διδάσκει, φησὶν, ἃ καὶ τότε δύναται μένειν μειζόνως, τοῦ Δεσπότου φανέντος Κυρίου, κομιεῖται τὸν ὑπὲρ τούτων πάντως μισθόν· ὃς δ' ἂν τὰ ἐναντία διδάσκει, φησὶν, ἄχρι μὲν τοῦ παρόντος βίου δύναταί πως κρατεῖν, ἀφανίζεται δὲ πάντως τῷ τῆς συντελείας καιρῷ· C οὐ μόνον ζημιοῦται τῶν ἐνταῦθα πόνων τὸν μισθὸν, ὃν ἠδύνατο καρποῦσθαι, πονεῖν ὑπὲρ τῶν καλλίστων αἱρούμενος, ἀλλὰ καὶ ἂν σώζηται διά τινα ἑτέραν αἰτίαν σώζειν αὐτὸν δυναμένην, οὐ διαφυγὼν τὴν διὰ πυρὸς ἐξέτασιν, ἣν ὑποσχεῖν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν χειρίστων ἀνάγκη διδαγμάτων· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ, *Οὕτως δὲ ὡς διὰ πυρός.*

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Στίχ. ιβ', ιγ'.— Τὸ γὰρ (7) ἐπὶ τοσούτοις μηδεμίαν ἔχειν ἔξωθεν παραμυθίαν, ἀλλὰ καμάτῳ πορίζεσθαι τὴν ἐφήμερον τροφὴν ἀνυποίστως ἐποίει τῶν κακῶν τὴν πεῖραν. *Λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα· βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν* · λοιδορίαν λέγει τὰς εἰς αὐτὸν ὕβρεις, βλασφημίαν δὲ τὰ D παρὰ τῶν ἐναντίων λεγόμενα ἐπὶ διαβολῇ βίου, ὅθεν ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου τὸ, *εὐλογοῦμεν*, τέθεικεν ἀντὶ τοῦ, Εὐχόμεθα ὑπὲρ τῶν ὑβριζόντων, ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου, *Παρακαλοῦμεν*, ἀντὶ τοῦ, ἠπίως τοῖς διαβάλλουσι διαλεγόμεθα, παρακαλοῦντες μὴ καταψεύδεσθαι ἡμῶν.

Τὸ, *Περίψημα*, ἐκ μεταφορᾶς εἴρηται τῶν τὰς (8)

(5) C. Cram. p. 45. V. διὰ τοῦτο — συγκρίνοντες, quæ præmittit cat., Theodoreti sunt. ib. ἀποδείξεων scripsi ad sententiam certe verissime. Cram., θαυμάτων. Cod., θανάτων.
(6) C. Cram. p. 61.
(7) C. Cram. p. 83.
(8) Cat. Cram. : εἰσ. ταύτας τὰς.

Digitized by Google

τραπέζας μετὰ τὸν τοῦ φαγεῖν καιρὸν ἀποψώντων καὶ ἀποῤῥιπτόντων ὡς περιττὰ ψήγματα.

qui cœna confecta mensas abstergunt et velut frusta superflua dejiciunt.

ΚΕΦΑΛ. Ε'

Στίχ. ε'. — Ἐδυσώπησεν (1) τῇ μνήμῃ τοῦ Χριστοῦ, ὥστε μὴ τῇ χάριτι τῇ πρὸς ἐκεῖνον παριδεῖν τὸ δέον, *Παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Τὸ μὲν, *Παραδοῦναι τῷ Σατανᾷ*, οὐχ ὡς αὐτὸς τοῦτο γενέσθαι ὁρίζων εἶπεν, ἀλλ' ὡς ἂν τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἐξεωθῆναι διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀλλοτριώσεως ὑπὸ τὴν τοῦ Σατανᾶ γενομένην ἐξουσίαν· ἡ μὲν γὰρ παρ' αὐτοῦ τιμωρία ἦν τὸ τῆς Ἐκκλησίας αὐτὸν ἐξῶσαι, ἐκ δὲ τούτου πάντως ἐκεῖνο συνέβαινεν· ὁ μέντοι Ἀπόστολος ἀντὶ τῆς τιμωρίας τὸ (2) ἀποβαῖνον εἶπεν, ὥστε φοβῆσαι μᾶλλον. Ἐξῶσαι δέ φησιν αὐτὸν, οὐκ ἀλλοτριῶσαι πάντη βουλόμενος, ἀλλ' ἵνα τοῦ (3) οἰκείου αἰσθόμενος πλημμελήματος, μεταμελείᾳ τινὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον συντρίψας ἑαυτὸν, δυνηθῇ τῆς μελλούσης σωτηρίας ἄξιον ἑαυτὸν καταστῆσαι. *Ὄλεθρον* εἶπεν *σαρκὸς* τὴν κατὰ τὸν παρόντα βίον διὰ τῆς μεταμελείας συντριβήν. Καὶ ἐπειδὴ ἡ ἀνάστασις ἡμῶν τῇ τοῦ πνεύματος δυνάμει γενέσθαι μέλλει, πολλάκις ἐπὶ τῆς ἀναστάσεως καὶ τῆς ἀθανασίας τὴν τοῦ πνεύματος λαμβάνει σημασίαν· οὕτως ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους φησίν· *Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι*, ἀντὶ τοῦ, Ἔξω τῆς τοῦ θανάτου γεγονότες ἀποφάσεως, ἐν ἐλπίδι τῆς ἀθανασίας καθεστήκατε.

CAP. V.

VERS. 5. — Exorat eos memoria Christi, ut ne gratia in eum neglecta munere fungantur et istum hominem *Satanæ tradant in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.* Tradere Satanæ dicit, non quasi ipse hoc definiat, sed quod homo ex Ecclesia rejectus, utpote a Deo alienus factus, imperio Satanæ subjicitur. Ipsa enim pœna rejectio ex Ecclesia, hoc autem facto illud simul accidebat. Apostolus autem non pœnam memorat sed quæ postea eventura erant, quo vehementius terreat. Rejiciendum esse dicit eum, non ut omnino alienetur, sed ut peccati sui conscius, pœnitentia se hac in vita affligat, ideoque futuram salutem adipisci mereatur. *Interitum carnis* vocat corporis afflictationes per pœnitentiam his in terris acceptas. Et eum resurrectio nostra virtute spiritus perficienda, sæpius resurrectionem et immortalitatem, spiritum commendando, significat : ita in Epistola ad Romanos : *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu* (*Rom.* VIII, 9); quasi dicat : a mortis imperio liberati in spe immortalitatis constituti estis.

Στίχ. η'. — Ἀκολούθως (4) καὶ νῦν ἐχρήσατο τῇ ἐπαγωγῇ μετὰ τὴν ἀπόφασιν· ὡς γὰρ παρὼν, οὕτω πρὸς τοὺς παρόντας λοιπὸν διαλέγεται, καί φησιν· Ὁ τῷ κακῷ συνημμένος κατὰ διάθεσιν ἀναγκαίαν δέχεται τῷ χρόνῳ τὴν πρὸς αὐτὸν κοινωνίαν· καὶ ἀκολουθῶν τῷ παραδείγματι, ἀπὸ τῶν πραγμάτων τὴν πρὸς αὐτοὺς ποιεῖται παραίνεσιν.

VERS. 8. — Apte post præcepta nunc inductionem etiam adhibet. Nam velut præsens cum præsentibus conversatur, et ait : Qui intima cum malo societate conjungitur necessario labentibus annis ab eo inficitur; atque argumento instans, re memorata, hortatur eos.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Στίχ. α', β'. — Ζητήσειεν (5) ἄν τις τίνος ἕνεκεν ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους πᾶσαν ἐξουσίαν ἀπὸ Θεοῦ φάσκων εἶναι καὶ σφόδρα γε ἐπαίρων, ἐνταῦθα ἀδίκους αὐτοὺς ἐκάλεσεν καθόλου; Ὅτι ἐκεῖ μὲν περὶ τοῦ δεῖν τὰ ὀφειλόμενα κἀκείνους πληροῦν διαλεγόμενος, ὑπὸ Θεοῦ κἀκεῖνα εἰκότως τετάχθαι λέγει αὐτὰ καθ' αὑτὰ, ἀπὸ τοῦ σκοποῦ καθ' ὃν τέτακται κρίνων αὐτὰ, ἐνταῦθα δὲ πρὸς τοὺς κρινομένους λέγει (6), διὰ τὸ βούλεσθαι τῷ τε χρόνῳ καὶ τῇ περιουσίᾳ καὶ τῇ δυναστείᾳ συντρίβειν αὐτούς· πρὸς γὰρ οὐδὲν τούτων οἱ πένητες ἐξαρκεῖν δυνάμενοι, οὐ ῥᾳδίως τοῦ δικαίου τυγχάνειν δύνανται. Ἀδίκους ἐκάλεσεν ἀπὸ τῆς τούτων γνώμης, ἀντὶ τοῦ καταφεύγειν ἐπ' ἐκείνους παρ' οἷς δύνῃ συγκαλύψαι τὴν κατὰ τοῦ πένητος ἀδικίαν διὰ πολλῶν· ὅθεν καὶ καλῶς εἶπεν, *Τολμᾷ. Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι;* Παραιτεῖσθε, φησὶ, τούτους ὑμεῖς, ὧν ἡ ἀρετὴ πάντα κρίνει τὸν κόσμον, οὐ κατὰ ἐξέτασιν, ἀλλὰ κατὰ παράθεσιν.

CAP. VI.

VERS. 1, 2. — Quæres forte quare in Epistola ad Romanos (XIII, 1) omnes potestates a Deo esse dicat, et summis eas laudibus extollat, hic autem *iniquos* in genere nominet? Quia tunc ad Romanos de officiis complendis disserit, dicit munera omnia Dei jussu optime constituta esse per ipsa, judicans ea a fine ad quem ordinata sunt; hic autem litigantes alloquitur, quia fratres more et opibus et potestate conterere conantur. Nam istis destituti pauperes, non facile jura tueri possunt. *Iniquos* vocavit eos ab istorum mente, quasi dicat : ad eos confugitis, apud quos iniquitatem vestram in pauperem multis velare possitis : unde et recte dicit *Audet. Nescitis quia sancti mundum judicabunt?* Vos, inquit, eos respuitis quorum virtus omnem mundum judicabit, non per probationem, sed per comparationem.

(1) C. Cram. p. 92.
(2) Loco v. τό in cat. legitur γάρ.
(3) Cat., ἀλλὰ τοῦ.
(4) C. Cram. p. 95.
(5) C. Cram. p. 101.
(6) V. κρινομ. λέγει ego adjeci. ib. Cat. : διὰ τοῦ.

Digitized by Google

VERS. 2, 3.— A quibus omnis mundus judicatur, il de divitiis pronuntiare non poterunt? Animum autem præsertim permovet illud *in vobis*, complectens simul eos qui respuunt, quasi semetipsos repudiarent fideles repudiando. Ut rem augeat adjicit : *Nescitis quoniam angelos judicabimus?* Nam hoc quasi majus addit. Mundi igitur opponit *minima* judicia, velut indigna quæ cum eo conferantur, et angelis *sæcularia*, quia illi ab hoc sæculo alieni.

VERS. 4, 5. — Sæcularia igitur judicia si habueritis : num contemptibiles eos qui sunt in Ecclesia constituitis ad judicandum? Ne eis præcipere videatur ut vere humillimum quemque exquirant, et tales pro judicibus constituant, addit : *Ad verecundiam vestram dico.* Qui autem judices eligendi, addit.

VERS. 11. — Hoc enim dicit : Licet ista olim egeritis, nunc sanctificationem adepti communione cum Spiritu propter fidem in Christum, illa summo studio effugiatis oportet.

VERS. 12. — At dices forte, ait : *Omnia mihi licent.* Deinde adjicit : *Sed non omnia expediunt*, concedens omnia licere, sed non omnibus licentia utendum. Nam cum non omnia expediunt, manifestum ea non omnibus peragenda, sed tantum quibus prosunt. Deinde antithesim resumens, aliter eam proponit : *Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.* Video enim, ait, ne libertatem quidem salvam et incolumem remansuram, si omnia simpliciter aggrediar, non illis ad utilitatem meam usus; ita nec concesso hoc omnia licere, non omnia facienda erunt. Sic demonstrat etiam neque omnia licere, sed quæcunque nulla lege prohibentur; declarans per comparationem quædam in nobis, quædam vero non in nobis.


CAP. X.

VERS. 5. — Hæc ad Deum dicta sunt ab iis qui in Babylone, quasi intenderent: Hostiam a me non postulasti, sed ut tibi obedirem, tuamque facerem voluntatem; ad saniora vero revocatis certus reditus. Mutata autem voce, velut ex persona Christi locum profert, pro *aures*, *corpus*, dicens, *perfecisti mihi* (*Psal.* XXXIX, 7).

VERS. 26. — Qui his in terris a bono ad malum deficiunt, post resurrectionem æternis pœnis tradantur oportet, cum tunc nullus sit pœnitentiæ locus. Non enim hic viventibus pœnitentiam denegat, sed declarat tunc nullam ei veniam futuram, qui hic in peccato usque permanserit, et malitiam suam nunquam intellexerit, sed dementer summa cum voluptate perfecerit omne peccatum.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Στίχ. α', β. — Τὸ περὶ (5) τῆς πίστεως ζητούμενον παρὰ Ἰουδαίοις μάλιστα εἰδὼς, ἀπό τινος ἀκολουθίας πολλαῖς ταῖς περὶ αὐτοῦ κέχρηται ἀποδείξεσιν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ προεβάλοντο τὸν νόμον καὶ τὴν ἐκ τῶν ἔργων αὐτοῦ δικαίωσιν, οὗτοι δὲ τὴν πίστιν, τοῦτο λέγοντες, ὅτι κἂν μυρίοις τις ἐνέχηται κακοῖς, πιστεύσας μόνον Χριστῷ σύντομον ἁπάντων δέχεται τὴν ἀπαλλαγὴν, τῆς παρ' αὐτοῦ δικαιώσεως ἀξιούμενος· ὅθεν ὁρισάμενος αὐτὴν, ὁμοῦ μὲν ὥστε οἰκειῶσαι τοῖς προειρημένοις, ὁμοῦ δὲ ὥστε μᾶλλον αὐτὴν δυνηθῆναι δεῖξαι παρὰ πᾶσι φαινομένην τοῖς ἐναρέτοις καὶ παλαιοῖς ἀνδράσιν, ἐπάγει· *Ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι.*

Στίχ. ιθ'. — Τοῦτο λέγει (6), ὅτι ἀκολούθως ἔτυχεν τῇ ἑαυτοῦ πίστει· τῇ γὰρ ἀναστάσει πιστεύσας, διὰ συμβόλων τινῶν ἀποθανόντα αὐτὸν ἐκομίσατο. Τὸ γὰρ ἐν πολλῇ τοῦ θανάτου προσδοκίᾳ γενόμενον μηδὲν παθεῖν, τοῦ ἀληθῶς ἀναστησομένου σύμβολον ἦν, ὅσον τοῦ θανάτου πρὸς βραχὺ γευσάμενος, ἀνέστη μηδὲν ὑπὸ τοῦ θανάτου παθών· τὸ γοῦν, *ἐν παραβολῇ*, ἀντὶ τοῦ, ἐν συμβόλοις.

CAP. XI.

VERS. 1, 2. — Cum sciret a Judæis fidem quam maxime inquiri, merito permulta hac de re disserit. Illi enim legem et justificationem per opera tuebantur, Christiani vero fidem, dicentes, quod etiam si millibus quis agitatus fuerit malis, Christo unice confidens breviter ab omnibus liberabitur, ab ipso justificationem adeptus. Unde definiens eam ita ut simul et prædictis conveniat, et illam potius apud omnibus sanctis et veteribus viribus exstitisse demonstret, adjicit: *In hac enim testimonium consecuti sunt senes.*

VERS. 19. — Hoc dicit, quod fidei convenientia sortitus est. Nam in resurrectionem credens accepit eum per figuras quasdam defunctum. Quod enim in tanta mortis exspectatione nil moveretur, hoc vere resurrecturi figura, in quantum mortem breviter tantum hic gustans, resurrexit, nil per mortem perpessus illud igitur *in parabola*, quasi dicat, in symbolis.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Στίχ. α'. — Οὐχ ἁπλῶς (7) εἶπεν ὅτι εἰς πᾶσι τῆς ἀνταποδόσεως καιρὸς (οὐ γὰρ τοῦτο ἦν αὐτῷ προκείμενον), ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ τοσαῦτα μὲν πεποιηκότες, τοσαῦτα δὲ καὶ πεπονθότες διὰ πίστεως, ὅμως ἔτι περιμένουσι τῶν ἐπαγγελθέντων τὴν ἀπόδοσιν, οὐ δυσχεραίνοντες, εἴ γε μεθ' ἡμῶν κομιοῦνται τῶν ὑστέρων, ὅπερ τὴν ὑπομονὴν αὐτῶν ἐδείκνυ μείζονα, εἴπερ δὴ καὶ μετὰ θάνατον ἔτι περιμένουσι τοὺς ἀγωνίσασθαι ὁμοίως αὐτοῖς ὀφείλοντας, ὥστε μετ' ἐκείνων τυχεῖν τῆς τῶν καλῶν ἀπολαύσεως. *Μαρτύρων* δὲ ἐνταῦθα οὐ τῶν πεπονθότων λέγει, ἀλλὰ τῶν μαρτυρούντων πρὸς τὴν πίστιν (8).

CAP. XII.

VERS. 1. — Non simpliciter dicit unum esse omnibus mercedis tempus, nam hoc non sibi proposuerat, sed vult demonstrare quod vel tanta agentes, tantaque perpessi per fidem expletionem tamen promissorum exspectant, non ægre ferentes, si nobiscum ultima consequantur, quod potentiam eorum summam indicat; siquidem vel post mortem adhuc exspectant eos, qui eadem ratione certaturi sunt, ita ut cum eis egregia mercede fruantur. *Testes* hic vocantur non qui passi sunt, sed qui fidem profitentur.

(1) C. Cr. p. 232. (Θ.) Θ. δέ φησιν εἰς τό· Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, κ. τ. λ.
(2) C. Cr., καὶ εὐθυμοι.
(3) C. Cr. p. 238. (Θ.) Θ. δέ φησιν.
(4) C. Cr. ἐπιτελῶν. Quæ deinde in cat. sequuntur Chrysostomi sunt.
(5) C. Cr. p. 242. (Θ.) Θ. δέ φησι.
(6) C. Cr. p. 250. (Θ.) Θ. δέ φησιν εἰς τό· ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο.
(7) C. Cr. p. 258. (Θ.) Θ. δέ φησιν
(8) Quæ deinde catena addit Chrysostomi sunt.

Digitized by Google

Vers. 12, 13. — Ubi sunt qui contendunt ab Apostolo in hac Epistola pœnitentiam tolli dicente (VI, 4, 6): *Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati*, et cætera, *rursus renovari ad pœnitentiam?* Qui hæc putant? Quare *remissas manus* et *soluta genua* erigere jubet? Et claudicantem qui sanari voluerit is qui non peccatorum admitteret pœnitentiam? Quod autem fidelibus scribat, manifestum ex eo quod eis dicat: *Rememoremini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum.*

Vers. 17. — Non cogitat per hæc pœnitentiam tollere, sed docere nos, nisi convenienter tempore opportuno convertamur, eam postea nunquam esse consecuturos, quando tempus aderit quo cuique sua pro meritis retribuentur. Non studet enim sibimetipsi pugnare, et hoc ita ex nuper allatis. Ast etiam ex prædicto exemplo apparet mens ejus. Primum enim Esau memoravit, iratum quidem quando benedictione frustratus est, sed nihilominus vel postea pravos mores retinentem. Deinde non frustratus est remissione peccatorum quasi eum de illis pœnituisset; non enim id postulavit sed benedictionem, quæ ubi semel fratri rite data fuerit, jam rursus neque ab hoc auferri nec Esau dari poterat. Attamen et in his perspicere licet, quod non omnino inutiles ei lacrymæ fuerunt; nam pater propterea vehementius pro eo commovetur illique nonnullas benedictiones dedit; adeo per hæc pœnitentiam tollere nolebat.

Vers. 26, — Recte a voce prophetæ, et eorum quæ nunc sunt mutationem, futurorum firmitatem confirmat. Nam illud *movebo* declarat cuncta hæc omnia esse immutanda, sed vocem *semel* addens immutabilitatem indicat eorum quæ tunc condentur.

CAP. XIII.

Vers. 7. — *Præpositos* dicit Theodorus, quicunque apud eos sermonem pietatis prædicaverint, et a Judæis ibi interfecti sunt. Multi autem erant, non Stephanus tantum et Jacobus qui gladio percussus est, sed et Jacobus frater Domini, et alii innumeri, quorum memoria nulla occurrit.

Vers. 16. — *Beneficentiam* vocavit ad laudanda opera, *communionem* vero quod eis fratres fiunt; quasi enim nostra cum eis nobis communicanda essent, ita cum studio indigentiis eorum occurramus oportet.

Στίχ. ιβ', ιγ'. — Ποῦ εἰσιν (1) οἱ λέγοντες τὸν Ἀπόστολον ἐν ταύτῃ τῇ Ἐπιστολῇ ἀναιρεῖν τὴν μετάνοιαν διὰ τοῦ λέγειν· *Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας*, καὶ τὰ ἑξῆς, *πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν; πῶς ἄρα ταῦτα νοοῦσιν; πῶς τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθωθῆναι κελεύει*; χωλοῦ δὲ ἔασιν ποίαν βούλεται γενέσθαι ὁ μετάνοιαν τῶν ἡμαρτηκότων οὐ προσιέμενος; ὅτι γὰρ ταῦτα πιστοῖς γράφει, δῆλον ἐξ ὧν φησι πρὸς αὐτούς· *Ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων* (2).

Στίχ. ιζ'. — Οὐ τὴν (3) μετάνοιαν ἀνελεῖν διὰ τούτων βούλεται, ἀλλὰ διδάξαι ὡς οὐκ ἔνεστιν ἐν καιρῷ τὴν προσήκουσαν διόρθωσιν οὐκ ἐπιδεξαμένους ὕστερον αὐτὴν ἀνακτᾶσθαι, ὅταν ὁ τῆς ἀνταποδόσεως καιρὸς καταλλήλως ἐπάγεσθαι τῷ ἑκάστου τρόπῳ μέλλῃ· οὐ γὰρ ἐναντία λέγειν ἐσπούδακεν ἑαυτῷ, καὶ ταῦτα οὕτως ἐκ τοῦ σύνεγγυς· γνοίη δ' ἄν τις ἐκ τοῦ παραδείγματος ὃ φησι. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐμνημόνευσε τοῦ Ἡσαῦ, τότε μὲν ἀθυμήσαντος, ὅτε τῆς εὐλογίας οὐκ ἔτυχεν, μείναντος δὲ ἐπὶ τῆς τοῦ τρόπου κακίας ὁμοίως καὶ μετὰ τοῦτο· ἔπειτα οὐχὶ συγχωρήσεως ἁμαρτημάτων μετανοήσας οὐκ ἔτυχεν ἐκεῖνος, οὐ γὰρ τοῦτο ᾔτει τότε, ἀλλ' εὐλογίαν (4), ἣν κατὰ τὴν ἀξίαν τοῦ τρόπου τῷ ἀδελφῷ δοθεῖσαν ἀφαιρεθῆναι αὖθις οὐδαμῶς οἷόν τε ἦν καὶ δοθῆναι τούτῳ πάλιν. Ἔστι μέντοι καὶ τοῦτο εὑρεῖν, ὡς οὐκ ἀνόνητα αὐτῷ πάντη τὰ δάκρυα ἐγένετο· ἀμέλει φαίνεται ὁ Πατὴρ μετὰ τοῦτο παθὼν ἐπ' αὐτῷ καί τινας εὐλογίας αὐτῷ δεδωκώς· οὕτως οὐ τὴν μετάνοιαν ἀνελεῖν διὰ τούτων βούλεται.

Στίχ. κς'. — Καλῶς (5) ἀπὸ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς τῶν τε νῦν τὴν μεταβολὴν καὶ τῶν ὑστέρων τὸ βέβαιον συνίστησιν· τὸ μὲν γὰρ *σείειν* ἐπαγγείλασθαι τὴν μετάθεσιν αὐτῶν δηλοῖ πάντως ὡς ἐσομένην, τῇ δὲ τοῦ *ἅπαξ* προσθήκῃ τῶν μετὰ τοῦτο δηλοῖ τὸ ἀμετάθετον.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Στίχ. ζ'. — Θεόδωρος (6) δέ φησιν *ἡγουμένους* τοὺς παρ' αὐτοῖς καταγγέλλοντας τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας καὶ τελειωθέντας ὑπὸ Ἰουδαίων αὐτόθι· πολλοὶ δὲ ἦσαν, οὔτε Στέφανος μόνον καὶ Ἰάκωβος ὁ μαχαίρᾳ ἀναιρεθείς, ἀλλὰ καὶ ὁ τοῦ Κυρίου ἀδελφὸς Ἰάκωβος, ἕτεροι δὲ πλεῖστοι σιωπῇ παραδεδομένοι.

Στίχ. ις'. — *Εὐποιΐαν* (7) εἶπεν εἰς ἔπαινον τοῦ γινομένου, *κοινωνίαν* δὲ διὰ τὸ περὶ ὁμοπίστους γίνεσθαι· ὡς ἂν δέον κοινωνοὺς ἡγεῖσθαι τοὺς τοιούτους τῶν προσόντων ἡμῖν, οὕτω μετὰ σπουδῆς ταῖς χρείαις αὐτῶν ἀρκεῖν αἱρουμένους (8).

(1) C. Cr. p. 263. Θ. φησί.
(2) Quæ postea in cat. sequuntur sunt Chrysostomi.
(3) C. Cr. p. 266. Θ. δέ φησιν. 13. V. οὐκ om. c. Cr.
(4) C. Cr., εὐλογίας, ἤ.
(5) C. Cr. p. 270. (Θ.) Θ. δὲ ὧδε λέγει.
(6) C. Cr. p. 271. (Θ.)
(7) C. Cr. p. 278. Θ. δέ φήσιν.
(8) Quæ deinde in cat. sequuntur sunt Chrysostomi.

Digitized by Google

THEODORI MOPSUESTENI

FRAGMENTA DOGMATICA.

EX LIBRIS DE INCARNATIONE FILII DEI.

Theodori (1) *ex libro primo De incarnatione, interpretationem facientis de confessione Petri, in qua dicit:* Tu es Christus Filius Dei vivi [1].

Sicut igitur per hujusmodi confessionem non deitatis Nathanael habens scientiam ostenditur [2], (Judæi et Samaritæ talia sperantes plurimum, quantum Dei Verbi a scientia longe erant?) sic et Martha per confessionem illam, non deitatis habens tunc scientiam probatur [3], manifeste autem nec beatus Petrus. Adhuc etenim ipsis sufficiebat tunc, revelationem illam suscipientibus, præcipuum aliquid et majus de ipso præter cæterorum hominum phantasiam accipere. Post resurrectionem autem spiritu perducti ad scientiam, tunc revelationis perfectam scientiam suscipiebant, ut scirent quia præcipuum ipsi præter cæteros homines non aliquo puro honore ex Deo pervenit, sicut in cæteris hominibus, sed per unitatem ad Deum Verbum, per quam omnis honoris ei particeps est post in cœlos ascensum.

Theodori ex libro secundo De incarnatione (2).

Homo Jesus similiter omnibus hominibus, nihil differens connaturalibus hominibus, quamque [quam quod] ipsis gratiam dedit, gratia autem data naturam non immutat; sed post mortis destructionem donavit Deus nomen supra omne nomen [4].

Ejusdem ex eodem libro (3).

Sed mei fratres, qui ejusdem mihi matris filii, dicunt mihi : Non separa hominem et Deum, sed unum eumdemque dic hominem. Dico connaturalem mihi, dico Deum. Si dicam connaturalem Deo, dico, quomodo homo et Deus unum est? Nunquid una natura hominis et Dei, Domini et servi, Factoris et facturæ? Homo homini consubstantialis est, Deus autem Deo consubstantialis est? Quomodo igitur homo et Deus unum per unitatem esse potest, qui salvificat et salvificatur, qui ante sæcula est, et qui ex Maria apparuit?

Ex libro quinto (4).

Quando naturas quisque discernit, alterum et alterum necessario invenit; et huic rei neque ipsos A puto repugnare, quia alterum Deus Verbum natura, alterum autem quod assumptum est, quidquid illud sit, concedatur : hoc interim item persona idem ipse invenitur, nequaquam confusis naturis, sed propter adunationem quæ facta est assumpti ad assumentem. Si enim integre conceditur hoc alterum esse ab illo natura, et manifestum quia æquale non est quod assumptum est assumenti, neque simile hoc illi, neque idem quod assumptum est assumenti : manifestum quia idem ipse invenietur adunatione personæ. Sic ergo oportuit dividere quæ circa Christum sunt : istis enim divisionibus contrarium nihil est, hæc enim multam etiam cum divinis Litteris consonantiam habent. Sic neque naturarum confusio fiet, neque B personæ quædam prava divisio. Maneat enim et naturarum ratio inconfusa, et indivisa cognoscatur esse persona. Illud quidem proprietate naturæ, diviso quod assumptum est ab assumente; illud autem adunatione personæ in una appellatione totius considerata sive assumentis, sive etiam assumpti natura, et veluti sic dicam in Filii appellatione simul et Deum Verbum appellamus, et assumptam naturam, quæcunque illa sit, consignificamus propter adunationem quam ad illum habet.

Ex libro sexto (5).

Si ergo hominem dicentes Christum hominicolæ vocari juste eis videmur, hoc antequam nos diceremus Scriptura docuit omnes homines per ea quibus C hominem vocare non recusat, sicut superius in plerisque locis vocari hoc nomine Christum ostendimus. Sed hominem, inquiunt, purum dicentes esse Christum hominicolas oportet vocari : hoc jam apertum mendacium est, siquidem hoc dicere voluerunt. Nullus enim aliquando hæc nos dicere audivit; et puto neque istos suscipere posse mentiri mendacium tam apertum : non quia non cognite se habeant ad mendacium, sed quia redargui se posse facillime vident : quanquam si minus ejus curet, et hoc forsitan contingat. Nos

[1] Matth. XVI, 16. [2] Joan. I, 45 sqq. [3] Joan. XI, 7. [4] Philipp. II, 9.

(1) Ex concilio CP. II, an. 553, actione IV, n. 25. Mansi IX, 218.
(2) Ex eodem concilio, n. 49.
(3) Ibid. n. 50.
(4) Facundus Hermian., IX, 3.
(5) Id., ibid.

Digitized by Google

enim hæc dicere, id est Unigeniti negare divinitatem, summæ furiæ esse arbitramur, aut quid jam restat cur ab hæreticis separemur? Cujus rei gratia et tales et tantas persecutiones sustinemus? aut quis ignorat semper adversum nos ab hæreticis bellum agi? Omne metallum, et omne locum desertum repletum est ex nostris hominibus propter doctrinam pietatis. *Et post aliquanta :* Hæc autem, inquit, omnia quando beatus Meletius sustinuit primus, et cum illo deinde multi per provincias et civitates et loca ab hæreticis, cujus rei gratia? nonne quia Dominum Christum verum confitebantur? nonne quia verum prædicabant Filium Dei, de essentia paterna genitum, semper simul exstantem cum generante Patre, addentes etiam de Spiritu sancto piam confessionem? Qualiter itaque, qui tanta propter hanc confessionem passi sumus, calumniam pati ab ipsis possumus, veluti hominem purum dicentes, rebus ipsis hanc calumniam manifestam redarguentibus?

A

Theodori hæretici (6) *ex libro ejus Contra incarnationem* VII.

Si enim (6*) intelligamus quomodo fit inhabitatio, sciemus etiam modum, et quæ differentia modi. Inhabitationem igitur alii quidem dixerunt factam esse substantia; alii vero energia. Excutiatur igitur an aliquid horum sit verum. Ac primum nobis illud sit concessum, utrum in omnibus inhabitat, an non. Sed quia non in omnibus, manifestum est; hoc enim tanquam quid eximium, sanctis Deus pollicetur; aut denique his, quos velit ipsi dedicatos esse; aut quid igitur promittebat, cum ait, *Inhabitabo in eis, et inambulabo, et ero eorum Deus* [a]; *et ipsi erunt mihi populus*, tanquam largiturus illis aliquid egregium, si quidem omnes homines communiter hunc participant? Quare si non in omnibus inhabitat, hoc enim manifestum est, non dico in omnibus quæ sunt solum, sed nec in omnibus hominibus; oportet esse propriam quamdam rationem inhabitationis, qua in illis adest solum in quibus inhabitare dicitur. Atqui dicere substantia quidem inhabitare Deum, maxime indecorum est. Necesse enim alioqui sit, in his solis substantiam ejus includere, in quibus inhabitare dicatur; et erit extra omnia alia : quod absurdum est dicere in natura infinita, quæ ubique est, et nullo loco circumscribitur : aut si dicant, ubique Deum esse ratione substantiæ, necesse erit cum omnibus inhabitationem ejus communicare; et non solum cum hominibus, sed cum animantibus ratione carentibus, et cum inanimatis; si dicamus inhabitationem ejus substantia fieri, utrumque horum est indecorum : dicere enim inhabitare in omnibus Deum, absurdum esse certum est manifeste; et substantiam ei circumscribere, non decet; imo impium est. Dicere igitur fieri substantia inhabitationem, stultissimum est.

B

C

D

Idem dici potest in energia, sive operatione. Aut enim rursus necesse est operationem illi cir-

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

Ἐκ τοῦ Κατὰ (7) ἐναρθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγου ζ'.

Εἰ γὰρ μάθωμεν ὅπως ἡ ἐνοίκησις γίνεται, εἰσόμεθα καὶ τὸν τρόπον, καὶ τίς ἡ τοῦ τρόπου διαφορά. Τὴν τοίνυν ἐνοίκησιν οἱ μὲν οὐσίᾳ γεγενῆσθαι ἀπεφήναντο, ἕτεροι δὲ ἐνεργείᾳ. Ἐξεταζέσθω τοίνυν εἴ τι τούτων ἔστιν ἀληθές. Καὶ πρότερον ἡμῖν ἐκεῖνο ὁμολογείσθω, πότερον πᾶσιν ἐνοικεῖ, ἢ μή. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐ πᾶσι, δῆλον· τοῦτο γὰρ ὥσπερ τι ἐξαίρετον τοῖς ἁγίοις ὁ Θεὸς ὑπισχνεῖται· ἢ ὅλως τούτοις, οὓς ἀνακεῖσθαι αὐτῷ ἐθέλοι· ἢ τί ποτε ἄρα ὑπισχνεῖτο λέγων τὸ, *Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός*, ὡς τί χαριούμενος αὐτοῖς ἐξαίρετον, εἴπερ δὲ τούτου παρέντες κοινῇ μετέχουσιν ἄνθρωποι; Οὐκοῦν εἰ μὴ πᾶσιν ἐνοικεῖ, τοῦτο γὰρ δῆλον, οὐ λέγω τοῖς οὖσι μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρώποις, ἰδιάζοντά τινα δεῖ εἶναι τὸν λόγον τῆς ἐνοικήσεως, καθ' ὃν ἐκείνοις πάρεστι μόνον, οἷς ἂν ἐνοικεῖν λέγεται. Οὐσίᾳ μὲν οὖν λέγειν ἐνοικεῖν τὸν Θεὸν, τῶν ἀπρεπεστάτων ἐστίν. Ἡ γὰρ ἀνάγκη τούτοις μόνοις αὐτοῦ τὴν οὐσίαν περιβλέπειν, οἷς ἂν ἐνοικεῖν λέγηται· καὶ ἔσται τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐκτὸς, ὅπερ ἄτοπον εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ἀπείρου φύσεως τῆς ἁπανταχοῦ παρούσης καὶ οὐδενὶ τόπῳ περιγραφομένης· ἢ λέγοντα ἁπανταχοῦ παρεῖναι τὸν Θεὸν τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας ἅπασιν αὐτοῦ μεταδιδόναι καὶ τῆς ἐνοικήσεως, οὐκέτι μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ἀλόγοις, ἤδη καὶ τοῖς ἀψύχοις, εἴπερ οὐσίᾳ τὴν ἐνοίκησιν αὐτῶν ποιεῖσθαι φήσομεν. Ἀμφότερα δὲ ταῦτα ἀπρεπῆ δηλονότι· τό τε γὰρ ἅπασιν ἐνοικεῖν λέγειν τὸν Θεὸν, τῶν ἀτόπων ἀντικρυς ὡμολόγηται· καὶ τὸ τὴν οὐσίαν αὐτῷ περιγράφειν, ἀπρεπές. Οὐκοῦν οὐσίᾳ τὴν ἐνοίκησιν λέγειν γίνεσθαι, τῶν εὐηθεστάτων ἂν εἴη.

Τὸ δ' αὐτὸ ἄν τις εἴποι καὶ ἐπὶ τῆς ἐνεργείας. Ἡ γὰρ ἀνάγκη πάλιν αὐτῷ τὴν ἐνέργειαν τούτοις περι-

[a] Lev. XXVI, 12; II Cor. VI, 16.

(6) Lege S. Thomam lib. IV *Contra gentes* c. 34, ubi contra Theodorum istum et Nestorium docte disputat. CAN.

(6*) Latina ex Galland. XII, 691, primus ediderat Canisius.

(7) Operis titulum non fuisse κατά, *contra incarnationem*, sed περί, *de incarnatione*, dixi in præfatione : remque confirmat Pelagius I, papa, qui in epistola ad Istriæ episcopos laudat Armeniorum episcoporum libellum, in quo Theodori Mopsuesteni appellatur opus *de incarnatione*. Reapse quis credat Theodorum in episcopatu constitutum tam impudenti titulo, id est *contra incarnationem*, opus edidisse? Et quidem Leontius dicit æque κατὰ τοῦ Ἰὼβ commentarium Theodori in Jobum; quodque magis ad rem nostram facit, Theodori apologiam pro S. Basilio, quia huic potius injuriosa erat, inscribit Leontius κατὰ Βασιλείου MAI, *Script. vet.* VI, 300 sqq.

Digitized by Google

γράφειν μόνοις· καὶ ποῦ στήσεταί ἡμῖν ὁ λόγος, ὁ τοῦ πάντων προνοεῖν τὸν Θεὸν καὶ ἅπαντα διοικεῖν, καὶ ἐν πᾶσιν αὐτὸν ἐνεργεῖν τὰ προσήκοντα; Ἢ πᾶσιν αὐτοῦ τῆς ἐνεργείας μεταδιδόντες, ὅπερ οὖν πρέπον τε καὶ ἀκόλουθον· ἅπαντα γὰρ ὑπ' αὐτοῦ δυναμοῦται, πρὸς τὸ συνεστάναι τε ἕκαστον, καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐνεργεῖν, πᾶσιν αὐτὸν ἐνοικεῖν ἐροῦμεν. Οὐκοῦν οὔτε οὐσίᾳ λέγειν, οὔτε μὴν ἐνεργείᾳ οἷόν τε ποιεῖσθαι τὸν Θεὸν τὴν ἐνοίκησιν. Τί οὖν ἄρα ὑπολείπεται; Τίνι χρησόμεθα λόγῳ, ὃς ἐπὶ τούτων ἰδιάζον φανεῖται φυλασσόμενος; Δῆλον οὖν ὡς εὐδοκίᾳ λέγειν γίνεσθαι τὴν ἐνοίκησιν προσήκει· εὐδοκία δὲ λέγεται ἡ ἀρίστη καὶ καλλίστη θέλησις τοῦ Θεοῦ, ἣν ἂν ποιήσηται ἀρεσθεὶς τοῖς ἀνακεῖσθαι αὐτῷ ἐσπουδακόσιν, ἀπὸ τοῦ εὖ καὶ καλὰ δοκεῖν αὐτῷ περὶ αὐτῶν, τούτου συνήθως ὑπὸ τῆς Γραφῆς εἰλημμένου τε καὶ κειμένου παρ' αὐτῇ. Οὕτω γοῦν ὁ μακάριος Δαβὶδ φησιν· *Οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἵππου θελήσει, οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκήσει. Εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, καὶ ἐν τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ.* Τοῦτο λέγων ὅτι οὐχ ἑτέροις συμπράττειν δοκιμάζει, οὐδὲ ἑτέροις συνεργεῖν ἐθέλει, ἀλλὰ τούτοις φησὶ τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, τούτους ποιεῖται περὶ πολλοῦ, τούτοις συνεργεῖν καὶ ἐπαμύνειν αὐτῷ δοκητόν. Οὕτω τοίνυν καὶ λέγειν προσῆκεν τὴν ἐνοίκησιν. Ἄπειρος μὲν γὰρ ὢν καὶ ἀπερίγραφος τὴν φύσιν, πάρεστι τοῖς πᾶσι· τῇ δὲ εὐδοκίᾳ, τῶν μὲν ἔστι μακρὰν, τῶν δὲ ἐγγύς. Κατὰ γὰρ ταύτην τὴν ἔννοιαν λέγεται τὸ, *Ἐγγὺς Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν, καὶ τοὺς ταπεινοὺς τῷ πνεύματι σώσει*· καὶ ἀλλαχοῦ, *Μὴ ἀπορρίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου, καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀπαντήλῃς ἀπ' ἐμοῦ.* Ἐγγύς τε γὰρ γίνεται τῇ διαθέσει τῶν ἀξίων ταύτης τῆς ἐγγύτητος· καὶ πόῤῥωθεν πάλιν τῶν ἁμαρτανόντων γίνεται, οὔτε τῇ φύσει χωριζόμενος, οὔτε ταύτῃ πλησιαίτερον καθιστάμενος, τῇ δὲ σχέσει τῆς γνώμης ἀμφότερα ἐργαζόμενος. Ὥσπερ τοίνυν τῇ εὐδοκίᾳ ἐγγύς τε καὶ μακρὰν γίνεται (πρόδηλον γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅ τί ποτέ φαμεν τὴν εὐδοκίαν· τούτου γε ἕνεκεν καὶ τὴν διάνοιαν τῆς προσηγορίας μετὰ πάσης ἐπελθόντες τῆς ἀκριβείας, οὕτω τῇ εὐδοκίᾳ καὶ τὴν ἐνοίκησιν ἀποτελεῖ). Οὐκ ἐν τούτοις μὲν τὴν οὐσίαν περιγράφων ἢ τὴν ἐνέργειαν, τῶν λοιπῶν κεχωρισμένος, ἀλλὰ πᾶσι μὲν παρὼν τῇ οὐσίᾳ, κεχωρισμένος δὲ τῶν ἀναξίων τῇ σχέσει τῆς διαθέσεως. Θεῖτω γὰρ αὐτῷ μειζόνως τὸ ἀπερίγραφον σώζεται, ὅταν φαίνηται, μὴ ὡς ἀνάγκῃ τινὶ δουλεύων τῷ ἀπεριγράφῳ τῆς φύσεως. Εἰ μὲν γὰρ ἁπανταχοῦ παρὼν τῇ εὐδοκίᾳ, ἑτέρως πάλιν ἀνάγκῃ δουλεύων εὑρίσκετο, οὐκέτι κατὰ γνώμην τὴν παρουσίαν ποιούμενος, ἀλλὰ τῷ ἀπείρῳ τῆς φύσεως, καὶ τὴν γνώμην ἑπομένην ἔχων· ἐπειδὴ δὲ καὶ ἅπασι πάρεστι τῇ φύσει, καὶ κεχώρισται ὧν ἐθέλει τῇ γνώμῃ, οὐδὲν τῶν ἀναξίων ἀπὸ τοῦ παρεῖναι τὸν Θεὸν ὠφελουμένων, ἀληθὲς

A cumscribere in his solis (in quibus scilicet inhabitat), et quomodo verum erit, omnia Deum procurare, et omnia gubernare, et in omnibus ipsum operari, quæ conveniunt? Aut impartientes omnibus ipsius operationem; quod quidem decens est et consequens: siquidem omnia ab eo firmantur, ut unumquodque consistat, et secundum naturam suam operetur, in omnibus inhabitare eum dicemus. Igitur neque substantia, nec operatione fieri inhabitationem Dei dici potest. Quid igitur relinquitur? Qua ratione utemur, quæ in his videatur servare proprium? Manifestum ergo est quod oporteat dicere fieri inhabitationem εὐδοκίᾳ, id est, *beneplacito*: εὐδοκία vero, id est *beneplacitum*, est optima voluntas Dei, quam faciet in iis ac-

B quiescens, qui studuerunt se ei dicare, ἀπὸ τοῦ εὖ καὶ καλὰ δοκεῖν αὐτῷ περὶ αὐτῶν, id est, *ex eo dicto verbo, quod bene, et bona placeant Deo de illis*: sic verbum secundum consuetudinem Scripturæ accipitur. Sic ait David: *Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est Domino super timentes eum, et in iis qui sperant in misericordia ejus* [6]: hoc dicit, quia non alios vult adjuvare, neque cum aliis operari, nisi cum iis qui timent eum: hoc magni æstimat: hos adjuvare et protegere illi placitum est. Sic oportet dicere de inhabitatione. Infinitus enim cum sit, et natura incircumscriptus, adest omnibus: beneplacito autem ab aliis longe abest, aliis

C proximus est. In hanc enim sententiam dicitur: *Prope est Dominus contritis corde, et humiles spiritu salvabit* [7]; et alias: *Ne projicias me a facie tua, et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me* [8]. Proximus fit affectione iis qui hac propinquitate digni sunt; et rursus longinquus efficitur peccantibus, neque natura separatus, neque hac propinquior factus, habitudine vero voluntatis utrumque efficiens. Sicut igitur beneplacito efficitur propinquus et longinquus (liquet enim ex iis quæ dicta sunt, quid dicamus εὐδοκίαν, id est, *beneplacitum*; idcirco enim quid sententiæ hoc nomen declararet, omni diligentia interpretati sumus): sic etiam beneplacito facit inhabitationem, non quidem circumscribens in his substantiam vel operationem,

D ab aliis vero separatus; sed potius omnibus adest substantia, separatus vero habitudine διαθέσεως, id est, affectionis ab indignis. Hoc enim modo magis servatur illi incircumscriptio, si videatur non tanquam cuidam necessitati servire incircumscriptioni naturæ suæ. Si enim qui ubique adest substantia, adesset etiam beneplacito, aliter rursus servire necessitati reperiretur, non jam secundum voluntatem præsentiam exhibens, sed habens voluntatem infinitati naturæ consequentem: quoniam vero omnibus adest natura, et separatus est voluntate a quibus vult, nullam utilitatem indignis (7*) a

[6] Psal. CXLVI, 10, 11. [7] Psal. XXXIII, 19. [8] Psal. L, 13.

(7*) *Nullam utilitatem indignis.* Οὐδὲν τῶν ἀναξίων ἀπὸ τοῦ παρεῖναι τὸν Θεὸν ὠφελουμένων, ἀληθὲς αὐτῷ καὶ ἀκέραιον τὸ τῆς φύσεως ἀπερίγραφον διασώζεται. TUR.

Digitized by Google

præsentia Dei reportantibus, vera et integra incircumscriptio naturæ ei servatur.

Sic igitur aliis quidem adest beneplacito, ab aliis vero separatus est, ut si substantia a reliquis separatus, cum his esset. Quemadmodum igitur inhabitatio fit beneplacito, beneplacitum modum inhabitationis variat. Quod enim inhabitationem efficit Dei, et quod, ratione habita essentiæ, ubique præsentem in quibusdam et valde paucis inhabitantem facit, hoc prorsus modum inhabitationis χαρακτηρίζει, id est *designat*. Sicut enim substantia omnibus præsens, non in omnibus inhabitare dicitur, sed in iis quibus adest beneplacito; sic quamvis inhabitare dicatur, non tamen omnino æqualitas inhabitationis reperitur, quin potius modus inhabitationis consentaneus erit beneplacito. Cum ergo vel in prophetis, vel in apostolis, vel denique in justis inhabitare dicitur, tanquam in justis εὐδοκῶν, id est *beneplacens*, inhabitationem facit, veluti in virtute præditis acquiescens. In ipso tamen (Christo scilicet) non sic dicimus factam esse inhabitationem, nunquam enim eo dementiæ procedemus, sed tanquam in Filio. Sic enim beneplacens inhabitavit.

Sed quid est, tanquam in Filio? Quia scilicet cum inhabitasset, totum quem assumpserat, sibi univit, et fecit eum comparticipare (8) totum honorem, quem qui inhabitabat natura Filius, communem cum eo habere voluit. Ut ad unam quidem personam pertineret secundum unionem (9) cum ipso, sic autem omnem principatum cum eo communicare, et sic omnia in eo agere voluit, ut judicium totius mundi, et examinationem per ipsum, et adventum ejus facturus sit. Ita scilicet ut differentia in iis, quæ secundum naturam propria sunt (10), intelligatur.

Ex eodem libro.

Sicut igitur etsi in futuro corpus et anima nostra perfecte spiritu gubernabitur, velut primitias tamen quasdam ex parte hinc habemus, quatenus spiritu adjuti non cogimur sequi cogitationes animæ; sic Dominus etsi postea omnino habuit in se Deum Verbum universe operantem, et omnem operationem ab eo inseparabilem, antea tamen habuit quam maxime operantem in se plurima, quibus opus erat; sinebaturque interea ante crucem propter utilitatem proprio proposito virtutem pro nobis implere, incitatus vero ab eo in his, et confirmatus ad perficiendum, quæ facere oportebat. Habuit enim statim a principio cum in utero formaretur, unionem cum ipso. Cum vero ejus ætatis fuit, quæ natura in hominibus idonea est ad discernendum pravum a recto, imo ante illam ætatem brevius et celerius quam reliqui homines facultatem discernendi ista ostendit: siquidem aliis hominibus

αὐτῷ καὶ ἀκέραιον τὸ τῆς φύσεως ἀπερίγραφον διασώζεται.

Οὕτω γοῦν τοῖς μὲν πάρεστι τῇ εὐδοκίᾳ, τῶν δὲ κεχώρισται, ὥσπερ ἂν εἰ τῇ οὐσίᾳ τῶν λοιπῶν χωριζόμενος, τούτοις συνῆν. Ὅνπερ τοίνυν τρόπον τῇ εὐδοκίᾳ ἡ ἐνοίκησις γίνεται, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ εὐδοκία καὶ τὸν τῆς ἐνοικήσεως τρόπον ἐναλλάττει. Ὁ γὰρ τὴν ἐνοίκησιν ἐργάζεται τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ τὸν λόγῳ τῆς οὐσίας ἁπανταχοῦ παρόντα τισὶ καὶ σφόδρα εὐαριθμήτοις, ἐκ τῶν ἁπάντων ἐνοικοῦντα γνωρίζει, εὐδοκίᾳ λέγω, τοῦτο πάντως καὶ τὸν τῆς ἐνοικήσεως τρόπον χαρακτηρίζει. Ὥσπερ γὰρ πᾶσι τῇ οὐσίᾳ παρὼν, οὐ πᾶσιν ἐνοικεῖν λέγεται, ἀλλὰ τούτοις οἷς ἂν τῇ εὐδοκίᾳ παρῇ, οὕτω κἂν ἐνοικεῖν λέγηται, οὐκ ἴσον τὸ τῆς ἐνοικήσεως πάντως εὑρίσκεται, ἀλλ' ἀκόλουθον ἕξει τῇ εὐδοκίᾳ καὶ τὸν τῆς ἐνοικήσεως τρόπον. Ὅταν τοίνυν ἢ ἐν τοῖς ἀποστόλοις, ἢ ὅλως ἐν τοῖς δικαίοις ἐνοικεῖν λέγηται, ὡς ἐν δικαίοις εὐδοκῶν ποιεῖται τὴν ἐνοίκησιν, ὡς ἐναρέτοις κατὰ τὸν τρόπον ἀρεσκόμενος. Ἐν αὐτῷ μέντοι τὴν ἐνοίκησιν οὐχ οὕτω φαμὲν γεγενῆσθαι, μὴ γὰρ ἂν τοσοῦτο μανείημεν ποτὲ, ἀλλ' ὡς ἐν Υἱῷ. Οὕτω γὰρ εὐδοκήσας ἐνῴκησεν.

Τί δέ ἐστι τὸ ὡς ἐν Υἱῷ; Ὥστε ἐνοικήσας, ὅλον μὲν ἑαυτῷ τὸν λαμβανόμενον ἥνωσεν, παρεσκεύασε δὲ αὐτὸν συμμετασχεῖν αὐτῷ πάσης τῆς τιμῆς, ἧς αὐτὸς ὁ ἐνοικῶν Υἱὸς ὢν φύσει μετέχει ὡς συντελεῖν μὲν εἰς ἓν πρόσωπον, κατά γε τὴν πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν, πάσης δὲ αὐτῷ κοινωνεῖν τῆς ἀρχῆς· οὕτω δὲ πάντα κατεργάζεσθαι ἐν αὐτῷ, ὡς καὶ τὴν τοῦ παντὸς κρίσιν τε καὶ ἐξέτασιν δι' αὐτοῦ τε καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἐπιτελεῖν τῆς διαφορᾶς ἐν τοῖς κατὰ τὴν φύσιν χαρακτηρίζουσι δῆλον ὅτι νοουμένης.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ὥσπερ τοίνυν ἡμεῖς εἰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τελείως ἐσόμεθα τῷ πνεύματι τό τε σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν κυβερνώμενοι, ἀλλ' οὖν γε μερικήν τινα ἐντεῦθεν ὥσπερ ἀπαρχὴν ἔχομεν, καθ' ὃ καὶ βοηθούμενοι τῷ πνεύματι, οὐχὶ κατακολουθεῖν τοῖς λογισμοῖς τῆς ψυχῆς ἀναγκαζόμεθα, οὕτω καὶ ὁ Κύριος, εἰ καὶ μετὰ ταῦτα παντελῶς ἔσχεν ἐν αὐτῷ καθόλου τὸν Θεὸν ἐνεργοῦντα Λόγον, ἀχώριστον ἔχων πρὸς αὐτὸν πᾶσαν ἐνέργειαν, ἀλλ' οὖν γε καὶ πρὸ τούτου πλεῖστον ὅσον εἶχεν ἐπιτελοῦντα ἐν αὐτῷ τὰ πλεῖστα τῶν δεόντων, συγχωρούμενος μὲν τέως πρὸ τοῦ σταυροῦ διὰ τὴν χρείαν οἰκεία προθέσει τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀρετὴν πληροῦν, παρορμώμενος δὲ ὑπ' αὐτοῦ κἀν τούτοις καὶ ῥωννύμενος πρὸς τὴν παντελῆ τῶν προσηκόντων ἐκπλήρωσιν. Ἔσχε μὲν γὰρ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ κατὰ τὴν μήτραν διαπλάσει τὴν πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν. Ἐφ' ἡλικίας δὲ γεγονὼς καθ' ἣν ἡ διάκρισις ἐγγίνεσθαι πέφυκε τοῖς ἀνθρώποις τῶν τε καλῶν καὶ

(8) *Fecit eum comparticipare.* Παρεσκεύασε δὲ αὐτὸν συμμετασχεῖν αὐτῷ πάσης τῆς τιμῆς, ἧς αὐτὸς ὁ ἐνοικῶν Υἱὸς ὢν φύσει μετέχει. Tur.

(9) *Secundum unionem.* Γνωμικὴν καὶ ἀξιωματικήν, non hypostaticam et substantialem. Ita enim hæreticus Theodorus hæretice sentiebat. Ib.

(10) *Quæ secundum naturam propria sunt.* Ἐν τοῖς κατὰ φύσιν χαρακτηρίζουσι. Ib.

Digitized by Google

τῶν μὴ τοιούτων, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τῆς ἡλικίας ἐκείνης, συντομώτερόν τε πολλῷ καὶ ταχύτερον τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὴν διακριτικὴν τῶν τοιούτων δύναμιν ἐπεδείξατο· ἐπεὶ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις οὐ πᾶσιν ὁμοίως κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἡ τῆς διακρίσεως ἐγγίνεται δύναμις, τῶν μὲν ταχύτερον πλείονι τῇ φρονήσει τοῖς δέουσιν ἐπιβαλλόντων, τῶν δὲ πλείονι τῷ χρόνῳ τῇ γυμνασίᾳ τοῦτο προσκτωμένων. Ὅπερ δὴ ἐξαιρέτως αὐτῷ παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀξύτερον ἢ κατὰ τὴν κοινὴν τῶν λοιπῶν ἡλικίαν προσγέγονεν, εἰκότως καὶ κατὰ τὰ ἀνθρώπινα ἔχειν τι πλέον ὀφείλοντος, ὅσῳ περ οὐδὲ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων ἐτέτεκτο συνδυασμοῦ ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς, ἀλλ' ὑπὸ τῆς θείας τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας διέπλαστο.

A non omnibus similiter uno tempore vis discernendi ingeneratur : alii namque velocius majore prudentia ea quæ conveniunt, assequuntur, alii diutius exercitatione hoc comparant. Quod quidem eximie ipsi præ cæteris hominibus celerius quam pro communi reliquorum hominum ætate evenit : sane oportebat consentanee, ut plus aliquid in iis quæ ad hominem pertinent, haberet, atque eo magis, quod non ex conjunctione viri et mulieris secundum communem hominum naturam formatus erat, sed divina Spiritus sancti operatione.

Εἶχέν τε καὶ ῥοπὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν πρὸς τὰ κρείττω τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον ἑνώσει, ἧς καὶ ἠξίωτο κατὰ πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἄνωθεν αὐτὸν ἑνώσαντος ἑαυτῷ. Οὕτω δὴ τούτων ἁπάντων ἕνεκεν εὐθὺς μετὰ τῆς διακρίσεως ἔσχε μὲν πολλὴν πρὸς τὸ κακὸν τὴν ἀπέχθειαν, ἀσχέτῳ δὲ στοργῇ πρὸς τὸ καλὸν ἑαυτὸν συνάψας, ἀνάλογόν τε τῇ οἰκείᾳ προθέσει, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου συνέργειαν δεχόμενος, ἄτρεπτος λοιπὸν τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολῆς διετηρεῖτο. Τοῦτο μὲν αὐτὸς ὥτως ἔχων γνώμης, τοῦτο δὲ τῆς προθέσεως οὕτω διατηρουμένης αὐτῷ τῇ τοῦ Θεοῦ Λόγου συνεργείᾳ· καὶ μετῄει μὲν σὺν εὐμαρείᾳ πλείστῃ ἐπ' ἀκριβεστάτην ἀρετὴν, εἴ τε τὸν νόμον φυλάττων πρὸ τοῦ βαπτίσματος, εἴ τε τὴν ἐν τῇ χάριτι μετιὼν πολιτείαν μετὰ τὸ βάπτισμα, ἧς δὴ καὶ ἡμῖν τὸν τύπον παρείχετο, ὁδός τις ἡμῖν ἐπὶ τοῦτο καθιστάμενος. Οὕτω δὲ λοιπὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ἐπιδείξας ἑαυτὸν, καὶ ἐκ τῆς οἰκείας γνώμης τῆς ἑνώσεως ἄξιον, προσειληφὼς δὲ ταύτῃ καὶ πρὸ τούτου ἐν αὐτῇ τῇ διαπλάσει τῇ τοῦ Δεσπότου εὐδοκίᾳ, ἀκριβῆ λοιπὸν καὶ τῆς ἑνώσεως παρέχεται τὴν ἀπόδειξιν, οὐδεμίαν ἔχων κεχωρισμένην καὶ ἀποτετμημένην ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἔχων δὲ ἅπαντα ἐν ἑαυτῷ διαπραττόμενον τὸν Θεὸν Λόγον διὰ τὴν πρὸς ἑαυτὸν ἕνωσιν.

Habuit etiam propensionem non vulgarem ad meliora ex unione cum Verbo, qua habitus est dignus secundum præcognitionem Filii Dei, qui a principio sibi eum univit. Propter hæc omnia statim cum discretione cepit magnum odium mali, vehementi et indissolubili amore se Deo adjungens, operationemque Verbi proposito suo congruentem recipiens, immutabilis deinceps ad deterius esse perseverabat, tum quod ipse hac voluntate esset; tum quod operatione Verbi Dei hoc illi propositum servaretur. Capessebat autem facilitate absolutissimam virtutem, sive cum legem servaret ante baptismum; sive cum vitam communem in statu gratiæ post baptisma susciperet, cujus nobis formam præbebat, via quædam nobis ad hoc factus. Sic deinde post resurrectionem et ascensum in cœlos demonstravit se ex propria voluntate dignum unione, qui hanc antea assumpserat in ipsa formatione beneplacito Domini, et perfectam deinde exhibet unionis ostensionem, nullam habens separatam aut abscissam operationem Verbi Dei, qui Deum habebat omnia in se ipso operantem propter unionem cum eo.

Οὕτω γοῦν πρὸ μὲν τοῦ σταυροῦ καὶ πεινῶντα ὁρῶμεν, καὶ διψῶντα γνωρίζομεν, καὶ δειλιῶντα μανθάνομεν, καὶ ἀγνοοῦντα εὑρίσκομεν, ἐπείπερ καὶ τὴν πρόθεσιν τῆς ἀρετῆς παρ' ἑαυτοῦ συνεισεφέρετο. Καὶ μάρτυς τῶν λεγομένων Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγων, *Διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθὸν*, δηλονότι διακρίσει, μισήσας μὲν ἐκεῖνο, τοῦτο δὲ ἀγαπήσας. Διακρίσει γὰρ ἡ ἐκλογὴ πάντως τῇ πρὸς τὰ χείρω γίνεται. Πῶς οὖν πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον, τοῦτο διαπράττεται; Τουτέστι πρὶν ἐπ' ἐκείνης γενέσθαι τῆς ἡλικίας, ἐν ᾗ σύνηθες τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις ποιεῖσθαι τῶν πρακτέων τὴν διάκρισιν, ἔχοντος αὐτοῦ πλέον καὶ ἐξαίρετον παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους. Εἰ γὰρ ἔτι καὶ παρ' ἡμῖν εὑρίσκεται πολλάκις, νήπια μὲν τὴν ἡλικίαν, πολλῆς δὲ συνέσεως ἐπίδειξιν παρεχόμενα, ὡς εἰς θαῦμα ἄγειν τοὺς ὁρῶντας, διὰ τὸ μεῖζονα τῆς ἡλικίας τὴν οἰκείαν

Sic igitur ante crucem quidem et esurire videmus, et sitire scimus, et timere intelligimus, et ignorare reperimus, siquidem propositum virtutis e se ipso συνεισεφέρετο, id est *conferebat*. Testis horum est Isaias propheta, cum ait : *Quoniam antequam sciat puer cognoscere bonum et malum, repugnabit malo, ut eligat bonum* [1], scilicet, discretione illud quidem odio habens, hoc vero diligens. Discretione enim inter meliora et deteriora facta, electio fit. Quomodo igitur prius quam sciat puer, hoc fit? Id est, prius quam ad eam ætatem veniat, in qua reliqui homines quæ agenda sunt, discernere consueverunt, quippe cum plus aliquid, et eximium quid ille præ cæteris hominibus haberet. Etenim si adhuc apud nos sæpenumero reperiuntur pueri quidem ætate, multam vero intelligentiam præ se ferentes, ita ut in admirationem adducant eos qui vident, quia majorem quam pro ætate pruden-

[1] Isa. VII, 15, 16.

Digitized by Google

tiam ostendunt, multo magis oportebat ut ille homo cæteros omnes homines ei similes superaret.

Ex eodem libro.

Jesus autem proficiebat ætate, et sapientia, et gratia apud Deum et homines [10]. Ætate quidem proficit processu temporum; sapientia vero, secundum progressum temporum intelligentiam acquirens (11); gratia autem, suscipiens virtutem et intelligentiæ et cognitioni consentaneam; deinceps gratia quæ illi erat apud Deum, accessionem et incrementum accipiebat. Et in his omnibus proficiebat apud Deum et homines: homines quidem progressum videbant; Deus vero non videbat solum, sed testimonio approbabat, et in iis quæ fiebant, cooperabatur. Illud igitur est etiam manifestum, quod tanto perfectius, et majore facilitate virtutem exsequebatur, quam reliqui homines exsequi poterant; quanto Deus, qui in principio ipso formationis ejus sibi eum unierat, majorem e se cooperationem illi præbebat, ad perficiendum quæ opus erant, ad salutem omnium omnia illius gubernans, et ad perfectiora incitans, ac labores illius, sive ad animam, sive ad corpus pertinerent, ex majore parte allevans. Atque ita completionem virtutis majorem et leviorem illi conflabat.

Ex eodem libro.

Unitus enim fuit Deo a principio assumptus secundum præcognitionem, in ipsa formatione in utero facta unionem sortitus. Habitus vero dignus unione, omnia adeptus est, quantum par erat adipisci hominem Unigenito et omnium Domino unitum, tanto majoribus donatus præ cæteris, quanto magis eximia unio ei accidit. Donatus igitur est inhabitatione Spiritus primus ante cæteros, donatusque est hac, non similiter ut reliqui. Hic enim totam gratiam Spiritus in se recepit; aliis vero ex parte præbuit totius Spiritus participationem. Sic autem factum est ut totus Spiritus in eo operaretur. Qui igitur loquebatur, quatenus vox sonabat, homo erat: vis autem eorum quæ dicebantur, multiplex et varia erat.

Ex libro VIII.

Et ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis [11]. Quamnam? Nempe participare adoptionem. Hanc enim accepit ipse secundum humanitatem baptizatus primum in Jordane, in quo nostrum baptisma tanquam in figura exprimebatur; et regeneratio confirmabatur testimonio vocis ejus qui dixit: *Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui* [12]. Et Spiritus descendens mansit super eum, sicut futurum erat, ut nos etiam in ipso hunc Spiritum participaremus; qui quidem excel-

A ἐπιδείκνυσθαι φρόνησιν, πολλῷ δήπουθεν ἐκεῖνον τὸν ἄνθρωπον ἅπαντας ὑπερβαίνειν ἐχρῆν τοὺς κατ' αὐτὸν ἀνθρώπους.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἰησοῦς δὲ προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. — Ἡλικίᾳ μὲν γὰρ προκόπτει τῶν χρόνων προβαινόντων· σοφίᾳ δὲ, κατὰ τὴν τῶν χρόνων πρόοδον, τὴν σύνεσιν προσκτώμενος· χάριτι δὲ, ἀκόλουθον τῇ συνέσει καὶ τῇ γνώσει τὴν ἀρετὴν μετιών, ἐξ ἧς ἡ παρὰ τῷ Θεῷ χάρις αὐτῷ τὴν προσθήκην ἐλάμβανε, καὶ ἐν πᾶσι τούτοις προέκοπτεν παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τῶν μὲν ὁρώντων τὴν προκοπὴν, τοῦ δὲ οὐχ ὁρῶντος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιμαρτυροῦντος καὶ συνεργοῦντος τοῖς γινομένοις. Δῆλον δὲ ἄρα κἀκεῖνο ὡς τὴν ἀρετὴν B ἀκριβέστερόν τε καὶ μετὰ πλείονος ἐπλήρου τῆς εὐχερείας ἢ τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις ἦν δυνατὸν, ὅσῳ καὶ κατὰ πρόγνωσιν τοῦ ὁποῖός τις ἔσται, ἑνώσας αὐτῷ ὁ Θεὸς Λόγος ἑαυτῷ ἐν αὐτῇ διαπλάσεως ἀρχῇ, μείζονα παρεῖχεν τὴν παρ' ἑαυτοῦ συνέργειαν πρὸς τὴν τῶν δεόντων κατόρθωσιν, ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας τὰ κατ' αὐτὸν οἰκονομῶν· καὶ παρορμῶν μὲν ἐπὶ τὰ τελειότερα, ἐπικουφίζων δὲ αὐτῷ τῶν κόπων τὸ πλέον· εἴ τε τῶν κατὰ ψυχὴν, εἴ τε καὶ τῶν κατὰ τὸ σῶμα· καὶ οὕτως αὐτῷ μείζονά τε καὶ κουφοτέραν τῆς ἀρετῆς κατασκευάζων τὴν ἐκπλήρωσιν.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἥνωτο μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τῷ Θεῷ ὁ ληφθεὶς κατὰ πρόγνωσιν ἐν αὐτῇ τῇ διαπλάσει τῆς μήτρας τὴν C καταρχὴν τῆς ἑνώσεως δεξάμενος. Ἤδη δὲ τῆς ἑνώσεως ἠξιωμένος, ἁπάντων ἐτύγχανεν ὅσον εἰκὸς ἦν ἄνθρωπον τυχεῖν ἡνωμένον τῷ Μονογενεῖ καὶ τῶν ὅλων Δεσπότῃ, μειζόνων ἀξιούμενος περὶ τοὺς λαοὺς, ὅσῳ περ αὐτῷ καὶ τὸ τῆς ἑνώσεως ἐξαίρετον εἶναι συνέβαινεν. Ἠξιώθη γοῦν καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνοικήσεως πρῶτος παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους, καὶ ἠξιώθη ταύτης οὐχ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς. Οὗτος μὲν γὰρ ὅλην τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος ἐν ἑαυτῷ ἐδέξατο, ἑτέροις δὲ μερικὴν παρεῖχεν τοῦ παντὸς Πνεύματος τὴν μετουσίαν. Οὕτω δὲ καὶ ἐνεργεῖν ἐν αὐτῷ ἅπαν τὸ Πνεῦμα συνέβαινεν. Τὸ μὲν οὖν φθεγγόμενον κατ' αὐτὴν τῆς φωνῆς τὴν προφορὰν, ἄνθρωπος ἦν· ἡ δέ γε τῶν λεγομένων δύναμις πολλή D τις καὶ διάφορος.

Ἐκ τοῦ η' λόγου.

Κἀγὼ τὴν δόξαν ἣν ἔδωκάς μοι δέδωκα αὐτοῖς. Ποίαν ταύτην; Τοῦ τῆς υἱοθεσίας μεταλαβεῖν. Ταύτην γὰρ ἔλαβεν αὐτὸς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, βαπτισθεὶς πρότερον ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, ἔνθα δὴ καὶ προετυποῦτο ἐν αὐτῷ τὸ ἡμέτερον βάπτισμα ἥ τε γιγνομένη ἀναγέννησις ἐμαρτυρεῖτο τῇ πατρικῇ φωνῇ λέγοντος· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Καὶ τὸ Πνεῦμα κατελθὸν ἔμεινεν ἐπ' αὐτῷ, καθὰ καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ βαπτίσματι τούτου μετέχειν ἐμέλλομεν, ὅπερ λοιπὸν ἐξαιρέτως αὐτῷ

[10] Luc. II, 52. [11] Joan. XVII, 22. [12] Matth. III, 17.

(11) *Intelligentiam acquirens.* Τὴν σύνεσιν προσκτώμενος. Tur.

Digitized by Google

παρ' ἡμᾶς προσγέγονε, διὰ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν λόγον ἑνώσεως τούτων μετέχοντι ὧν ὁ κατὰ φύσιν υἱός.

Ex eodem libro.

Ex omni igitur parte manifestum est supervacaneam esse et indecoram atque discrepantem confusionem, cum unaquæque natura in se indissolubiliter maneat. Rursus manifestum est, aptam et congruentem esse unionem : per hanc enim naturæ copulatæ unam personam secundum unionem constituerunt. Quare quod Dominus in viro et uxore ait : *Quamobrem non jam sunt duo, sed una caro* [13]; dicere nos consentanee possumus secundum rationem unionis, Non sunt jam duæ personæ, sed una, scilicet naturis discretis; ut in viro scilicet et uxore non lædit numerum duorum, quod una caro dicatur, manifestum est enim quatenus una dicuntur caro; sic hic non lædit differentiam naturarum unio personæ. Cum enim naturas discernimus, perfectam naturam Dei Verbi dicimus, et perfectam personam; neque enim licet dicere hypostasin sine persona : perfectam vero etiam naturam hominis, et personam similiter. Cum tamen ad copulationem respicimus, unam personam tunc dicimus.

Ex eodem libro.

Eodem modo hic, propriam dicimus Verbi Dei substantiam, propriam etiam hominis; discretæ enim sunt naturæ, una vero persona unione constituta. Quare hic etiam cum naturas discernere aggredimur, perfectam personam hominis dicimus; perfectam item divinitatis. Cum vero unionem spectamus, tunc unam personam prædicamus ambas naturas composite, humanitate honorem a creatura accipiente, et divinitate omnia quæ oportebat, in ipsa operante.

Ex libro IX.

Hic igitur illud, *factum est*, non aliter dici posse reperimus, quam pro eo quod est τὸ δοκεῖν, id est, videri, quod quidem in Scriptura divina, et maxime in Domino superius in aliis diligentius docuimus : quatenus enim apparebat sive videbatur, *Verbum caro factum est* [14]. Videri autem sive apparere non significat hic, non accepisse carnem veram, sed non factum esse carnem. Quando enim dicit, *accepit*, non secundum speciem apparentem, sed secundum veritatem accepisse dicit; quando vero dicit *factum est*, tunc κατὰ τὸ δοκεῖν, id est, secundum speciem apparentem; non enim mutatum est Verbum in carnem. Advertenda est igitur mens evangelistæ : sic enim vim dicti cognoscemus.

Ex eodem libro.

(12) Quod in nobis dicitur secundum habitudinem in loco, hoc in Deo dicitur secundum habitudinem

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Πανταχόθεν ἄρα δῆλον, ὡς περιττὸν μὲν τὸ τῆς κράσεως καὶ ἀπρεπὲς καὶ ἀφαρμόζον ἑκάστης τῶν φύσεων, ἀδιαλύτως ἐφ' ἑαυτῆς μεινάσης. Πρόδηλον δὲ ὡς τὸ τῆς ἑνώσεως ἐφαρμόζον· διὰ γὰρ ταύτης συναχθεῖσαι αἱ φύσεις, ἓν πρόσωπον κατὰ τὴν ἕνωσιν ἀπετέλεσαν. » Ὥστε ὅπερ ὁ Κύριος ἐπί τε τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικός φησιν· *Ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία*, εἴποιμεν ἂν καὶ ἡμεῖς εἰκότως κατὰ ἑνώσεως λόγον, ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο πρόσωπα, ἀλλ' ἕν, δηλονότι τῶν φύσεων διακεκριμένων· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ οὐ λυμαίνεται τῷ ἀριθμῷ τῆς δυάδος, τὸ μίαν λέγεσθαι τὴν σάρκα, πρόδηλον γὰρ καθ' ὃ μία λέγονται, οὕτω κἀνταῦθα οὐ λυμαίνεται τῇ τῶν φύσεων διαφορᾷ, τοῦ προσώπου ἡ ἕνωσις. Ὅταν μὲν γὰρ τὰς φύσεις διακρίνωμεν, τελείαν τὴν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου φαμὲν, καὶ τέλειον τὸ πρόσωπον· οὐδὲ γὰρ ἀπρόσωπον ἔστιν ὑπόστασιν εἰπεῖν· τελείαν δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν, καὶ τὸ πρόσωπον ὁμοίως. Ὅταν μέντοι ἐπὶ τὴν συνάφειαν ἀπίδωμεν, ἓν πρόσωπον τότε φαμέν.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κἀνταῦθα ἰδίαν φαμὲν τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν οὐσίαν, ἰδίαν δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου· διακεκριμέναι γὰρ αἱ φύσεις, ἓν δὲ τὸ πρόσωπον τῇ ἑνώσει ἀποτελούμενον. Ὥστε κἀνταῦθα ὅταν μὲν τὰς φύσεις διακρίνειν πειρώμεθα, τέλειον τὸ πρόσωπόν φαμεν εἶναι τὸ τοῦ ἀνθρώπου, τέλειον δὲ καὶ τὸ τῆς θεότητος. Ὅταν δὲ πρὸς τὴν ἕνωσιν ἀποβλέψωμεν, τότε ἓν εἶναι τὸ πρόσωπον ἄμφω τὰς φύσεις κηρύττομεν, τῆς τε ἀνθρωπότητος τῇ θεότητι τὴν παρὰ τῆς κτίσεως τιμὴν δεχομένης, καὶ τῆς θεότητος ἐν αὐτῇ πάντα ἐπιτελούσης τὰ δέοντα.

Ἐκ τοῦ θ' λόγου.

Ἐνταῦθα τοίνυν τὸ, *ἐγένετο*, οὐδαμῶς ἑτέρως λέγεσθαι δυνάμενον εὑρήκαμεν, ἢ κατὰ τὸ δοκεῖν· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ λεγόμενον ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῦ Κυρίου δι' ἑτέρων ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἀκριβέστερον ἐδιδάξαμεν· τὸ γὰρ δοκεῖν, *ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*. Τὸ δὲ δοκεῖν οὐ κατὰ τὸ μὴ εἰληφέναι σάρκα ἀληθῆ, ἀλλὰ κατὰ τὸ μὴ γεγενῆσθαι. Ὅταν μὲν γὰρ *ἔλαβεν* λέγῃ, οὐ κατὰ τὸ δοκεῖν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀληθὲς λέγει· ὅταν δὲ *ἐγένετο*, τότε κατὰ τὸ δοκεῖν· οὐ γὰρ μετεποιήθη εἰς σάρκα. Προσεκτέον οὖν τὴν διάνοιαν τοῦ Εὐαγγελιστοῦ· οὕτως γὰρ γνωσόμεθα τοῦ λεγομένου τὴν δύναμιν.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ὅπερ γὰρ ἐφ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἐν τόπῳ λέγεται σχέσιν, τοῦτο ἐπὶ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὴν τῆς

[13] Matth. XIX, 6. [14] Joan. I, 14.

(12) Significat hæreticus secundum habitudinem voluntatis intelligi quod ait Scriptura, *Verbum caro factum est*. CAN.

Digitized by Google

voluntatis. Sicut enim dicimus in nobis, γέγονα in hoc loco, hoc est, *factus sum*, pro fui : sic in Deo dicimus, γέγονε, id est, *factus est* in hoc; quia quod in nobis facit transitus ex loco in locum, hoc facit voluntas in Deo, qui secundum naturam ubique est.

A γνώμης. Ὡς γάρ φαμεν ἐφ' ἡμῶν ὅτι ἐν τῷδε γέγονα τῷ τόπῳ, οὕτως καὶ ἐπὶ Θεοῦ ὅτι γέγονεν ἐν τῷδε· ἐπειδὴ ὅπερ ἐφ' ἡμῶν ἡ μετάβασις ἐργάζεται, τοῦτο ἐπὶ τοῦ Θεοῦ ἡ γνώμη, ἁπανταχοῦ τῇ φύσει τυγχάνοντος.

Ex libro decimo.

Sicut enim per tales voces ex Scriptura divina naturarum differentias (13) edocemur, sic et adunationem discimus, quoties ambarum naturarum proprietates in unum conducit, et sicut de uno quodam eloquitur. Hoc enim est simul ostendere et naturas differentes, et personæ adunationem : ex differentia quidem eorum quæ dicuntur, differentia intelligitur B naturarum; cum autem rediguntur, manifestam suspicimus adunationem. Beatus itaque Joannes evangelista dicit : *Altera die vidit Jesum venientem ad se, et dixit : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iste est de quo ego dixi, quia post me venit vir qui ante me factus est, quia prior me erat, et ego nesciebam eum* (*Joan.* I, 29). Hic enim dicendo, *Vidit Jesum venientem ad se, et dixit : Ecce Agnus Dei*, manifeste humanitatem significare mihi videtur. Hoc enim videbat Baptista Joannes, hoc erat quod susceperat mortem, corpus videlicet quod pro omni oblatum est mundo. Quod vero sequitur, *Qui tollit peccata mundi*, nequaquam jam convenit carni. Non enim illius erat totius mundi peccatum auferre, sed erat hoc pro certo divinitatis opus.

Ex libro sive sermone X.

Apparuit autem ei angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram [15]. Intelligimus ergo ex his sustinuisse quidem Christum manifeste certamen non vulgare.

Ἐκ τοῦ ι' λόγου.

Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ ἐνισχύων αὐτόν. Καὶ γενόμενος ἐν ἀγῶνι, ἐκτενέστερον προσηύχετο. Καὶ ἐγένετο ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντος ἐπὶ τὴν γῆν. Οὐκοῦν τὸν μὲν ἀγῶνα, καὶ τοῦτον οὐ τὸν τυχόντα φανερῶς ὑπομεμενηκότα τὸν Χριστὸν, ἐκ τῶν εἰρημένων μανθάνομεν.

Ex eodem libro.

Quam vero consecutionem habebat, quod dictum est: *Qui descendit de cœlo, et est in cœlo* [16] ? Alterutrum enim altero tollitur. Descendisse de cœlo tollit esse in cœlo : et esse, tollit descendisse. At descendit quidem secundum inhabitationem in homine; est autem in cœlo secundum incircumscriptionem naturæ omnibus præsens.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ποίαν δὲ καὶ ἕξει ἀκολουθίαν τὸ λεγόμενον, Ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ; C Ἀναιρεῖται γὰρ θατέρῳ τὸ ἕτερον. Τὸ μὲν καταβεβηκέναι ἐξ οὐρανοῦ, τῷ εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ· τὸ δὲ εἶναι, τῷ καταβεβηκέναι. Ἀλλὰ καταβέβηκε μὲν, τῇ εἰς τὸν ἄνθρωπον ἐνοικήσει· ἔστι δὲ ἐν οὐρανῷ, τῷ ἀπεριγράφῳ τῆς φύσεως πᾶσι παρών.

Ex eodem libro.

Consideremus igitur quis homo est de quo obstupescit et admiratur, quod scilicet Unigenitus voluit ejus meminisse, et visitationem ejus facere (14) : quod autem non est dictum, in superioribus demonstratum est; quod autem neque de uno quopiam e vulgo, et hoc liquet : ut vero omnia omittamus, quod est omnibus credibilius, apostolicum testimonium amplectamur.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Σκοπῶμεν τοίνυν τίς ἄνθρωπος περὶ οὗ ἐκπλήττεται καὶ θαυμάζει· ὅτι δὴ ὁ Μονογενὴς κατηξίωσεν αὐτοῦ μνησθῆναί τε καὶ ἐπισκοπὴν ποιήσασθαι· ἀλλ' ὅτι οὐ περὶ παντὸς ἀνθρώπου μὲν εἴρηται, ἐν τοῖς ἀνωτέρω δέδεικται· ὅτι δὲ οὐδὲ περὶ ἑνός τινος τῶν τυχόντων, καὶ τοῦτο εὔδηλον· ἵνα δὲ ἅπαντα παρῶμεν, τὸ πάντων εὐπιστότερον τὴν ἀποστολικὴν μαρτυρίαν ἐκδεξώμεθα.

Ex libro XI.

Ad hæc itaque sufficiunt quidem et quæ diximus, ubi et naturarum differentiam ostendimus et personæ unitatem, et quod secundum naturas iste D quidem beneficium accipit, ille autem beneficium dat, certa constituta unitate ex qua indivise ab universa creatura honor impletur.

Ex libro XII.

Idcirco non dixit, *Locutus est nobis* ἐν τῷ Υἱῷ, id est *in Filio* [17], cum articulo Græco, sed ἐν Υἱῷ, id est *in Filio*, sine articulo (quod quidem dictum absolute poterat significare utrumque in eodem)

Ἐκ τοῦ ιβ' λόγου.

Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, Ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν τῷ Υἱῷ, ἀλλ' ἐν Υἱῷ· ὃ δὴ καὶ λεγόμενον ἁπλούστως, ἀμφότερα κατὰ ταυτὸν σημαίνειν ἠδύνατο, πρωτοτύπως μὲν σημαῖνον τὸν ἀληθινὸν Υἱόν· ἀληθῆ δὲ Υἱὸν λέγω

[15] Luc. XXII, 43, 44. [16] Joan. III, 13. [17] Heb. I, 2.

(13) Cod. Veron. *differentiam.*
(14) Acta concilii CP. II, collat. VI, ed. Lab. tom. V, col. 517.

Digitized by Google

τὸν τῇ φυσικῇ γεννήσει τὴν υἱότητα κεκτημένον· ἐπομένως δὲ συνεπιδεχόμενον τῇ σημασίᾳ, καὶ τὸν κατὰ ἀλήθειαν τῆς ἀξίας μετέχοντα, τῇ πρὸς αὐτὸν ἑνώσει.

A πρωτοτύπως, id est *principaliter*, significans Filium verum, scilicet cum articulo; Filium verum dico eum, qui naturali generatione filiationem habuit; consequenter vero significans eum, qui filiationem συνεπιδέχεται τῇ σημασίᾳ, id est, filiationem consuscipit significatione, et secundum veritatem dignitatem participat unione cum Verbo facta.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἆρα παύσονται λοιπὸν τῆς ἀνεπισχύντου μάχης, ἀποστήσονται δὲ λοιπὸν τῆς ματαίας φιλονεικίας, αἰδεσθέντες τῶν εἰρημένων τὸ προφανές; *Πολλοὺς* γὰρ, φησὶν, *υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα*. Ἰδοὺ τοίνυν ἐν τῷ τῆς υἱότητος λόγῳ, καὶ συγκατατάττων ὁ Ἀπόστολος φαίνεται τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον τοῖς πολλοῖς, οὐ καθ' ὁμοίωσιν ἐκείνοις τῆς υἱότητος μετέχων, ἀλλὰ καθ' ὁμοίωσιν καθ' ὃ χάριτι προσ- B ελήφθη τὴν υἱότητα, τῆς θεότητος μόνης τὴν φυσικὴν υἱότητα κεκτημένης. Πρόδηλον γὰρ ἐκεῖνο, ὡς τῆς υἱότητος αὐτῷ παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους πρόσεστι τὸ ἐξαίρετον, τῇ πρὸς αὐτὸν ἑνώσει· ὅθεν καὶ τῇ τοῦ Υἱοῦ φωνῇ συνεπινοούμενος συμπαραλαμβάνεται. Ἀλλὰ λογοποιοῦνται πρὸς ἡμᾶς, ὅτι εἰ δύο τέλεια φάσκομεν, πάντως δύο καὶ τοὺς υἱοὺς ἐροῦμεν. Ἀλλ' ἰδοὺ καὶ Υἱὸς εἴρηται ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κατ' αὐτὸ τῆς θεότητος ὑπεξῃρημένης τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις συντεταγμένος· καὶ οὐκ ἤδη δύο φαμὲν τοὺς υἱούς. Εἷς δὲ ὁ Υἱὸς ὁμολογεῖται δικαίως· ἐπείπερ ἡ τῶν φύσεων διαίρεσις ἀναγκαίως ὀφείλει διαμένειν, καὶ ἡ τοῦ προσώπου ἕνωσις ἀδιασπάστως φυλάττεσθαι. Καὶ εἰρηκὼς, *Πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα*, ἐπάγει, *τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας* C *αὐτῶν, διὰ παθημάτων τελειῶσαι*. Ὁρᾶτε πῶς φανερῶς τὸν Θεὸν Λόγον φησὶ παθημάτων τετελειωκέναι τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον, ὃν καὶ ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας ἐκάλεσεν, ὡς αὐτόν τε πρῶτον ταύτης ἀξιωθέντα, καὶ ἑτέροις αἴτιον καταστάντα.

Nunquid desistent deinceps a pugna inverecunda? Discedentne in posterum a vana contentione reverentes quod aperte dictum est? *Multos* enim, inquit, *filios in gloriam adduxit* [18]. Ecce igitur Apostolus, qui in ratione filiationis numerat cum multis hominem assumptum, qui non similiter ut illi, filiationem participat, sed quatenus per gratiam filiationem assumpsit, sola divinitate naturalem filiationem habente. Liquet enim illud, quod præcipua ratio filiationis præter cæteros homines inest in ipso ex unione cum Verbo: unde in voce Filii simul cum eo intelligitur, et simul accipitur. Sed contra aiunt, si dicamus duo perfecta, necessarios duos filios dicemus. Sed ecce, Filius dictus est in divina Scriptura, sublata divinitate, cum reliquis hominibus secundum idem collocatus et numeratus; neque continuo dicimus duos filios. Unus vero Filius conceditur, quia divisio, sive discretio naturarum necessario debet permanere, et unio personæ insolubiliter custodiri. Et postquam dixit, *multos filios in gloriam adduxit*, subjungit, *auctorem salutis eorum per passionem consummare*. Videte, quomodo perspicue dicit consummasse Verbum per passiones hominem assumptum quem auctorem salutis eorum vocavit, quippe qui primus hac salute dignus habitus, etiam aliis fuit salutis causa.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἅπασι γὰρ τοῖς τοιούτοις κατὰ τὴν ἐξήγησιν τὸ τοῦ Υἱοῦ τιθέντες ὄνομα διατελοῦσιν· ἀνθρωπινωτέρων γὰρ ὄντων τῶν λεγομένων, ἐδικαίουν ταύτῃ κεχρῆσθαι τῇ φωνῇ, ἣν τινα καὶ εἶναι αὐτῷ τὴν προσηγορίαν συνέβαινεν· καὶ ὅτι Ἰησοῦς ὄνομα, τοῦ ἀναληφθέντος ἡ προσηγορία, ὥσπερ καὶ τῶν ἀποστόλων τὸ Πέτρος καὶ Παῦλος, ἢ εἴ τι τοιοῦτο λεγόμενον· οὕτω τε ἐπικληθὲν αὐτῷ, μετὰ τὴν γέννησιν τὴν ἐκ Μαρίας. D

Ex eodem libro sive oratione.

His enim omnibus secundum expositionem nomen Filii imponunt; cum enim sint humana quæ dicuntur, æquum esse judicabant uti hac voce, quam quidem contigit esse ejus appellationem: et quod nomen Jesus appellatio assumpti, sicut in apostolis nomen Petri, aut Pauli, aut aliud hujusmodi, sic ei impositum est post ortum ex Maria.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἀλλὰ πρὸς τοῦτό φασιν, ὅτι τὸ Ἰησοῦς ὄνομα *Σωτῆρα* σημαίνει. Σωτὴρ δὲ, φασὶ, πῶς ἂν ὁ ἄνθρωπος λέγοιτο; Ἐπιλελησμένοι ὅτι Ἰησοῦς ἐλέγετο καὶ ὁ τοῦ Ναυὴ, καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, οὐκ ἀπό τινος οὕτω κληθεὶς συντυχίας ἐν τῇ γενέσει, ἀλλὰ μετονομασθεὶς ὑπὸ τοῦ Μωσέως. Δῆλον δὲ ὡς οὐκ ἂν αὐτὸ θεῖναι ἐπ' ἀνθρώπου ἠνέσχετο, εἴπερ θείας ἦν πάντως φύσεως σημαντικόν.

Ex eodem libro.

Sed ad hoc dicunt, quod nomen Jesus significat *Salvatorem*. Salvator autem quomodo, inquiunt, dicatur homo? Obliti, quod Jesus dicebatur filius Nave; et quod magis mirandum est, non sic ex quopiam casu fortuito vocatus est in ortu suo, sed mutato nomine a Moyse. Liquet autem nunquam illum passurum fuisse, ut hoc nomen homini imponeretur, si necessario divinam naturam significaret.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχά-

Ex eodem libro.

Multifariam multisque modis olim Deus locutus patribus in prophetis, in novissimis diebus locutus

[18] Hebr. II, 10.

Digitized by Google

est in Filio [19]. Aperte hic, cum ait *in Filio*, in homine dicit.

Ex eodem libro.

Quare non solum Filium vocat, separans eum a Verbo, sed plane ostenditur collocare eum secundum rationem filiationis cum reliquis hominibus, qui filiationem participaverunt. Siquidem gratia etiam ipse filiationem participavit, non naturaliter ex Patre genitus, habens tamen præ reliquis excellentiam, quoniam ex unione cum Verbo comparavit filiationem. Quod quidem magis propriam participationem rei ipsi largitur.

Ex eodem libro.

Et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur [20]. Ecce igitur quemadmodum evangelizans ortum ex Maria secundum carnem, Jesum quidem vocari jubet; Filium vero Altissimi vocandum esse prænuntiat, consentanee illud quidem imponi jubet tanquam nomen nati; hoc vero vocandum esse prædicit, quia erat honoris symbolum nomen, quem honorem confirmabat deinceps rei participatio.

Ex eodem libro.

Manifestum autem est, quod in distinctione naturarum necessario nobis observatum est scire, quod Deus Verbum secundum naturalem generationem Filius esse dicitur; homo autem multo majore dignitate Filii, quam secundum ipsum conveniebat, frui dicitur propter copulationem cum Illo Filio.

Ex libro XIII.

Qui manifestatus est in carne, justificatus est in spiritu [21]. Justificatum esse in spiritu dicit, sive tanquam qui ante baptismum legem, qua conveniebat diligentia, servavit; sive tanquam qui post baptismum vitam in lege gratiæ adjumento Spiritus sancti cum multa accuratione gerebat.

Ex eodem libro.

Nec enim quod a Joanne dictum est ei, *Ego opus habeo a te baptizari, et tu venis ad me* [22], tollet quin homo sit, qui baptizatur. Conveniet autem etiam secundum rationem humanitatis; quandoquidem secundum ipsam virtutem multo præstantior erat quam Joannes, et propter naturam divinitatis habitantem in eo non supra Joannem tantum, sed supra omnes homines, imo supra creaturam dignitatem habere juste agnoscebatur.

Ex eodem libro.

Quamobrem cum Dominus vellet in usu cibi tolerantiam et virtutem ostendere, hoc inquit: Non postulat necessitas, ut fiat. Sed docens minus se cibum curare, et nihil magis quam virtutem honorare, ait illi: *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei* [23].

A *των τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ.* — Φανερῶς γὰρ ἐνταῦθα ἐν Υἱῷ, τῷ ἀνθρώπῳ λέγων δείκνυται.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ὥστε οὐ μόνον Υἱὸν αὐτὸν ἀποκαλεῖ, τοῦ Θεοῦ Λόγου ἀφορίσας, ἀλλὰ καὶ συντάττων κατὰ τὸν τῆς υἱότητος λόγον, τοῖς λοιποῖς τοῖς μετεσχηκόσι τῆς υἱότητος ἐλέγχεται· ἐπείπερ χάριτι καὶ αὐτὸς μετέσχηκε τῆς υἱότητος, οὐ φυσικῶς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένος, ἔχων μέντοι παρὰ τοὺς λοιποὺς τὴν ὑπεροχήν, ὅτι τῇ πρὸς αὐτὸν ἑνώσει κέκτηται τὴν υἱότητα, ὃ δὴ κυριωτέραν αὐτῷ τοῦ πράγματος χαρίζεται τὴν μετουσίαν.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

B *Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτῷ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται.* — Ἰδοὺ τοίνυν ὅπως τὸν ἐκ Μαρίας εὐαγγελιζόμενος τόκον κατὰ σάρκα λέγων, καὶ Ἰησοῦν μὲν αὐτὸν κληθῆναι κελεύει, Υἱὸν δὲ Ὑψίστου κληθήσεσθαι προαγορεύει εἰκότως, τὸ μὲν τεθῆναι κελεύων ὡς προσηγορίαν τοῦ τικτομένου, τὸ δὲ κληθήσεσθαι προαγορεύειν, ἐπειδὴ τιμῆς ἦν σύμβολον τὸ ὄνομα, ἣν ἐξῆς ἐβεβαίου τοῦ πράγματος ἡ μετουσία.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Δῆλον δὲ ὅτι περ ἐν τῇ τῶν φύσεων διακρίσει πάντως ἡμῖν ἐπιτετήρηται τὸ εἰδέναι· ὡς ὁ μὲν Θεὸς Λόγος κατὰ τὴν φυσικὴν γέννησιν, Υἱὸς εἶναι λέγεται· ὁ δὲ ἄνθρωπος, πολλῷ γε μείζονος οὔσης ἢ κατ' αὐτὸν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀξίας ἀπολαύειν, διὰ τὴν C πρὸς ἐκεῖνον συνάφειαν.

Ἐκ τοῦ ιγ' λόγου.

Ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν Πνεύματι. — Δεδικαιῶσθαι ἐν Πνεύματι λέγων αὐτὸν, εἴτε ὡς πρὸ τοῦ βαπτίσματος μετὰ τῆς προσηκούσης ἀκριβείας τὸν νόμον φυλάξαντα, εἴτε ὡς καὶ μετ' ἐκεῖνο τὴν τῆς χάριτος πολιτείαν τῇ τοῦ Πνεύματος συνεργείᾳ μετὰ πολλῆς πληροῦντα τῆς ἀκριβείας.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Οὐδὲ γὰρ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου πρὸς αὐτὸν εἰρημένον, ὅτι *Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με*, οὐδὲ τοῦτο ἀναιρήσει τὸ τὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν βαπτιζόμενον. Ἁρμόσει γὰρ αὐτῷ καὶ κατὰ τὸν τῆς ἀνθρωπότητος λόγον, ἐπείπερ κατὰ D τε αὐτὴν τὴν ἀρετὴν πολλὴν εἶχε τὴν ὑπεροχὴν πρὸς Ἰωάννην, καὶ διὰ τὴν ἐνοικοῦσαν αὐτῷ τῆς θεότητος φύσιν, οὐχ ὑπὲρ Ἰωάννην μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους, ἤδη δὲ καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἔχων τὸ ἀξίωμα, δικαίως ἐγνωρίζετο.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Διόπερ ὁ Κύριος βουλόμενος ἐν τῇ χρείᾳ τῆς τροφῆς τό τε καρτερικὸν καὶ ἐμφιλόσοφον ἐπιδείξασθαι, τοῦτο μὲν γενέσθαι οὐκ αἰτεῖ, φησίν. Δεικνὺς γὰρ ὅτι ἔλαττον αὐτῷ μέλει τῆς τροφῆς, καὶ προτιμότερον αὐτῷ τῆς ἀρετῆς οὐδέν, φησὶ πρὸς αὐτόν· *Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ.*

[19] Hebr. I, 1 [20] Luc. I, 32. [21] I Tim. III, 16. [22] Matth. III, 14. [23] Matth. IV, 4.

Digitized by Google

Ex tοῦ αὐτοῦ λόγου. A

Τοῦτο γὰρ ὁ διάβολος ἐσπούδασε, πεῖσαι μὲν αὐτὸν ὡς οὐδαμῶς αὐτοῦ φροντὶς τοῦ Θεοῦ. Διὸ ἔλεγεν· *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ*, ποίησον τόδε, τουτέστιν ἔργῳ δεῖξον, ὅτι μέλει σου τῷ Θεῷ. Αὐτὸς δὲ ὑπισχνεῖτο μεγάλα ὡς δι' ἐκείνου μὲν ἀποστήσων τοῦ Θεοῦ, διὰ δὲ τῶν ὑποσχέσεων οἰκειώσων ἑαυτῷ· καὶ τῇ μὲν προτέρᾳ πείρᾳ τὸν ἄρτον προβάλλεται, τῇ ἡδονῇ γαργαλίζων ἐπὶ τὴν πεῖραν ἐλθεῖν.

Ex tοῦ αὐτοῦ λόγου.

Διόπερ ὁ Κύριος ἐν τοῖς τρισὶν ἡττήσας αὐτὸν, ἡμῖν τὴν κατ' αὐτοῦ δίκην ἐχαρίσατο. Οὐκ αἰτήσας μὲν γὰρ τὸ τὸν ἄρτον γενέσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἔδειξεν ἑαυτὸν ἡδονῆς κρατοῦντα· μὴ βαλὼν δὲ ἑαυτὸν κάτω, δόξης ὑπερεῖδε, πείσας ἅπαντας ὡς οὐ μέλειν αὐτῷ B ταύτης· διὰ δὲ τοῦ τρίτου κρατήσας τῶν τοῦ κόσμου ἀγαθῶν, ἔδειξεν ἑαυτὸν οὐδὲν τούτων ὑπὲρ εὐσεβείας ἡττώμενον.

Ex eodem libro.

Hoc enim diabolus studuit suadere illi, quod nulla esset Dei cura de eo; idcirco aiebat: *Si Filius Dei es*[24], fac hoc, id est, demonstra re ipsa, quod curam de te habet Deus. Ipse autem diabolus magna promittebat, ut per illam suasionem a Deo illum alienaret, et disjungeret; per promissiones vero sibi conciliaret et adjungeret: et prima tentatione panem proponit, ut voluptate ad experientiam provocaret.

Ex eodem libro.

Quocirca Dominus cum eum ter vicisset, victoriam de eo reportatam nobis donavit. Cum enim non petisset a Deo, ut fieret panis, demonstravit se vincere voluptatem; cum vero non projecit se deorsum, gloriam neglexit, suadens omnibus, non se hanc curare; tertia tentatione cum vicisset bona hujus mundi, demonstravit se pro pietate in Deum nullis bonis mundi hujus superari.

Ex eodem libro.

Bonum est (15) in hoc loco maxime concludere quid virtutis habeant ea quæ dicta sunt, sive conversari, sive baptizari, sive crucifigi, sive mori, sive sepeliri et resurgere. Non puro alicui hæc coaptantes homini dicimus : hoc enim in unaquaque dictorum demonstratione addere non moramur, ut nullam calumniantibus præbeamus male loquendi occasionem ; sed inhabitato quidem a Deo Verbo ab ipsa in utero matris plasmatione, inhabitato vero, non secundum communem inhabitationem, neque juxta eam quæ in multis intelligitur gratiam, sed juxta quamdam excellentem, secundum quam etiam adunari dicimus utrasque naturas, et unam juxta adunationem effectam esse personam.

Ex tοῦ ιδ' λόγου. C

Ἐντεῦθεν οὖν καὶ τοσαύτη γέγονεν περὶ τὸν ἄνθρωπον ἡ τιμὴ καταξιωθέντα θείας ἐνοικήσεως, τοῦ τε καθῆσθαι ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς καὶ προσκυνεῖσθαι παρὰ πάσης τῆς κτίσεως. Οὐδὲ γὰρ ἂν ὁ Θεὸς οὕτως ἁπλῶς, καὶ ἄνευ τινὸς χρησίμου λόγου ἄνθρωπον μὲν ἐλάμβανε καὶ ἥνου πρὸς ἑαυτὸν, προσκυνεῖσθαι παρὰ τῆς κτίσεως παρασκευάζων ἁπάσης, τὰς δέ γε νοητὰς φύσεις προσκυνεῖν ἐδικαίου, εἰ μὴ τὰ περὶ αὐτὸν γεγονότα, κοινὴ πάσης ἦν εὐεργεσία τῆς κτίσεως.

Ex libro XIV.

Hinc igitur tantus honor habitus est homini, qui habitus est dignus inhabitatione divina, et ut sederet ad dexteram Patris, atque ab omni creatura coleretur. Nec enim Deus sic simpliciter, et sine aliqua utili ratione hominem assumeret, sibique uniret, faciens ut ab omni creatura adoraretur, justumque esse vellet, ut naturæ intellectiles eum colerent, nisi quæ circa illum facta sunt commune omnis creaturæ beneficium esset.

Ex tοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ταὐτὸ δὲ τοῦτο φήσομεν δικαίως καὶ ἐπὶ τοῦ Κυρίου, ὅτι περ ὁ Θεὸς Λόγος ἐπιστάμενος αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν, καὶ δὴ κατὰ πρόγνωσιν εὐθὺς ἄνωθεν ἐν τῇ τῆς διαπλάσεως ἀρχῇ, ἐνοικῆσαί τε εὐδοκήσας, καὶ ἑνώσας αὐτὸν ἑαυτῷ τῇ σχέσει τῆς γνώμης, μείζονά τινα παρεῖχεν αὐτῷ τὴν χάριν, ὡς τῆς εἰς αὐτὸν χάριτος εἰς πάντας τοὺς ἑξῆς διαδοθησομένης ἀνθρώπους. Ὅθεν καὶ τὴν περὶ τὰ καλὰ πρόθεσιν ἀκέραιον αὐτῷ διεφύλαττεν. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο φήσομεν, ὅτι περ ὁ ἄνθρωπος πρόθεσιν εἶχεν οὐδεμίαν, ἀλλ' ὅτι προὐτεθεῖτο μὲν αὐτῷ τὸ καλόν· μᾶλλον δὲ πλείστη αὐτῷ τῆς κατὰ πρόθεσιν προσῆν ἡ τε τοῦ καλοῦ στοργὴ, καὶ τὸ τοῦ ἐναντίου μῖσος. Διεφυλάττετο δὲ αὐτῷ τὰ τῆς προθέσεως ἀκέραια ὑπὸ τῆς θείας χάριτος, ἄνωθεν τοῦ Θεοῦ ὁποῖος τίς ἐστιν ἀκριβῶς ἐπι-

Ex eodem libro.

Hoc ipsum dicemus juste etiam in Domino, quod Deus Verbum cum sciret ejus virtutem, ut D qui secundum præcognitionem statim a principio in ipsa formatione voluit inhabitare in eo, et sibi eum unire habitudine voluntatis, majorem quamdam gratiam ipsi præbebat, utpote gratia in eum collata, ad omnes homines deinceps manatura. Unde et propositum ipsi circa honesta sincerum et incorruptum servabat. Non enim hoc dicemus, quod nihil propositum habebat hic homo, sed potius, quod propositum sibi habebat quod honestum erat, imo plurimus illi honestatis et virtutis amor secundum propositum inerat et vehemens odium in contrarium. Servabantur autem illi integra quæ ad propositum pertinebant, a divina gratia : sciebat

[24] Matth. IV, 3, 6.

(15) Facundus Hermian., III, 2.

Digitized by Google

quippe Deus optime a principio, qualis esset, et ad hujus rei confirmationem multam ei operam inhabitatione sua pro salute nostra adjungebat. Unde non potest dici injustitiæ esse, aliquid eximium præ cæteris omnibus tributum esse homini a Deo assumpto.

σταμένου · καὶ δὴ πρὸς τὴν τούτου βεβαίωσιν, πολλὴν αὐτοῦ παρέχοντος τῇ οἰκείᾳ ἐνοικήσει τὴν συνέργειαν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἡμῶν σωτηρίας. Ὅθεν οὐδὲ ἀδικίας εἶποι τις ἂν εἶναι τὸ παρὰ πάντας ἐξαίρετόν τι παρεσχῆσθαι τῷ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ληφθέντι ἀνθρώπῳ.

Ejusdem Theodori ex libro quartodecimo De incarnatione, ubi dicit quod imago erat Christus Dei Verbi, et sicut imago imperialis adorabatur ab omnibus.

Et secundum duas rationes locum imaginis obtinet. Qui enim amant quosdam, post mortem eorum sæpius imagines statuentes, hoc sufficiens mortis solatium habere arbitrantur, et eum qui non videtur, nec præsens est, tanquam in imagine aspicientes putant videre, ita flammam desiderii et vigorem placantes. Sed etiam illi, qui per civitates habent imperatorum imagines, tanquam præsentes et videndos honorare videntur eos qui non sunt præsentes, cultu et adoratione imaginum. Ista autem utraque per illum adimplentur, omnes enim qui cum illo sunt, et virtutem sequuntur, et debitorum Dei parati redditores, diligunt eum, et valde honorant : et charitatem quidem ei divina natura, licet non aspiciatur, adimplet in illo qui ab omnibus videtur, sic omnibus existimantibus,

ut ipsum videntibus per illum, et illi semper præsentibus et honorem vero omnem sic attribuunt; tanquam imagini imperiali, cum quasi in ipso sit divina natura, et in ipso spectetur. Si enim et Filius est qui inhabitare dicitur, sed cum eo est etiam Pater, et inseparabiliter omnimodo ad Filium esse ab omni creditur creatura; et Spiritus autem non abest, utpote etiam in loco unctionis factus ei, et cum eo est semper qui assumptus est; et non mirandum est, cum etiam in quibuslibet hominibus virtutem sequentibus cum Filio et Pater esse dicitur : *Veniemus enim et ego et Pater, et mansionem apud ipsum faciemus*[28]. Quod autem et spiritus ejusmodi hominum inseparabilis est, certum est omnibus.

Ex libro XV.

Cum igitur interrogant, an sit Maria ἀνθρωποτόκος ἢ Θεοτόκος, id est *hominipara an Deipara*, dicatur a nobis utrumque; illud quidem natura rei, hoc vero relatione (16). Hominipara quidem natura, quandoquidem homo erat qui in ventre Mariæ fuit, et ex eo prodivit; Deipara vero, quia Deus erat in homine quem peperit, non circumscriptus secundum naturam, sed in ipso exsistens secundum habitudinem voluntatis.

Ἐκ ταῦ ιε' λόγου.

Ὅταν τοίνυν ἐρωτῶσιν, ἀνθρωποτόκος ἢ Θεοτόκος ἡ Μαρία, λεγέσθω παρ' ἡμῶν ἀμφότερα· τὸ μὲν γὰρ τῇ φύσει τοῦ πράγματος, τὸ δὲ τῇ ἀναφορᾷ. Ἀνθρωποτόκος μὲν γὰρ τῇ φύσει, ἐπείπερ ἄνθρωπος ἦν ὁ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Μαρίας, ὡς καὶ προῆλθεν ἐκεῖθεν· Θεοτόκος δὲ, ἐπείπερ Θεὸς ἦν ἐν τῷ τεχθέντι ἀνθρώπῳ, οὐκ ἐν αὐτῷ περιγραφόμενος κατὰ τὴν φύσιν, ἐν αὐτῷ δὲ ὢν κατὰ τὴν σχέσιν τῆς γνώμης.

Ex eodem libro.

Magis enim perturbabatur Dominus, magisque certabat cum passionibus animæ quam corporis; et fortiore ratione voluptates coercebat, divinitate scilicet media, et adjuvante eum ad perficiendum.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ἠλέου γὰρ ὠχλεῖτο ὁ Κύριος καὶ ἠγωνίζετο πρὸς τὰ ψυχικὰ πάθη ὑπὲρ τὰ τοῦ σώματος, καὶ τῷ κρείττονι λογισμῷ τὰς ἡδονὰς ἐχειροῦτο, τῇ θεότητος δηλαδὴ μεσιτευούσης καὶ βοηθούσης αὐτῷ πρὸς τὴν κατόρθωσιν.

Ejusdem Theodori ex libris De incarnatione.

Plus inquietabatur Dominus, et certamen habebat ad animæ passiones, quam corporis, et meliore animo libidines vincebat, mediante deitate ad perfectionem. Unde et Dominus ad hæc maxime instituens videtur certamen. Cupiditate enim pecuniarum non deceptus, et gloriæ desiderio non tentus, carni quidem præbuit nihil (nec enim illius erat talibus vinci), animam autem si non recepisset, sed deitas est quæ ea vicerat, nullatenus eorum quæ facta sunt, ad nos respicit lucrum, (quæ enim ad conversationis perfectionem, similitudo deitatis et animæ humanæ?) Et videntur Domini certamina non ad nos respiciens habere lucrum, sed ostentationis cujusdam gratia fuisse. Quod si hoc dicere non est possibile (certum etenim est quod illa propter nos facta sunt), et majus certamen instituit ad animæ passiones, minus autem ad carnis: quanto et amplius et magis inquietare illas contingebat, et magis illa erat quæ et amplioris indigebat medicinæ, videlicet quod et carnem et animam assumens, per utraque pro utrisque certabat: mortificans quidem in carne peccatum, et mansuetans ejus libidines, et facile capiendas meliore ratione animæ faciens; erudiens autem animam,

[28] Joan. XIV, 23.

(16) *Relatione*, ἀναφορᾷ : nam secundum Theodorum hæreticum, Deus Verbum erat in illo homine, quem D. Virgo peperit, κατ' ἀξίαν, secundum dignitatem, κατὰ σχέσιν γνώμης, secundum habitudinem voluntatis, κατ' ἀναφοράν, secundum relationem, κατ' ἐνέργειαν, secundum operationem; idem omnino pluribus verbis significans : ponebat itaque unionem ἀξιωματικὴν, γνωμικὴν, ἐνεργητικὴν, συνεργητικὴν, ἀναφορικήν. TUR.

Digitized by Google

et exercitans et suas passiones vincere, et carnis refrenare libidines. Hæc enim deitas inhabitans operabatur, hæc inhabitans medebatur utrique eorum.

Ex libro XV.

Propter quod utrumque juste Filius vocatur, una exstante persona, quam adunatio naturarum effecit.

Ejusdem de sermone incarnationis (17).

Secundum præscientiam Verbi ostensus qui natus est ex Virgine sine semine homo, non est discretus a Verbo per similitudinem mentis eidem copulatus, per quam dignatione univit eum sibi et monstravit eum secundum operationem indissimilem sui, auctoritatem et potestatem eamdem inseparabilem habentem atque adorationem pari lege non discrepantem.

(17) Conc. Lateran. anni 649, inter testimonia hæreticorum. Labb. VI, 318.

FRAGMENTA EX LIBRIS CONTRA APOLLINARIUM.

Quomodo igitur tu, cui super omnes maxime decet mentium regimen, illum qui ex Virgine natus est, Deum esse, et ex Deo consubstantialem Patri existimari dicis, nisi forte sancto Spiritui imputare illius creationem nos jubes? Sed quis est Deus ex Deo, et consubstantialis Patri? is idem qui ex Virgine natus erat, o mirandum! et qui per Spiritum sanctum secundum divinas Scripturas plasmatus est, et confictionem in muliebri accepit ventre? Inerat forsitan, quia mox quam plasmatus est, et ut templum Dei esset accepit: non tamen existimandum nobis est Deum de Virgine natum esse: nisi forte idem existimandum nobis est, et quod natum est, et quod est in nato templo, et qui in templo est Deus Verbum: non tamen nec secundum tuam vocem pronuntiandum est, omnino ex Virgine Deum natum esse, et ex Deo consubstantialem Patri. Nam si non homo est, sicut dicis, assumptus, qui natus est ex Virgine, Deus vero incarnatus, quomodo qui natus est, Deus ex Deo, et consubstantialis dicetur Patri, carne non potente hanc vocem suscipere? Nam est quidem dementia, Deum ex Virgine natum esse dicere. Hoc enim nihil aliud est, quam ex semine eum dicere David de substantia Virginis genitum, et in ipsa plasmatum, quia quod ex semine David et de substantia Virginis est, in materno ventre constitit, et sancti Spiritus plasmatum virtute, natum fuisse dicimus de Virgine. Ut autem aliquis ex hoc concedat dicere ipsis, quod Deus ex Deo et consubstantialis Patri natus est ex Virgine, eo quod est in templo nato, sed non per se natus est Deus Verbum, incarnatus vero, sicut dicit iste sapiens. Si igitur cum carne eum natum esse dicunt, quod autem natum est, Deus ex Deo, et consubstantialis Patri est, necesse est hoc et carnem dicere. Quod si non idcirco caro est, quoniam nec Deus ex Deo, nec consubstantialis Patri, sed ex semine David, et consubstantialis ei, cujus semen est, et non id quod natum est ex Virgine, Deus est ex Deo, et consubstantialis Patri: nisi forte pars nati, prout ipse in inferioribus partem Christi nominat deitatem, sed non divina natura ex Virgine nata est. Natus autem est ex Virgine qui ex substantia virginis constat, non Deus Verbum ex Maria natus est. Natus autem est ex Maria qui ex semine est David. Non Deus Verbum ex muliere natus est, sed natus ex muliere, qui virtute sancti Spiritus plasmatus est in ea. Non ex matre natus, est consubstantialis Patri; sine matre enim est, secundum beati Pauli vocem[1]; sed qui in posterioribus temporibus in materno ventre sancti Spiritus virtute plasmatus est, utpote sine patre propterea dictus.

Et post alia.

Mox autem in ipso plasmato Deus Verbum factus est: nec enim in cœlum ascendenti solum inerat, sed etiam ex mortuis resurgenti, utpote et resuscitans eum secundum suam promissionem. Nec resurgenti ex mortuis solum inerat, sed etiam crucifixo, et baptizato, et evangelicam post baptisma conversationem peragenti, nec non etiam ante baptisma legalem adimplenti constitutionem, et præsentato secundum legem, et circumciso, et partu pannis obvoluto. Erat autem forte in ipso et nascente, et cum in materno utero esset a prima statim plasmatione: dispensationi enim quæ circa eum erat, ordinem imponebat; utpote et particulatim ipsum ad perfectionem perducens.

Et post alia.

Et per tempus quidem ad baptisma ducens, post illud autem ad mortem: deinde secundum suam pronuntiationem resuscitans, ducens in cœlum, collocans eum ad dexteram Dei per suam conjunctionem, ex qua sedet et adoratur ab omnibus, et omnes judicabit. Istorum autem omnium finem apud se habebat Deus Verbum, cum in eo erat, et omnia per ordinem complebat, quem ordinem ipse arbitrabatur bene habere præfinitione quidem et

[1] Hebr. VII, 3.

Digitized by Google

voluntate, quam antea statuit pro his quæ eventura erant, et bona voluntate quam circa eum habebat, ab initio similiter inerat ei : per ordinem autem sibi placitum ad perfectionem ducebat ipsum.

Ex eodem libro.

Suam autem cooperationem ad proposita opera præstabat ei qui assumptus est : ubi hoc facit, in loco sensus fuisse deitatem illi qui assumptus est. Nec enim eis, quibuscunque suam donavit cooperationem, sensus locum ejus obtinebat. Si autem et modo præcipuam quamdam cooperationem donavit illi qui assumptus est, non hoc faciebat locum sensus deitatem obtinere. Sed si deitas pro sensu fiebat illi qui assumptus est, secundum vestra verba, quomodo timorem in passione suscipiebat [2] ? Quid vehementioribus orationibus ad imminentem necessitatem indigebat, quas cum magna quidem et clamosa voce, cum plurimis autem lacrymis (secundum beatum Paulum [3]) referebat Deo ? quomodo timore tanto detinebatur, ut ex immensa trepidatione fontes sudoris dimitteret, evangelista aperte dicente, quod globis sanguinis similis sudor descendebat [4] ? Quid autem et angeli adventu et visitatione egebat, animam reficientis in experimento malorum, confortantis ejus alacritatem, excitantis eum ad imminentem passionis necessitatem, tolerare fortiter mala suadentis, urgentis ad patientiam et tolerantiam malorum, ostendentis præsentium malorum fructum ex passione, mutationem in gloriam bonam circa eum post passionem futuram ? Qui enim (secundum evangelistæ vocem) confortabat eum, angelus scilicet, verbis istis fortem eum faciebat, et infirmitati naturæ superiorem fieri cohortabatur, et corroborando cogitationes ejus, fortem eum faciebat.

Et post alia, in eodem libro idem Theodorus ex persona Christi quasi respondentis ad Petrum dicentem Christo de passione crucis, Propitius tibi, Domine, non erit tibi istud [5]; *ita intulit:*

Vade post me, Satana, scandalum mihi es, quod non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum. Non est confusio mihi mors, non fugiam ipsam ut indecentem, ad humanam gloriam respiciens ; sustinebo autem meliore animo experimentum mortis pro plurimis bonis futuris, in quibus et ipse fuero, et per me omnes : ne mihi animum lædas, neque turbes, tanquam confusione dignum fugere admonens mortis experimentum.

Et post alia.

Quod enim dictum est : *Ducebatur a spiritu* [6], aperte hoc significat, quod ab eo regebatur, ab eo ad virtutem propositorum confortabatur ; ab eo ad hæc quæ oportebat ducebatur; ab eo, quod decebat, docebatur; ab eo cogitationibus corroborabatur, ut ad tantum certamen sufficeret, sicut et beatus dicit Paulus : *Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei* [7] ; duci spiritu dicens illos, qui ab eo gubernantur, ab eo docentur, ab eo ad melius constituuntur, ab eo competentium doctrinam accipiunt. Cum dixisset autem evangelista, quod *Spiritu sancto plenus regressus est a Jordane* [8], aperte demonstravit, quod hujus causa Spiritus sancti habitationem in baptismate suscepit, ut inde propositam caperet virtutem. Unde et ad certamen illud, quod pro nobis erat ad diabolum effecturus, spiritu ducebatur.

Et post alia.

Dicant igitur nobis omnium sapientissimi : Si pro sensu Domino Christo qui est secundum carnem, deitas facta esset, sicut dicunt, quid sancti Spiritus cooperatione ad hæc Christus indigebat ? Nec enim Unigeniti deitas Spiritu indigebat ad justificationem, Spiritu indigebat ad vincendum diabolum, Spiritu indigebat ad operanda miracula, Spiritu indigebat ut doceretur ea quæ decebat peragere, Spiritu indigebat ut immaculatus appareret. Si enim pro sensu quidem deitas, sufficiebat autem ad omnia ejus virtus, necesse erat inde omnia fieri, ut superflua esset sancti Spiritus habitatio. Sed nunc unctum esse dicit ipsum Spiritu, et habitasse in eo Spiritum, et ad omnia adjuvisse proposita, et doctrinam inde ipsum accepisse et virtutem, et inde impetrasse justificationem, et inde immaculatum factum esse.

Ejusdem Theodori ex tertio libro contra impium Apollinarium.

Istum igitur virum, in quo statuit omnium facere judicium, ad fidem futurorum, cum resuscitasset eum ex mortuis, et judicem omnium demonstrasset, secundum beati Pauli vocem [9], merito unitate ad seipsum dignatus est, et per conjunctionem ad se factam, talium participem fecit, ut et adorationis communionem haberet : omnibus quidem divinæ naturæ debitam adorationem reddentibus, comprehendentibus autem adoratione et illum quem inseparabiliter scit sibi conjunctum; ex quo manifestum est, quod ad majora eum perduxit.

Et post alia.

ta et animam, utpote humanam, et immortalem constitutam, et sensus participem prius accipiens, et per resurrectionem in immutabilitatem constituens, sic et nobis eorumdem istorum per resurrectionem præbuit communionem. Ideo ante resurrectionem ex mortuis increpat quidem Petrum ut suis eum vocibus scandalizantem [10], et in magna trepidatione per tempus passionis constitutus, apparitione angeli indiget, confortantis eum ad patientiam et tolerantiam imminentium malo

[2] Matth. xxvi, 38. [3] Hebr. v, 7. [4] Luc. xxii, 44. [5] Matth. xvi, 22 sqq. [6] Matth. iv, 7. [7] Rom. viii, 14. [8] Luc. iv, 1. [9] Act. xvii, 31. [10] Matth. xvi, 23.

Digitized by Google

rum [11] : post resurrectionem autem ex mortuis, et in cœlos ascensum, impassibilis factus et immutabilis omnino, et ad dexteram sedens Dei, judex est universi orbis terrarum, utpote in eo divina natura faciente judicium.

Et post alia.

Sic igitur et hic sapientissime omnium habere nos doces Christi sensum, ut sanctum Spiritum habentes, illum qui sensus Christo aliquam virtutem adimplebat, prudentiam ei præstans ad omnia quæ agenda erant, sicut et in præcedentibus demonstravimus, quod ab ipso quidem in eremum ad certamina quæ contra diabolum erant, ducebatur [12], unctione autem illius scientiam, et vim eorum quæ agenda erant, accipiebat, et illius particeps factus, non solum miracula faciebat, sed etiam quomodo uti oportebat miraculis, sciebat subtiliter, ut notam quidem faceret gentibus pietatem, pateretur autem laborantium infirmitates, et sic ad effectum suam voluntatem educeret : et justificabatur, inde, et immaculatus ostendebatur, sive separatione [*reparatione*] pejorum, sive custodia meliorum, sive etiam paulatim ad meliora profectibus.

Ex eodem libro.

Manifestum est (17) enim quod Samosatenus Paulus episcopus quidem fuit Antiochenæ Ecclesiæ Domini Dei, et Theodoti autem et Artemonis errore ægrotans, qui purum hominem dixerunt esse Dominum Jesum Christum, non eum cognoscentes Deum Verbum, et in substantia propria Filium Dei ante sæcula ex Deo Patre æterno exstantem.

Ἐκ τοῦ γ' λόγου τῆς αὐτῆς πραγματείας.

Ἀλλ' ὅ γε Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ, τῷ μὲν ἐκ τῆς Παρθένου γεννηθέντι (ὦ θαυμάσιε !), καὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατὰ τὰς θείας ἀναπλασθέντι Γραφὰς, καὶ τήν γε σύστασιν ἐπὶ τῆς γυναικείας δεξαμένῳ γαστρὸς, ἐνῆν ὡς εἰκός· ἐπειδὴ ἅμα τῷ διαπλασθῆναι, καὶ τὸ εἶναι ναὸς Θεοῦ εἰλήφει· οὐ μὴν τὸν Θεὸν γεγενῆσθαι ἡγητέον ἡμῖν ἐκ τῆς Παρθένου· εἰ μὴ ἄρα ταὐτὸν ἡγητέον ἡμῖν τό τε γεννηθὲν καὶ τὸ ἐν τῷ γεννηθέντι, τὸν ναὸν, καὶ τὸν ἐν τῷ ναῷ Θεὸν Λόγον· οὐ μὴν οὐδὲ κατὰ τὴν σὴν φωνὴν ἀποφαντέον πάντη τὸν ἐκ τῆς Παρθένου γεννηθέντα Θεὸν εἶναι ἐκ Θεοῦ, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, τῆς σαρκὸς οὐ δυναμένης ταύτην προσίεσθαι τὴν φωνήν· ἔστι μὲν γὰρ ἀνόητον, τὸ τὸν Θεὸν ἐκ τῆς Παρθένου γεγενῆσθαι λέγειν. Τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἐκ σπέρματος αὐτὸν λέγειν Δαβὶδ, ἐκ τῆς οὐσίας τῆς Παρθένου τετεγμένον, καὶ ἐν αὐτῇ διαπεπλασμένον· ἐπεί γε τὸ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς Παρθένου συστὰν ἐν τῇ μητρῴᾳ γαστρὶ, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διαπλασθὲν δυνάμει, γεγενῆσθαι φαμὲν ἐκ τῆς Παρθένου.

Ex libro III *ejusdem tractationis.*

Sed Deus et ex Deo, consubstantialis Patri inerat (o admirande!) in genito ex Virgine, et ab Spiritu sancto secundum Scripturas formato, et in ventre muliebri concreto, ut par erat, postquam simul et formatus est, accepit, ut esset templum Dei ; non tamen existimandum est nobis genitum esse Deum ex Virgine, nisi putandum est nobis, idem esse genitum, et quod est in genito, templum et Verbum quod est in templo : neque, ut tu loqueris, dicendum nobis est ullo modo, genitum ex Virgine Deum esse ex Deo, consubstantialem Patri. Si enim non est homo, ut dicis, assumptus, qui ex Virgine natus est ; Deus autem incarnatus est, quomodo genitus, Deus ex Deo et consubstantialis Patri dicetur, cum caro non possit hanc vocem admittere ? Est enim fatuum dicere, esse Deum ex Virgine genitum. Hoc enim nihil aliud est, quam dicere Deum esse ex semine David, ex substantia Virginis editum, et in ipsa formatum : siquidem quod ex semine David, et ex substantia Virginis concretum est in materno utero, et virtute Spiritus sancti formatum, ex Virgine factum esse dicimus.

Ex libro IV.

Quoniam autem (18) et juxta nos homo dicitur ex anima et corpore constare, et duas quidem has dicimus naturas, animam et corpus, unum vero hominem ex ambobus compositum ; ut conservemus unum esse utrumque, oportet confundere naturas, et reconvertentes dicere, quoniam anima caro est, et caro anima. Et quoniam illa quidem immortalis est et rationalis, caro vero mortalis et irrationalis, reconvertentes dicamus, quia immortalis est mortalis, et mortalis immortalis ; et rationalis irrationalis, et irrationalis rationalis. Sed neque ex divina Scriptura hoc edocti sumus, o sapientissime omnium, neque alius quisquam hoc dicit, usque in hodiernum diem, eorum qui sanam humanam habent mentem, præter vos, qui per omnia estis dementes : qui dispensationem quæ propter nos facta est auferentes ablatione assumptionis mentis in ipsam mentem judicium recepistis, totius insipientiæ plena loquentes, et cum multa irreverentia leges constituentes. Quæcunque enim secundum aliquid discreta, secundum aliquid acceperunt unitatem, servant suam qua discreta sunt incolumem rationem, et unitatem integram habent. Unum est aliquid natura, sicuti Filius et Pater ; manet autem personarum discretio: essentia quidem inseparabiliter exsistente una, personæ propriam habent discretionem ; ut neque Pater dicatur Filius, neque Filius Pater. Similiter

[11] Luc. XXIII, 43. [12] Matth. IV, 1.

(17) Facundus Hermian., III, 2.

(18) Facundus Hermian., IX, 4.

Digitized by Google

etsi natura quædam diversa sunt, secundum aliud vero adunari contigerit ea, neque naturalem perdunt divisionem, et unitatem propriam habent, sicut anima adunata est corpori, et unus ex ambobus effectus est homo. Manet naturarum divisio: alia quidem anima est, alia vero caro; et illud quidem immortale est, illud autem mortale; et illud quidem rationale est, illud autem irrationale. Unus autem homo utrumque: alterutrum vero in seipso homo nunquam dicitur absolute et proprie:

Ex libro IV *contra Apollinarium.*

Dixisti dedisse tibi quosdam ex nostris, quæ a nullo data sunt eorum qui studuerunt ecclesiasticam sententiam amplecti. Percunctabamur enim an confiterentur Deum Verbum factum esse hominem? aut quomodo induxisti, illud dederunt? aut quis mente præditus dicat, ut vos dicitis, Verbum factum esse hominem, nisi prius ex amentia vestra ægrotet? Nos enim assumpsisse quidem hominem asseveranter dicimus; factum vero esse hominem, ut vos sentitis, nunquam dicere possumus.

Ex eadem tractatione libro III. *Tanquam ex persona Christi sic ait:*

Ego quem videtis, nihil quidem facere possum secundum propriam naturam, quippe qui sum homo; operor vero, quia *manens in me Pater* omnia facit; *quia* enim, inquit, *Ego in Patre, et Pater in me*[13]. Deus autem Verbum unigenitum in me, patet quod Pater cum ipso in me et manet, et opera facit. Neque mirandum est, quod hoc in Christo existimemus, cum ipse aperte dicat de reliquis hominibus: *Qui diligit me, sermonem meum servabit; et Pater meus diliget eum; et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus*[14]. Si enim apud unumquemque talium Pater, et Filius mansionem faciunt; quid mirum, si in Domino Christo secundum carnem, ambo simul existimentur manere communione secundum substantiam, admittente, sicut consentaneum est, communionem participationis?

Ex eadem tractatione libro IV.

Qui est, inquit, ante sæcula, factus est in novissimis; hoc rursus dicit tanquam quidam hoc dedissent, et hoc dicerent: cum nemo eorum qui pii esse studuerunt, morbo hujus dementiæ laborare voluerit, ut diceret eum, qui est ante sæcula, factum esse in novissimis diebus.

Et post alia.

Igitur sequentes leges vestras, et conversionem acuminis tui, imo eversionem amplectentes et approbantes, age, confundamus omnia in ipso; et nulla sit deinceps distinctio non formæ Dei, non formæ servi, non templi assumpti, non habitantis in templo, non templi soluti, non excitantis templum, non consummati in passionibus, non ejus qui consummavit, non memorati, non memorantis, non visitati, non visitantis, non minuti paulo minisi forte cum aliquo additamento, sicut interior homo et exterior homo, non absolute homo, sed interior et exterior: ut appareat aliud quidem interius hominis, aliud vero exterius. Ita et in Domino Christo dicimus, o mirabilis, quoniam in forma Dei exstans forma servi, neque assumens quod assumptum est, neque quod assumptum est assumens. Unitas autem assumpti circa assumentem inseparabilis est secundum nullum modum incidi valens.

Ἐκ τοῦ δ' Λόγου τῶν κατὰ Ἀπολλιναρίου αὐτῷ γραφέντων.

Δεδωκέναι σοί τινας τῶν ἡμετέρων εἶπας τὰ οὐκ ἂν δοθέντα παρά τινος τῶν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀντέχεσθαι δόξης ἐσπουδακότων. Ἐπυνθανόμεθα γάρ, εἰ τὸν Θεὸν Λόγον ὁμολογοῦσιν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι· εἴ πως ἐπήγαγες « ἐδίδοσαν, » καὶ τίς ἂν ἔχων νοῦν ἄνθρωπον εἶποι τὸν Θεὸν γεγενῆσθαι Λόγον, ὡς ὑμεῖς φατε, εἰ μὴ ἄρα τὴν αὐτὴν ὑμῖν πρότερον νοσήσει ἄνοιαν; Ἡμεῖς γὰρ εἰληφέναι μὲν τὸν Θεὸν Λόγον καὶ σφόδρα φαμέν· γεγενῆσθαι δὲ ἄνθρωπον καθ' ὑμᾶς, οὐκ ἂν ποτε εἰπεῖν ἀνασχοίμεθα.

Ἐκ τῆς αὐτῆς πραγματείας Λόγου γ', Ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ οὕτως λέγει·

Ἐγὼ μὲν, ὃν ὁρᾶτε, δύναμαι μὲν ποιεῖν οὐδὲν κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἅτε ἄνθρωπος ὤν· ἐργάζομαι δὲ, ἐπειδὴ, *ἐν ἐμοὶ μένων ὁ Πατὴρ* ἅπαντα ποιεῖ· *ἐπειδὴ* γὰρ *ἐγώ τε*, φησὶν, *ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*. Θεὸς δὲ Λόγος ἐν ἐμοὶ, ὁ τοῦ Θεοῦ Μονογενὴς, δηλονότι καὶ Πατὴρ σὺν αὐτῷ ἐν ἐμοί τε μένων, καὶ ἔργα ποιῶν. Καὶ θαυμαστόν γε οὐδὲν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ τοῦτο νομίζειν, σαφῶς αὐτοῦ περὶ τῶν λοιπῶν λέγοντος ἀνθρώπων· *Ὁ ἀγαπῶν με, τὸν λόγον μου τηρήσει· καὶ ὁ Πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν*. Εἰ γὰρ παρ' ἑκάστῳ τῶν τοιούτων ὅ τε Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς τὴν μονὴν ποιοῦνται, τί θαυμαστὸν εἰ ἐν τῷ κατὰ σάρκα Δεσπότῃ Χριστῷ ἄμφω κατ' αὐτῶν νομίζοιτο μένειν, τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν κοινωνίας προστεμένης, ὡς εἰκὸς, καὶ τὴν τῆς μετοχῆς κοινωνίαν;

Ἐκ τῆς αὐτῆς πραγματείας Λόγου δ'

Ὁ πρὸ αἰώνων, γέγονεν ἐπ' ἐσχάτων. — Πάλιν ὡς τινῶν δεδωκότων καὶ τοῦτο λεγόντων, οὐδενὸς τῶν εὐσεβεῖν ἐσπουδακότων ταύτην ἐλομένων νοσῆσαι τὴν ἄνοιαν, ὥστε τὸν πρὸ αἰώνων εἰπεῖν ἐπ' ἐσχάτων γεγενῆσθαι.

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Οὐκοῦν τοῖς ὑμετέροις ἑπόμενοι νόμοις, καὶ τὴν ὑπὸ τῆς σῆς ἀγχινοίας νομοθετουμένην ἀντιστροφὴν, μᾶλλον δὲ καταστροφὴν, δεξάμενοι, φέρε δὴ πάντα εἰς αὐτὸν συγχέωμεν, καὶ μηδεμία λοιπὸν ἔστω διάκρισις, μὴ Θεοῦ μορφῆς, μὴ δούλου μορφῆς, μὴ ναοῦ ληφθέντος, μὴ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν τῷ ναῷ, μὴ τοῦ λυθέντος, μὴ τοῦ ἐγείραντος, μὴ τοῦ τελειωθέντος ἐν πάθεσι, μὴ τοῦ τελειώσαντος, μὴ τοῦ μνημονευθέντος, μὴ τοῦ μνημονεύσαντος, μὴ τοῦ ἐπισκα-

[13] Joan. XIV, 11. [14] ibid. 21.

Digitized by Google

φθέντος, μὴ τοῦ ἐπισκεψαμένου, μὴ τοῦ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένου, μὴ τοῦ ἐλαττώσαντος, μὴ τοῦ δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένου, μὴ τοῦ στεφανώσαντος, μὴ τοῦ καταστάντος ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν, τοῦ καταστήσαντος, μὴ τοῦ λαβόντος αὐτὰ ἐν ὑποτογῇ, μὴ τοῦ δώσαντος τὴν ὑποταγήν.

Ἐκ τοῦ δ' λόγου τῶν κατὰ Ἀπολιναρίου.

Τὸν δὲ ἄνθρωπον, περὶ οὗ ταῦτά φησιν ὁ προφήτης, σαφῶς ὁ μακάριος δηλοῖ Παῦλος, τὸν ὑπὸ τοῦ Μονογενοῦς εἰλημμένον ἄνθρωπον εἶναι· εἰρηκὼς γὰρ ὅτι *Διεμαρτύρατο δέ πού τις λέγων· Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν, καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ· ἐπάγει· Τὸ δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον, βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον·* σαφῶς δεικνὺς ὅτι Ἰησοῦς ἄνθρωπος, περὶ οὗ ὁ μακάριος Δαβὶδ φησιν ἐκπληττόμενος, ὅτι ἡ θεία φύσις ἠνέσχετό τε αὐτοῦ ποιήσασθαι μνήμην, καὶ δὴ καὶ ἐπισκέψεως ἀξιῶσαι οἰκείας· βραχὺ μέντοι παρὰ τοὺς ἀγγέλους αὐτὸν ἐλαττῶσαι, τῷ γεύσασθαι ποιῆσαι θανάτου· δόξῃ δὲ αὐτὸν καὶ τιμῇ πάσῃ περιβαλεῖν, ὥστε καὶ Κύριον αὐτὸν ἀποφῆναι τῶν ἁπάντων διὰ τῆς πρὸς ἑαυτὸν συναφείας.

A nus ab angelis, non minuentis, non gloria et honore coronati, non coronantis, non constituti in opera manuum Dei, non constituentis, non accipientis ea in subjectione, non dantis subjectionem.

Ejusdem ex IV *libro contra Apollinarium.*

Hominem vero, de quo hæc ait propheta, aperte declarat beatus Paulus assumptum ab Unigenito hominem esse; cum enim dixisset: *Testatus est autem in quodam loco quis dicens: Quid est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subjecisti sub* B *pedibus ejus*; subjungit: *Eum autem qui modice quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum*[18], clare demonstrans, quod Jesus est homo, de quo beatus David loquitur admirans, quod divina natura passa est memoriam quidem ejus haberi, et eum visitatione sua dignum habuit, ac paulo quidem minus ab angelis minuit, ac fecit, ut gustaret mortem, gloria vero et omni honore induit; ita ut Dominum universorum per copulationem cum eo declararet.

[18] Hebr. II, 6, 9; Psal. VIII, 5.

FRAGMENTUM EX LIBRO CONTRA EUNOMIUM.

Ex libro X.

Omnes enim (1) Judæi venturum Christum ex propheticis vocibus exspectabant, magnum quemdam et multorum bonorum eis auctorem futurum. Quapropter interrogante Herode post magorum præsentiam Scribas et Pharisæos, ubi Christus nasceretur, responderunt illi, et locum dixerunt, quia *In Bethleem Judæ*[1]. Sed non propterea Christum Filium Dei Deum sciebant, hominem autem purum arbitrati sunt Christum secundum proba- C tissimos prophetarum futurum, licet parum aliquid his meliorem, quod etiam nunc putantes Judæos quilibet videbit.

Ex libro XI (2).

Ad hæc itaque sufficiunt quidem et quæ diximus, ubi et naturarum differentiam ostendimus et personæ unitatem, et quod secundum naturas iste quidem beneficium accipit, ille autem beneficium dat, certa constituta unitate ex qua indivise ab universa creatura honor impletur.

[1] Matth. II, 5.

(1) Facundus Hermian., IX, 3.

(2) Acta concilii CP. II, collat. VI, ed. Labb. tom. V, col. 547.

DE APOLLINARIO ET EJUS HÆRESI.

Ante 30 enim (1) jam hos annos de incarnatione Domini codicem conscripsimus usque ad 15 millia versuum pertingentem: in quo Arii et Eunomii de D hac re delicta, necnon etiam Apollinarii vanam præsumptionem, per totum illud opus examinavimus: ut nihil, sicut mea fert opinio, præterirem

(1) Facundus Hermian., X, 1.

Digitized by Google

ex his quæ et ad firmitatem ecclesiasticæ orthodoxiæ pertinerent, et ad convincendam eorum impietatem. Sed hi qui omnia facillime præsumunt, et præterea rursum ab Apollinario, qui princeps hujus hæresis fuerat, instituti, omnibus quidem similiter sentientibus opus nostrum manifestum fecerunt, si quo modo aliqua invenirent valentia ad convincendum ea quæ in eo sunt scripta. Quoniam vero nullus contra certamen scriptis suscipere præsumebat, imitati sunt infirmos athletas et callidos, qui, dum non possunt contra fortiores certare, insidiis eos et machinamentis quibus possunt conantur evertere. Scripserunt enim ipsi inter se procul dubio quædam inepta, quæ a nobis unquam minime dicerentur. Denique hæc ipsa in medio nostrorum scriptorum in quadam parte interposuerunt, et suis familiaribus demonstraverunt, aliquando autem et nostris, qui per facilitatem suam omnia pronis animis audiebant; et hoc quasi documentum, sicut putabant, nostræ impietatis videntibus præbebant. Unum autem ex his scriptis erat, duos filios dicere. Sic enim nos fecerunt in

A hoc opere dicentes, quod oporteat putare et dicere duos filios, et vehementer nos istum sermonem defendere, dum nos in illa scriptura ubique manifeste diceremus, quod non oporteat duos filios dicere. Necesse erat ergo, non solum inepta, sed etiam infirma illa scripta audientibus apparere: quoniam neque firma ratione, neque convenienti hoc possibile erat ostendi; et ab illis idcirco infirmis erat conscriptum, quatenus ille qui scripserat facilius inde convinci potuisset. Unus ergo ex nostris propter multam facilitatem hæc nostra esse credidit scripta, et hujus rei gratia dignus fide ab illis creditus est qui ista perlegeret, et renuntiavit nobis ea quæ fuerant scripta. Cum ergo audissemus, culpavimus quidem illum, quod contra B nos dictis sermonibus credidisset de his rebus, quas sæpius et in ecclesia et privatim dicentes nos audivit, cum fideliorem scriptis nostram vocem judicare debuerit, ad documentum nostræ sententiæ, quam in dogmatibus votum nostrum est conservare.

Ejusdem ex interpretatione psalmi VIII.

Propter hoc igitur differentiam hominis assumpti tantam nobis psalmus demonstrat. Reperiuntur autem hæc divisa in Novo Testamento. Dominus quidem priora in psalmo ad se ipsum refert, et de se accipit, in quibus ait se esse auctorem creaturæ, magnificentiamque habere supra cœlos evectam, C factumque se mirabilem in universa terra; Apostolus vero secundam partem psalmi de homine accipit et interpretatur, qui tanto beneficio Filii dignus est habitus. Quomodo igitur non est perspicuum, quod divina Scriptura plane docet nos, alium esse Deum Verbum, alium vero hominem? Ille memor est, hujus memoria habetur; ille visitat, hic qui tanta visitatione habitus sit dignus, beatus prædicatur; ille beneficii gratia paulo minus ab angelis minuit, hic beneficium fert in hujusmodi minutione. Atque ille quidem gloria et honore coronat, hic autem coronatur et in iis laudatur. Ille constituit ipsum super omnia opera manuum suarum, et omnia subjecit sub pedibus ejus: hic autem habitus est dignus, ut horum dominus esset, D quorum prius potestatem non habebat.

Theodori impii Mopsuesteni de secundo sermone, pro miraculis facto.

Volo, mundare [1], leproso dicens Salvator, ostendit unam esse voluntatem, unam operationem secundum unam eamdemque potestatem productam non verbo naturæ, sed dignationis, per quam unitus est Deo Verbo, qui per præscientiam ex semine David postea homo factus est, ex ipso utero familiaritatem ad eum affectualem habens.

[1] Matth. VIII, 3.

Ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ ἡ' ψαλμοῦ.

Διὰ τοῦτο τοίνυν τὴν μὲν διαφορὰν τοῦ τε Θεοῦ Λόγου καὶ τοῦ ἀναληφθέντος ἀνθρώπου τοσαύτην ἡμῖν δείκνυσιν ὁ ψαλμός. Διῃρημένα δὲ ταῦτα ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ εὑρίσκεται· τοῦ μὲν Κυρίου ἐφ' ἑαυτὸν λαμβάνοντος τὰ πρότερα τοῦ ψαλμοῦ, ἐν οἷς ποιητήν τε αὐτὸν εἶναι τῆς κτίσεως, καὶ ἐπῃρμένην ἔχειν ὑπεράνω τὴν μεγαλοπρέπειαν, καὶ τεθαυμαστῶσθαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ· τοῦ δὲ Ἀποστόλου τὰ δεύτερα περὶ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ τῆς τοσαύτης εὐεργεσίας ἀξιωθέντος, τοῦ Ἰησοῦ, λαμβάνοντος. Πῶς οὐ πρόδηλον, ὅτι ἕτερον μὲν ἡμᾶς ἡ θεία Γραφὴ διδάσκει σαφῶς εἶναι τὸν Θεὸν Λόγον, ἕτερον δὲ τὸν ἄνθρωπον; Πολλήν τε αὐτῶν οὖσαν δείκνυσιν ἡμῖν τὴν διαφοράν· ὁ μὲν γὰρ μνημονεύει, ὁ δὲ καὶ ταύτης ἀξιούμενος μακαρίζεται. Καὶ ὁ μὲν εὐεργετῶν ἐλαττοῖ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, ὁ δὲ εὐεργετεῖται καὶ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ἐλαττώσει· καὶ ὁ μὲν δόξῃ καὶ τιμῇ στεφανοῖ, ὁ δὲ στεφανοῦται καὶ ἐπὶ τούτοις μακαρίζεται· καὶ ὁ μὲν κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὁ δὲ ἠξιώθη τοῦ δεσπόζειν τούτων, ὧν πρότερον οὐκ εἶχε τὴν ἐξουσίαν.

Θεοδώρου τοῦ ἀσεβοῦς ἐπισκόπου γενομένου Μοψουεστίας ἐκ τῶν εἰς τὰ θαύματα Λόγου β'.

(1) *Θέλω, καθαρίσθητι*, πρὸς τὸν λεπρὸν εἰπὼν ὁ Σωτὴρ, ἔδειξε μίαν εἶναι τὴν θέλησιν, μίαν τὴν ἐνέργειαν, κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν προαγομένην, οὐ λόγῳ φύσεως, ἀλλ' εὐδοκίας, καθ' ἣν ἡνώθη τῷ Θεῷ Λόγῳ ὁ κατὰ πρόγνωσιν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, γενόμενος ἄνθρωπος ἐξ αὐτῆς μήτρας τὴν πρὸς αὐτὸν ἐνδιάθετον ἔχων οἰκείωσιν.

Digitized by Google

EX LIBRO CONTRA DEFENSORES PECCATI ORIGINALIS.

De secundo codice, libro quarto, folio decimo, contra sanctum Augustinum defendentem originale peccatum, et Adam per transgressionem mortalem factum, catholice disserentem.

1. (1) Tantis exstantibus quæ demonstrent Adam sic ex terra formatum, ut mortalis prorsus exsisteret, erga cibum proprium voluit occupare sermonem, nec exinde valens advertere veritatem, pro dogmate vero (2), seductorio ex mendacio, advocationem jungens, etc.

2. Non ait Deus, Mortales eritis, sed *Morte moriemini* (*Genes.* II, 17); prorsus exsistentibus natura mortalibus, inferre mortis experientiam comminatus, quam etiam juxta morem propriæ benignitatis ad effectum perducere distulit. Sicut enim cum dicit : *Qui effuderit hominis sanguinem, sanguis ejus pro eo fundetur* (*Genes.* IX, 6); non hoc dicit, quia qui occiderit hominem erit mortalis, sed quia dignus est hujusmodi morte damnari : sic et in præsentiarum dixit, *Morte moriemini;* non quod tunc mortales fierent, sed quod digni essent qui mortis sententiam per transgressionem referrent.

3. Sed et divinam sententiam quam post peccatum Deus Adæ inferre videtur adverte. Sic enim dicit (*Genes.* III, 17-19) : *Quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno de quo præceperam tibi de hoc solo non comedere, maledicta terra in operibus tuis; in tristitia comedes ex ea omnibus diebus vitæ; spinas et tribulos proferet tibi, et comedes fenum agri, et in sudore vultus tui comedes panem tuum, donec revertaris in terram.* Hoc autem per hæc comminatus est, quod ærumnosam vitam habiturus esset, cum labore deinceps fructus de terra sumpturus, quibus aleretur et subsisteret, nequaquam habens, ut pridem, tantam propositam largitatem, quanta ex paradisi copia fruebatur. Non enim operari terram pro supplicio dedit Deus, quasi ex immortali natura in mortalitatem homines transferens, quandoquidem et paradisum ei *ut operaretur et custodiret*, indixit (*Genes.* II, 15) ; pro tanta vero pristina largitate et voluptate paradisi, ærumnosam ejus fore sustentationem de terræ fructibus comminatur. Nam prorsus mortalis factus, et tunc paradisi fructibus indigebat, sicut nunc terræ fructus inquirit; et pro supplicio pristinis fraudatus deliciis, hac ærumnosissima laboriosissimaque conversatione mulctatur.

4. Unde ad postremum consequenter adjecit, *Quia terra es, et reverteris in terram* (*Genes.* III, 19), hinc etiam mortalitatem naturæ significans ; non enim immortali, et nunc primum incipienti sententiam mortis excipere, sicut sapientissimi defensores peccati originalis, imo potius patres peccati mirabiles, asseverant, vocabulum huic *terræ* composuit : sed ut ab exordio naturaliter effecto mortali, appellationem hanc congruere indicavit divina Scriptura, hoc de hominibus vocabulum ad ostensionem corruptibilis et resolubilis eorum naturæ sæpius assumens. Nam *Recordatus est*, inquit, *quia pulvis sumus; homo, sicut fenum, dies ejus, et sicut flos agri, ita florebit, quia spiritus pertransibit in eo, et non erit amplius locus ejus* (*Psal.* CII, 15,16). Vult autem dicere quod corruptibiles et resolubiles omnes sumus, in modum feni parumper florentis, pereuntisque post paululum. Nam ad breve quidem tempus vitam ducimus; ad non exsistendum vero deinceps omnino pervenimus. Sic et Abraham : *Ego sum*, inquit, *terra, ac cinis* (*Genes.* XVIII, 27), pro eo ac si diceret, Non sum dignus cum tanto Deo colloqui, homo factus e terra, et omnimodis hoc futurus. Magis ergo dicere debuit, *quia terra eris, et in terram reverteris*, siquidem nunc primum fieret natura mortalis.

Ex secundo codice, libro tertio, ante quatuor folia finis libri.

1. (3) Sed nihil illorum perspicere potuit mirabilis peccati originalis assertor, quippe qui in divinis Scripturis nequaquam fuerit exercitatus, nec *ab infantia*, juxta beati Pauli vocem, *sacras*

(1) Præmiserat procul dubio Theodorus argumenta a formatione hominis ex limo terræ petita, quibus resolubilis atque ita mortalis naturæ esse hominem probaret ; ipsius enim discipuli, magistri apprime sequaces, locum hunc Genesis argumentari soliti sunt, tanquam principium disputationis : ita Rufinus Syrus in libello Fidei (*cap.* 29 *et seqq.*), ita Julianus Opere postremo in S. Augustinum (*lib.* III *Op. Imperf. cap.* 50), quod non absurde appellaverim librorum quinque Theodori vel medullam, vel succum, in Cilicia apud ipsum Theodorum confectum (*Mercator. lib. Subnot.*)

(2) Carpere videtur Augustinum, perinde quasi pro verbis Dei verba diaboli sumpsisset. Si enim consulatur Hebraicus textus, lectioque Latina vulgata, imo et Græca Symmachi, usus est tentator plurali numero, cum suaderet peccatum ; singulari Deus, cum daret mandatum abstinendi ab esu fructus. Quanquam Septuaginta plurali quoque numero interpretati sunt Hebraicum textum, quo in loco latere arcanum quiddam credidit Ambrosius (*Lib. de Parad. cap.* 5).

(3) Catholicum dogma de mortalitate hominis oppugnat Theodorus, vel eo maxime quia iniqua foret sententia Dei, qui tantam pœnam ejusmodi peccato irrogaret, cum unius culpa lueretur ab omnibus : quod justum negat Scriptura. Levem culpam, nempe esum pomi, gravis pœna, mors nimirum, sequeretur : quod æquitas vetat. Ad omnes quos inter plurimi exstitere sancti, Noe, Abraham, Moyses, David, etc., ira Dei pertineret, frustra obsistentibus tot tantorumque virorum meritis atque virtutibus : quod divinæ clementiæ repugnat. Primus justus Abel primam excepisset alienæ injustitiæ vindictam : quod cogitatu nefas est. Diabolus peccati primus auctor atque incentor, per-

Digitized by Google

didicerit litteras (*II Tim.* III, 18). Sed sive de Scripturæ sensibus, sive de dogmate sæpe declamans, multa frequenter, inepta (1) proprie communiterve, de ipsis Scripturis dogmatibusque plurimis impudenter exprompsit : (2) nam potentiæ motus nullum contra sinebat effari, sed tantummodo taciti, qui divinarum Scripturarum habebant notitiam, detrahebant. (3) Novissime vero in hanc dogmatis excidit novitatem, qua diceret quod in ira atque furore Deus Adam mortalem esse præceperit; et propter ejus unum delictum cunctos, etiam necdum natos homines, morte mulctaverit. Sic autem disputans non veretur, nec confunditur, ea sentire de Deo, quæ nec de hominibus sanum sapientibus, et aliquam justitiæ curam gerentibus, unquam quis æstimare tentavit : sed nec illius divinæ vocis recordatus est, *quod non diceretur ulterius ista parabola in Israel : Patres manducaverunt uvam acerbam, et filiorum dentes obstupuerunt, quia hæc dicit Adonai Dominus : Dentes eorum, qui manducaverint uvam acerbam, obstupescent* (*Ezech.* XVIII, 23) ; ostendens per hæc quod alterum pro altero, juxta quorumdam errorem, Deus omnino non puniat, sed unusquisque pro delictis suis redditurus sit rationem.

2. His consona beatus quoque Paulus annectit : *Deus*, inquit, *qui reddet unicuique secundum opera sua* (*Rom.* II, 6) ; et, *Unusquisque nostrum onus suum portabit* (*Gal.* VI, 5) ; et, *Tu quid judicas fratrem tuum ? aut tu quare spernis fratrem tuum ? omnes enim astabimus ante tribunal Christi* (*Rom.* XIV, 10).

3. Sed vir mirabilis, propter unius peccatum, tanto furore commotum arbitratus est Deum, ut et illum atrocissimæ pœnæ subderet, et ad universos omnes posteros ejus parem sententiam promulgaret, inter quos quanti justi fuerint, non facile numerare quis poterit. Ex quibus cum maxime considerare convenerat, quod valde videretur incongruum, Noe, Abraham, David, Moysen, et reliquos innumerabiles justos obnoxios pœnæ redditos ob unius delictum, et unum atque ex gustu arboris peccatum ; et quod sic, ultra modum justitiæ, iram suam Deus extenderet, ita ut tot justorum virtutes cunctas abjiceret, eosque, propter unius peccatum Adæ, tanto supplicio manciparet.

stitisset nihilominus immortalis : quod a ratione alienum est. Enoch mortuus non est, cum sit tamen virtutibus longe inferior Moyse, prophetis, apostolis, cæterisque a Paulo celebratis martyribus : *Quibus dignus non erat mundus*. Quæ igitur æquitas Dei, aut quomodo apud ipsum non foret acceptio personarum, cum ex posteris Adami unus quidam minus sanctus eriperetur morte, sanctioribus damnatis ? Si mors pœna peccati est, Christus potius, qui sanctissimus quam Enoch, qui minoris justitiæ, debuerit a communi necessitate eximi, juxta sapientiæ divinæ leges.

Inde concludit naturalem esse hominibus mortalitatem ; idque sapienter a Deo constitutum, quippe cum utile sit nobis ex mortalitate ad immortalitatem aspirare : ita ut primum terreni et mortalis Adami, tum deinde cœlestis et immortalis imaginem geramus. Et vero Christus ipse ex imperfectis ad perfecta progrediendum esse, exemplo suo monstravit : nam primum se naturæ legisque necessitati submisit, nascens ex muliere, augescens crementis, circumcisus, oblatus in templo, parentibus obediens, et tandem mortuus. Deinde naturæ legisque Dominum se ostendit, cum immortalis surrexit sepulcro, et ad dexteram Patris constitutus omnium potestate potitur. Ad hæc contendit, ex eo quod Verbum cum natura mortalitatem assumpserit, nec tamen assumpserit peccatum, confici mortalitatem in natura esse, peccatum in sola voluntate.

(1) Incertum, ad quem e duobus doctoribus spectet oratio. Exprobratio enim quæ sequitur, nempe quod assertor ille peccati originalis, ab infantia sacras litteras non didicerit, ut tangere possit Hieronymum, quemadmodum patet ex Photio, melius tamen in Augustinum cadit, juxta mentem Theodori, aut imperite aut maligne potius loquentis : sicut et illud de potentiæ motu intentato. Nam utrumque maxime sanctissimo doctori per calumniam objecit Julianus, qui ad Theodorum de Augustino, scriptis primum ex Occidente, deinde familiari sermone in Cilicia retulit.

(2) Ad hanc querelam calumniantis Juliani respondet Augustinus verbis notatu dignissimis : « Ne argumento miserrimo utamini, quo universi utuntur hæretici, quos a perniciosa licentia leges imperatorum Christianorum reprimunt. Omnes quippe hujusmodi dicunt, quod ipse dixisti, laborare illam partem inopia rationis, quæ in disserendo, cum terrorem subrogat, nullum a prudentibus impetrat, sed cæcum a meticulosis extorquet assensum. »

(3) Quem tandem in librum intendebat Theodorus, cum scriberet, novissime Augustinum dixisse, Deum præ ira Adamum inobedientiæ reum, omnesque posteros morti addixisse ? An in Tractatum 14 in Joannem, ad hæc verba : *Ira Dei manet super eum* (*Joan.* III, 35), ubi ait : « Omnes qui nascuntur habent iram Dei ; sed quam iram Dei ? quam excepit primus Adam. Sic enim peccavit primus homo, et audivit, *Morte moriemini* ; factus est mortalis ille, et cœpimus nasci mortales, cum ira Dei nati sumus. » An potius in Enarrationem Psalmi CI, ad hæc verba : *A facie iræ et indignationis tuæ ?* ubi Deum Augustinus alloquens : « Ipsa est, » inquit, « ira tua, Domine, in Adam : ira, cum qua omnes nati sumus, cui nascendo cohæsimus ; ira de propagine iniquitatis ; ira de massa peccati, secundum quod dicit Apostolus : *Fuimus et nos aliquando filii iræ, sicut et cæteri* (*Ephes.* II, 3) ; et unde dicit Dominus : *Ira Dei manet super eum.* » An tandem in Commentarium Psalmi XXXVII, ubi ait : « Natura nobis facta est pœna, ex vindicta primi hominis ; quod erat pœna, nobis natura est ? unde dicit Apostolus : *Fuimus et nos aliquando filii iræ*, id est, portantes vindictam, » etc.

Verum, etsi loca ista indicant aliquatenus iram illam Dei quam Theodorus memorat, vix tamen huic voci, *novissime*, congruunt, si attendantur tempora scribentis Theodori ; nam Augustinus dixit scripsitve Tractatus in Joannem, atque Enarrationes in Psalmos, aut ante exortam Pelagianam hæresim, aut saltem ante elaboratos tres libros *De peccatorum meritis* ; cum tamen Theodorus ediderit opus cujus excerpta præ manibus habemus duodecim circiter annis post ejusmodi librorum editionem.

Respexit igitur, nisi fallor, in *Enchiridion ad Laurentium*, ubi leguntur hæc verba (*cap.* 25) : « Mortis quippe supplicium Dominus homini comminatus fuerat, si peccaret : sic eum munerans li-

Digitized by Google

4. Nam etsi nihil aliud mente perpendens, saltem de Abel convenienter æstimare debuerat, qui primus justus exsistens, primus mortuus est; et si quidem mortem Deus statuerat ad pœnam hominum, quomodo non impietatis erat extremæ, vivere quidem eum, qui fuit causa peccati, vivere etiam cum illo et Evam malitiæ repertricem? Prætermitto autem diabolum in immortalitate hactenus perdurantem; primum autem justum repertoremque virtutis, primumque divini cultus curam gerentem, ante omnes, pœna peccantium fuisse perculsum.

5. Oportebat autem sapientissimum virum et de Enoch, qui non est mortuus, diligenter expendere. Non enim tanta virtute vel pietate præditus fuit, ut melior omnibus exsisteret, Moyse dico et prophetis apostolisque vel reliquis omnibus de quibus ait beatissimus Paulus : *Quibus dignus non erat mundus* (*Heb.* xi, 38) : ita ut, illis mortuis, ipse solus sine mortis experientia perduraret. Sed jam ab initio hoc Deus habuit apud se definitum, ut primum quidem mortales fierent, postmodum vero immortalitate gauderent, sic ad utilitatem nostram fieri ipse disponens.

6. *Et post paululum.* Manifestius, inquit, hæc eadem Deus ostendit, cum transfert Enoch, et immortalem facit. Nam si per peccatum causa supplicii Deus intulit mortem, nec olim definitum hoc habuit apud se, ineffabiliter pro nobis, juxta propriam sapientiam, cuncta dispensans, nequaquam Enoch quidem immortalis exsisteret; Dominus autem Christus ad mortis experientiam perveniret.

7. *Et post paululum.* Idcirco, inquit, Dominus auctor omnium bonorum hominibus factus est, ut sicut Adam primi et mortalis status exstitit inchoator, ita et ipse secundi et immortalis status exsistens initiator, primitus Adæ prioris naturalia custodiret; dum nascitur ex muliere; dum pannis involvitur, et paulatim ætatis incrementa sortitur : *Jesus enim*, inquit, *proficiebat ætate, et sapientia, et gratia coram Deo et hominibus* (*Luc.* ii, 52); dum circumcisionem suscipit; dum juxta legalem consuetudinem Deo astitit in templo, parentibusque subjicitur et conversationi legitimæ mancipatur. Sic etiam, ad expletionem reliquorum, et mortem, utpote naturæ tributum, postremo suscipit : ut secundum legem humanæ naturæ moriens, et a mortuis divina virtute resurgens, initium cunctis hominibus, qui mortem secundum propriam naturam suscipiunt, fieret, ut a mortuis surgant, et ad immortalem substantiam commutentur.

8. Sicut enim conformes Adæ secundum statum præsentem sumus omnes effecti, sic Christo Domino conformes efficiemur in posterum : *Transfigurabit enim corpus humilitatis nostræ conformes fieri corporis gloriæ suæ* (*Philipp.* iii, 21); et, *Qualis terrenus, tales et terreni; et qualis cœlestis, tales et cœlestes; et sicut portavimus imaginem terreni, portemus etiam imaginem cœlestis* (*I Cor.* xv, 48, 49) : ostendens quod primi status Adæ participes facti, necessario etiam secundi Adæ Christi Domini secundum carnem, futuri status participium consequimur : utpote qui ex hac eadem natura constet exortus, et cuncta, quæ fuerant naturæ, susceperit; et ideo sustinuerit mortem, ut mortem naturæ suscipiens, et a mortuis resurgens, naturam liberam morte perficeret.

9. Et mortem quidem propterea suscepit, peccatum vero nequaquam, sed ab hoc immunis permansit omnino. Quod enim erat naturæ, id est, mortem, indubitanter assumpsit; peccatum vero, quod non erat naturæ, sed voluntatis, nullo pacto suscepit. Quod si fuisset in natura peccatum, juxta sapientissimi hujus eloquium, peccatum in natura prorsus exsistens, necessario suscepisset.

De codice secundo ex libro tertio, folio decimo octavo (1).

1. (2) Si, inquit, peccaturum Deus vere sciebat Adam, sit horum sapientissimorum ista responsio, quod hoc insanissimum est vel in cogitatione percipere, manifestum est, quod et peccaturum eum noverat, et propter hoc procul dubio moriturum. Quomodo ergo non est extremæ dementiæ credere quod primitus eum immortalem in sex

libero arbitrio, ut tamen regeret imperio, terreret exitio; atque in paradisi felicitate tanquam in umbra vitæ, unde justitia custodita in meliora conscenderet, collocavit. »

« Hinc post peccatum exsul effectus (*cap.* 26), stirpem quoque suam, quam peccando in se tanquam in radice vitiaverat, pœna mortis et damnationis obstrinxit : ut quidquid prolis ex illo, et simul damnata per quam peccaverat conjuge, per carnalem concupiscentiam, in qua inobedientiæ pœna similis retributa est, nasceretur, traheret originale peccatum, quo traheretur per errores doloresque diversos ad illud extremum, cum desertoribus angelis, vitiatoribus et possessoribus et consortibus suis, sine fine supplicium. *Sic per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt* (*Rom.* v, 12). Mundum quippe appellavit eo loco Apostolus universum genus humanum. »

Nam primo allatis verbis continetur et ira Dei minantis et punientis vindicta et in universos lata mortis sententia. Deinde Enchiridion compositum est ab Augustino post obitum Hieronymi, atque adeo post ann. 420. At libros quinque de quibus nunc agimus Theodorus adversus Augustinum scripsit circiter ann. 423.

(1) Contendit Theodorus a nemine posse prudenter affirmari quod ulla fuerit Dei voluntas de immortalitate statim ab ortu Adamo concedenda, si modo Deus omnium, atque ita peccati ab Adamo committendi, præscius dicatur; id enim vel sapientiæ divinæ, vel potestati derogaret. Cujus enim est sapientiæ, inquit, concedere aliquid tanquam eximium beneficium, in sex tantum horas? aut cujus tantæ potestatis, velle serio hominem esse immortalem, nec impedire quominus a diabolo in mortem trahatur?

(2) Procul dubio perturbatus est locus vitio notariorum : ita vero restituendus : « Numquid peccaturum Deus nesciebat Adam? Sed cum sit horum sapientissimorum et ista responsio, quod hoc insanissimum est vel in cogitatione percipere, manifestum est, » etc.

Digitized by Google

horas fecerit (nam tantæ fuerunt a conditione ejus usque ad commissionem, quandoquidem sexto die factus e terra, et comedens contra divinum mandatum, de paradiso pulsus est), mortalem vero post peccatum monstraverit?

2. Certum est enim, quia, si eum immortalem esse voluisset, ne ipsum quidem intercedens peccatum Dei sententiam commutasset; quia nec diabolum fecit ex immortali mortalem, et quidem cunctorum malorum exsistentem principium.

De secundo codice ex libro tertio, folio vicesimo quinto.

1. (1) Non enim, inquit, his qui ab Adam usque ad adventum Christi Domini in tantis fuerunt impietatibus et iniquitatibus quantas beatus Paulus propriis verbis expressit, ut in superioribus ex ejus declaratum vocibus, tanquam magnum quiddam resurrectionis collaturus est præmium, si eos suppliciis quibusdam sine fine et sine correctione tradiderit. Nam ubi jam loco muneris resurrectio putabitur, si pœna sine correctione resurgentibus inferatur?

2. *Et post paulum.* Quis, inquit, ita demens, ut tantum bonum credat materiam fieri resurgentibus infiniti supplicii, quibus utilius erat omnino non surgere, quam tantorum et talium malorum, post resurrectionem, sub infinitis pœnis experientiam sustinere?

(1) Theodorus, opinor, quasi miraretur pro immortalitate Adamo innocenti asserenda Augustinum tantis viribus pugnare, conatus est probare immortalitatem per se numerandam non esse in bonis, sed inter ἀδιάφορα, nec magni faciendam, nisi conjungatur cum impeccabilitate et beatitudinis præmio; quandoquidem ipsis quoque impiis communicanda est, ad incrementum supplicii; non communicanda utique, si tantum esset bonum quantum a defensoribus peccati originalis dicitur.

EX TERTIO DECIMO LIBRO CODICIS MYSTICI.

« Angelus diaboli (1) est, inquit, Samosatenus Paulus, qui purum hominem dicere præsumpsit Dominum Jesum Christum, et negavit exsistentiam divinitatis Unigeniti, quæ est ante sæcula. »

(1) Facundus Hermian., III, 2.

EX THEODORI EPISTOLA II
AD ARTEMIUM ALEXANDRINUM.

Quos (1) oportuit scire quia Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum adoramus, in istis divinam et æternam et increatam compleri dicentes Trinitatem. Quoniam ejusdem essentiæ est unumquodque horum, hoc est æternæ omnium factorum causæ, et revera divinæ. Et Pater non propter aliud, sed propter propriam essentiam adorandus est. Ita etiam et Filius, non pro alio hoc accipiens, sed quia illius et talis essentiæ est, circa quam congruebat hæc impleri. Similiter etiam et Spiritum sanctum ejusdem essentiæ cognoscentes, propter propriam essentiam adoramus. Sic et tres personas dicimus, unamquamque perfectam, et ejusdem essentiæ, æternæ ac divinæ, et eorum quæ facta sunt causam arbitrantes esse, et tres adoramus personas, unius eas essentiæ credentes revera divinæ. Quomodo itaque possibile est quartam personam super has addere illam quæ assumpta est servi formam? quam neque ejusdem substantiæ arbitramur esse, cui neque propter se cultus debetur, neque propter propriam essentiam debere suscipere adorationem agnoscimus, neque ipsam solam apud se divise in propria persona adoramus, sicuti dividi eam putant.

(1) Facundus Hermian., III, 5.

EX EJUSDEM EPISTOLA AD DOMNUM
FRAGMENTA (1).

Naturarum quæ juxta εὐδοκίαν fit adunatio, unam utriusque communi nomine appellationem præstat, voluntatem, operationem, auctoritatem, potentiam, dominatum, dignitatem, imperium nullo modo divisum, cum una utriusque secundum illam sit dicaturque persona.

Ἡ κατ εὐδοκίαν τῶν φύσεων ἕνωσις μίαν ἀμφοτέρων τῷ τῆς ὁμωνυμίας λόγῳ ἐργάζεται τὴν προσηγορίαν, τὴν θέλησιν, τὴν ἐνέργειαν, τὴν αὐθεντίαν, τὴν δυναστείαν, τὴν δεσποτείαν, τὴν ἀξίαν, τὴν ἐξουσίαν, μηδενὶ τρόπῳ διαιρουμένην· ἑνὸς ἀμφοτέρων κατ' αὐτὴν προσώπου καὶ γενομένου καὶ λεγομένου.

(1) Facundus Hermian., IX, 3, not. *a*.

Digitized by Google

A

Καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν; Ὁ τῆς κατ' οὐσίαν ἑνώσεως ἐπὶ μόνων τῶν ὁμοουσίων ἠλήθευται λόγος, ἐπὶ δὲ τῶν ἑτεροουσίων διέψευσται· συγχύσεως εἶναι καθαρὸς οὐ δυνάμενος· ὁ δὲ τῆς κατ' εὐδοκίαν ἑνώσεως τρόπος, ἀσυγχύτους φυλάττων τὰς φύσεις καὶ ἀδιαιρέτους, ἓν ἀμφοτέρων τὸ πρόσωπον δείκνυσι, καὶ μίαν τὴν θέλησιν, καὶ μίαν τὴν ἐνέργειαν μετὰ τῆς ἑπομένης τούτοις μιᾶς αὐθεντίας καὶ δεσποτείας.

Κατὰ γὰρ τὸν τῆς εὐδοκίας τρόπον τῷ Θεῷ Λόγῳ συναφθεὶς, ὡς ἔφαμεν, ἐξ αὐτῆς τῆς μήτρας ὁ τεχθεὶς ἐκ τῆς Παρθένου ναὸς μεμένηκεν ἀδιαίρετος, τὴν ἐν πᾶσιν αὐτῷ ταὐτοβουλίαν καὶ ταὐτουργίαν ἐσχηκώς· ὧν οὐδέν ἐστι συναφέστερον.

Et post alia :

Et quid multis opus est? Unitionis secundum substantiam ratio in solis consubstantialibus vera est; in iis quæ alterius sunt substantiæ falsa, cum sine confusione esse nequeat. Unitionis vero juxta εὐδοκίαν modus, inconfusas servans naturas et indivisas, unam utriusque personam ostendit, unamque voluntatem, et operationem unam, cum una quæ ista consequitur, auctoritate ac dominatu.

Et post alia rursum :

Juxta modum enim εὐδοκίας Deo Verbo conjunctum, ut diximus, ab ipso utero quod ex Virgine natum est templum, mansit indivisum, eamdem in omnibus cum ipso habens voluntatem, eamdemque operationem : quibus nihil esse potest conjunctius.

EX LIBRO AD BAPTIZANDOS.

Neque enim (1), si duas naturas dicamus, necessitas nos ulla constringit aut duos dicere filios, aut duos homines, aut duos Christos : quoniam hoc putare extremæ est amentiæ.

Ejusdem Theodori ex libro Ad baptizandos (2).

Quando enim dicit : *De filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem* [1], certum quidem quod filium hic cum qui ex semine David factus est secundum carnem, non Deum dicit Verbum, sed assumptam servi formam. Nec enim Deus secundum carnem, nec Deus ex semine factus est David, sed sumptus pro nobis homo, quem filium beatus Apostolus manifeste vocat.

Ejusdem Theodori ex eodem libro

Renatus alter factus es pro altero, non jam pars Adam mutabilis et peccatis circumfusi, sed Christi qui omnino inculpabilis per resurrectionem factus est.

Misertus (3) est Creator perditæ creaturæ, et sine commistione format infantem, perducit ad ætatem virilem, incrementorum quidem processu naturæ similitudinem pro modo credulitatis insinuans; occulte vero eidem copulatus exsistens, non aberat cum formaretur, non dividebatur cum nasceretur; loquenti conjunctus est præsens, in ejus actibus perseverans atque ibi suam connexionem sine peccato custodiens.

Ejusdem ex eodem libro.

Ut multam quidem ejus faceret diligentiam, omnia autem illius propria faceret et toleraret, per omnes eo ducto passiones, per quas eum secundum suam virtutem perfectum fecit, nec a mortuis secundum suæ naturæ legem recedens, sed sua præsentia et operatione et gratia liberans quidem eum de morte, et malis quæ inde sunt; resuscitans autem eum de mortuis, et ad meliorem finem perducens.

Ejusdem Theodori ex eodem libro.

Deinde ostendens cujus gratia passus est, diminutionem infert : *Quatenus circa Deum pro omnibus gustaret mortem* [2] : quia, divina natura ita volente, separata illa, ipse per se pro omnium utilitate gustavit mortem; et ostendens quod deitas separata quidem erat ab illo qui passus est secundum mortis experimentum, quia nec possibile erat illam mortis experimentum accipere, non tamen illi qui passus est abfuerat secundum diligentiam.

Ejusdem ex eodem libro.

Jesum enim, ait, *de Nazareth, quem unxit Deus Spiritu et virtute* [3], cujus unctionem meritus, et immaculatus effectus est per omnia, et ad divinam naturam meruit conjunctionem. Neque enim conjunctionem suscepisset illam, nisi prius immaculatus factus fuisset, ut sic condeceat illius unitatem.

Ejusdem Theodori ex interpretatione secundum Matthæum Evangelii.

Nam et illud : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* [4], insania evidens est de Deo Verbo putare dicere eum. Qui enim dixit : *Hic est Filius meus dilectus;* et intulit : *In quo mihi complacui*, signicavit quod aperte ad comparationem hoc dicit aliorum filiorum, qui nec dilecti ei sunt, nec placere nimis potuerunt ei.

Ejusdem ex libro Ad baptizandos.

Permanens autem, donec secundum suam creaturam et virtutem solvens mortis dolores, liberavit eum ineffabilibus illis vinculis, et de mortuis resuscitans, transtulit quidem in immortalem

[1] Rom. I, 3. [2] Hebr. II, 9. [3] Act. X, 38. [4] Matth. III, 17.

(1) Facundus Hermian., IX, 3.
(2) Ex conc. Constantinop. VI, collat. IV.
(3) *Misertus est... custodiens.* Ex Mario Mercatore; p. 1059 ed. Migne.

Digitized by Google

vitam; incorruptum autem eum et immortalem et immutabilem efficiens, in cœlum duxit.

Et post alia:

Christum justificatum et immaculatum factum virtute sancti Spiritus, sicut beatus Paulus modo quidem dicit : *Quod justificatus est in spiritu* [5] ; modo vero : *Qui per Spiritum æternum, immaculatum se obtulit Deo* [6], mori quidem fecit secundum legem hominum ; utpote autem impeccabilem virtute sancti Spiritus factum, resuscitavit de mortuis, et ad vitam constituit meliorem : immutabilem quidem animæ cogitationibus, incorruptum autem et indissolutum et carne faciens.

Et post alia : Deo autem gratias, qui nobis dedit victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum [7]; istorum causam fuisse nobis dicens Deum, qui contra omnes adversarios nobis dedit victoriam, sive mortis, sive peccati, sive cujuscunque hinc nascendi mali ; qui Dominum nostrum Jesum Christum pro nobis hominem sumens, et ipsum per resurrectionem de mortuis ad meliorem transtulit finem, et in dextera sua sedere fecit et nobis ad eum donavit communionem.

Hoc vero non ex nobisipsis invenimus testimonium, sed ex divina edocti sumus Scriptura, quoniam et beatus Paulus ita dicit : *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus* [8] : non quod ex Judæis et secundum carnem est, qui super omnia Deus est ; sed hoc quidem ad significandam humanam naturam dixit, quam ab Israelitico genere esse sciebat, illud autem ad ostendendam divinam naturam, quam supra omnia et omnibus dominantem sciebat : O surdi, audite, et cæci, videte [9].

Ejusdem de interpretatione symboli trecentorum decem et octo sanctorum Patrum.

Sed Christum quidem secundum carnem et assumptam servi formam, eum autem qui eam assumpsit, super omnia nominans Deum, intulit tamen hoc secundum conjunctionem nominum ut naturarum manifestam divisionem faciat. Nemo igitur neque eum qui secundum carnem ex Judæis est, dicat Deum qui est super omnia, secundum carnem ex Judæis.

[5] I Tim. III, 16. [6] Hebr. IX, 14. [7] I Cor. XV, 57. [8] Rom. IX, 3. [9] Isa. XLII, 18.

ΙΣΟΝ ΤΗΣ ΕΚΘΕΣΕΩΣ

ΤΟΥ ΠΑΡΑΠΛΑΣΘΕΝΤΟΣ ΣΥΜΒΟΛΟΥ (1).

—

EXEMPLUM

EXPOSITIONIS SYMBOLI DEPRAVATI [TRANSFORMATI].

—

Qui nunc primum in ecclesiasticorum dogmatum disciplina accurate instituuntur, vel ab hæretico quopiam errore ad veritatem transire volunt, eos doceri, et confiteri oportet, in unum nos Deum, Patrem sempiternum credere : qui neque posterius cœpit esse ; sed jam inde ab initio sempiternus Deus exstitit : neque posterius evasit Pater, quoniam semper et Deus Pater fuit. Credimus etiam in unum Dei Filium unigenitum, ex Patris substantia exsistentem, qui est vere Filius, et ejusdem substantiæ cum eo, cujus est et esse creditur Filius. Et in Spiritum sanctum, qui cum sit ex Dei substantia, Filius non est, sed substantialiter Deus ; utpote ejus substantiæ exsistens, cujus est Deus et Pater, ex quo quidem est secundum substantiam. *Nos enim*, inquit, *non spiritum mundi accepimus,*

Τοὺς ἢ νῦν πρῶτον παιδευομένους τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων τὴν ἀκρίβειαν, ἢ ἔκ τινος αἱρετικῆς πλάνης μεθίστασθαι βουλομένους ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, διδάσκεσθαι ὀφείλει [προσήκει, προσῆκεν], καὶ ὁμολογεῖν, ὅτι πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα ἀΐδιον, οὔθ' ὕστερον ἀρξάμενον τοῦ εἶναι, ἀλλ' ἄνωθεν ὄντα ἀΐδιον Θεὸν, οὔτε μὴν ὕστερον γεγονότα Πατέρα, ἐπειδήπερ ἀεὶ Θεός τε ἦν καὶ Πατήρ. Πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς ἕνα Θεοῦ Υἱὸν μονογενῆ, ἐκ τῆς οὐσίας ὄντα τῆς πατρῴας, ὄντως Υἱὸν, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα, οὗπερ ἐστι καὶ πιστεύεται Υἱός. Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ἐκ τῆς Θεοῦ τυγχάνον οὐσίας, οὐχ Υἱὸν, Θεὸν δὲ ὄντα τῇ οὐσίᾳ, ὡς ἐκείνης ὂν τῆς οὐσίας, ἧσπερ ἐστὶ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐξ οὗπερ κατ' οὐσίαν ἐστίν. Ἡμεῖς [ὑμεῖς] γὰρ φησὶν, οὐ, τὸ πνεῦμα ἐλάβομεν [ἐλάβετε] τοῦ κόσμου, ἀλλὰ

(1) Ex actis concilii Ephesini, Labb. *Concil.* III, 677. De hoc symbolo vide Notitiam in vitam et scripta Theodori, hujus voluminis col. 73.

Digitized by Google

τὸ *Πνεῦμα τὸ ἐκ Θεοῦ*, τῆς μὲν κτίσεως ἀποχωρίσας [αὐτὸ χωρίσας] ἀπάσης, Θεῷ δὲ συνάψας, ἐξ οὗπερ κατ' οὐσίαν ἐστὶ ἰδιάζοντι λόγῳ παρὰ πᾶσαν τὴν κτίσιν· ἣν οὐ κατ' οὐσίαν, ἀλλ' αἰτίᾳ δημιουργίας ἐκ Θεοῦ νομίζομεν [νομίζοντες] εἶναι. Καὶ οὔτε Υἱὸν νομίζομεν [νομίζοντες], οὔτε διὰ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν εἰληφός. Ὁμολογοῦμεν δὲ Πατέρα τέλειον προσώπῳ, καὶ Υἱὸν ὁμοίως, καὶ Πνεῦμα δὲ ἅγιον ὡσαύτως· σωζομένου τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας ἡμῖν, τῷ Πατέρα καὶ Υἱὸν, ὁμοίως καὶ Πνεῦμα ἅγιον, μὴ τρεῖς τινας διαφόρους οὐσίας νομίζειν, ἀλλὰ μίαν τῇ ταυτότητι τῆς θεότητος γνωριζομένην. Χρὴ δὲ καὶ περὶ τῆς οἰκονομίας, ἣν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐν τῇ κατὰ τὸν Δεσπότην Χριστὸν οἰκονομίᾳ ὁ Δεσπότης ἐξετέλεσε Θεὸς, εἰδέναι ὅτι ὁ Δεσπότης Θεὸς Λόγος ἄνθρωπον εἴληφε τέλειον, ἐκ σπέρματος ὄντα Ἀβραὰμ, καὶ Δαυΐδ, κατὰ τὴν διαγόρευσιν τῶν θείων Γραφῶν, τοῦτο ὄντα τὴν φύσιν, ὅπερ ἦσαν ἐκεῖνοι, ὥνπερ ἐκ σπέρματος ἦν, ἄνθρωπον τέλειον τὴν φύσιν, ἐκ ψυχῆς τε νοερᾶς καὶ σαρκὸς συνεστῶτα ἀνθρωπίνης. Ὃν ἄνθρωπον ὄντα καθ' ἡμᾶς τὴν φύσιν, Πνεύματος ἁγίου δυνάμει ἐν τῇ τῆς Παρθένου [παρθενίας] μήτρᾳ διαπλασθέντα, γενόμενον ὑπὸ [γεγονέναι ἐκ] γυναικὸς, καὶ γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα πάντας ἡμᾶς ἐξαγοράσῃ τῆς τοῦ νόμου δουλείας, τὴν πόρρωθεν προωρισμένην υἱοθεσίαν ἀπολαβόντας, ἀπορρήτως συνῆψεν ἑαυτῷ· θανάτου μὲν αὐτὸν κατὰ νόμον ἀνθρώπων πειραθῆναι κατασκευάσας [παρασκευάσας], ἐγείρας δὲ ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναγαγὼν εἰς οὐρανὸν, καὶ καθίσας ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Ὅθεν δὴ ὑπεράνω πάσης ὑπάρχων ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ κυριότητος, καὶ δυνάμεως, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου οὐκ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, τὴν παρὰ πάσης τῆς κτίσεως δέχεται προσκύνησιν, ὡς ἀχώριστον πρὸς τὴν θείαν φύσιν ἔχων τὴν συνάφειαν, ἀναφορᾷ Θεοῦ καὶ ἐννοίᾳ πάσης αὐτῷ τῆς κτίσεως τὴν προσκύνησιν ἀπονεμούσης. Καὶ οὔτε δύο φαμὲν υἱοὺς, οὔτε δύο κυρίους· ἐπειδὴ εἷς Θεὸς [Υἱὸς] κατ' οὐσίαν ὁ Θεὸς Λόγος, ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ᾧπερ οὗτος συνημμένος τε καὶ μετέχων θεότητος κοινωνεῖ τῆς Υἱοῦ προσηγορίας τε καὶ τιμῆς· καὶ Κύριος κατ' οὐσίαν ὁ Θεὸς Λόγος, ᾧ συνημμένος οὗτος κοινωνεῖ τῆς τιμῆς· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε δύο φαμὲν υἱοὺς, οὔτε δύο κυρίους· ἐπειδὴ εἷς [δήλου] τοῦ κατ' οὐσίαν ὄντος Κυρίου τε καὶ Υἱοῦ, ἀχώριστον ἔχει [ἔχων] πρὸς αὐτὸν τὴν συνάφειαν ὁ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ληφθεὶς σωτηρίας συναναφέρεται τῇ τε ὀνομασίᾳ καὶ τῇ τιμῇ τοῦ τε Υἱοῦ καὶ τοῦ Κυρίου, οὐχ ὥσπερ ἡμῶν ἕκαστος καθ' ἑαυτὸν ὑπάρχων Υἱός· ὅθεν δὴ καὶ πολλοὶ υἱοὶ κατὰ τὸν μακάριον λεγόμεθα Παῦλον· ἀλλὰ μόνος ἐξαίρετον ἔχων τοῦτο ἐν τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον συναφείᾳ· τῆς τε υἱότητος καὶ κυριότητος μετέχων, ἀναιρεῖ μὲν πᾶσαν ἔννοιαν δυάδος υἱῶν τε καὶ κυρίων, παρέχειν δὲ ἡμῖν ἐν τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον συναφείᾳ πᾶσαν ἔχειν αὐτοῦ τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἔννοιαν, καὶ τὴν θεωρίαν,

A *sed Spiritum qui ex Deo est* [1]: separans illum ab universa creatura, Deoque conjungens, ex quo secundum substantiam est peculiari ratione præ universa creatura, quam non essentialiter, sed causalitate creationis ex Deo censemus esse. Sed nec Filium illum putamus, neque per Filium, suam subsistentiam habentem. Confitemur autem Patrem personaliter perfectum, pari modo Filium, et Spiritum sanctum similiter. Pietatis autem doctrinam integre retinemus, Patrem, et Filium, similiter et Spiritum sanctum, non tres aliquas diversas existimantes substantias, sed unam identitate deitatis agnoscendam. Quin de dispensatione quoque, quam salutis nostræ causa in Christi Domini incarnatione Dominus Deus perfecit, nosse oportet, B Dominum Deum Verbum hominem secundum naturam perfectum, ex humana carne et anima rationali consistentem, ex Abrahæ et David semine assumpsisse, ut divinæ Scripturæ testantur [2], hoc ipsum secundum naturam exsistens, quod erant illi, quorum e semine fuit. Quem secundum nostram naturam, nobisque similem hominem exsistentem, Spiritus sancti virtute in utero Virginis formatum, factum ex muliere, factum sub lege, ut nos omnes filiorum adoptionem jam olim prædestinatam recepturos, a servitutis lege redimeret [3], inexplicabili quodam modo sibi conjunxit; ac ipsum quidem humano more morti objecit, ex mortuis autem excitavit, et in cœlum assumpsit, C et ad dexteram Dei collocavit. Cum ergo super omnem principatum, et potestatem, et dominationem, et virtutem, et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, verum etiam in futuro, sit constitutus [4], ab universa quoque creatura adoratur, tanquam inseparabilem habens cum divina natura conjunctionem, cum respectu et ratione Dei omnis creatura adorationem ei tribuat. Neque duos filios, aut duos dominos dicimus [inducimus]; quandoquidem unus tantum est per essentiam Filius, nempe Deus Verbum, Filius Patris unigenitus, cui conjunctus hic, et Deitatis comparticeps, consors etiam est appellationis et honoris Filii. Ac essentialiter quidem Dominus est Deus Verbum, cui hic copulatus particeps est honoris; ideoque D nec duos filios, nec duos dominos dicimus: quia, cum manifeste sit per essentiam Dominus et Filius, is qui propter salutem nostram assumptus est, ipsi inseparabiliter conjunctus, Domini Filiique nomine et honore cohonestatur, non ad eum modum, quo unusquisque nostrum per se filius exsistit; unde sane etiam juxta beatum Paulum [5], multi filii dicimur: sed solus eximium hoc habens propter societatem conjunctionemque cum Deo Verbo; ac filiationis et dominationis particeps, omnem quidem dualitatis filiorum atque dominorum cogitationem excludit: per illam vero cum Deo

[1] 1 Cor. II, 12. [2] Matth. I, 1; Rom. I, 3. [3] Galat. IV, 4. [4] Ephes. I, 21. [5] Galat. III, 26.

Digitized by Google

Verbo conjunctionem efficit, ut nos omnem fidem, omnemque cogitationem et contemplationem de illo habeamus : quare etiam adorationem, ob eam quæ in Deum refertur habitudinem, ut universa creatura suscipit.

Unum igitur Filium et Dominum Jesum Christum, per quem facta sunt omnia, esse dicimus ; primo quidem ac præcipue Deum Verbum, qui secundum essentiam Dei Filius et Dominus est, mente concipientes ; simul vero etiam quod assumptum est, hoc est, Jesum a Nazareth, animo complectentes, quem Deus spiritu et virtute inunxit [6], tanquam in conjunctione cum Deo Verbo filiationis et dominationis participem. Qui etiam, juxta beati Pauli doctrinam [7], secundus Adam appellatur, utpote ejusdem quidem exsistens cum Adam naturæ, demonstrans autem nobis statum futurum. Tantum autem inter hunc et illum discrimen intercedit, quantum inter eum qui futuræ vitæ ineffabilia bona subministrat, et alterum, qui præsentium calamitatum initium causamque dederit. Appellatus est itidem secundus Adam, tanquam is, qui secundum statum nobis ostenderit : siquidem status prioris mortalis, et passioni obnoxii, multisque miseriis referti, Adam auctor exstitit, in quo etiam similitudinem ipsius hausimus : secundum vero statum Christus Dominus demonstravit ; qui olim, cum de cœlo apparuerit, omnes nos in suum adducet consortium. *Primus* enim *homo*, inquit, *de terra terrenus, secundus homo Dominus de cœlo* [8], hoc est, inde appariturus, ut omnes ad sui ipsius imitationem perducat. Unde addit : *Qualis terrenus, tales et terreni ; et qualis cœlestis, tales et cœlestes.* Et : *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus etiam imaginem cœlestis* [9]. Itaque in hoc ipso qui apparet, et ab omnibus qui judicandi sunt palam cernetur, divina natura occulte latitans judicium exercebit. *Nam tempora quidem ignorantiæ nostræ despiciens Deus nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant ; eo quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem in justitia, in viro, in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis* [10]. Hæc est ecclesiasticorum dogmatum doctrina : et omnis qui diversa ab his sentit, anathema sit. Omnis qui non accipit salutarem pœnitentiam, anathema sit. Omnis qui sacram Paschatis diem non celebrat juxta ritum sanctæ catholicæ Ecclesiæ, anathema sit.

A ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ τὴν προσκύνησιν, καὶ [ἴσως, κατὰ] ἀναφορὰν Θεοῦ, παρὰ πάσης δέχεται τῆς κτίσεως.

Ἕνα τοίνυν τὸν Κύριόν [ἴσως, Υἱόν] φαμεν, καὶ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· πρωτοτύπως μὲν τὸν Θεὸν Λόγον νοοῦντες, τὸν κατ' οὐσίαν Υἱὸν Θεοῦ καὶ Κύριον, συνεπινοοῦντες δὲ τὸ ληφθὲν, Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὃν ἔχρισεν ὁ Θεὸς πνεύματι καὶ δυνάμει, ὡς ἐν τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον συναφείᾳ υἱότητός τε μετέχοντα καὶ κυριότητος· ὃς καὶ δεύτερος Ἀδὰμ κατὰ τὸν μακάριον καλεῖται Παῦλον, ὡς τῆς αὐτῆς μὲν φύσεως ὑπάρχων τῷ Ἀδὰμ· ἀναδείξας δὲ ἡμῖν τὴν μέλλουσαν κατάστασιν· καὶ τοσαύτην ἔχων πρὸς ἐκεῖνον τὴν ἀναφορὰν [ἴσως, διαφορὰν], ὅσηπερ ἂν γένοιτο τοῦ τὰ ἀπόῤῥητα γ- B ρηγοῦντος ἐπὶ τῆς μελλούσης καταστάσεως ἀγαθὰ πρὸς τὸν τῶν παρόντων λυπηρῶν δεδωκότα τὴν ἀρχήν. Τὸν ὅμοιον δὲ τρόπον καὶ δεύτερος Ἀδὰμ [ἄνθρωπος] καλεῖται, ὡς τὴν δευτέραν κατάστασιν ἐκφήνας. Ἐπειδήπερ τῆς μὲν προτέρας ἀρχὴ γέγονεν ὁ Ἀδὰμ, τῆς θνητῆς, καὶ παθητῆς, καὶ πολλῶν γεμούσης ὀδυνηρῶν, ἐν ᾧ δὴ καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν εἰλήφαμεν ὁμοίωσιν· τὴν δευτέραν δὲ ἀνέδειξεν ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ὃς ἐξ οὐρανῶν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος φανεὶς, ἅπαντας ἡμᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν ἄξων [ἄξει] τὴν οἰκείαν· *Ὁ γὰρ πρῶτος*, φησὶν, *ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς, ὁ δεύτερος, ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ*, τουτέστιν, ἐκεῖθεν ἀναφαίνεσθαι μέλλων ἐπὶ τῷ πάντας εἰς μίμησιν ἄγειν ἑαυτοῦ. Ὅθεν ἐπάγει· *Οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι·* καὶ, *Καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.* Ἐν τούτῳ δὴ φαινομένῳ τε καὶ παρὰ πάντων ὁρωμένῳ τῶν κρίνεσθαι μελλόντων, ἐν ἀφανεῖ τυγχάνουσα ποιήσεται τὴν κρίσιν ἡ θεία φύσις· *Τοὺς γὰρ χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑμῶν ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, ταῦτ παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν, καθότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ, ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.* Αὕτη τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων ἡ διδασκαλία, καὶ πᾶς ὁ ἐναντία τούτοις φρονῶν ἀνάθεμα ἔστω. Πᾶς ὁ μὴ δεχόμενος τὴν σωτήριον μετάνοιαν, ἀνάθεμα ἔστω· πᾶς ὁ μὴ ποιῶν τὴν ἁγίαν ἡμέραν τοῦ Πάσχα κατὰ τὸν τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας θεσμὸν, ἀνάθεμα ἔστω

[6] Act. x, 30. [7] I Cor. xv, 45. [8] ibid. 47. [9] ibid. 48. [10] Act. xvii, 30

Digitized by Google

ANNO DOMINI CDXXX

SYNESIUS

PTOLEMAIDIS IN LIBYCA PENTAPOLI EPISCOPUS

NOTITIA HISTORICA.

Ex Dionysii Petavii notis ad Synesium, Opp. Synes. ed 1633, p. 1.

Synesio gentili primum philosopho, deinde Christiano, et episcopo, patria fuit eadem, quæ et Aristippum et Carneadem celeberrimos olim in philosophia viros edidit, Cyrene Pentapoleos urbs in Libya Ægypto proxima : quam Battus Lacedæmonius condidit, a quo majores suos ortum accepisse gloriatur Epistola adversus Andronicum. Imo vero stirpis suæ seriem ab Eurysthene usque primo Doriensium apud Spartam rege deductam in publicis exstare tabulis ibidem refert. Hic philosophiæ operam dedit Alexandriæ, magistra usus Hypatia, Theonis insignis mathematici filia; quæ per illud tempus primas in omni genere doctrinæ ferebat : adeo ut ingens ad eam audiendam concursus hominum fieret, atque apud principes viros, et Augustales præfectos auctoritate floreret et gratia : quæ res illi postremo exitium attulit. Nam cum Theodosio Juniore imperante Alexandriam Orestes administraret, qui et Hypatiam observabat, et a Cyrillo episcopo dissidebat; ratus populus mutuæ illorum concordiæ Hypatiam intercedere, membratim eam discerpsit, ut narrat Socrates lib. VII, cap. 15 : quod Honorio X et Theodosio VI coss. Martio mense per Jejunii dies accidit ; qui est annus Christi 415.

Synesio frater fuit Evoptius, qui post illum Ptolemaidis episcopatum tenuit, ut ex Ephesini concilii parte II, act. 6, liquet. Meminit et alterius fratris Anastasii ep. 79; sororis item Stratonices epist. 75. Uxorem Alexandriæ duxit; quibus nuptiis Theophilum patriarcham præfuisse testatur ipse epist. 105, et in eadem urbe liberos se ex illa suscepisse demonstrat epist. 18: quos fuisse numero quatuor, ac paulo post susceptum episcopatum obiisse variis ex epistolis colligitur, præsertim ep. 53 et 126. Hic perhonorifica legatione apud Arcadium imperatorem Cyrenes patriæ nomine functus est, sub ipsum illius exordium ; de qua in notis ad *Orat. de regno* plura dicimus.

Postea cum ob philosophiæ ac cæterarum artium raram et exquisitam scientiam illustre sibi nomen peperisset, adeo ut non gentiles modo, sed etiam Christianos in amorem admirationemque raperet sui, Ptolemaidis episcopatum invitus capessere coactus est; qua de re paulo nobis est accuratius disputandum.

Scribit Evagrius lib. I, cap. 15, ex eoque Photius cod. 26, et Nicephorus lib. XIV, cap. 55, Synesium gentilem philosophum a Christianis adductum esse, ut Christo nomen daret, et baptismum ac deinde episcopale munus caperet, quamvis, pro eo ac Platonis decreta sequebatur, resurrectionem corporum nondum sibi persuadere potuisset; at illos haud dubia spe fretos, tantis viri virtutibus et ornamentis reliqua divinitus accessura, Christianam fidem ex dimidio profitentem admisisse.

Annus quo ad episcopatum evectus est Synesius, fuit Christi 410, quod demonstrant epistolæ 13 et 66. Prior Pascha denuntiat in diem 19 Pharmuthi (Aprilis 14), qui est annus 412. In eadem vero significat se recens episcopum esse factum. In posteriore scribens ad Theophilum, testatur annum agi tertium ab reddita communione Joannis Chrysostomi fautoribus, ac sopitis dissensionibus, et reconciliata pace; cum antecedente anno nondum episcopus fuisset. Mortuus est Chrysostomus anno 407, post cujus obitum statim Theophilus sanciendæ inter partes ἀμνηστίας auctor fuit : a qua tertius annus in 410 incidit. Eo igitur episcopatum iniit Synesius, et, si historicis iisdem credimus, etiam Christianus esse cœpit. Atqui longe ante hoc tempus Christianum fuisse, non pauca neque levia nobis argumenta suppetunt. Primum hymno tertio, a versu 430, testatur se jam tum in legatione triennali, quam pro Cyrene patria sua apud Arcadium imperatorem obiit, pro Christiano se gessisse. Nam de legationis exitu sollicitum ait se Ecclesias omnes adiisse, quæcunque ad divina celebranda mysteria constitutæ sunt : ac divis omnibus, hoc est sanctis, quicunque Constantinopoli et Chalcedone colebantur, necnon angelis supplicasse.

Digitized by Google

Templa vero quotquot	Νηοὶ δ' ὁπόσοι
Condita sunt, o Rex !	Δόμηθεν, Ἄναξ,
Ut tuis sanctis	Ἐπὶ σαῖς ἁγίαις
Serviant mysteriis,	Τελετηφορίαις,
Omnia adii :	Ἐπὶ πάντας ἔδαν ·
Procumbens supplex,	Πρηνὴς ἱκέτας
Solum palpebrarum	Ἄπεδον βλεφάρων
Rigans roribus :	Δεύων νοτίσι ·
Ne mihi irritum	Μή μοι κενεὰν
Iter contingeret	Ὁδὸν ἀντᾶσαι
Supplicavi diis	Ἱκέτευσα θεοὺς
Ministris, quotcunque	Δρηστῆρας, ὅσοι
Fecundum Thraciæ	Γόνιμον Θρῄκης
Obtinent solum :	Κατέχουσι πέδον ·
Quique ex opposita continenti	Οἵ τ' ἀντιπέρην
Chalcedoniis	Καλχηδονίας
Præsident arvis :	Ἐφέπουσι γυίας ·
Quos angelicis	Οὓς ἀγγελικαῖς
Coronasti, o Rex,	Ἔστεψας, Ἄναξ,
Fulgoribus, tuos	Αὐγαῖσι, τεοὺς,
Sacros ministros :	Ἱεροὺς προπόλους·
Hi meas beati	Σύν μοι μάκαρες
Adjuverunt preces,	Ἐλάδοντο λιτάν,
Hi meos multos	Σύν μοι πολέων
Adjuverunt labores.	Ἐλάδοντο πόνων.

Hæc omnia pietatis ac religionis officia nonnisi ab Christiano profecta videntur. At illud tempus in annum Christi circiter 397 congruere, in notis ad *Orat. de regno* demonstrabitur. Præterea in epistola 105, quam scripsit ad fratrem Evoptium, cum a Ptolemaidensibus postularetur ad sacerdotium, aliam conjecturam suppeditat. Ibi enim uxorem a Deo, et lege, et sacra Theophili manu se dicit accepisse, quam nolit dimittere. Ἐμοὶ τοιγαροῦν ὅ τε θεὸς, ὅ τε νόμος, ἥ τε ἱερὰ Θεοφίλου χεὶρ γυναῖκα ἐπιδέδωκε. Nisi Christianus esset, cum uxorem duceret, non, opinor, de episcopi manu eam accepisset. Non enim gentilium nuptias conciliaret sacerdos : quippe Christianorum proprium illud est matrimonium, *quod Ecclesia conciliat, et confirmat oblatio, et obsignatum angeli renuntiant*, ait Tertullianus lib. II *Ad uxor.*, cap. 9. Porro pluribus antequam fieret episcopus annis, uxorem duxisse perspicuum est; cum ex illa jam filios haberet, qui litteris operam darent, ut de Dioscurio felici indole puero testis ipse est epist. 3. Quos etiam sub episcopatus initium amisit, ut superius ostendimus. Ex his haud absurde fortasse colligas, Christianis sacris jamdudum initiatum fuisse Synesium, priusquam episcopatum attingeret. Tametsi Platonicorum usus dogmatum, et inanis philosophiæ studium plurimum illi gentilis superstitionis afflavit, quod in ejus scripta redundaret. Siquidem liber *De insomniis* merum cultorem deorum redolet; neque vel pilum Christiani habet hominis; quem tamen post obitam legationem ab eo conscriptum esse ex eadem liquet, ut in notis ad *Orat. de regno* palam facimus. Nec aliud de Dione judicium est; quem sub idem tempus elaboravit, ut epist. 153 declarat. At ex adverso conjecturæ illi nostræ repugnare videtur, præter auctorum consensum, qui Synesianam historiam attigerunt, id etiam quod in fine epist. 67 scribit ad Theophilum, ideo se variis difficultatibus in obeundo munere conflictari, quod homo ἀπότροφος Ἐκκλησίας, *extra Ecclesiam educatus*, et ἀγωγὴν ἑτέραν ἠγμένος, *alio disciplinæ genere institutus*, ad altare Dei temere non dubitarit accedere. Quibus verbis gentilem se paulo ante quam episcopatum sumeret, fuisse demonstrat. Nos hanc quæstionem ab eruditis viris disceptandam in medio relinquimus

Sed illud permirum videri solet, episcopum non a populo solum expetitum, sed ab episcopis etiam, et ab Theophilo imprimis, ordinatum eum hominem, qui mortuorum resurrectionem credere nolle se palam profiteretur. Nec minus admirabile est, sine ista fide, ac confessione Christianum fieri et baptismo initiari potuisse Synesium. Nam inter alia, quorum a competentibus diserta professio sub baptismum edi consueverat, mortuorum erat resurrectio. Credit *Annalium ecclesiasticorum* auctor, totum illud, quod de uxore non dimittenda, et resurrectione mortuorum a se non credita, allegabat Synesius, non serio ac bona fide, sed ficte, et devitandi episcopatus gratia ab illo esse jactatum : cujusmodi Ambrosii simili in causa nota simulatio est. Sed multo verisimilius est, hoc illum initio ita, ut in animo habebat, asseverasse; ac paulo post ab Theophilo, aliisve doctis viris persuasum veritati cessisse, antequam episcopus fieret.

Post episcopatum susceptum, cui quantopere reluctatus fuerit, declarant aliquot illius epistolæ, non minori prudentia, quam fortitudine animique constantia res ecclesiasticas administravit. Prudentiæ specimen dedit in componendis episcoporum ac presbyterorum controversiis, aliisque rebus ex mandato Theophili in sua provincia curandis, de quibus agit epistola 67. Constantiam ac dignum episcopo robur animi Andronicus expertus est Pentapolitanæ præfectus provinciæ, quem in cives crudelissime grassantem, et contumeliosas in Deum voces nefarie jactantem damnavit in synodo : ac dilata paululum executione sententia, quod is veniam rogaret, ac meliora de se polliceretur, subinde pristinos in mores re-

Digitized by Google

lapsum communione privavit. Eumdem variis affectum calamitatibus et oppressum summa benignitate relevare studuit. Quæ omnia ex epistolis 57, 58, 72 et 89, constare possunt. Nec obscurum æquitatis illius indicium est, quod Theophilo cæteroquin addictissimus, de Joanne tamen Chrysostomo, quocum ille capitales inimicitias exercuerat, perhonorifice sentire ac loqui non dubitarit ad eumdem scribens Theophilum epist. 66. Usus est tam ante episcopatum, quam post eum receptum, Synesius principum virorum favore et amicitia. Nam et ab Arcadio imperatore immunitatem a publicis functionibus obtinuit, ut epist. 99 testatur; et Aurelianum, Anthemium, Pæonium, viros ætate illa primarios; necnon Troilum, qui apud Anthemium omnia poterat; Anysium item et Gennadium, Pentapoleos præfectos, aliosque complures, quorum in epistolis mentio est, benevolos et familiares habuit. Quandiu in episcopatu vixerit, quove anno decesserit, a nullo, quod sciam, proditum est. Fit in *Prato spirituali*, cap. 195, memorabilis cujusdam illius facti mentio, cum Evagrium gentilem philosophum ad Christiana sacra perduxit; quam historiam ex eo libro qui volet repetere poterit. (*Exstat infra.*)

Quod ad illius scripta pertinet, nescio an aliud exstet hodie præter ea quæ in hanc editionem contulimus. Nullius certe mentionem apud quemquam reperi, exceptis *Cynegeticis*, quorum ipse meminit epistola 153. Stylo usus est grandi, elato, et ad poeticum assurgente. Platonem tamen, ac Dionem Chrysostomum identidem æmulari studuit, ut ex ejus oratione perspicuum est. Celebrantur inter illius monimenta præsertim *Epistolæ*, quas ab lepore ac venustate, necnon sententiarum vi ac crebritate plurimum Photius commendat, et ante hunc Evagrius, postque ipsum Suidas et Nicephorus.

NOTITIA LITTERARIA

Ex Fabricii *Bibliotheca Græca* ed. Harles., t. XI, p. 91.

—

Scripta Synesii quæ exstant, hæc sunt :

1. Εἰς τὸν αὐτοκράτορα Ἀρκάδιον περὶ βασιλείας, pag. 1-32. *De regno* bene gerendo *ad Arcadium imperatorem*, undeviginti annos natum, biennio post Theodosium Magnum, ipsius parentem, exstinctum dicta oratio CPoli circa A. C. 397 (*a*), cum, necdum episcopus, a Cyrenis missus esset ad coronæ aureæ munus illi offerendum. Ἐμέ σοι πέμπει Κυρήνη, στεφανώσαντα χρυσῷ μὲν τὴν κεφαλήν, φιλοσοφίᾳ δὲ ψυχήν, inquit pag. 2. Scythas, h. e. Gothos, removendos, et senatu, dignitatibus, castris, domibus arcendos monet pag. 22 sqq., nec obscure perstringit Rufinum illis indulgentem pag. 24, et eos a Theodosio in belli ac civitatis societatem receptos dolet τοὺς παλαμναίους Ῥωμαϊκῆς, *pestes Romani imperii*, pag. 25. Meminit hujus scripti Synesiani Photius cod. XXVI, et Nicephorus XIV, 55, qui perperam tradit Theodosio Juniori dicatam esse. Idem error Evagrii lib. I, c. 15, nisi Προσφωνητικὸς πρὸς Θεοδόσιον, illi memoratus, alius sit, jam deperditus, ac per Theodosium Theodosius Magnus ab eo intelligatur.

Ante Cornarium Petaviumque Latine vertit Joach. Camerarius, additis notis et præmissa de Synesio narratione. Lipsiæ in offic. Val. Papæ 1555, 8; Francof. 1585, 8 [in *Opusc. moralibus* a filio Jo. Camer. med. Noriberg. editis. V. Freytag *Appar. litter.*, III, pag. 502 sqq.] Joannes Zamoscius, Stanislaus Hovius, Polonus. Venet. 1563, 4. Gallice Daniel d'Ange, Græcæ linguæ professor, Paris. 1555, 8.

[Exstat hæc oratio Paris. in bibl. pub. codd. novem; — in cod. Coislin. CCXLIX, fol. 150, teste Montfauc. in *Bibl. Coisl.* pag. 303. — Florentiæ in cod. Laurent. Medic. XXVII, n. 22, plut. 59. V. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.*, II, pag. 547. Plura interdum Synesii scripta simul sunt in uno eodemque codice: quæ brevitatis studio hic memorare juvat. In eadem bibl. Laur. cod. VI, n. 2-10, plut. 55, *De regno* et alia Synesii opusc., necnon in cod. LV, n. 3-12 ejusd. plutei. — In cod. VI, n. 12-17 (v. Bandin. II, pag. 244, 269 et 591 sqq., plut. 60.) — In cod. XIX, n. 3-8, plut. 80 (Band. III, pag. 208). — Effata quædam Synesii, inter sententias VII sapient. in cod. VIII, n. 22 (Bandin. III, pag. 325.) — Venetiis in bibl. Marciana cod. CCLXIV sunt Synesii opera, quæ a Fabricio h. l. recensentur, n. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 10, 11.

(*a*) Vide Jac. Gothofredum ad legem *Quisquis*, pag. 77 sqq., et Tillemontium tom. XII *Memor.*, pag. 509. Fabr. — Synesium A. C. 399 cultissimam *De regno* orationem recitasse, Saxius *Onomast.* I, pag. 458, autumat secundum verisimilem argumentationem Pagii in *Crit. Baron.*, ad A. Ch. 399, n. XIX, pag. 319, tom. VI. Harl. — Adde Patav. supra.

Digitized by Google

— In cod. CDXXII sunt n. 1, 2, 3, 5, 6, 8, 10. — In cod. CDXXXVI sunt n. 3, 5, 7, 8, 9, 10. — *De regno* in cod. DXIV. V. *Cat. codd. Gr. Marc.*, pap. 130, 206, etc. — In bib. quondam Uffenbach. Francof. ad M. cod. VI sunt n. 8, 9, 10, 11 et 12. — V. J. H. Maii *Bibl. Uffenbach. ms.*, pag. 426 sqq. — Vindobon. inter codd. quondam Seb. Ericii, dein in bibl. Cæsar. illatos, *Synesii or. de regno*; ejusdem *Dion* et *De providentia* libri 2, postea inter codd. philosoph. numeratur cod. XIV. V. Lambec., et Kollar. *Comment.*, IV, pag. 504, et clarius recensentur illi libri in vol. VII, pag. 82 sqq. — Eadem opusc. Romæ in quatuor codd. bibl. Vatic. V. **Montfauc.** *Bibl. biblioth. mss.*, I, pag. 69. — In cod. regio Matrit. LXIX, hoc ordine sunt Synesii plura scripta, cum aliquot scholiis notisque margin. 1. *Calvitii encomium*; 2. *Dion*; 3. *Ægyptii* s. *de Providentia, sermones duo* cum προθεωρίᾳ, s. præfatione; 4. *ad Pæonium* ὑπὲρ τοῦ δώρου· Τὸ δὲ ἦν ἀστρολάβιον. 5. *De insomniis*, cum præfatione; 6. *De regno*, Περὶ βασιλείας. — Ad oram cod. exteriorem ab antiqua manu exarata est hæc inscriptio: Λόγος εἰς τὸν αὐτοκράτορα περὶ βασιλείας· et supra alteram illam inscriptionem antiquior legitur nota, Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Ἀρκάδιον. Unde, judice Iriarto, qui illum cod. recenset pag. 247 sqq. *Cat. codd. Gr. Matrit.*, pag. 248, firmatur Petavii sententia, hanc orationem ex ejus argumento, non ex titulo codicis ullius ms. auctoritate præditio, imperatori Arcadio, non, ut tradit Evagrius, Theodosio, fuisse inscriptam; 7. *Epistolæ*. — Inter codd. Mendozanos Synesii Oratt. et Epistolæ; teste Iriarto l. c. pag. 277. — Inter codd. Escorial., *Orat. adversus Andronicum* et *Calvitii encomium*. V. Plüer. *Itiner. per Hispan.* pag. 190. Oxonii in bibl. Bodleiana inter codd. Barocc. cod. XIII quædam de Synesio et Evagrio. — Cod. LVI, Synesius *de regno*, tum, ejusdem *Epistolæ*, utraque *Catastasis*, *Calvitii encomium*, *Dion*, *De Providentia sermo*, *Ad Pæonium de munere*, et *Hymni* III, IV, X. — Cod. CXXV, *De regno*, *Catastasis*, et *Epistolæ*. — Cod. CXXXIX et cod. CCXIX, quæ numerantur a Fabricio, omnia, præter Hymnos et in cod. poster. etiam præter epistolas. In eadem bibl. Bodl., n. 6942, Catal. A, *Treatise of the Philosophers Stone, by Synesius the Greek abbot.* — Dublin. inter codd. collegii S. Trinit. n. 428, excerpta ex Synesii Epistolis et Hymnis. — Quædam Synesii in bibl. Wratislav. Rehdiger., teste Krantz in *Memor. bibl. publ. Wratisl.*, pag. 83. — Monachii in bibl. elect. cod. CLXII, *De regno* et alia Synesii scripta. — In cod. CCXLVI, Synesii Oratt. et Hymni. V. *Cat. codd. Gr. Bavar.*, pag. 63 et 84. — Augustæ Vindel. in aliquot codd. plurima Synesii opusc. V. Reiseri *Indicem mss. bibl. August.*, pag. 78, 79 et 87, et ejus *Or. ad Arcadium* ac *Liber de somniis*. ibid. pag. 86. — Secundum Montfauc. *Bibl. bibl. mss.* Mediolani Ambros. cod. *De regno*, *De vita solitaria*, carmina et alia Synesii opuscula; et in alio cod. Synesii opp. (tom. I, pag. 504 A et 508 D). — In bibl. Guil. Pelliserii, Synesii opp. (tom. II, pag. 1199 B), et ita in multis aliis codd. bibliothecarum, in illo opere memoratarum. HARL.

2. Δίων, ἢ περὶ τῆς καθ' ἑαυτὸν διαγωγῆς. Pag. 33-62. *Dio* sive *de sui ipsius institutione*, qui, Dionis Chrysostomi exemplo, pro sophista philosophus esse et solidæ omnis eruditionis sectator elegit. Estque hic liber scriptus circa A. C. 404, non diu post initum connubium (*a*), insignis quædam liberalis doctrinæ ac philosophiæ commendatio ac diserta, cujus facit mentionem Synesius epist. 153, ubi invidis et velut inutilium rerum studiis occupatum calumniantibus hoc scriptum se opposuisse testatur. Docet autem Synesius, frustra ad philosophiam aspirare rudes bonorum disciplinarum, Δεῖ γάρ τοι πρῶτον ἀποδῦναι τὴν ἀγροικίαν, καὶ τὰ μικρὰ ἐποπτεῦσαι πρὸ τῶν μειζόνων, καὶ χορεῦσαι πρὶν δᾳδουχῆσαι, καὶ δᾳδουχῆσαι πρὶν ἱεροφαντῆσαι. Pag. 52. Sophista ipsi est ὁ δόξαν ἀντ' ἀληθείας ἐρανιζόμενος. Pag. 55. Hoc scriptum ad filium suum direxit pater, quem proximo anno nasciturum, et cujus spem sibi a Deo factam ait pag. 41, 58, quemque alloquitur pag. 59 et 61. Cum Dionysii Petavii (*b*) versione, qui post Cornarium vertit, præmittitur dissertationibus Dionis Chrysostomi Græce et Latine editus a Fed. Morello, Paris., 1604, fol. Hunc veluti gustum interpretationis suæ Synesianæ præmissum ad litteratorum hominum palatum fuisse scribit Petavius in præf. ad Synesium, editum demum integrum Græce ac Latine a. 1612. [Est in octo codd. bibl. Paris., et de aliis codd. vid. ad n. 1.]

3. Φαλάκρας ἐγκώμιον. Pag. 63-87. *Encomion calvitii*, sive, ut pag. 67 ipse argumentum illius exponit, *viro calvo* (*c*) *nequaquam esse erubescendum*. Oratio ingenii ac doctrinæ picta luminibus, a calvo (*d*) scripta, oppositaque Κόμης ἐγκωμίῳ, quod Dio Chrysostomus scripserat, sed hodie

(*a*) Tillemont. pag. 512, 513.

(*b*) Morellus *Dionysium Pætum* appellat, pro *Petavio*. FABR. Sed Niceron. in *Mem. viror. doct.* (ex versione Baumgarten. German.), tom. I, pag. 142 sqq., et 232 sqq., contra Fabricium monet, Petavium (*Petau*) juvenem, revera nomen suum scripsisse in titulo hujus versionis et alibi. *Dionysius Pætus*. HARL.

(*c*) *Φαλακρὸν ἄνδρα*. Petavius *homini calvo* reddit; sed virum de industria posuit Synesius, quoniam Dio, contra quem disputat, conatus erat demonstrare, viros potius, quam feminas decere comam. Vide pag. 83.

(*d*) Vide pag. 66.

Digitized by Google

desiderabamus. Meminit illius, præter Suidam et Synesium qui plura ex eadem confutaturus repetit, Joannes Tzetzes *Chiliad.* XI, 725 :

Ὡς ὕστερον Συνέσιος ἐγκώμιον φαλάκρας
Ἀνθ' ὧνπερ ὁ Χρυσόστομος, ὁ Προυσαεὺς ὁ Δίων
Πολὺ τελῶν παλαίτερος αὐτοῦ τοῦ Συνεσίου
Ῥητορικῶς συνέγραψεν ψόγον κατὰ φαλάκρας.

Latine vertit ante Cornarium ac Petavium Joannes Phrea, Britannus ; quæ versio cum scholiis Beati Rhenani subjecta Erasmi *Moriæ*, excusæ Basil. 1515, 1519, 4 ; 1521 (*a*), 8 ; 1524, 4 ; 1531, 8. Exstat et Græce, subjuncta Phreæ interpretatione, in Casparis Dornavii *Amphitheatro sapientiæ Socraticæ jocoseriæ*, tom. I, pag. 281 sqq.

4. Αἰγύπτιος ἢ περὶ Προνοίας. Pag. 88-129. *Ægyptius, hoc est, De Providentia* liber in duas sectiones divisus, sive, ut Nicephorus XIV, 55, duo libri, atque, ut in προθεωρίᾳ (*b*) notatum est, scripti de Tauri filiis, A. C. 400 et 401. Estque ænigmatica descriptio calamitatis publicæ illorum temporum, quæ exponitur sub velamine fabulæ Ægyptiæ de Osiride ac Typhone, fratribus contrarii ingenii, atque quomodo in hujusmodi casibus accusanda Providentia non sit, demonstratur. Qua de re vide pag. 102, 116, 120, 125. Λόγον θαυμάσιον Suidas appellat ; meminit et Photius cod. XXVI. Ante Cornarium ac Petavium vertit Esromus Rudingerus, Papebergensis, Basil. 1556, 8 [ap. Hamberg. 1557, 8, Gr. et Lat., cum epist. ad Orum], additis etiam notis. [Exstat in septem codd. Paris.]

5. Ὁμιλία. Pag. 130, 131. *Homilia* brevis, quæ incipit : Οὐ θήσομαι τὴν πανήγυριν ἄφωνον, dicta in festali panegyri, monens, dies festos sobrie et pie obeundos, et allegorica explicatione illustrans locum psalmi LXXIV, 8 : Ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου, οἴνου ἀκράτου πλῆρες, etc. Novum et Vetus inter se Testamentum conferens, docet, unum eumdemque Spiritum et per prophetas et per apostolos locutum esse ; sed instar periti pictoris primum quæ vellet, adumbrasse, deinde accurate descripsisse et elaborasse : Ἓν γὰρ ἔπνευσε Πνεῦμα καὶ εἰς προφήτην, καὶ εἰς ἀπόστολον. Καὶ κατὰ τοὺς ἀγαθοὺς ζωγράφους πάλαι μὲν ἐσκιαγράφησεν, ἔπειτα μέντοι διηκρίβωσε τὰ μέλη τῆς γνώσεως. Negat quoque, styli minutias captare vel curare in scriptoribus sacris Spiritum sanctum : Οὐδὲν μέλει τῷ Θεῷ θεοφορήτου λέξεως. Πνεῦμα θεῖον ὑπερορᾷ μικρολογίαν συγγραφικήν. Fallitur Caveus, qui *Homiliam in psalmum* LXXIV scribit in postrema editione accessisse. Nam hæc ipsa est, quæ in omnibus tribus annı 1612, 1631, 1640 Græco-Latinis legitur : etiam in Græca Turnebi a. 1553, et in Jani Cornarii Latina a. 1560. FABR. — V. ad n. 8. — Synesii Homiliæ duæ, et Constitutio s. elogium Anysii, Gr., ex bibliotheca Iluralti Messæi, augusti sacrique consessus consiliarii, et Lat. interprete Fed. Morello, ap. eumd. Lutet. 1600, 8. V. Maittaire *A. T.*, III, pag. 835 ; et ib., pag. 846, profertur Synesii *Φιλάδελφοι*, vel *De benignitate* oratio, nunc primum Gr. prodit ex bibl. Regia cum Latina Fed. Morelli versione, Paris. ap. Fed. Morel. 1604, 4. De orat. *De benignitate*, sive *Philadelphi*, quæ est in cod. MMCMLXXXVIII, n. 4, Paris. bibl. publ. v. infra, n. 14 de illa oratione. — Homiliæ in quinque codd. Gr. Paris. bibl. pub. HARL.

6. Περὶ ἐνυπνίων. Pag. 132-158. *De insomniis* liber, quem epist. 154 ad Hypatiam mittens, his verbis describit : Θάτερον δὲ Θεὸς καὶ ἐπέταξεν καὶ ἀνέκρινεν, ὃ τῇ φανταστικῇ φύσει χαριστήριον ἀνατέθειται. Ἔσκεπται δὲ ἐν αὐτῷ περὶ τῆς εἰδωλικῆς ἁπάσης ψυχῆς, καὶ ἕτερα ἅττα προκεχείρισται δόγματα τῶν οὕπω φιλοσοφηθέντων Ἕλλησι. Meminit Nicephorus XIV, 55. Ab deorum cultore adhuc scriptum esse nec negaverim cum Caveo, nec cum aliis viris doctis præfracte affirmaverim, licet in hanc sententiam animus magis inclinet, atque id a Nicephoro Gregora etiam videatur probari, qui hunc librum Græco commentario illustravit inscripsitque Theodoro Metochitæ, Magno Logothetæ, ut e mss. Cæsareis regiisque

(*a*) In meo exemplari inscripto : *Jo. Frobenius lectori S. D. Habes iterum* Moriæ encomium *pro castigatissimo castigatius, una cum Listrii commentariis et aliis compluscullis libellis, non minus eruditis quam festivis, quorum catalogum proxima mox indicabit pagella. Bene vale. Ap. inclytam Basileam* M. D. XIX. Synesii oratio non subjecta est, sed præmissa Erasmi *Encomio moriæ*. Hoc enim ordine sequuntur, quæ insunt, opusc. : 1. *Ludus L. Annæi Senecæ* ; 2. *Synesius de laudibus calvitii* ; 3. *Erasmi Rot. Moriæ Encomium* ; 4. *Erasmi epist. apologetica ad Mart. Dorpium theologum.* Idem ordo est in edit. Basil. 1517, 4, quam affert Maittaire in *A. T.*, in ind., pag. 375. — Exstat separatim (ut codd. ad n. 1 memoratos omittam) in bibl. et codd. Bodlei. XXII, sive n. 2268, *Cat. codd. Angliæ*, etc., et cod. LXXI, s., n. 3561. In septem codd. bibl. publ. Paris. — Romæ in bibl. Vatic. bis. (Montf. *Bibl. bibl. mss.*, pag. 69 D.) HARL.

(*b*) Γέγραπται μὲν ἐπὶ τοῖς Ταύρου παισὶ καὶ τό γε πρῶτον μέρος τὸ μέχρι τοῦ κατὰ τὸν λύκον αἰνίγματος (p. 115) ἀνεγνώσθη, καθ' ὃν μάλιστα καιρὸν ὁ χείρων ἐκράτει τῇ στάσει περιγενόμενος. Προσυφάνθη δὲ τὸ ἑπόμενον μετὰ τὴν κάθοδον..... πραττομένης οὖν ἤδη ἐπὶ τυραννικῆς καθαιρέσεως, συμπροῆλθεν ὁ λόγος τοῖς πράγμασιν. Per Osirin intelligitur Aurelianus, Tauri præfecti filius in consulatu A. C. 400 Gainæ prælatus. Per Typhonem Gainas, qui Gothis suis unice favit, et seditione (de qua Zosimus lib. V, c. 19) excitata, Aurelianum exsilio affecit, non diu post cum magna gloria iterum revocatum, ut narrat Socrates VI, 6. Tauri præfecti mentio apud Ammianum Marcellinum XXII, 3, et Sulpitium Severum lib. II, cap. 56, etc. Consulatum gessit A. C. 361. Hujus filius fuit ille Aurelianus, qui et ipse filium habuit Tau rum nomine, quem τὰς ἀγαθὰς Ῥωμαίων ἐλπίδας appellat Synesius epist. 31. Προνοίας divinæ meminit in epistola 34, ad Aurelianum.

Digitized by Google

Lambecius et Boivinus observarunt (*a*). Commentarius ille in Petaviana Synesii editione exstat pag. 239-247, cum Latina versione Antonii Pichonii, Paris., 1586, 8, pridem edita, et ibid. 1601, 8, a Fed. Morello recognita. Sed in limine Nicephorus ille male vocatur patriarcha CPolitanus, cum privatam vitam vixerit et in monasterio consenuerit, defunctus A. C. 1339, ut notare me memini lib. v, c. 5, p. 300. Synesii liber ms. in Montf. *Bibl. Coisliana*, pag. 228, Græce lucem viderat Venetiis 1518, 8, apud Aldum, una cum Artemidoro (*b*). Inde cum Gregoræ commentario Græce vulgavit Turnebus inter Synesii opera, Paris. 1553, fol. Latine Synesium *De insomniis* ante Cornarium Petaviumque vertit a. 1489 Marsilius Ficinus dicavitque Petro Medici, recusum Venet. 1497, 1516, fol., et cum Augerii Ferrerii, Tolosatis, libello ejusdem argumenti Lugd. 1541, forma minore [ed. Lugd. 1549, 16, Haller. in *Bibl. anatomica*, tom. I, p. 123, citat de libroque judicat] et inter Ficini opera, tom. II, pag. 919, Paris. 1641, fol. *Præter cæteros adhortatus est, non quidquam scripsit in arte* (somniorum interpretandorum) *ad illius studium Synesius: ob quem etiam nos Synesiorum somniorum interpretationem appellavimus.* Hæc Hieronymus Cardanus in limine *Somniorum Synesiorum*, quæ libris quatuor edidit Basil. 1562, 4, recusis tomo V Operum Cardani, Lugd. 1663, fol. Fabr. [Conf. Morhof. *Polyhist.*, tom. II, lib. III, 1, § 8, p. m. 456. Harl.]

7. Ἐπιστολαί. Pag. 159-294. *Epistolæ CLV.* Licet enim in enumeratione singularum numerus 101 omissus, vicissim 129 bis positus est (*c*). Plures legisse videtur Nicephorus: nam inter Synesii scripta primo loco memorat Ἐπιστολῶν βιβλίον, ἅπερ εἰσὶ πρὸς τοῖς ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα, *epistolas ad CLI.* Etiam Photius cod. XXVI meminit epistolæ ad Theophilum Alex. quæ hodie non exstat. Κομψῶς καὶ λογίως μετὰ τὴν ἱερωσύνην πεποιημένας, hoc est jam scriptas ab episcopo, notat Evagrius lib. I, c. 15, et ex eo Nicephorus. Suidas θαυμαζομένας celebrat, et Photius cod. XXVI ait, eas χάριτος καὶ ἡδονῆς ἀποστάζειν μετὰ τῆς ἐν τοῖς νοήμασιν ἰσχύος καὶ πυκνότητος. Græce primum una cum aliis Græcorum

(*a*) Vindobon. in cod. Cæs. CXLII, n. 1, *Synesii — De insomniis*, cum Nicephori Gregoræ præf. ad Magnum Logothetam, Theodorum Metochitam, et expositione partim marginali, partim interlineari. V. Lambecii *Comm.*, VII, pag. 558 sqq., et Lamb. dignum censet illum cod. qui conferatur cum edit. Petavii. — Ibid. in cod. LXVIII, n. 9, sunt Mathusalæ, alias dicti Μαχεῖρος, s. *Machiris*, monachi montis Sinai, collectanea varia, in his excerpta ex Synesii libro *De insomniis*. — Liber ipse Synesii est in novem codd. bibl. publ. Paris. et in cod. quidem DCCCXXX, n. 5, atque cod. MMDCXXIX, n. 11, cum præfat. et commentario perpetuo Nicephori Gregoræ, conjectis passim inter lineas scholiis miniatis. In cod. DCCCXXXI, n. 7, cum Nicephori Greg. commentariis: et cod. MMCMLXXXIX, cum glossis passim inter lineas miniatis. — Augustæ Vindelic. *De insomniis*, una cum expositione Nicephori Greg. et in alio cod. sine illo commentario, teste Reisero in *Ind. mss. bibl. August.*, pag. 81 et 86. — Monachii in bibl. elect. cod. CLXII, fin., et cod. CCXLVI, *Nicephori Greg. in insomnia Synesii expositio ad Palæologum.* V. *Cat. codd. Gr. Bavar.*, pag. 63 et 84. — Taurini in bibl. Regia cod. CXII, *De insomniis*, cum Niceph. Greg. commentario, additis etiam interlinearibus nonnunquam glossis. V. *Cat. codd. Gr. Taur.*, pag. 216. — Venetiis in cod. Marc. CDXXII, *Synesius de insomniis*, et in margine comment. cujus init. Ὥσπερ τὰ τῶν Βασιλειῶν. V. *Cat. codd. Gr. Marc.*, pag. 206. — Veronæ in musæo Jo. Saibantæ, teste Montfauc. in *Bib. bibl. mss.*, I, pag. 490 A. — Romæ in bibl. Vaticana in II codd. Petavin., teste cod. ibid. pag. 69. — In bibl. Bodlei. inter codd. Henr. Savilii, n. 6558, *Niceph. Greg. comment. in Synesium de insomniis.* — Matriti in bibl. Reg. cod. LXXXIV fin. cum particula comment. Niceph. Gregoræ, ab initio. V. Iriart. *Cat. cod. Gr. Matrit.*, pag. 347. Harl.

(*b*) De edit. Ald. 1518 plura dabit tibi Clement. in *Biblioth. cur. hist. et critique*, tom. II, pag. 150. — Editionem Marsilii Ficinii Latinam cum Jamblicho *De mysteriis.* — Proclo, etc., 1483, quam citat Fabric. supra, vol. V. pag. 763, ignorant Maittaire, Goetz. in *Mem. bibl. Dresd.* I, pag. 492, qui ed. a. 1497 recenset, Panzer aliique. Æque dubia esse videtur edit. a. 1489. Contra edit. Venet. a. 1497, cum Jamblicho, — Proclo, — Porphyrio, — Psello aliisque ex versione Marsilii Ficini, Venet. in ædibus Aldi M. III. D., fol., principem esse judicat cel. Panzer *A. Typ.*, III, pag. 420 sqq., ubi plures laudat, qui uberiorem illius dederunt notitiam. Add. *Catal. librorum rarissimorum*, etc., s. a. et l., pag. 35 seq.; *Serie dell'Ediz. Aldine*, pag. 6 sqq.; Denis *memor. bibl. Garell.*, pag. 167 sqq. In *Cat. bibl. ducis de la Vallière*, tom. I, pag. 375 sqq., duo exemplaria ejusd. editionis (quæ *première édition* vocatur) a. 1497 plene citantur, in quorum quidem altero *Synesius de somniis* memoratur in inscriptione; in altero autem omittitur. De Marsilio Ficino v. supra, vol. I, pag. 52. — De repetita *Synesii de somniis*, Jamblichi et reliquorum edit. Aldina, Venet. 1516, fol., v. Panzer vol. VIII, pag. 434, n. 795. — *Synesii liber de insomniis*, ad fidem optimorum codd. emendatus, Græce, et seorsim Latine, interprete Anton. Pichonio, regio litterar. Græcar. professore apud Turonenses, cum ejusd. notis, et Nicephori Gregoræ commentariis, Latinitate nunc primum ab eodem donatis. Lutet. ap. Fed. Morel. 1586, 8. V. Maittaire A. I., III, pag. 796. Harl.

(*c*) Idem quoque de numero epistolarum in edit. Petavii omnino esse CLVI, non CLV, ut ipsa præ se fert editio, observat Iriart. in *Cat. codd. Græc. Matrit.*, pag. 252, de codd. LXIX, in quo sunt a pag. 99 usque ad fin. *Synesii epistolæ CLIV*, quibus post epist. 49 accedit alia et peregrina atque ad marginem num. μθ', i. e. 49, notata, *Epistola Amasidis Ægypti regis ad Polycratem*, — *quorum etiam Synesius in hac epistola* meminit. Hæc vero, ait Iriarte, apud Herodoti *Thaliam* occurrit, unde in Aldinam aliasque epistolarum Græcarum collectiones transcripta est. Ea igitur in Petavii edit. non comparet. Singulas illas epist. ut plurimum cum glossis interscriptis et adnotationibus scholiisque ad margines frequentissimis recenset Iriarte a pag. 248, singularumque initia et discrepantias ab editis adnotat. Desunt vero in illo cod. duæ edit. Petavii postremæ epp. ad Domitianum Scholasticum. — Romæ in bibl. Vaticana, inter codd. Petav. epp. Gr. cum interpretatione Dionysii Augiensis, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth.* mss., I,

Digitized by Google

epistolis (*a*) edidit Aldus, Venet. 1499, 4. Deinde Turnebus cum aliis Synesii scriptis, Paris. 1553, fol. Latine itidem inter Synesii opera Janus Cornarius vulgavit, Basil. 1560. Separatim cum sua versione Thomas Naogeorgus, Straubingensis, quem non raro graviter labi notavit Meursius *Glossario Græco-barbaro* in Ῥουβαλούβος (*b*). Hinc collatis codd. mss. cum versione et animadversionibus Hadr. Turnebi, qui publicis prælectionibus eas Parisiis est interpretatus, notisque Francisci Porti, edente Fed. Morello, prodiere Paris. 1605, 8. [V. Maittaire *A. T.*, III, pag. 847.] Exstant et in collectione epistolarum Græcarum cum Latina versione excusa Genev. 1606, fol., pag. 169. Incipit : *Liberos ego genui orationes.* At Naogeorgianæ versionis hoc est exordium : *Pueros ego genui libros;* Petavianæ vero : *Filios ego libros sustuli.* Expositionem ms. Matthæi Camariotæ in Synesii epistolas memorat Allatius *Diatriba de Georgiis*, pag. 398. Epistolarum ipsarum codicem ms. insignem servat in patria mea Lipsiæ bibliotheca Paulina, ex quo non paucis locis Petavianam editionem posse emendari monuit me, qui ante multos annos contulit, Jo. Fridericus Fellerus. Ex eodem codice, cum voluptate intellexi, novam editionem parare D. Christianum Fridericum Boernerum, Græcarum tunc litterarum, hodie S. theologiæ in academia Lipsiensi professorem dignissimum. Hic ordinem quoque temporum (*c*) quo scriptæ a Synesio sunt, restituet, qui in vulgatis libris est, ut in omnibus fere epistolarum veterum συναγωγαῖς, admodum perturbatus. Synesii epistolæ XXVIII breviores, editæ Græce Paris. 1577 et 1581, 8, una cum aliis aliorum, seligente ea in tironum usus H. Stephano (*d*). Latine ex Petri Nannii versione epistolæ Synesii undecim exstant in farragine epistolarum Laconicarum Gilberti Cognati, Basil. 1654, 12. Denique *Epistola ad Orum* (*e*), quam cum *Ægyptio*, sive libro *De Providentia*, Græce et Latine, ibid. 1656, 8, vulgavit Erasmus Rudingerus, in editionibus operum Synesii, speciatim Petaviana, legitur sub titulo : *Ad Pæonium de dono Astrolabii.* In codice bibliothecæ Mantuanæ epistolas Synesii ad 157 numerari, adeoque binas esse plures, quam in editis, colligas ex Montfauconii *Itinere Italico*, pag. 32, licet 30 priores ibi desiderentur.

pag. 69 D. — Codices multos, in quibus Synesii aliorumque reperiuntur epistolæ, supra enumeravi in vol. I, pag. 666 seq.; quibus addes collectionem multarum epistolarum in cod. Naniano CCLXXVIII, ubi pag. 130 aliquæ sunt Synesii epp. V. *Catal. codd. Gr. Nan.*, pag. 460 seq. — Taurini in bibl. Regia cod. CLXXII. — CLXXIX. — 11. epp. in cod. CCXXXIX. — 157 epp. eodem fere, quo in editis, ordine, in cod. CCCXXIX. V. *Cat. codd. Gr. Taurin.*, pag. 259, 266, 363 et 412. — In alio cod. Escorial., epistolæ 146 cum glossis; in alio epp. 14. V. Püer. *Itiner. per Hisp.*, pag. 190. — Monachii in bibl. elect. cod. XCVI, Synesii epistolæ 157, cum aliorum epistolis. V. *Cat. codd. Gr. Bavar.*, pag. 56. — In alia collectione Augustæ Vindel. Syn. epistolæ, et in alio codice Synesii epp. cum scholiis, teste Reisero in *Indice s. catal. codd. August.*, pag. 84 et 87. — Vindobonæ in cod. Cæsar. CCXCII, n. 12, sex Synesii epistolæ, quarum tertia (in Petavii ed. epistola 33, sine nomine Hypatiæ) inscripta est τῇ φιλοσόφῳ Ὑπατίᾳ. V. Lambec. *Comm.*, V, p. 526 seq. — Paris. in bibl. publ. sunt Synesii epp. in XXII codd. — Inter codd. Eparchi quædam ex Synesii epp. V. vol. X, pag. 480. HARL.

(*a*) Transtulit etiam nonnullas epp. Petrus Nannius, Alcmarinus. Præter rem, ni fallor, Synesio nostro tribuitur epistola ad Dioscorum, Serapidis Alexandrini sacerdotem, sive *Scholia ad Chemicum Democriti librum*, in editt. operum Synesii recte omissa, de qua ep. dixi libro sexto, in recensione scriptorum variorum chemicorum. — De collectione epistolarum, etc. Aldina a. 1499, 4, v. vol. I, pag. 676 seq. et cl. Panzeri *A. T.*, vol. III, pag. 460, ubi plures laudat VV. DD. HARL.

(*b*) Naogeorgi editio inscripta est : *Synesii, philosophi ac episcopi Ptolemaidis Cyrenaicæ, epistolæ lectu dignissimæ, in utriusque linguæ studiosorum gratiam Gr. ac Lat. editæ. Thoma Naogeorgo, Straubingensi, interprete. Basileæ, per Jo. Oporin.* In calce : *Finis epistolarum Synesii* 25 *Aprilis* 1558, 8. Numerantur epp. 156. — *Synesii epistolæ quædam breves et Laconicæ, Græce, Lutetiæ, ap. Fed. Morellum*, 1581, 4. (Maittaire *A. T.*, III, pag. 782. — *Synesii epistolæ et Pythagoræ carmina, Gr., Andegav. ap. Ant. Hernault*, 4, sine a. nota, in biblioth. Askeviana p. 120, n. 3117. — *Synesii ep. XLIV in* Jo. Patusæ *Encyclopædia philolog.*, vol. I, pag. 278. — *Synesii epp. ad Simplicium, Heliodorum, ad fratrem tres, et una ad Theodorum, medicum*, in : Τῶν ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν ἀνθολογία. Paris. ex typogr. Steph. Prevosteau, 1583, 4. — In epist. quadam ad Hypatiam (s. ep. 157) est locus de instrumento quodam, quod Petavius se haud intellexisse professus est; de Fermat vero locum illum explicuit sub finem libri, Gallice versi, *De la mesure des eaux courantes, de Benedetto Castelli, par le sieur Saporta, Castres* 1664, 4, et init. libri : *Diophanti Alexandrini arithmeticorum libri VI*, Tolosæ, Bern. Bosc. 1670, fol., teste Nicer. l. c., pag. 236. HARL.

(*c*) Confer Christfridi Waechtleri epistolam, insertam *Actis eruditor.* a. 1710, pag. 482, et Tillemont. in *Vita Synesii*, tom. XII *Memor.*

(*d*) In libro inscripto : *Epistolia, dialogi breves, poematia*, ex variis utriusque linguæ scriptoribus, 1577, 8. — Tres Synesii epistolæ in libro : *Thomæ Galetti, presbyteri J. C. Religiosus*, cui adnectuntur sanctorum aliquot varia opuscula nondum edita, ejusdem auctoris studio et opera collecta. Lugduni, sumpt. Horat. Cardon. 1615, 8, in altera parte. — In conciliorum edit. reg. tom. IV. — Labbei tom. II, et Harduini tom. I, ad A. C. 411, est *synodus Ptolemaidensis*, in qua Synesius, coacto presbyterio, Andronicum Beronicensem, Pentapolitanæ provinciæ præfectum, qui edicta sua foribus ecclesiæ affixerat, excommunicavit, lata sententia, quam ad omnes episcopos misit. Ea est epistola Synesii 58. Quid postea sit consecutum, docet idem epistola 72 et 89. — Novissima et in usum Græcæ juventutis curata editio est : Αἱ ἐπιστολαὶ Συνεσίου τοῦ Κυρηναίου, μετὰ τῶν σχολίων τοῦ διδασκάλου νεοφύτου Ἱεροδιακόνου τοῦ Πελοποννησίου ἐκδοθεῖσαι σπουδῇ καὶ ἐπιστασίᾳ Γρηγορίου Ἱεροδιακόνου Δημητριέως τοῦ Κωνσταντᾶ, καὶ συνδρομῇ ἐν μέρει τῶν ἐντιμοτάτων κυρίων Ἐλευθερίου Μιχαὴλ Ῥαψανιώτου, καὶ Ἀβραμίου Χατζῆ. Δημητρίου Ἀμπελακιώτου. Ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐστρίας, ἐν τῇ τυπογραφίᾳ Γεωργίου τοῦ Βεντότου. ᾳψηβ'. Mai. 8, HARL.

(*e*) Errorem Fabricii h. l. corrigit Monnoye not. ad Bailleti *Jugem.*, tom. I, pag. 781. HEUM.

Digitized by Google

8. Ὁμιλία. Pag. 295, 296. Brevis *homilia* dicta *in pervigilio Natalis Domini*. Incipit: Νὺξ ἱερὰ φῶς ἐνεγκοῦσα. Vertit Federicus Morellus, qui Græce et Latine ediderat, Paris. 1600, 8, ejusque versionem Petavius servavit. Ante Morellum Græce et Latine vulgaverat, Guil. Canterus, Basil. 1567, 8, apud Oporin. FABR. [In ed. Synesii *orati. IV et hymni*, a Guil. Cantero, Gr.-Lat. add. ad n. 5, et de codd. ad n. 1 adnotata. — Taurini in cod. CCCXXIX hæc homilia, et altera, n. 5 memorata. V. *Cat. codd. Gr. Taur.*, pag. 412. HARL.]

9. Κατάστασις ῥηθεῖσα ἐπὶ τῇ μεγίστῃ τῶν βαρβάρων ἐφόδῳ, ἡγεμονεύοντος Γενναδίου καὶ δουκὸς ὄντος Ἰννοκεντίου. Pag. 298-303. *Concio dicta* A. C. 412 (*a*) *in maximam barbarorum excursionem* Hunnigardorum, Marcomannorum, Ausurianorum, viciniam Pentapolitanam vastantium, *præfecto Gennadio ac duce Innocentio*. Græce ex Papyrii Massoni codice edidit Fed. Morellus, Paris. 1595 (*b*), 1601, 8; Latine vertit Petavius. Græce recudendam dedit D. Christianus Fridericus Boernerus, laudatus mihi paulo ante, qui prælectionibus publicis adhuc ineditis illustravit a. 1711, 8. Primus Græce et Latine vulgaverat Guil. Canterus, Basil. 1567, 8, [in ed. n. 8 laudata].

10. Κατάστασις. *Concio in laudem Anysii*, Libyæ præfecti (*c*). Pag. 304, 305. Edidit Græce et Latine Fed. Morellus, Paris. 1601 (*d*), 8. Verterat Petrus Morellus, Turonensis. *Sed quod nonnullis in locis* inquit Petavius, *penitus hallucinatus esset, malui interpretari ipse, quam alterius operæ interpolator videri.* Ante Morellum Guil. Canterus Græce et Latine edidit, Basil. 1567, 8. [V. ad n. 8 et 9. Est in quinque codd. Paris.]

11. Πρὸς Παιόνιον ὑπὲρ τοῦ δώρου λόγος. Pag. 309-312. *De dono Astrolabii dissertatio ad Pæonium*, imperatori Arcadio charum, scripta circa A. C. 399, cum legatus patriæ causa CPoli Synesius versaretur, ut ipse docet epist. 153, ad Hypatiam. Προσέθηκα γὰρ περὶ τοῦ δώρου πάλαι γενόμενον ἐν τῷ καιρῷ τῆς πρεσβείας πρὸς ἄνδρα παρὰ βασιλεῖ δυναστεύοντα. Καί τι τοῦ λόγου τε καὶ τοῦ δώρου Πεντάπολις ὤνατο. *Ex oratione et ex dono fructus non omnino nullus ad Pentapolin redundavit.* Ediderat Græce cum versione sua (quam Petavius etiam servavit) Federicus Morellus, Paris. 1601 (*e*), 1604, 8, et ante Morellum Guil. Canterus itidem Græce et Lat. 1567, 8. Meminit Nicephorus XIV, 55. Fabr. [Est in septem codd. bibl. publ. Paris, et, teste Montfauc., in *Bibl. bibl. mss.*, I, pag. 69, D, Romæ, in bibl. Vaticana. HARL.]

12. Ὕμνοι. P. 313-348, *Hymni decem*, lyrico carminis genere. Ex his quatuor priores non crediderim scriptos a Synesio, nondum Christiano (*f*), licet ita sentiat Henricus Dodwellus *De jure laicorum sacerdotali*, § 10, pag. 287. In cæteris totam Valentinianorum matæologiam ad orthodoxam theologiam Chri-

(*a*) Tillemont. tom. XII, pag. 550.

(*b*) Bauer in *Bibl. libr. rariorum universali*, tom. IV, pag. 140, ex *Bibl. anon. Hag.*, I, p. 4, affert edit. hujus catastaseos una cum Synesii epistola ad Troilum, Gr. et Lat. ap. Fed. Morel. 1585, 8. Sed vereor ne in nota anni erratum sit, loco a. 1595, cujus edit. inscriptio, teste Maittaire *A. T.*, III, p. 810 sq., hæc est: *Synesii Cyrenæi Catastasis s. Constitutio, in qua Pentapolis calamitas describitur, quam in maxima barbarorum irruptione pronuntiavit, quo tempore principis partes Gennadius ageret, duxque Innocentius esset: Græce, cum Latina Petri Morelli, Turonensis, interpretatione et conjectaneis; Ejusdem Synesii de eod. argumento ad Troilum epistola* (quæ est ejus epistolar. 73) *Græce ap. Fed. Morell., Lutetiæ* 1595, 8. Interpres et editor usi sunt cod. Gr. ex bibl. J. a S. Andrea. — Ejusdem anni nota signata est illa ed. in bibl. Barber., Leidensi aliisque.—Hæc et sequens orat. sunt in cod. Paris. bibl. publ. MXL; — et cum duabus aliis Synesii homiliis in cod. Taurin. ad n. 8 laudato. HARL.

(*c*) De hoc idem pag. 547 seq.

(*d*) A. 1600, ap. Maitt. ad n. 5 citatum. HARL.

(*e*) V. *Catal. bibl. Leidens.*, p. 46, n. 113, et Maittaire *A. T.*, III, p. 838. HARL.

(*f*) Sane in primis etiam hymnis SS. Trinitatem Christiano more celebrare videtur. Vide hymn. 1, vers. 65 seq.; hymn. 2, vers. 25 seq.; hymn. 3, vers. 201 seq., præcipue vers. 222 seq., 400 seq.; hymn. 4, vers. 75 et 87 seq., 110, 117 seq.; 130 seq., 164, 221. Nimirum Christianis dogmatis imbutum jam, ac de illis etiam persuasum, sed nondum baptizatum, nedum episcopum. CPoli reversum se composuisse illos hymnos, cum per triennium pro patriæ salute ibi in aula Arcadii vigilasset, satis perspicue innuit hymno 3, vers. 450:

Χρέος ἐκ Θρήϊκης,
Ἵνα τὰν τριέτιν
Ὤκησα ἀγυιὰν,
Παρ' ἀνακτόριον
Γαίας μέλαθρον·
Ἔτλαν δὲ πόνους,
Ἔτλαν δ' ὀδύνας
Πολυδακρύτους,
Ὤμοισι φέρων
Ματέρα πάτραν.

Votum debitum e Thracia,
Ubi per triennium
Habitavi in vicinia
Regiarum
Terræ ædium:
Tulique labores,
Tuli cruciatus
Valde lacrymabiles,
Humeris ferens
Matrem patriam.

FABR.

Addere libet codicum quorumdam notitiam: Hymni novem in cod. Bavar. Monach. CLXII. V. *Cat. codd. Gr. Bav.*, pag. 63. — In bibl. quondam Offenbach. cod. VI, hymni, quotquot exstant, omnes, sed aliter collocati ac in editis exemplis. V. ad n. 1. — Paris. in bibl. publ. cod. MXXXIX, cum octo aliis Synesii libris. — Florentiæ in cod. Laurent. VIII, n. 2, plut. 55, decem hymni, alio quoque ordine positi. V. Bandini *Cat. codd. Gr. Laur.*, II, p. 269. HARL.

Digitized by Google

stianam aptasse arguit Jo. Ernestus Grabe Notis ad S. Irenæum, pag. 7. Confer alia quæ in illis, licet alioqui pulcherrimis, notat Tillemontius tom. XII, pag. 507 [et Brucker. l. cit.]. Primus Græce edidit et Latino reddidit carmine Guil. Canterus et cum superioribus quatuor opusculis dicavit J. Vincentio Pinello, Basil. 1567, 8. Deinde Henricus Stephanus cum prosaria Francisci Porti versione (*a*) publicavit, Paris. 1568, forma minore. Prodiere etiam Græce cum versione ad calcem subjecta (*b*), Paris. 1570, 8. Ut editiones Græco-Latinas Lugdunensem, et notis collegii S. J. auctam Turonensem a. 1603, forma minore, omittam. Ex Canteriana editione recusi Græce sunt, Romæ 1590, 8, apud Franciscum Zannettum, edente Hieronymo Brunello S. J., et ibid. 1599, ad calcem selectorum Nazianzeni carminum et Georgii Pisidæ *Hexaemeri*, sub falso Cyrilli Alex. nomine editi. Ex editione H. Stephani prelis Græce iterum subjiciendos curavit Joan. Caselius, Rostoch. 1586, 8, cum quibusdam Nazianzeni odis, et hymno Clementis Alexandrini. Cum Latina versione (eadem quæ in Petavianis editionibus legitur) exstant in *Corpore poetarum Græcorum*, tragicorum, comicorum, lyricorum et epigrammatariorum, quod Græce et Latine vulgavit Joan. Lectius, Genev. 1614, fol., tom. II, pag. 162. *Infinita sunt quæ peccat Petavius in Synesio vertendo, præsertim in hymnis*, inquit Jac. Vindetus libro *De vita functorum statu*, pag. 42, qui de iisdem illustrandis cogitavit (*c*). Gallicis versibus pridem reddidit Jacobus de Courtin, Paris. 1581, 12. Synesii πρὸς Θεὸν ὕμνους εὐτόνως αὐτῷ πεποιημένους laudat Nicephorus, XIV, 55.

Index eorum ad quos scribit Synesius (*d*).

Anastasio epist. 22, 43, 46, 79. Τῷ ὁδροκωμήτῃ, 121 (al. Ἀθανασίῳ ὁδρομύστῃ).

Κατὰ Ἀνδρονίκου, 57, 58. Confer Tillemont. tom. XII *Memor. eccles.*, pag. 531 sqq. FABR. [Synesii episcopi *Contra Andronicum* liber in cod. Escorial., teste Pluero in *Itiner. per Hisp.*, pag. 190. — Cum notis in cod. Petav. in bibl. Vaticana, Romæ; et editus cum notis margin. in cod. Vatic. inter codd. Christinæ, reginæ Sueciæ, n. 1934. — Paris, in bibl. Regia inter codd. cardin. Radulphi, n. 64, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.*, I, pag. 69 D, et p. 56 B, et 775 C. HARL.]

Anysio, 6, 14, 37, 59, 77, 78, 93.

Asclepiodoto, 126.

Athanasio, 121. Leg. Anastasio.

Aureliano, 31, 34, 38.

Auxentio, 60, 116.

Chrysæ, Χρυσῇ, 82.

Cledonio, 42.

Constanti, 27.

Cyrillo, 12.

Diogeni, 20, 23.

Domitiano scholastico, 154, 155

Duci, τῷ ἡγεμόνι, 21, 62.

Ad episcopos, 58, 72.

Ad episcopum, quod Arii dogma non probaret, pulsum episcopatu, 128.

Ἑταίρῳ, 41.

Evoptio fratri, 3, 4, 8, 18, 32, 35, 36, 38, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 65, 81, 83, 84, 85, 86, 88, 91, 94, 104, 105 (*e*), 106, 107, 108, 109, 110, 113, 114, 120, 122, 125, 127, 131, 134, 135. (Hic Evoptius, frater Synesii junior, in episcopatu Ptolemaidis ei successit, atque concilio Ephesino A. C. 431 interfuit.)

Heliodoro, 17, 25, 117.

Heracliano, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145.

Herodi, 19 (cognatum suum vocat epist. 38).

(*a*) Et cum Gregorii Nazianz. aliquot odis. HARL.

(*b*) Cum Damasceni hymno acrosticho in *Theogon.*, et Gregorii Nazianz. odis quatuor, apud Benenatum. V. Maittaire *A. T.*, III, pag. 751. HARL.

(*c*) Verum enim vero Vindeti crimen esse injustum, quippe cum Petav. non vertisset Synesii hymnos, sed textui adjunxisset versionem Francisci Porti, judicat Niceron. in *Vita Petavii*, in *Memoriis VV. cell.*, tom. I, p. 235, sec. version. Baumgart. Germ. — Synesii hymni decem et Gregorii Nazianz. odæ quatuor, Gr., Lutet. ap. Fed. Morell. 1586. V. Maittaire *A. T.*, III. p. 796, qui pag. 743 Stephanianam edit. cum aliis notat lucem aspexisse 1568. Sed in Catal. Pinell., tom. I, pag. 84, n. 496, ascribitur a. 1569. Sunt quoque epigramma et duo fragmm. inter epigrammata Gr. edita a Brunckio, tom. II, p. 449, et a Jacobs., tom. III, pag. 155, *Anthologiæ Græcæ*. — Cl. Ern. Frid. Car. Rosenmüller, in præsenti profess. linguæ Arab. in acad. Lips., Germanice vertit et illustravit quintum Synesii hymnum, atque in proœmio de vita, ingenio scriptisque illius breviter quidem, at bene disputavit. Lips. 1786, Mai. 8. HARL. — *Synesii hymni, cum adjuncta interpret. Lat. Franc. Porti Cretensis. Schaffhusii, typis J. C. Suteri. A. MDCLVII*, 12 (Curavit ed. Steph. Spleissius Gymn. Scaph. rect.) B.

(*d*) Add. Iriart. *Cat. codd. Gr. Matrit.*, p. 252 sqq. HARL.

(*e*) Epistolam 105 Nicephorus *Historiæ* suæ (XIV, 55) inseruit.

Digitized by Google

Hesychio, 92
Hypatiæ, τῇ φιλοσόφῳ, 10, 15, 16, 33, 80, 124, 153. Hæc postrema respicitur a Nicephoro Gregora præf. ad librum *De insomniis*, ubi Synesii ad Hypatiam scribentis meminit.
Joanni, 2, 44, 63, 64, 146.
Martyrio, 19.
Nicandro, 1, 75.
Olympio, 45, 95, 96, 97, 98, 132, 147, 148.
Ad Orum epistola edita ab Esromo Rudingero, Basil. 1556, 8.
Pentadio, Αὐγουσταλίῳ, 29, 30.
Petro presbytero, 13.
Τοῖς πρεσβυτέροις, 5, 11.
Proclo, 70.
Pylæmeni, 48, 61, 71, 74, 87, 99, 100, 101, 102, 103, 105, 106, 129, *bis*, 130, 133, 149, 150, 151, 152.
Simplicio, 24, 28, 129 *bis*.
Sorori, 7, Stratonicæ.
Theodoro, 7. Medico, 115.
Theophilo archiepiscopo, 9, 66, 67, 68, 69, 76, 79, 89. Alexandrinum intellige.
Theotimo, 47, 49.
Troilo, 26, 73, 90, 111, 112, 118, 123.
Tryphoni, 119, licet in edit. Petavii Troilo inscribatur.
Uranio, 40.

[Sunt præterea loca ex Synesianis excerpta in catenis Patrum in Leviticum, Numeros, etc., in cod. Coisl. V. — in Nicetæ collectione interprett. in Evang. Lucæ; in cod. CCLXXVI, in J. monachi *Parallelis* (Montfauc. *Bibl. Coisl.*, p. 41, 251, 390); — in S. Maximi *Locis communibus*. V. Bandini *Cat. codd. Gr. Laurent.*, p. 440. HARL.]

Editiones operum Synesii.

Græca Hadr. Turnebi, Paris. 1553, fol., typis regiis. FABR. [Cum brevi Turnebi dedicatione Gr. scripta. Desunt vero ea Synesiana, quæ supra a n. 8-12 sunt recensa. — In bibl. Pinelliana, Venet. fuit exemplar cum emendatt. mss. viri docti sæc. XVI. Meo quoque exemplo sunt passim a manu V. D. varia diversi generis et pretii ascripta. HARL.]

Latina Iani Cornarii, Basil. 1560, fol.

Et ex Petaviana editione in Bibliothecis Patrum.

Græco-Latina, Paris. 1612, fol., quæ recusa ibid. 1631 (quidam tituli 1633 præferunt) et 1640, adjunctis Cyrilli Hierosolymitani operibus. Sed notis amplioribus auctiores esse editiones anni 1640 cum scribit Caveus, virum clariss. memoria sua fefellit. FABR. In Niceron. *Memoriis VV. cell.* ex versione German. Baumgartenii, in *Vita Dion. Petavii*, tom. I, 234, nominantur edit. Opp. Synesii, Paris. ap. Claud. Morel. 1612, fol. — Paris. ap. Car. Morel. 1631, et ibid. ap. Seb. Cramoisy 1633, fol., atque ex postrema illarum editt. Synesii Opp. Latine, sine notis, recusa sunt in *Bibl. Patrum Lugdun.* vol. VI, a. 1677, fol., p. 67-163. Atque Nicer. castigat Du Pin, qui in *Bibl. des auteurs eccl.*, tom. III, dum memorat edit. a. 1612, addit, illam a. 1640 auctiorem prodiisse, una cum Cyrilli Catechesibus. (Atque in *Cat. bibl. Leidens.*, p. 37, jam occurrunt Cyrilli Hierosolymitani, et Synesii Opera, Gr. et Lat., ex versione Jo. Grodeccii, aucta et emendata per Jo. Prevotium, Lutet. Paris. 1631, fol. Maittaire autem *A. T.* III, p. 896, affert tanquam separatim edita Cyrilli Hier. Opp. Gr. Lat. Grodeccio interprete, opera Prevotii ap. Hier. Drouart et Car. Morel., Paris. 1631, fol., et aliquanto post : Synesii Opp. Gr. Lat. interprete Dion. Petav., Paris. ap. Car. Morel. 1631 fol. — Tum p. 902 refert edit. Cyr. Hierosol. Opp. Gr. et Lat. Jo. Grodeccio interprete, emendat. a. Jo. Prevotio, ap. Seb. Cramoisy, Par. 1640, fol., nulla tamen Synesii mentione facta.) — Niceron. igitur existimat, Du Pin judicio deceptos fuisse Caveum et Cas. Oudinum, dum narrant, a Petavio curatam fuisse Catecheseon Cyrilli editionem : verum esse, pergit, reperiri Synesii opp. a Petavio edita cum Cyrilli opp. in uno volumine juncta et inscripta : *S. Patris nostri Cyrilli Hieros. et Synesii Cyrenensis episcoporum opp.* Gr. et Lat., Lutet. Paris. sumpt. Dionysii Bechet, 1640, fol., sed hujus anni edit. nullam aliam esse quam illam a. 1633, mutato tantum primo inscriptionis fol., ideo Du Pin non accurate scripsisse, edit. a. 1612 recusam fuisse auct. a. 1640. Illi autem ed. a. 1633, additam esse *Appendicem ad Synesianas notas*, sive adversus Jo. Croii specimen conjecturarum et observationum velitationem idem Niceron. l. c., pag. 245, prodit. HARL.

De benignitate (φιλάδελφοι) oratio, quam sub Synesii nomine Græce et Latine vulgavit Fed. Morellus,

Digitized by Google

Paris. 1604, 8, non est Synesii, sed inter Themistii orationes sexta *Περὶ φιλανθρωπίας*, ut dixi supra cap. 44. FABR. (s. vol. VI, pag. 796, n. 6). — Conf. supra ad § V. et de edit. etiam Maittaire *A. T.*, III, pag. 846. HARL.

Scripta Synesii deperdita.

Προσφωνητικὸς *ad Theodosium*. Evagrius lib. I, cap. 15, nisi, ut Nicephorus, XIV, 55, orationem *Περὶ βασιλείας* intellexerit, quæ non ad Theodosium dicta, sed Arcadium, ut supra notavi.

Poemata varia, ut *Κυνηγετικά*, quorum meminit epist. 153.

Tragœdiæ, et comœdiæ, quas veterum imitatione composuisse se innuit in *Dione*, sub extrem.

Epistolæ quædam, ut illa ad Theophilum Alex., cujus meminit Photius cod. XXVI.

DE SYNESIO QUÆDAM VETERUM TESTIMONIA.

Ex Photii Bibliotheca, *cod.* XXVI.

Ἀνεγνώσθη ἐπισκόπου Κυρήνης, Συνέσιος αὐτῷ ὄνομα· *Περὶ προνοίας*, *Περὶ βασιλείας*, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν. Τὴν μὲν φράσιν ὑψηλὸς, καὶ ὄγκον ἔχων· ἀποκλίνων δὲ καὶ πρὸς τὸ πολιτικώτερον [γρ. ποιητικώτερον]. Ἀνεγνώσθησαν δὲ αὐτοῦ καὶ ἐπιστολαὶ διάφοροι χάριτος καὶ ἡδονῆς ἀποστάζουσαι, μετὰ τῆς ἐν τοῖς νοήμασιν ἰσχύος καὶ πυκνότητος. Ἦν δ' οὗτος ἐξ Ἑλλήνων φιλοσοφίᾳ σχολάζων. Ὃν φασι πρὸς τὸν θειασμὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ νεύσαντα, τὰ μὲν ἄλλα παραδέχεσθαι εὐπειθῶς· τὸν δὲ περὶ ἀναστάσεως (τοῦτο δὲ εἰ μὲν καὶ ἄλλοθεν οὐκ οἶδα· τέως δὲ ἀπὸ τῆς πρὸς Θεόφιλον αὐτοῦ ἐπιστολῆς ἀριδήλως καταλαμβάνεται) οὐκ ἐθέλειν προσίεσθαι λόγον· ἀλλ' οὖν καὶ οὕτω διακείμενον ἐμύησάν τε τὰ ἡμέτερα, καὶ ἔτι καὶ ἀρχιερωσύνης ἠξίωσαν· πρὸς τὴν ἄλλην τοῦ ἀνδρὸς καλοκαγαθίαν καὶ τὸ καθαρὸν ἀφορῶντες τοῦ βίου· καὶ ὅτι οὐκ ἂν οὕτω βιοὺς ἄνθρωπος τὸ τῆς ἀναστάσεως οὐκ ἐλλαμφθείη φέγγος. Καὶ τῆς ἐλπίδος οὐκ ἐψεύσθησαν. Ῥᾷστα γὰρ αὐτῷ, ἐπεὶ ἀρχιεράτευσε, καὶ τὸ τῆς ἀναστάσεως εἰς πίστιν ἀποκατέστη δόγμα. Ἐπεκόσμει δὲ Κυρήνην, ὅτε Θεόφιλος Ἀλεξανδρείας ἐπεστάτει.

A Lecti sunt Cyrenensis episcopi, cui Synesio nomen est, tractatus *De Providentia*, *De regno*, deque nonnullis aliis. Stylus illi est sublimis et grandis, sed qui interim ad poeticum [civile] dicendi declinet genus. Lectæ sunt ejusdem et epistolæ diversæ, venustate ac dulcedine fluentes, non sine sententiarum pondere, ac crebritate. Erat autem ille de numero gentilium, philosophiam profitens. Quem quidem ferunt, cum in Christianum dogma propensus esset, cætera quidem facile recepisse: sed (quod haud scio an aliunde, ex ipsius quidem ad Theophilum epistola colligitur) resurrectionis fidem admittere noluisse. Verum quamvis sic affectus esset, eum tamen nostris initiarunt mysteriis, et ad episcopi B provexerunt gradum: cum ad cæteram viri probitatem, ac vitæ sinceritatem respicerent; tum quod fieri non posset, ut, qui sic vitam instituisset, non et resurrectionis luce collustraretur. Nec spes eos fefellit. Nam nullo negotio simul atque factus est episcopus, resurrectionis dogmati est assensus. Cyrenen porro illustrabat, quo tempore Theophilus Alexandriæ præsidebat.

Ex libro I, *c.* 15, *Evagrii Scholastici.*

Ταῦτά μοι κομψῶς ὡς δυνατὸν πονουμένῳ, φέρε καὶ Συνέσιος ὁ Κυρηναῖος εἰς μέσον ἡκέτω, τῇ οἰκείᾳ μνήμῃ κοσμήσων τὴν διάλεξιν. Οὗτος ὁ Συνέσιος ἦν μὲν τὰ ἄλλα πάντα λόγιος· φιλοσοφίαν δὲ οὕτως ἐς τὸ ἀκρότατον ἐξήσκησεν, ὡς καὶ παρὰ Χριστιανῶν θαυμασθῆναι τῶν μὴ προσπαθείᾳ, ἢ ἀντιπαθείᾳ κρινόντων τὰ ὁρώμενα. Πείθουσι δ' οὖν αὐτὸν τῆς σωτηριώδους παλιγγενεσίας ἀξιωθῆναι, καὶ τὸν ζυγὸν τῆς ἱερωσύνης ὑπελθεῖν, οὔπω τὸν λόγον τῆς ἀναστάσεως παραδεχόμενον, οὐδὲ δοξάζειν ἐθέλοντα, εὐθυβόλως εὖ μάλα στοχασάμενοι, ὡς ταῖς ἄλλαις τάνδρὸς ἀρεταῖς ἕψεται καὶ ταῦτα, τῆς θείας χάριτος μηδὲν ἐλλιπὲς ἔχειν ἀνεχομένης· καὶ οὐκ ἐψεύσθησαντῆς ἐλπίδος. Οἵος γὰρ καὶ ὅσος γέγονε, τεκμηριοῦσι μὲν αἱ κομψῶς αὐτῷ καὶ λογίως μετὰ τὴν ἱερωσύνην πεποιημέναι ἐπιστολαί· ὅ τε πρὸς αὐτὸν τὸν Θεοδό-

Hæc mihi quanta fieri potest elegantia concinnanti age et Synesius ille Cyrenensis prodeat in medium, ut commemoratione sui orationi huic ornamentum afferat. Synesius iste cum cæteris doctrinis apprime fuit eruditus; tum in philosophia C sic excelluit, ut vel Christianis iis admirationi esset, qui de rebus, quas vident, non ex amore odiove judicant. Itaque persuadent illi, ut et salutare regenerationis mysterium reciperet, et episcopatus jugo colla submitteret; quamvis resurrectionis dogma nondum admitteret, neque profiteri vellet: cum id prudentissime conjicerent, ad reliquas viri virtutes etiam hæc propediem accessura, quandoquidem divina gratia nihil imperfectum habere se patitur. In quo spes illos minime fefellit. Nam qualis ac quantus exstiterit,

Digitized by Google

argumento sunt eleganter ab eo, eruditeque scriptæ post susceptum episcopatum epistolæ : tum oratio, qua Theodosium allocutus est, ac reliquæ ipsius præstantissimæ lucubrationes.

σιον προσφωνητικὸς λόγος, καὶ ὅσα τῶν ἐκείνου χρηστῶν φέρεται πόνων.

Ex Suida.

Synesius episcopus e Ptolemaide Pentapolis, quæ est in Libya, oppido, philosophus fuit ex episcoporum ordine. Scripsit varii generis libros grammaticos, et philosophicos, necnon orationes ad imperatorem habitas, et panegyricas, aut ad pompam factas : *Encomium calvitii*, et *De Providentia* librum egregium Græco stylo. Tum alia plurima diversi generis volumina conscripsit, atque insuper admirabiles illas Epistolas.

Συνέσιος ἐπίσκοπος ἐκ Πτολεμαΐδος Πενταπόλεως τῆς ἐν Λιβύῃ Θηβαΐδος φιλόσοφος τῶν ἱερατικῶν γενόμενος. Ἔγραψε βιβλία διάφορα γραμματικά τε καὶ φιλόσοφα, καὶ λόγους βασιλικοὺς, πανηγυρικούς, ἢ ἐπιδεικτικοὺς, *Ἐγκώμιόν τε φαλάκρας*, καὶ *Περὶ προνοίας* λόγον θαυμαστὸν Ἑλληνικῷ χαρακτῆρι. Καὶ ἄλλα πλεῖστα, καὶ διάφορα βιβλία συνέταξε, καὶ τὰς θαυμαζομένας *Ἐπιστολάς*.

Synesii historia ex Prato spirituali, *cap.* 195.

Cum Alexandriæ essemus, Leontius Apamiensis, vir religiosus ac fidelissimus, venit ex Pentapoli : multis enim jam annis Cyrene moratus fuerat. Venit autem diebus Eulogii, sancti Alexandrini patriarchæ, ejusdem Cyrenensis urbis futurus episcopus. Cumque in familiari colloquio essemus, narravit nobis dicens : Fuit temporibus Theophili beatissimi patriarchæ Alexandrini, Cyrene episcopus Synesius philosophus. Qui cum venisset Cyrenem, reperit illic philosophum quemdam, Evagrium nomine, qui sodalis suus in studiis liberalibus fuerat, amicum sibi charissimum, sed religione gentilem, et culturæ idolorum maxime deditum. Eum episcopus Synesius ab idololatria transferre ad culturam Christi satagebat, curamque ingentem ejus rei ipsi assumpserat, pro charitate, quam erga ipsum a principio habuerat. Ille vero minime id patiebatur, neque illius doctrinam admittere volebat. Episcopus tamen præ nimio ad illum amore, ne sic quidem tædio victus desistebat diebus illum singulis hortari et instruere, ac inducere, ut Christo crederet, ipsiusque sacramenta susciperet. Cumque illi quotidie ista monita dare persisteret, dixit ad eum semel philosophus : « Vere, mi domine episcope, cum cæteris, quæ mihi displicent in Christianis, hoc est, quod consummationem sæculi istius futuram dicunt, et post consummationem, omnes, qui ab initio sæculi fuerunt, homines, in isto corpore resurrecturos, carnemque hanc incorruptibilem recepturos et immortalem, atque ita in perpetuum victuros, sicque, eorum quæ in corpore gesserunt, præmia percepturos : eum etiam, qui miseretur pauperis, fenerare Deo, et qui dispergit in pauperes et inopes, in cœlo sibi thesauros reponere, et centuplicata, quæ erogaverit, in regeneratione eum æterna vita a Christo esse reddenda. Quæ omnia cum dicuntur, deceptio, et irrisio, et fabula mihi videntur. » Episcopus autem Synesius asseverabat omnia Christianorum vera esse, nihilque omnino habere falsum, vel veritati contrarium, idque multis documentis asserebat, et persuadere illi nitebatur. Post multum vero

Ὄντων ἡμῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, Λεόντιος Ἀπαμεὺς, ἀνὴρ φιλόχριστος καὶ εὐλαβὴς, ἦλθεν ἀπὸ Πενταπόλεως· ἐκεῖσε γὰρ ἐν Κυρηνίᾳ ἀπὸ χρόνων ἱκανῶν ἐποίει τὴν οἴκησιν. Ἦλθεν δὲ ἐπὶ τοῦ ἐν ἁγίας (*a*) Πάπα Ἀλεξανδρείας τῆς αὐτῆς πόλεως Κυρήνης, καὶ ἐν συντυχίᾳ γεγονότων ἡμῶν, διηγήσατο ἡμῖν, λέγων, ὅτι Ἐπὶ Θεοφίλου τοῦ μακαρίου Πάπα Ἀλεξανδρείας, γέγονεν ἐπίσκοπος ἐν Κυρήνῃ Συνέσιος ὁ φιλόσοφος. Ὅστις ἐλθὼν ἐν Κυρήνῃ εὗρεν ἐκεῖ φιλόσοφόν τινα, Εὐάγριον ὀνόματι, ἑταῖρον αὐτοῦ ἐν τοῖς παιδευτηρίοις γινόμενον, καὶ φίλον αὐτοῦ γνήσιον ὄντα, καὶ ἐμμανῶς περὶ τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν ὑπάρχοντα. Ὃν ὁ ἐπίσκοπος Συνέσιος μεταθεῖναι ἐβούλετο, καὶ οὐ μόνον ἐβούλετό τε, καὶ ἔσπευδεν, ἀλλὰ καὶ ἀγῶνα πολὺν ἔσχεν καὶ μέριμναν, διὰ ἣν πρὸς αὐτὸν ἀρχῆθεν ἐκέκτητο. Ὁ δὲ οὐκ ἠνείχετο, οὐδὲ παρεῖχετο αὐτοῦ παντελῶς τὴν διδασκαλίαν. Πλὴν ὁ ἐπίσκοπος ἐκ τῆς πολλῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας οὔτε ἐδειλίασεν, οὐδὲ ἀπέσχετο τοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν διδάσκειν καὶ παρακαλεῖν, καὶ νουθετεῖν ὅπως εἰς Χριστὸν πιστεύσας δέξηται αὐτοῦ τὴν ἐπίγνωσιν. Ὥστε ἐν μιᾷ καὶ τοῦτο εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν τὸν φιλόσοφον· « Ὅπως, κύριε ὦ ἐπίσκοπε, μετὰ πάντων καὶ τοῦτό μοι ἀπαρέσκει, ὃ λέγετε οἱ Χριστιανοὶ, ὅτι καὶ συντέλεια τοῦ κόσμου τούτου γίνεται, καὶ μετὰ τὴν συντέλειαν πάντες οἱ ἐξ αἰῶνος γενόμενοι οἱ ἄνθρωποι ἐν τούτῳ τῷ σώματι ἀνίστανται, καὶ τὴν σάρκα ταύτην ἄφθαρτον ἔχοντες καὶ ἀνώλεθρον, εἰς αἰῶνας βιώσουσιν, τὰς ἀμοιβὰς ἀπολήψονται, καὶ ὅτι ὁ ἐλεῶν πτωχὸν Θεῷ δανείζει, καὶ ὁ σκορπίζων εἰς πτωχοὺς καὶ πένητας χρήματα ἐν οὐρανοῖς θησαυρίζει, καὶ ἑκατονταπλασίονα αὐτῷ μετὰ ζωῆς αἰωνίου ἀπὸ Χριστοῦ ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ κομίζεται. Ἅπερ ἅπαντα ἀπάτη μοι, καὶ χλεύη, καὶ μῦθος γίνεται, καὶ λεγόμενα φαίνεται. » Ὁ δὲ Συνέσιος ὁ ἐπίσκοπος διεβεβαιοῦτο, πάντα τῶν Χριστιανῶν ἀληθῆ εἶναι, καὶ μηδὲν ἔχειν ψεῦδος, ἢ ἀληθείας ἀλλότριον, καὶ διὰ πολλῶν ἀποδείξεων ταῦτα οὕτως ἔχειν ἐπειρᾶτο δεικνύειν. Καὶ δὴ μετὰ πολὺν χρόνον ποιήσας αὐτὸν γενέσθαι Χριστιανὸν, βαπτίζει καὶ αὐτὸν, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Μετὰ οὖν χρόνον τινὰ τοῦ βαπτισθῆναι, δίδωσι τῷ ἐπισκόπῳ χρυσίων κεν-

(*a*) Desunt quædam in Græco quæ ex Latino supplenda.

Digitized by Google

τηνάρια τρία εἰς λόγον τῶν πτωχῶν, λέγων· « Δέξαι τὰ τρία κεντηνάρια, καὶ δίδος πτωχοῖς, καὶ ποίησόν μοι γραμμάτιον, ὅτι ταῦτά μοι ἀποδώσει Χριστὸς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. » Ὁ δὲ τὸ χρυσίον δεξάμενος, προθύμως ἐποίησεν αὐτῷ τὸ γραμμάτιον ὡς ἤθελεν. Ζήσας δὲ χρόνους τινὰς μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα, ἠσθένησεν τὴν ἐπὶ θάνατον ἀσθένειαν. Καὶ μέλλων τελευτᾷν, λέγει τοῖς τέκνοις αὐτοῦ, ὅτι « Ὡς κηδεύετέ μοι, τοῦτον τὸν χάρτην θέτε εἰς τὰς χεῖράς μου, καὶ οὕτως μετ' αὐτοῦ θάψατέ με. » Οἱ δὲ, τελευτήσαντος αὐτοῦ, καθὼς ἐνετείλατο αὐτοῖς, καὶ πεποιήκασι. καὶ θάπτοντες αὐτὸν μετὰ τοῦ ἰδιοχείρου κατώρυξαν. Καὶ τῇ τρίτῃ τῆς ταφῆς ἡμέρᾳ φαίνεται τῷ ἐπισκόπῳ Συνεσίῳ νυκτὸς καθεύδοντι, λέγων· « Ἐλθὲ εἰς τὸν τάφον, ἔνθα κατάκειμαι, καὶ λάβε σου τὸ ἰδιόχειρον. Ἔλαβον γὰρ τὸ χρέος, καὶ ἐπληρώθην, καὶ οὐδένα λόγον ἔχω πρός σε, καὶ, πρὸς τὴν πληροφορίαν σου, ἰδιόχειρον ἐν αὐτῷ καθυπέγραψα. » Ἠγνόει δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ὅτι συνετάφη τῷ φιλοσόφῳ τὸ αὐτοῦ ἰδιόχειρον. Καὶ πρωΐας μεταστειλάμενος τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, « Τί ποτε κατεθήκατε μετὰ τοῦ φιλοσόφου ἐν τῷ τάφῳ; » Οἱ δὲ ἐνόμιζον, ὅτι περὶ χρημάτων αὐτοῖς λέγει, καὶ εἶπον αὐτῷ· « Οὐδὲν, δέσποτα, πλὴν τῶν ἐνταφίων αὐτοῦ; Τί οὖν; φασίν. « Οὐδὲ χάρτην τινὰ συνεθάψατε αὐτῷ; » Οἱ δὲ ἀναμνησθέντες (ἠγνόουν γὰρ, ὅτι περὶ χάρτου λέγει) λέγουσιν αὐτῷ· « Ναὶ, δέσποτα, χάρτην τινὰ τελευτῶν δέδωκεν ἡμῖν, λέγων· Ὡς θάπτετέ με, τοῦτόν μοι τὸν χάρτην δότε κρατεῖν εἰς τὰς χεῖρας, μηδενὸς τοπαράπαν γινώσκοντος. » Τότε εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἐπίσκοπος τὸν ὄνειρον, ὃν κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην θεασάμενος ἦν, καὶ λαβὼν αὐτοὺς μετὰ τῶν κληρικῶν, καὶ τῶν κτητόρων, καί τινας ἀπὸ τῆς πόλεως, ἀπῆ ἐπὶ τὸν τάφον τοῦ φιλοσόφου. Τοῦτον ἀνοίξαντες εὑρίσκουσι τὸν φιλόσοφον κείμενον, καὶ τὸ ἰδιόχειρον τοῦ ἐπισκόπου ταῖς οἰκείαις χερσὶν κατέχοντα, λαβόντες ἐκ τῶν αὐτοῦ χειρῶν τὸ ἰδιόχειρον ἤνοιξαν, καὶ εὗρον αὐτὸν νεωστὶ γεγραμμένον τῇ χειρὶ τοῦ φιλοσόφου, οὕτως· *Ἐγὼ Εὐάγριος φιλόσοφός σοι τῷ ὁσιωτάτῳ κυρίῳ Συνεσίῳ ἐπισκόπῳ χαίρειν. Ἔλαβον τὸ ἐν τούτῳ τῷ πιττακίῳ σου γεγραμμένον, καὶ ἐπληρώθην, καὶ οὐδένα λόγον ἔχω πρὸς σὲ, ἕνεκα οὗ δέδωκά σοι χρυσίου, ἤγουν διὰ σοῦ, Χριστῷ τῷ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν.* Κατεπλάγησαν δὲ οἱ βλέποντες, καὶ ἐπὶ ὥρας πολλὰς, τὸ *Κύριε ἐλέησον* βοῶντες, ἐδόξαζον τὸν Θεὸν τὸν ποιοῦντα θαυμασίαν, καὶ τοιαύτην ἀεὶ πληροφορίαν διδόντα τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Διεβεβαιοῦτο δὲ καὶ τοῦτο ὁ αὐτὸς κύριος Λεόντιος, ὅτι τὸ ἰδιόχειρον τὸ ἔχον τὴν ὑπογραφὴν τοῦ φιλοσόφου σώζεται μέχρι τῆς σήμερον, καὶ ἐν τῷ κειμηλιαρχείῳ τῆς ἐκκλησίας Κυρήνης κεῖται. Οἷος ἂν προβληθῇ κειμηλιάρχης ἐκεῖ, μετὰ τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ αὐτὸ παραλαμβάνει, καὶ φυλάττει αὐτὸ ἐπιμελῶς, καὶ τῷ μετ' αὐτὸν σῶον καὶ ἀβλαβὲς ἐπιδίδοται.

temporis, cum illum induxisset Christianum fieri, baptizavit ipsum, et filios ejus, cunctosque domesticos illius. Cæterum non multo postea quam baptizatus fuerat, dedit episcopo auri tria centenaria in usum pauperum, dicens: « Accipe aurum istud, et distribue illud pauperibus; et fac mihi cautionem manu tua, quod Christus mihi ipsum reddet in futuro sæculo. » Qui suscepto auro, prompte illi, ut petebat, cautionem fecit. Vixit itaque post baptismum annos aliquot philosophus, ac tandem infirmatus est ad mortem. Cum vero morti proximus esset, dixit filiis suis: « Quando curabitis funus meum, chartam istam in meis manibus ponite, et mecum illam sepelite. » Mortuo autem illo, fecerunt filii sicut eis ipse præceperat, sepelieruntque eum cum chirographo. Tertia vero post sepulturam die, apparuit episcopo Synesio nocte quiescenti, dicens: « Veni ad sepulcrum, ubi jaceo, et accipe chirographum tuum: accepi enim debitum, satisfactumque mihi est: atque ut certior ejus rei fias, propria me subscripsi manu. » Ignorabat autem episcopus, quod chirographum illud consepelissent ei. Mane autem facto, accersitis filiis ejus dixit: « Num aliquid cum patre vestro in monumento posuistis? » Illi putantes, quod eos de pecuniis interrogaret, dixerunt ei: « Nihil, domine, præter pannos consuetos. — Quid igitur? Nunquid vel chartam aliquam consepelistis ei? » Tunc recordati illi (ignorabant enim, quod de chirographo diceret) dixerunt ei: « Ita sane, domine: chartam enim quamdam moriens dedit nobis, et ait, Quando sepelietis me, chartam istam mihi in manibus date, nullo penitus sciente. » Tunc dixit illis episcopus somnium quod nocte illa viderat, sumensque illos cum clericis, ac primariis civitatis, accessit ad philosophi tumulum. Quo aperto, invenerunt jacentem philosophum, chirographumque manu episcopi conscriptum suis manibus tenentem. Accipientes autem chirographum ex illius manibus, aperuerunt, inveneruntque in eo noviter manu philosophi subscriptum ita: *Ego Evagrius philosophus tibi sanctissimo domino Synesio episcopo salutem. Accepi debitum in his litteris manu tua conscriptum, satisfactumque mihi est, et nullum contra te habeo jus, propter aurum quod dedi tibi, et per te, Christo Deo et Salvatori nostro.* Qui vero convenerant, hoc videntes, obstupuerunt, et per multas horas clamaverunt, *Kyrie, eleison*, glorificantes Deum qui facit mirabilia, talemque ac tantam promissionum suarum evidentiam dat servis suis. Asserebat autem et hoc idem dominus Leontius, cautionem illam manu philosophi subscriptam servari usque hodie, atque in sacrario sanctæ Cyrenensis ecclesiæ custodiri: et quicunque sacrarii custos ingrederetur, hanc illi cum cæteris vasis sacris assignari custodiendam cum omni diligentia, atque eum deinceps successori suo integram illam inviolatamque reconsignare.

Digitized by Google

DE HYPATIA ALEXANDRINA SYNESII MAGISTRA.

(Socrat. lib. VII, cap. 15.)

Erat in Alexandria quædam mulier, Hypatia nomine, filia Theonis philosophi, adeo erudita, ut supra philosophos ejus temporis emineret, et in Platonicam scholam a Plotino venientem susciperet ipsa successionem, atque omnes philosophicas lectiones exponeret. Quapropter omnes currebant ad eam, propter honestam doctrinæ fiduciam. Veniebat vero etiam ad judices; nec habebat ullam verecundiam publice permista viris, cum eam cuncti pro ipsius castitate venerarentur. Tum ergo invidia contra hanc feminam est accensa. Cum enim crebro proficisceretur ad Orestem, ecclesiasticus populus motus adversus eam est, tanquam ipsa illum ab amicitia prohiberet episcopi. Quamobrem conspirantes viri acerrimo furore commoti; quorum dux erat quidam Petrus lector, observaverunt mulierem ad propria redeuntem, eamque de vehiculo deponentes, ad ecclesiam, quæ vocatur Cæsaris, traxerunt, et vestibus exutam lapidibus (*imo* testis) peremerunt. Quam postea membratim dilacerantes, in loco, qui dicitur Cinarus, igne concremaverunt. Hæc res non mediocrem invidiam Cyrillo et Alexandrinæ concitavit Ecclesiæ. Alienæ namque sunt a Christianis cædes et pugnæ. Hæc igitur acta sunt quarto anno episcopatus Cyrilli, consulatu Honorii decimo, et Theodosii sexto, mense Martio, jejuniis exsistentibus (*a*).

Ἦν τις γυνὴ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, τοὔνομα Ὑπατία. A Αὕτη Θέωνος μὲν τοῦ φιλοσόφου θυγάτηρ ἦν· ἐπὶ τοσοῦτο δὲ προύβη παιδείας, ὡς ὑπεραντεῖσαι τοὺς κατ' αὐτὴν φιλοσόφους, τὴν δὲ Πλατωνικὴν ἀπὸ Πλωτίνου καταγομένην διατριβὴν διαδέξασθαι, καὶ πάντα τὰ φιλόσοφα μαθήματα τοῖς βουλομένοις ἐκτίθεσθαι. Διὸ καὶ οἱ πανταχόθεν φιλοσοφεῖν βουλόμενοι κατέτρεχον παρ' αὐτὴν, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῇ ἐκ τῆς παιδεύσεως σεμνὴν παῤῥησίαν. Καὶ τοῖς ἄρχουσι σωφρόνως εἰς πρόσωπον ἤρχετο· καὶ οὐκ ἦν τις αἰσχύνη ἐν μέσῳ ἀνδρῶν παρεῖναι αὐτήν. Πάντες γὰρ, δι' ὑπερβάλλουσαν σωφροσύνην, πλέον αὐτὴν ἠδοῦντο καὶ κατεπλήττοντο. Κατὰ δὴ ταύτης τότε ὁ φθόνος ὡπλίσατο. Ἐπεὶ γὰρ συνετύγχανεν συχνότερον Ὀρέστῃ, διαβολὴν τοῦτ' ἐκίνησε κατ' αὐτῆς παρὰ B τῷ τῆς Ἐκκλησίας λαῷ, ὡς ἄρα εἴη αὕτη μὴ συγχωροῦσα τὸν Ὀρέστην εἰς φιλίαν τῷ ἐπισκόπῳ συμβῆναι. Καὶ δὴ συμφωνήσαντες ἄνδρες τὸ φρόνημα ἔνθερμοι, ὧν ἡγεῖτο Πέτρος τις ἀναγνώστης, ἐπιτροῦσι τὴν ἄνθρωπον ἐπανιοῦσαν ἐπὶ οἰκίαν παθεῖν, καὶ ἐκ τοῦ δίφρου ἐκβαλόντες, ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, ἣ ἐπώνυμον Καισάριον, συνέλκουσιν· ἀποδύσαντές τε τὴν ἐσθῆτα ὀστράκοις ἀνεῖλον, καὶ μεληδὸν διασπάσαντες, ἐπὶ τὸν καλούμενον Κιναρῶνα τὰ μέλη συνάραντες, πυρὶ κατηνάλωσαν. Ταῦτα οὐ μικρὸν μῶμον Κυρίλλῳ, καὶ τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ εἰργάσαντο. Ἀλλότριον γὰρ παντελῶς τῶν φρονούντων τὰ Χριστοῦ φόνοι, καὶ μάχαι, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. Ταῦτα πέπρακται τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς Κυρίλλου ἐπισκοπῆς, ἐν ὑπατείᾳ Ὀνωρίου τὸ δέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ δέκατον [scribe τὸ ἕκτον] ἐν μηνὶ Μαρτίῳ, νηστειῶν οὐσῶν.

(*a*) Eadem ad verbum fere Nicephorus habet lib. XIV, cap. 16. Vide et Suidam.

HADRIANI TURNEBI NUNCUPATORIA EPISTOLA

QUAM GRÆCÆ EDITIONI PRÆFIXIT.

Λαγκιλώτῳ Κάρλῳ ἐπισκόπῳ Ῥηγιεῖ Ἀδριανὸς Τούρνεβος εὖ πράττειν.

Ἰδού σοι, ὁ σοφὸς Συνέσιος, ἀττικουργές τι χρῆμα, καὶ ἐς ἀκριβὲς ἀπεξεσμένον ἐκδέδοται. Ὅστις δὴ μόνος ἁπάντων ἀνθρώπων τῇ τοσοῦτον ἀπῳκισμένῃ καὶ διαποντίῳ Λιβύῃ Ἀθήνας φέρων ἐγκαθιδρύσατο, τοῦ ἰδίου ἐδάφους αὐτὰς ὥσπερ ἐκμοχλεύσας. Οὕτω γὰρ ἀττικῶς τὴν γλῶτταν ἤρμοσται, ὥστε οὐ μόνον τὴν λιβυκὴν βαρβαρίαν, ἀλλὰ καὶ τὸ δωρικὸν ἐξόμνυται τῶν Κυρηναίων φῦλον, Λακεδαιμονίων ὂν ἄποικον. Τοσοῦτον πέφυκε τὸ προστετηκέναι τοῖς τῶν συγγραφέων ἀττικίζουσι, καὶ αὐτοῖς, τὸ τοῦ χρησμοῦ, συγχρωτίζεσθαι. Οἱ γὰρ τούτοις συναναχρωννύμενοι τὴν ὁμόχροιαν ἀποφέρονται τοῦ λόγου, τῇ ἐκείνων ἐμμελείᾳ καὶ εὐεπείᾳ συνεθισθέντες. Ἁλωτὸν γὰρ ἅπαν σπουδῇ, καὶ πόνῳ ἀγρεύσιμον. Τό γε μὴν αὐτοῦ εὔγλωττον οὐ μόνον τῇ τῶν ῥημάτων καλλονῇ ἐξησκημένον ἀγλαΐζεται, ἀλλὰ καὶ παιδείας γέμον λαμπρᾶς, καὶ ἀγχινοίας ἐπιβόλου, καὶ ἀστεϊσμοῦ πιθανοῦ ὡραΐζεται, καὶ τὸν φιλαναγνωστοῦντα ἰσχυρὸ λόγου θέλγον, καὶ καταγοητεῦον,

Digitized by Google

εἰς τὸ πρόσθεν ἀεὶ προάγει, μέχρι κορωνίδος ἡδίστης ἀπολαύοντα διαγωγῆς παραπέμπον. Θρησκείαν δὲ οὐχ ἁπανταχῆ τὴν ἡμετέραν πρεσβεύει, πρὸ τοῦ τὴν ἀληθινὴν εὐσέβειαν κατηχῆσθαι συγράμματά τινα ἤδη εἰς ἀνθρώπους ἐξενηνοχώς. Ἑλληνίζει γὰρ τὰ πολλὰ ἢ μιξέλλην αἰγυπτιάζει, τὴν συμβολικὴν καὶ ἱερογλυφικὴν τερατείαν καὶ ἀτοπίαν ἔσθ' ὅτε ζηλῶν καὶ μεταδιώκων. Ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς ἑλληνικῆς δαιμονομανίας ἀπαλλαγεὶς τὰ τῶν Χριστιανῶν ἐμυήθη, καὶ τὴν καλὴν λαβὴν ἐλήφθη, οὐδὲν τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως, καὶ τῶν θείων λογίων, καὶ τῆς ἀληθινῆς θεοσεβείας προὐτίμησε. Τοιγαροῦν ἐναύσματα καὶ ζώπυρα αὐτῆς ἔτι τισὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολῶν ὑποτύφεται, πῦρ ταῖς τῶν ἀναγινωσκόντων ψυχαῖς ὑφάπτοντα θαλπνὸν καὶ ἐνεργόν. Σοὶ δὲ πολλῶν ἕνεκα ταύτην τὴν ἔκδοσιν, ὦ ἱερὰ καὶ σεβασμία μοι κεφαλή, ἐπεφήμισα. Καὶ γὰρ ὅτι φιλόσοφον φιλοσόφῳ, καὶ ἐπίσκοπον ἐπισκόπῳ, καὶ Ἕλληνα φιλέλληνι, καὶ θεόφιλον εὐσεβεῖ προσιέναι ἔδει κατὰ τὸ ὁμηρικὸν, ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει Θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον· καὶ δὴ καὶ ὅτι τούτου προξένου τυχὼν, ἴσως τὴν τῆς σῆς εὐνοίας παρεμπορεύσομαι παρενθήκην ἀντὶ παντός μοι γενησομένην. Ἔρρωσο.

NOTITIA CODICUM MSS.

(Ex ed. 1612.)

Medicæi duo, quorum in uno omnia erant Synesii opera : MED.
In altero Epistolæ *ac liber* De insomniis : MED.
Henricianus ex Henrici II bibliotheca, in quo præter epistolas omnia continebantur : HENR.
Henricianus item, a quo liber De Providentia *aberat :* HENR.

AD EPISTOLAS.

Medicæi duo : MED.
Henricianus : HENR.
Morellianus quem mihi doctissimus Morellus commodavit : MOR.
Petavianus : PETAV.

MONITUM IN ORATIONEM DE REGNO.

Tria de hac oratione Synesii inquirenda sunt in eruditi Lectoris gratiam : primo quis ille imperator fuerit, ad quem habita, cujusque nomine sit inscripta ; deinde quo tempore, ac, si id investigare licet, etiam anno videatur esse dicta ; tertio quam illius legationis occasionem Synesius habuerit, quemve ex ea fructum ceperit. De imperatore apud quem pronuntiata est, dubitationem movet Evagrius Scholasticus lib. I, cap. 15 ; qui ad Theodosium habitam esse significat, Ὁ τε πρὸς αὐτὸν Θεοδόσιον προσφωνητικὸς λόγος, ait, illius opera percensens. Cui subscribit Nicephorus lib. XIV, cap. 55, ac Theodosium Juniorem hunc addit fuisse. Sed uterque aberrat a vero. Nam coram Arcadio Theodosii filio dictam esse, res est exploratissima. Id adeo ex tota oratione cognoscitur, ut cum pag. 4, patrem ait imperatoris ejus, quem alloquitur, imperium tanquam virtutis præmium adeptum fuisse. Eumdem refert pag. 5, contra tyrannos duos bella gessisse ; et paulo post relatam de posteriore victoriam cessisse vita. Quæ quidem ad alterum neminem, nisi ad Theodosium primum, Arcadii et Honorii patrem, pertinere possunt.

De tempore conjectura fit ex aliis ejusdem auctoris locis, in quibus legationis illius suæ meminit. Libro *De insomniis*, p. 148, triennalem hanc fuisse significat ; ac se Constantinopoli degentem de quorumdam maleficorum insidiis in somnis admonitum. Demum vero majore, quam quisquam Græcorum hactenus, audacia, coram imperatore verba fecisse, ac quæ volebat impetrasse : Ἐμοὶ μὲν οὖν βίος βιβλία καὶ θήρα· ὅτι μὴ πεπρέσβευκά ποτε, ὡς οὐκ ὤφελον ἀποφράδας ἰδεῖν ἐνιαυτοὺς τρεῖς ἐκ τοῦ βίου. Καὶ μέν τοι τότε πλεῖστα δὴ καὶ μέγιστα ὠνάμην αὐτῆς. Ἐπιβουλάς τε γὰρ ἐπ' ἐμὲ ψυχοπομπῶν γοήτων ἀκύρους ἐποίησε καὶ φήνασα, καὶ ἐξ ἁπασῶν περισώσασα· καὶ κοινὰ συνδιώκησεν· ὥστε ἄριστα ἔχειν ταῖς πολεσι· καὶ ἐς τὴν βασιλέως ὁμιλίαν τῶν πώποτε Ἑλλήνων θαῤῥαλεώτερον παρέστησε. *Ac mihi quidem vita omnis in libris ac venatione posita est ; nisi si quando legationem susceperim : quod utinam nunquam mihi*

Digitized by Google

contigisset! ut ne tres in vita exsecrabiles et detestandos annos vidissem. Sed et plurima tunc ab ea, maximaque sum beneficia consecutus. Nam et præstigiatorum, animasque ab inferis sollicitantium magorum in me insidias irritas fecit, mihi eas indicans, atque ex omnibus eripiens : et publica negotia mecum gessit, ut quam optime civitatibus succederent; et ad imperatoris colloquium me unum ab omni memoria Græcorum audacissimum produxit. Meminit et illius temporis ac legationis triennalis in hymno 3 :

Τόδε σοι, μεγάλου	Hoc tibi, ingentis
Κοίρανε κόσμου,	Rex mundi,
Τίσων ἔμολον	Persoluturus veni
Χρέος ἐκ Θρήκης·	Votum debitum e Thracia :
Ἵνα τὰν τρίετιν	Ubi per triennium
Ὤκησ' ἀγυιὰν	Habitavi in vico
Παρ' ἀνακτόριον	Prope regium
Γαίας μέλαθρον.	Terræ prætorium ·
Ἔτλαν δὲ πόνους,	Tulique labores,
Ἔτλαν δ' ὀδύνας,	Tuli cruciatus
Πολυδακρύτους,	Valde lacrymabiles,
Ὤμοισι φέρων	Humeris sustinens
Μητέρα πάτραν.	Matrem patriam.

Ad hæc epistola 41 de eodem tempore legationis loqui videtur, cum Asterio notario tapetem dari jubet, quo in Thracia usus erat pro stragulo, cum ad magna prætoria dormiendum sibi esset, hoc est ad palatium. Sic enim hæc verba intelligi puto debere, Ὀπηνίκα με πρὸ τῶν μεγάλων ἀρχείων ἔδει καθεύδειν, quibus consentanea scripsit illo loco, quem ex hymno 3 proxime citavimus,

Ἵνα τὰν τρίετιν
Ὤκησ' ἀγυιὰν
Παρ' ἀνακτόριον
Γαίας μέλαθρον.

Quibus significat se prope palatium habitasse triennio toto. In epistola vero ait se adversus Thracica frigora tapetis illius munimento opus habuisse. In eadem insuper annum designat quo Constantinopoli discessit, qui fuit ultimus triennii istius. Tum enim Aurelianum indicat fuisse consulem; et eo se insaluta'o solvisse ait ex portu, cum ob vehementem terræ motum consternatis omnibus subito ipse fugam coactus esset arripere. Consul Aurelianus cum Stilicone fuit anno Christi 400. Ex quo potest colligi, anno 397, tertio ab Theodosii Senioris obitu, Synesium Constantinopolim venisse, vel sequenti 398, et eodem orationem hanc coram imperatore dixisse.

Causam legationis istius (hoc enim de tribus a me propositis extremum fuit) hanc Synesius habuit, uti Pentapoleos, ac nominatim Cyrenes patriæ suæ calamitosæ, ac semirutæ opis, ac subsidii aliquid ab imperatore peteret, quæ barbaris efferatisque vicina gentibus ægre se ab illorum infestatione defenderet. Ejus enim rei causa missum se esse testatur orationis hujus initio, et in hymno 3 ac nonnullis aliis in locis. Neque porro spe sua frustratum se esse significat hymno isto, quin id quod volebat non sine incredibili labore, studio, continuis ad Deum sanctosque precibus et lacrymis impetrasse. De Cyrenes miserabili statu assiduæ sunt in ejus epistolis querelæ; Ptolemaidis vero cladem lugubri oratione deplorat quam *Κατάστασιν* inscripsit. Per idem legationis tempus orationem aliam edidit ad Pæonium, cum ei astrolabium obtulisset, quæ idcirco inscripta est ab illo *Περὶ δώρου*, ut epist. 153 demonstrat; qua in epistola illud, quod dixi, præterea testatur, non pœnitendum ex ea legatione, ac munusculo fructum cepisse Pentapolim.

Jam orationis illius, quam præ manibus habemus, argumentum tale est, merito ut in libro *De insomniis* asseveret, neminem unquam Græcorum tanta cum audacia apud principem verba fecisse. Nam et corruptos aulæ mores, ac luxum imperatorum, atque fastum acerrime castigat; et ad continentiæ, frugalitatis ac civilitatis officia revocat; et invidiam illius temporis, atque ulcus reipublicæ non strictim ac pendente manu, sed scalpello altius impresso, curare aggreditur : Gothorum nimiam potentiam, quibus non sine Romani dedecore nominis ac periculo permissa tunc erant omnia jam inde ab Valentis et Theodosii temporibus. Adjungit et regni præclare administrandi salutaria præcepta ex philosophorum præsertimque Platonis hausta fontibus; nec pauca de Dionis Prusæi oratione *De regno* pene iisdem verbis expressa transtulit.

Digitized by Google

ΣΥΝΕΣΙΟΥ
ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΑΡΚΑΔΙΟΝ

—

SYNESII
DE REGNO
AD ARCADIUM IMPERATOREM

*INTERPRETE DIONYSIO PETAVIO SOC. JES. PRESB.**

—

α'. Ἆρα, εἰ μή τις ἐκ πόλεως ἥκοι μεγάλης τε καὶ πλουτούσης, καὶ κομίζοι λόγους γαύρους τε καὶ χλιδῶντας, οἵους ῥητορικὴ (1) καὶ ποιητικὴ τίκτουσι, πάνδημοι τέχναι πάνδημα ἔκγονα, τοῦτον, ὅταν ἐνθάδε γένηται, δεῖ κάτω νεύειν, ὡς οὐκ οὔσης αὐτῷ παῤῥησίας ἐν βασιλείοις οὐδὲ ἐρυγγάνειν, οὐκ ἔχοντι τῆς πατρίδος τὸν ὄγκον, οὔτε παρασχεῖν ἀκροαμάτων χαριέντων τε καὶ συνήθων ἡδονὴν καταδημαγωγησόντων βασιλέα τε καὶ τοὺς συνεδρεύοντας; ἢ καὶ φιλοσοφίαν ποτὲ ἐπιδημοῦσαν προσήσεσθε, καί τις αὐτὴν οὐκ ἀμφιγνοήσει δεῦρο διὰ πλείστου φανεῖσαν, ἀλλὰ ξεναγήσει καὶ κατερεῖ τι αὐτῆς ἀγαθὸν, πρὸς οὓς ἄξιον; Δεῖται γάρ που τούτων οὐχ ἑαυτῆς, ἀλλ' ὑμῶν ἕνεκα, μὴ καταφρονηθεῖσα ἀνόνητος ἂν γενέσθαι. Αὐτὴ μέντοι παρέξεται (2) λόγους, οὐ τοὺς ἁπλαροὺς δὴ τούτους, καὶ διατιθέντας ἐν ἡδονῇ τὰ μειράκια, ὡς οὔτε ἥθει διαῤῥέοντας, οὔτε λέξεσι κομμωθέντας εἰς νόθου κάλλους ἐπίδειξιν· ἀλλ' ἕτερον τρόπον τοῖς ἐφικέσθαι δυναμένοις, τὸν ἐμβριθῆ τε καὶ ἔνθεον, ἀῤῥενωποὺς καὶ σεμνοὺς καὶ ἀπαξιοῦντας ἀνελευθέρου θωπείας χάριν τὰ παρὰ τῶν δυνατῶν ἐξωνεῖσθαι. Οἱ δὲ οὕτως ἄρα ἀστεμφῶς ἔχουσι, καί εἰσι πάντολμοι δή τινες, καὶ ὡς ἐν βασιλείοις ἀλλόκοτοι, ὥστε οὐδέ φασιν αὐτοῖς ἀποχρήσειν, εἴ τις ξυγχωρήσει μὴ πάντα ἐκ πάντων ἐπαινεῖν τὰ βασιλέως καὶ βασιλέα· ἀλλ' εἴ πῃ παρείκοι, καὶ λυπήσειν ἀνατείνονται, καὶ ἀπειλοῦσι δήξεσθαι (3) τὴν καρδίαν οὐκ ἐν χρῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ

1 Utrumne tandem nisi quis ex ampla et opulenta civitate venerit, ac gestientes et molles orationes afferat, cujusmodi rhetorica et poetica, vulgo prostitutæ artes, vulgo quæsitos filios pariunt, eum, cum huc accesserit, demisso vultu esse oportebit; quasi ne hiscendi quidem in palatio libertas sit, quod nec patriæ splendore commendetur; neque festivorum, et consuetorum acroamatum, quibus imperator et ejus assessores demulceantur, voluptatem conciliare possit? An adventantem potius tandem aliquando philosophiam humaniter excipietis, et quisquam erit qui huc longo intervallo prodeuntem non dubie agnoscat; ac tanquam hospitem deductam apud quos par est commendet? Horum enim non sui ipsius, sed vestri causa indiget, minime ut despecta sit inutilis. Ea vero sermones instituet, non placidos illos, quique juvenum animos oblectatione quadam afficiant, sicut nec expressa morum imitatione diffluentes, nec verborum lenociniis ad ascititii decoris ostentationem instructos: sed contrario plane modo iis qui assequi poterunt, gravi nimirum, ac divinum præ se aliquid ferente, viriles et majestatis plenos, qui illiberali adulatione potentiorum favorem 2 aucupari detrectent. Hi vero adeo sane rigidi, adeoque temerarii sunt, et, ut in regiis ædibus, peregrini, ut ne satis quidem sibi fore dicant, si quis non omnia omnino laudare, quæ ad imperato-

DION. PETAVII NOTÆ.

* Textum contulimus cum editione Krabingeri.

(1) [I-VII] *Οἵους ῥητορική.* Vide epist. 1.

(2) *Αὐτὴ μέντοι παρέξεται.* Themist. orat. 7 : Αὐστηροί τέ εἰσι, καὶ οὐχ ἡδεῖς εὐθέως, καὶ τοσοῦτον ἀπέχουσι τοῦ θωπεύειν, ὥστε καὶ πολλάκις ἐπιτιμῶσι τοῖς θεαταῖς, ὅταν τι πλημμελὲς συγγινώσκωσι. *Austeri sunt, neque prima fronte jucundi; ac tantum absunt ab adulatione, ut etiam non raro spectatores increpent, cum delicti aliquid in eis animadverterunt.* Vide omnino Gellium lib. v, cap. 1, cujus capitis Synesianæ huic germana sententia est.

(3) *Καὶ ἀπειλοῦσι δήξεσθαι.* Imitatus est Platonem in *Sympos.*, apud quem sic Alcibiades loquitur: Ἐγὼ οὖν δεδηγμένος τε ὑπὸ ἀλγεινοτέρου, καὶ τὸ ἀλγεινότατον ὧν ἄν τις δηχθείη· τὴν καρδίαν γὰρ, ἢ ψυχὴν, ἢ ὅ τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι, πληγείς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, οἳ ἔχονται ἐχίδνης ἀγριώτερον νέου ψυχῆς, καὶ μὴ ἀφυο-

Digitized by Google

rem pertinent, imperatoremque ipsum, permittat; sed et molestos fore se, ubi se occasio dederit, et cor ipsum non strictum duntaxat puncturos, sed ad imum usque penetraturos minentur; si ex ea forte tristitia quisquam adjuvari queat. Atqui regiis auribus liber atque ingenuus sermo maximi faciendus est; ea autem ex omnibus laus, quæ perniciem cum voluptate consciscit, venenatis potionibus similis mihi esse videtur, quas melle perfusas morituris propinant. An vero nescis coquinariam quidem artem superfluis apparatibus cibos condientem, minimeque naturales appetentias excitantem, nocere salubritati corporum; gymnasticam vero et medicinam, nonnullo in præsens inflicto dolore, iisdem illis esse salutares? Te igitur ego, vel si idipsum moleste sis laturus, ex eorum, qui servantur, numero esse volo. Nam carnes quidem acris et astringens vis salis diffluere non patitur; imperatoris vero juvenis animus quocunque impetus feret, præ potestatis licentia progressurus, verborum veritate cohibetur. Ita ergo novum, atque inusitatum orationis genus patienter sustinete: minimeque apud vos insolentiæ damnetur; nec ei, antequam processerit, silentium imperetur, quod nec blandæ persuasioni inserviat, nec adolescentibus gratificari, aut colludere, sed plane censorii, accessuque difficilis pædagogi officium usurpare velit. Quod si tale istud consortium æquo animo ferre possitis, neque omnino iis laudibus, quas audire soletis, aures vestræ corruptæ sint,

Ipse adsum intus ego.

2. Me cum auro caput, tum animum philosophia coronaturum, Cyrene mittit ad te Græca civitas, antiquum et venerabile nomen, infinitis olim doctorum celebrata carminibus; nunc pauper, et humilis, ingentiaque ac deserta rudera; cui regia munificentia opus est, si quid gerere velit veteri illa sua origine non indignum. Huic tu porro inopiæ, quandocunque libuerit, remedium adhibebis; idque in tua voluntate situm est, ut ab ampla felicique patria, alteram ad te denuo coronam perferam. At oratio ne nunc quidem ulla civitate indiget, quo loquendi libertatem habeat, et imperatorem audacter compellet. Veritas quippe verborum

μέσην, εἰ ἄρα τις ἀνιαθεὶς ὠφελήσοιτο. Πολλοῦ μέν τ' ἂν ἄξιος εἴη βασιλέως ἀκοῇ λόγος ἐλεύθερος. Ὁ δὲ ἐφ' ἅπαντι γενόμενος ἔπαινος σὺν ἡδονῇ λυμαινόμενος, ἐοικέναι μοι δοκεῖ τῶν φαρμάκων ἃ μέλιτι δεύσαντες τοῖς ἀπολουμένοις ὀρέγουσιν. Οὐκ οἶσθ' ὅτι μαγειρικὴ (4) μὲν κατακαρυκεύουσα, καὶ νόθους ὀρέξεις ἐγκαλουμένη λωβᾶται τοῖς σώμασι· γυμναστικὴ δὲ καὶ ἰατρικὴ σώζετον ἄμφω τοπαραυτίκα λυποῦσαι; Σὲ τοίνυν ἐγὼ βούλομαι τῶν σωζομένων εἶναι, καὶ εἰ μέλλεις δυσχεραίνειν ἐπὶ τῷ σώζεσθαι. Κρέα μὲν γὰρ (5) οὐκ ἐᾷ διαῤῥυῆναι [γρ. διαῤῥαγῆναι] στυφότης ἀλῶν· νέου δὲ βασιλέως γνώμην ὑπ' ἐξουσίας ᾗ ἂν τύχῃ βαδιουμένην, συνέχει λόγων ἀλήθεια. Οὕτως οὖν ἀνάσχοισθε τοῦ ξένου γένους τῶν λόγων· ἀλλὰ μὴ ἀγροικίας ἐν ὑμῖν ἀλώσωνται, καὶ κατασιγασθεῖεν, πρὶν καὶ βραχὺ προχωρῆσαι, ὅτι μὴ εἰσι θεραπευταὶ πειθοῦς, νέοις ἡδεῖς καὶ συμπαίστορες· ἀλλὰ παιδαγωγοί τινες ἀτεχνῶς σωφρονισταί, καὶ βαρεῖς ἐντυχεῖν. Εἰ δὲ γένοισθε καρτερὰ συνουσίαν τοιάνδε βαστάσαι, καὶ μὴ παντάπασιν ὑμῖν ὑπὸ τῶν ἐπαίνων, οὓς ἀκούειν εἰώθατε, τὰ ὦτα ἐκδεδιῄτηται.

Ἐνδὺν μὲν δὴ ὅδ' αὐτὸς ἐγώ.

β'. Ἐμέ σοι πέμπει Κυρήνη (6), στεφανώσοντα χρυσῷ μὲν τὴν κεφαλήν, φιλοσοφίᾳ δὲ τὴν ψυχήν, πόλις Ἑλληνὶς (7), παλαιὸν ὄνομα καὶ σεμνὸν, καὶ ἐν ᾠδῇ μυρίᾳ τῶν πάλαι σοφῶν· νῦν πένης, καὶ κατηφὴς, καὶ μέγα ἐρείπιον, καὶ βασιλέως δεόμενον, εἴ μέλλοι τι πράξειν τῆς περὶ αὐτὴν ἀρχαιολογίας ἐπάξιον. Ταύτην μὲν δή μοι τὴν ἔνδειαν, ὅταν αὐτὸς ἐθέλῃς, ἴασῃ, καὶ ἐπὶ σοὶ βουληθέντι παρὰ μεγάλης τε καὶ εὐδαίμονος ἤδη τῆς πατρίδος τὸν δεύτερόν με διακομίσαι σοι στέφανον. Οἱ λόγοι δὲ οὐδὲ νῦν τι δέονται πόλεως, ὥστε ἐλευθεροστομῆσαι, καὶ βασιλέα θαῤῥῆσαι. Ἀλήθεια γὰρ δὴ λόγων εὐγένεια· καὶ διὰ τόπον οὐδείς πω λόγος αἰσχίων οὐδὲν κυδίων

DION. PETAVII NOTÆ.

(4) *Οὐκ οἶσθ' ὅτι μαγειρική.* Sumpsit e Platonis *Gorgia*.

(5) *Κρέα μὲν γάρ.* Clem. Alex. II *Pæd.* cap. 9: Οἱ πρὸς χάριν ὁμιλοῦντες ἀγαπῶσιν ὃ μὴ λυποῦσιν, οἱ δὲ πρὸς ὠφέλειαν ἐπιστύφοντες εἰ καὶ παραυτίκα λυπηροὶ, ἀλλ' εἰς τὸν ἔπειτα εὐεργετοῦσιν αἰῶνα.

(6) *Ἐμέ σοι πέμπει Κυρήνη.* Vetus ille mos fuit, coronas aureas publice ab civitatibus offerri regibus ac principibus. Sic apud Curtium lib. IV duodecim ad Alexandrum legati a communi Græcia missi, *qui ob res pro salute, ac libertate Græciæ gestas coronam auream donum victoriæ ferrent.* Probus imper. epist. ad senatum, apud Vopiscum: *Coronas, quas mihi obtulerunt omnes Galliæ civitates aureas, vestræ, P. C., clementiæ dedicavi.* Sic Saraceni Juliano *oblata auri corona, tanquam nationum suarum dominum adorarunt*, ait Amm. lib. XXIII. Scripsit Memnon apud Photium *N.* 224, cap. 27, Romanos ad Alexandrum auream coronam multorum talentorum misisse, quod nugatoris otiosi commentum est. Ita denique Theodosio Juniori ab Urso præfecto Urbis et senatu coronam item auream oblatam esse anno Christi 416 in Alexandrino Chron. legimus. Ad hæc Romanis imperatoribus ad honorem triumphi triumphales coronæ a provinciis mittebantur, ut ait Gellius lib. V, cap. 6: *quod vulgo*, inquit, *aurum coronarium dicitur.* Josephus lib. XII, cap. 3, στεφανίτην φόρον appellat; quod eo nomine tributum indiceretur provinciis, etiam ante Romanos, ab Seleucidis, a qua præstatione Judæorum sacerdotes ac sacros ministros immunes esse jubet Antiochus M. Vide lib. XII *Cod. Theod.*, tit. XIII, *De auro coronario.*

(7) *Πόλις Ἑλληνίς.* Vetus est Græcorum Cyrene, quam Battus Lacedæmonius condidit anno Urbis 143, ait Plinius lib. XIX, cap. 3, ex Theophrasto; qui lib. VI, cap. 3 conditam refert annis circiter 300 ante [VIII] Simonidem prætorem. Fuit hic prætor anno II olympiadis CXVII, Urbis 443. Quare deductis annis 300, relinquitur annus 143 ab U. C., qui est II olympiadis CXLII. Vide Strab. lib. X et XVII, et Herodot. in *Melpomene.*

Digitized by Google

ἐγένετο. Ἰτητέον οὖν ἅμα τῷ Θεῷ, καὶ ἐγχειρητέον τῷ καλλίστῳ τῶν λόγων, ἀληθέστερον δὲ φάναι τῶν ἔργων. Ὁ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς, τοῦ βασιλέως, ἐπιμεληθείς, ὅπως ἂν ἄριστος εἴη, τὴν συντομωτάτην ἐβάδισεν ἐπὶ τὸ πάντας μὲν οἴκους ἐπανορθοῦν, πόλεις δὲ πάσας, ἔθνη τε πάντα, καὶ μικρὰ καὶ μείζω, καὶ τὰ γείτονα καὶ τὰ πόρρω, ἃ πάντα ἀπολαύειν ἀνάγκη τῆς ὅπως ποτὲ ἐχούσης τοῦ βασιλέως ψυχῆς. Βούλει δὴ ποιῶμεν οὕτω τὴν πρώτην, ἵνα μοι καὶ περιμείνῃς τὸν λόγον; Σοφὸν γὰρ ἂν εἴη μὴ προσοβῆσαι τὴν θήραν (8). Λέγωμεν δὴ ἃ τε χρεὼν εἴη βασιλέα ποιεῖν, ἃ τε μὴ χρεών, ἀντιπαρατιθέντες αἰσχρὰ καὶ σεμνά. Σὺ δὲ τοῖς ἐξ ἑκατέρας μερίδος ἐφιστάμενος, ὅταν ἐπιγνῷς τι προσῆκον, τὸ μὲν ἀγαπᾷν, ὡς ὑπὸ φιλοσοφίας [γρ. σοφίας] ἐγκεκριμένον· τὸ δὲ ἀποδιαπομπεῖσθαι, καὶ διανοεῖσθαι δή, τὸ μὲν ὡς ἀεὶ ποιήσων· τὸ δὲ ὡς οὐκέτ' αὖθις. Ἀλλὰ παρὰ τὸν καιρὸν τῶν λόγων, ἐπὶ τοῖς μὴ χρεών, οἷς ἡμεῖς τε, σύ τε σαυτῷ συνεπίστασαι, δυσχεραίνων τε φαίνου σαυτῷ καὶ ἐρυθριῶν, ὅτι δὴ πέφηνε σὸν, ὃ μὴ ἄξιον εἶναι σόν. Τό τοι χρῶμα τοῦτο (9) τὴν ἐκ μετανοίας ἀρετὴν ὑπισχνεῖται· καὶ αἰδὼς αὕτη θεία τέ ἐστι καὶ Ἡσιόδῳ δοκεῖ. Ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις ἰσχυρογνώμων, αἰσχυνόμενος ὁμολογίαν ἀγνοίας, οὐ κερδαίνει γνῶσιν ἐκ μετανοίας, οὐδὲ δεῖται λόγων ἰατρῶν, ἀλλ' ἀνὴρ ἂν φαίη σοφὸς, ὅτι κολάσεως. Οὕτω που τραχεῖά τε ἐκ φροιμίου καὶ χαλεπὴ φιλοσοφία προσφέρεσθαι.

nobilitas est, nec pro loco ulla unquam vilior, aut gloriosior exstitit oratio. Pergendum itaque Deo auspice, et orationum, vel, ut verius dicam, operum præstantissimum aggrediendum est. Nam qui uni homini, imperatori, ut quam optimus sit, prospicit, ad omnes non modo familias, verum etiam civitates, et nationes sive parvas, sive majores, finitimasque aut dissitas constituendas, brevissimo viæ compendio progreditur: quæ omnia quocunque modo affectum regis animum experiri necesse est. Visne igitur eam nunc primum rationem ineamus, ut dicentem non gravate audias (consultum enim fuerit prædam non ante tempus e cubili excitatam abigere)? dicamus, inquam, quæque regi agenda sint, quæque non sint; honesta turpibus ex adverso collocantes. Tu vero utramque partem sigillatim expendens, ubi quod congruum est agnoveris, hoc quidem amplectere, utpote decreto philosophiæ receptum, aliud autem repudiato; atque ita in animum inducito, hoc te perpetuo facturum, illud nunquam admissurum in posterum. Quamobrem ipso orationis tempore, ob ea quæ minus decent, quorum et nos una, et tu tibi conscius es, apud te indignabundus, et pudore suffusus appareas, quoniam id in te esse comprobatum sit, quod nequaquam oporteret esse. Ejusmodi nempe color nonnullam ex sanctorum pœnitentia virtutem repromittit; verecundiaque illa divina est, et Hesiodo esse videtur. Contra qui in delictis pervicax est, quem confessæ ignorantiæ dispudet, cautius ex resipiscentia consilium non lucratur; neque verborum medicamento, sed, ut Sapiens dixerit, castigatione opus habet. Ita philosophia asperam se ab initio, et tractatu difficilem præbet.

γ'. Αἰσθάνομαι γάρ τοι ἐνίων ὑμῶν ἐκταραττομένων τε ἤδη, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἐν δεινῷ τιθεμένων. Ἀλλ' ὑπεσχόμην τε οὕτω ποιεῖν, καὶ τῶν προγόντων ἦν δήπου φράξασθαι καρτερῶς, καὶ ἀντέχειν ταῖς ἐμβολαῖς· καίτοι ταῦτα σύ τε χαίρεις ἀκούων, καὶ ἅπαντες ὑμνοῦσι. Κἀγώ σοι σύμφημι μέγεθος ἀρχῆς ἐνὶ μηδενὶ τοσόνδε παρεῖναι, καὶ πλούτου θημῶνας ὑπὲρ τὸν πάλαι Δαρεῖον, καὶ ἵππον πολλάκις μυρίαν, καὶ τοὺς χρωμένους τοξότας τε καὶ θωρακοφόρους, πρὸς οὓς ἡγεμόνος τυγχάνοντας [γρ. τυγχάνοντος], ἀσθενὲς ἅπαν τὸ ἀνθιστάμενον. Πόλεις δὲ ἀριθμὸν νικῶσαι προσκυνοῦσιν, οὐδὲ ὁρώμενον αἱ πλείους, οὐδὲ ἰδεῖν προσδοκῶσαι τὸ κρεῖττον εὔχεσθαι θέαμα. Ταῦτά σοι καὶ παρ' ἡμῶν ἅπαντος ἂν μᾶλλον ἀληθῆ λέγοιντο. Τί οὖν τὸ μὴ συμβαῖνον ἡμῶν ἐκείνοις; Οἱ μὲν ἐντεῦθέν σοι πλέκουσιν ἔπαινον, καὶ καλοῦσιν εὐδαίμονα· ἐγὼ δὲ ἥκιστα μὲν ἂν

3. Jam enim quosdam vestrum perturbari, eamque loquendi libertatem iniquo animo ferre sentio. Verum id ego me facturum ab initio professus sum; et eorum fuit, qui hoc intellexissent ante, fortiter sese præmunire, atque irruentis impressiones excipere. Quanquam tibi hæc et auditu jucunda sunt, et uno ab omnibus ore prædicantur. Ego vero una tecum fateor, tantam imperii magnitudinem in nullo eodem homine reperiri, acervatimque congestas divitias supra veterem illum Darium; et repetitum sæpius decies millenarium equorum numerum; quique iis utantur sagittatores, et loricatos, adversus quos, si ducem habuerint, imbelle est quidquid opponatur. Urbes præterea innumeræ supplices venerantur; quem neque maxima pars intuitæ sunt, neque intuituras se unquam sperant, spectaculum voto omni

DION. PETAVII NOTÆ.

(8) *Μὴ προσοβῆσαι τὴν θήραν.* Perperam Turnebi editio, θύραν. Græcorum est enim proverbium, Σοβῆσαι τὴν θήραν, vel ἄγραν. Plato in *Lysida*: Ποιός τις οὖν ἂν σοι δοκῇ θηρευτὴς εἶναι, εἰ ἀνασοβοῖ θηρεύων, καὶ δυσαλωτοτέραν τὴν ἄγραν ποιοῖ; Chrysostomus hom. 13 *in Matth.*, pag. 84 edit. Savil.: Ὥστε μὴ σοβῆσαι τὴν ἄγραν· et hom. 1 *cont. Anom.*, pag. 393, Καὶ οὐ βουλόμενος ἀνασοβῆσαι τὴν θήραν τέως ἐπεῖχον τὴν γλῶτταν. Similis error et eodem corrigendus modo apud Isidorum Pelusiotam ep. 569 Græcarum a P. Schotto publicatarum, pag. 283: Τί καὶ τοῖς ἀπὸ τὴν ἐθνῶν ἑτοιμοτάτους ὄντας εἰς τὴν Ἐκκλησίαν μεταφοιτῆσαι ἀδίκεις ἀποσοβῶν τὴν θύραν; *leg.* θήραν; *Quid et gentiles paratissimos in Ecclesiam transmigrare facis injuria prædam abigens?*

(9) *Τό τοι χρῶμα τοῦτο.* Aristot. IV *Eth.*, cap. 9. Diogenes Cynicus apud Laertium, χρῶμα τοῦτο τῆς ἀρετῆς appellat. *Ruborem, quem verecundia suffundit, in juvenibus colorem esse virtutis*, dixit nescio quis veterum.

Digitized by Google

præstantius. Hæc tibi a nobis dicta fuerint longe aliis omnibus vericra. Quid causæ est igitur cur mihi non plane cum illis conveniat? Illi inde laudandi tui materiam sumunt, felicemque appellant; ego autem minime hinc laudandum quemquam censeo, fortunatum tamen sane prædicabo. Eadem porro natura non est, sed utrumque diversum, laus, et beatitatis prædicatio. Beatus enim aliquis ob ea etiam quæ externa sunt, prædicatur; laus nonnisi internis convenit, in quibus felicitas stabilitur. Illud improvisum, et inexploratum naturæ munus est, hoc bonum animi proprium. Ideo hoc quidem per sese constans, et stabile; beatitas autem incerta est, sæpiusque in id quod contrarium est, compulsa æqua lance rependitur. Præterea ad eam conservandam Dei ipsius auxilio opus est, et mente, et arte, et tempore, præclare quoque gestis, et ubivis, et variis, quæ nec experientia ulla constant, nec sunt iis, qui experiuntur, facilia: non enim quemadmodum homini secundus fortunæ successus advenit, ita sine labore ac sollicitudine conservatur. Sed vides nimirum quarumnam vitarum copia tragicorum scenis suppeditat; non in quibus plebeii, aut pauperculi, sed in quibus potentissimi principes aut tyranni incommodis afficiuntur. Quippe mediocris domus magnitudinem calamitatis non capit, neque infortuniorum gravitati mendicorum vita obnoxia est: qui vero secundiore utitur successu, is in periculis, et altera fortunæ conditione esse solet illustris. Quinetiam virtus sæpenumero secundas res prævenit, lausque ipsa beatitatis prædicationem antecessit, quasi fortunam puderet, si non manifestis virtutibus testimonium redderet. Hujus si exemplis fides facienda est, non est quod peregrina conquiramus. Veniat tibi parentis in memoriam, videbis in virtutis ei mercedem imperium obtigisse. At fortuna virtutis causa esse nequit. Recte autem, et secundum virtutem factorum quidam fortasse hactenus una felicitatem attraxerunt. Faxit Deus ut ex eorum numero sis, ut ne frustra hic philosophia sermonem instituerit! Imperatoria tibi majestas eatenus honorifica sit, quatenus ad virtutis exercitationem contulit, et eamdem provexit; cum et materiam suæ magnitudini consentaneam desideraret; neque rege inferiori posset vitæ proposito contineri.

5 Excolendus itaque animus est, uti regie sese habeat, et fortunæ patrocinandum est, ne inconsiderantiæ et temeritatis accusetur; quia non ab iisdem primordiis tibi et parenti vita processit. Huic militia regnum conciliavit: te ad militiæ laborem regia dignitas impellit, virtutemque fortunæ acceptam referre debes: illi bona cum labore

A ἐντεῦθεν ἐπαινέσαιμι· μάλιστα [γρ. κάλλιστα] δὲ ἂν μακαρίσαιμι. Ἔστι δὲ οὐ μία φύσις (10), ἀλλ' ἕτερον ἑκάτερον, μακαρισμὸς καὶ ἔπαινος. Μακαρίζεται μὲν γάρ τις ἐπὶ τοῖς ἔξωθεν· ἐπαινεῖται δὲ ἐπὶ τοῖς ἔνδοθεν, ἐφ' ὧν εὐδαιμονία τὴν ἕδραν ἴσχει. Κἀκεῖνο μέν ἐστι τύχης ἀτέκμαρτον δῶρον· τοῦτο δὲ γνώμης οἰκεῖον ἀγαθόν. Ταύτῃ καὶ τὸ μέν ἐστι παρ' ἑαυτοῦ βέβαιον· εὐτυχία δὲ πλάνον, καὶ πολλάκις γε ἀντιπεριϊστάμενον εἰς τοσοῦτον τὸ ἀντικείμενον. Καὶ δεῖ μὲν ἐπὶ τὴν φυλακὴν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, δεῖ δὲ νοῦ, δεῖ δὲ τέχνης, δεῖ δὲ καιροῦ, δεῖ δὲ ἔργων πολλῶν, καὶ πολλαχοῦ, καὶ παντοδαπῶν δὲ τούτων, ὧν οὔτε πεῖρά τίς ἐστιν, οὔτε ἔχει πειρωμένους εὐμάρειαν. Οὐ γὰρ ὥσπερ παραγίνεται τοῖς ἀνθρώποις μακαρισμὸς, οὕτως ἀπραγματεύτως διασώζεται· ἀλλ' ὁρᾷς γὰρ τίσι βίοις αἱ τραγῳδῶν σκηναὶ κεχορήγηνται, οὐκ ἀφ' ὧν δυστυχοῦσιν ἰδιῶται καὶ πένητες, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἰσχυροὶ καὶ δυνάσται καὶ τύραννοι. Οὐ γὰρ χωρεῖ μέγεθος συμφορᾶς οἰκία μικρὰ, οὐδὲ ὄγκον ἀτυχημάτων πτωχεία· τὸν δὲ λαμπρὸν ταῖς τύχαις, τοῦτόν ἐστι καὶ κινδύνοις ἐπιφανῆ γενέσθαι καὶ θατέρᾳ μερίδι τοῦ δαίμονος. Ἀλλὰ καὶ πολλάκις μὲν ἥρξατο εὐτυχίας ἀρετὴ, καὶ ἔπαινος ἠγήσατο μακαρισμοῦ τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ αἰσχυνομένης τῆς τύχης ἀρεταῖς ἐπιδήλοις μὴ μαρτυρῆσαι. Κἂν δείκνυται τοῦτο πιστώσασθαι παραδείγματι, μὴ θύραθεν αὐτὸ μετίωμεν, ἀναπέμπασαι δὲ τὸν πατέρα (11), καὶ ὄψει τὴν ἀρχὴν αὐτῷ μισθὸν ἀρετῆς δοθεῖσαν. Τύχη δὲ ἀρετῆς ἀναίτιος. Ἀλλὰ τῶν γε

B

C κατ' ἀρετὴν ἔργων ἤδη πού τινες καὶ τύχην συνεπεσπάσαντο. Τούτοις ἐναρίθμιος εἶης, ὦ βασιλεῦ, ἵνα μὴ μάτην δεῦρο φιλοσοφία φθέγγηται! Εἴη σοι τὸ βασιλεύειν ταύτῃ σεμνὸν, ὅτι τὴν ἀρετὴν ἐγύμνασε, καὶ προήγαγε δεομένην ὕλης ἀποχρώσης οἰκείῳ μεγέθει, καὶ οὐκ ἂν χωρηθεῖσαν ἐν ὑποθέσει βίου βασιλείας ἐλάττονι. Ἀσκητέον οὖν τὴν ψυχὴν ἔχειν βασιλικῶς, καὶ ἀπολογητέον ὑπὲρ τῆς τύχης, ἵνα μὴ ἀλογίας δώκηται, ὡς οὐχ ὁμοίοις φρονίμοις σοί τε καὶ τῷ πατρὶ προῆλθεν ὁ βίος. Τῷ μὲν ἡ στρατεία βασιλείαν προύξένησε· σὲ δὲ στρατεύει τὸ βασιλεύειν, καὶ ὀφείλεις ἀρετὴν τῇ τύχῃ· ὁ μὲν τἀγαθὲ πόνους ἐκτήσατο· σὺ δὲ αὐτὰ ἀπόνως ἐκληρονόμησας. Δεῖ δὴ πόνων ἐπὶ τὴν φυλακήν. Καὶ τοῦτ' ἔστιν

D ὃ πάλαι λέγω, τὸ χαλεπὸν, καὶ μυρίων ὀμμάτων δεόμενον· μὴ, ὅπερ εἰώθεν ἡ τύχη ποιεῖν, ἀνακάμψῃ μεταξὺ τῆς ὁδοῦ, καθάπερ οἱ μοχθηροὶ τῶν συνοδοιπόρων· τούτοις γέ τοι τὸ ἀστάθμητον αὐτῆς οἱ σοφοὶ προσεικάζουσιν. Ὁρᾷς ὅτι καὶ τῷ πατρὶ (καίτοι σαφῶς ἐπὶ κατορθώμασι γενομένης τῆς ἀναῤῥήσεως) οὐδὲ τὸ γῆρας ἀκόνιτον ἀφῆκεν ὁ φθόνος, οὐκοῦν οὐδὲ ὁ Θεὸς ἀστεφάνωτον· ἀλλ' ἐπὶ δύο τυράννους (12) ἐλθὼν, καὶ ἄμφω βαλὼν, ἐπὶ τῷ δευτέρῳ τροπαίῳ καταλύει τὸν βίον, ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ, τῇ δὲ φύσει

DION. PETAVII NOTÆ.

(10) Ἔστι δὲ οὐ μία φύσις. Vide Aristot. I *Nicomach.*, cap. 12; et VII *Polit.*, cap. 2, et I *Rhet.* Senec. lib. *De vita beata.*

(11) Ἀναπέμπασαι δὲ τὸν πατέρα. Theodosium M., de quo Claudianus *Paneg. in* IV *consul. Honor.*:

Digna legi virtus: ultro se purpura supplex
Obtulit, et solus meruit regnare rogatus.

(12) Ἀλλ' ἐπὶ δύο τυράννους. Maximum et Eugenium. Hunc vero paulo ante obitum devicit.

Digitized by Google

παραχωρήσας· πρὸς ἣν οὔτε ὅπλον ἰσχυρὸν, οὔτε A parta; tu eorumdem sine labore hæreditatem sor-
νοῦς εὐμήχανος, ἐντάφιόν τε ἔσχε τὴν ἀρετὴν, ἀδή- titus es, labore profecto ad ea tuenda opus est.
ριτον ὑμῖν τὴν βασιλείαν καταλιπὼν, ἣν σώζοι μὲν Atque illud est quod jampridem dicebam, arduum
ὑμῖν ἀρετὴ, σώζοι δὲ διὰ τῆς ἀρετῆς ὁ Θεός. Ὡς et molestum, quod infinitos oculos requirit, ne,
ἀπανταχοῦ δεῖ Θεοῦ, καὶ οὐχ ἥκιστα παρὰ τοῖς οὐκ ut fortuna solet, medio in itinere gradum referat,
ἀθληταῖς, οὐδὲ ἀντουργοῖς, ἀλλ' ὥσπερ ὑμῖν κλη- quemadmodum mali viæ comites faciunt, cum his,
ρονόμοις τῆς τύχης. Ἧς ὅτῳ πλεῖστον ἔνειμεν ὁ enim illius inconstantiam sapientes comparant.
Θεὸς, καὶ ὃν ἔτι κομιδῇ παῖδα (13) μέγαν βασιλέα Videsne ut ne parenti quidem (etsi is manifeste ob
καλεῖσθαι πεποίηκε, τοῦτον δεῖ πάντα μὲν πόνον αἱ- præclare a se, et cum laude gesta imperator esset
ρεῖσθαι, πᾶσαν δὲ ῥαστώνην ἀπολιπεῖν, ὕπνου μὲν acclamatus) senectutem laborum expertem invidia
ὀλίγον, φροντίδων δὲ πλεῖστον μεταλαγχάνοντα, εἰ reliquerit, ut nec ipsi Deus coronæ? Sed cum
μέλλοι τις τὸ βασιλέως ὄνομα προσῆκον αὐτῷ περι- adversus duos tyrannos profectus esset, utrisque
κεῖσθαι. Εὖ γὰρ ὁ παλαιὸς ἔχει λόγος, ὡς οὐ τὸ prostratis, de altero triumphans excessit e vita, non
πλῆθος τῶν ὑπηκόων ποιεῖ βασιλέα, οὐ μᾶλλον ἢ ulli quidem hominum, sed naturæ tamen cedens,
τύραννον· ἐπεὶ μηδὲ πλῆθος προβάτων ποιεῖ ποι- contra quam neque armorum fortitudo, neque
μένα, οὐ μᾶλλον ἢ μάγειρον, ὃς ἐλαύνει κατακόψων B ingenii calliditas valet : virtutemque pro sepul-
αὐτὰ, καὶ ἐμφορηθησόμενός τε αὐτὸς, καὶ ἄλλοις turæ honore consecutus est, pacato vobis imperio,
δεῖπνον ἀποδωσόμενος. Ἴσοις ὅροις φημὶ βασιλέα et sine contentione relicto, quod et vobis virtus,
τε καὶ τύραννον διεστάναι. Καίτοι τὰ παρὰ τῆς et virtutis præsidio Deus ipse tueatur. Quandoqui-
τύχης ἀμφοῖν ὅμοια. Ἄρχουσιν ἑκάτερος ἀνθρώπων dem cum ubicunque Dei auxilium necessarium est,
πολλῶν· ἀλλ' ὃς μὲν ἂν ἑαυτὸν (14) συντάττῃ τῷ tum iis præsertim, qui fortunam non certaminibus,
φαινομένῳ τῶν ἀρχομένων καλῷ, καὶ ἐθέλῃ μοχθεῖν, non proprio labore, atque industria quæsierunt, sed
ἵνα μηδὲν ἐκείνοις ᾖ μοχθηρὸν, καὶ προκινδυνεύειν, ut vos hæredes illius exstiterunt. Quam qui felicis-
ἵνα ἐπ' ἀδείας ἐκεῖνοι βιοτεύωσι, καὶ ἀγρυπνεῖν, καὶ simam Dei beneficio est adeptus, cuique in prima
συνεστιᾶσθαι μερίμναις, ἵνα νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέ- ætate magni regis appellationem concessit, nullum
ραν σχολάζωσι δυσχερῶν, οὗτός ἐστιν ἐν προβάτοις non laborem perferre oportet, et ab omni vitæ
μὲν ποιμὴν, ἐν ἀνθρώποις δὲ βασιλεύς. Ὅστις δὲ commoditate separari, ac somni quam parcissimi,
ἀπολαύει τῆς ἡγεμονίας εἰς τρυφὴν, καὶ καθηδυπα- sollicitudinum autem plurimarum esse participem,
θεῖ τὴν ἐξουσίαν, οἰόμενος δεῖν ἐμπιπλάναι τὰς αὐ- si quis regis nomen non immerito sibi velit obtinere.
τοῦ πάσας ὀρέξεις, ὅθεν οἰμώξεται τὸ ἀρχόμενον, C Recteque omnino vetus sententia : subjectorum
τοῦτο κέρδος τοῦ πολλῶν ἄρχειν τιθέμενος, τὸ παρὰ multitudinem regem non potius facere, quam ty-
πολλῶν αὐτῷ θεραπεύεσθαι τῆς ψυχῆς τὸ ἡδόμενον· rannum; sicut nec ovium multitudo pastorem po-
καὶ καθάπαξ εἰπεῖν, ὅστις οὐ πιαίνει τὴν ἀγέλην, tius, quam coquum, qui illas abigit, ut iis mactatis,
ἀλλ' αὐτὸς ὑπὸ τῆς ἀγέλης θέλει πιαίνεσθαι, τοῦτον non modo ipse famem expleat, sed et aliis epu-
καλῶ μάγειρον ἐπὶ βοσκημάτων, τοῦτον ἀποφαίνω landas pretio distrahat. Iisdem prorsus limitibus
τὸν τύραννον, ὅταν ᾖ δῆμος ἔλλογος τὸ ἀρχόμενον. Εἷς regem a tyranno distare censeo. Nam quod ad
οὗτος βασιλείας σοι γνώμων. Σὺ δὲ ἤδη σαυτὸν πρόσ- fortunam pertinet, ambobus haud dissimilis est :
αγε τῷ βασανιστηρίῳ· κἂν μὲν ἐφαρμόζῃς, χρῆ- in multos uterque homines imperium habet. Verum
σθαι δικαίως τῇ σεμνῇ προσηγορίᾳ τοῦ σεμνοῦ **6** qui id in vitæ ratione sequitur quod iis quibus
πράγματος· ἁφαρμόζων δὲ, ἐπανορθοῦν πειρῶ τὰ imperat, commodum videtur; qui laborem et mo-
διάστροφα, καὶ τῷ κανόνι προσφύεσθαι. Οὐ γὰρ ἀπο- lestiam perferre vult, ne quid illis molesti accidat;
γινώσκω (15) τῆς ἡλικίας χωρῆσαι πᾶσαν ἐπίδοσιν, qui pro illis periclitatur, ut in pace et securitate
μόνον εἴ τις αὐτὴν εἰς ζῆλον ἀρετῆς μυωπίσειεν. degant; quique vigilare, et in maximo concursu
Ἰσχυρὸν γὰρ ἡ νεότης ἐφ' ἑκάτερα ῥοπῇ· ὥσπερ οἱ sollicitudinum versari sustinet, ut noctu et inter-
ποταμοὶ ταῖς δοθείσαις ὁδῶν ἀφορμαῖς, ἀπλητότε- D diu iidem illi malis omnibus vacent : hic in genere
ρον ἐπεξέρχονται. Ταύτῃ καὶ δεῖ τῷ νέῳ βασιλεῖ φι- quidem ovium pastor, in hominum vero genere
λοσοφίας, ἢ προλαμβανούσης αὐτὸν, ἢ ἀνθελκούσης rex est habendus. At qui per luxum potestate ab-
ἀπὸ τῆς εἰς ἑκάτερον ἐκροῆς. Ἄλλαι μὲν γὰρ ἄλ- utitur, et imperium voluptate ac deliciis conterit,

DION. PETAVII NOTÆ.

(13) *Καὶ ὃν ἔτι... παῖδα.* Arcadius privato natus est Theodosio, biennio fere antequam a Gratiano fieret imperator. Siquidem mortuus est Basso et Philippo coss. anno ætatis XXXI, ut ait Socrates lib. VI, cap. 23. De coss. fidem faciunt Prosper, Cassiodorus, Marcellinus, estque horum annus Christi 408. Ita natus erit anno 377, vel 378. Honorius vero natus est Ricomere et Clearcho coss., anno Christi 384, sexto imperii Theodosii. Claudianus libro cit.:

Nasceris æquæva cum majestate verendus,
Nullaque privatæ passus dispendia sortis,
Omnibus acceptis ultro te regia solum
Protulit, et patrio felix adolescis in ostro.

Eodem faciunt Idatii verba in *Fastis* ad supra memoratos coss.: *Ipso anno natus est Honorius nob. in purpuris die* V *Id. Sept.*

(14) *Ἀλλ' ὃς μὲν ἂν ἑαυτόν.* Sumpsit e *Politico* Platonis. Vide et Xenoph. VIII *De instit. Cyri*, et *Dion.* orat. 4 *De regno.*

(15) *Οὐ γὰρ ἀπογιγνώσκω.* Imitatus est illa Platonis in *Theæteto:* Τῷ γὰρ ὄντι ἡ νεότης εἰς πᾶν ἐπίδοσιν ἔχει.

Digitized by Google

suas omnes cupiditates explendas sibi esse ducens, unde subjecti sibi gravissimis damnis afficiantur; idque ex multorum imperio lucrum deputat, si quamplurimi suis libidinibus ac cupiditatibus serviant; et, ut uno verbo dicam, qui gregem non saginare, sed a grege saginari vult: eum inter pecora coquum appello; eum tyrannum esse censeo, si idipsum cui præest, populus sit ratione præditus. Hæc unica regis est norma. Tu vero jam ad hoc tete examen admoveto: cui si quadraveris, merito augustam hanc augustæ rei appellationem tibi vindicato; sin ab eo dissideas, quod distortum est corrigere, et ad regulam teipsum accommodare contendito. Non enim de juvenili ætate despero, cujuslibet illam incrementi capacem esse, dummodo aliquis ipsam ad virtutis æmulationem exstimulet. Etenim juventus valido utrinque momento prægravatur: uti flumina, qua viæ facilitas datur, impetu vehementiore prorumpunt. Ideo juniori principi necessaria philosophia est, quæ aut eum anteveniat, aut a decursu in alterutrum altera ex parte cohibeat. Alia namque aliis virtutibus propinqua sunt vitia, et ab unaquaque non in aliam, quam in proximam, lubricus est præcepsque lapsus. Regiæ autem dignitati tyrannis vicina, et foribus admodum propinqua est, sicut fortitudini temeritas, liberalitati prodigentia. Ac qui magnanimus est, nisi philosophiæ beneficio intra virtutis limites coerceatur, si paululum prodierit, pro magnanimo arrogans fiet, et mente depravatus. Alium itaque nullum præter quam regiæ virtutis morbum tyrannidem reformides, atque discernas; cum præscriptis hac oratione indiciis ad id utens, tum eo potissimum, quod regi pro moribus leges sunt; tyranno pro legibus mores; imperium vero communis discrepantium a se invicem vitarum materia est. Cæterum 7 prosperitatis et felicitatis summum quodammodo culmen attigit, cujus ad voluntatem proprie omnia consequuntur; ejus autem voluntas prudentiam sequitur: cumque in externas res illa dominatum obtineat, huic tamen contubernali suæ, tanquam præstantiori, cedit imperio, ab eaque rerum agendarum signum et quasi tesseram exspectat. Non enim ad felicitatem imperium sufficit, neque in potentia est a Deo constituta beatitudo; sed accedat prudentia, vel potius præcedat oportet, quæ quam optime potestatem exerceat. Atque illam ego vitam hominemque absolutissimum prædico, qui integre ex utroque coalescat, neque alterutra parte claudicet; qui imperare cum sciret, imperium sit sortitus; quoniam firmissimum quiddam ex ambobus efficitur, quando cum animi prudentia vis et potestas conjungitur; quæ si mutuo dissocientur, et inconsideratæ vires, et imbellis prudentia levi negotio superantur. Equidem inter ea quæ a sapientibus Ægyptiis fiunt, illorum sum Mercurium admiratus. Ægyptii duplici deum specie fingunt, juvenem juxta senem collocantes, eaque re significantes, si quis ipsorum præclare sacra sit inspecturus, eum et sagacem et fortem esse oportere: quandoquidem alterum sine altero parum adjumenti conferre potest. Eadem ratione in sa-

λαις (16) ἀρεταῖς κακίαι γείτονες, καὶ ἀφ' ἑκάστης ὅλισθος οὐκ εἰς ἑτέραν, ἀλλ' εἰς τὴν γείτονα. Βασιλείᾳ δὲ τυραννὶς παροικεῖ, καὶ μάλα ἀγχίθυρος, καθάπερ ἀνδρείᾳ μὲν θρασύτης, ἐλευθεριότητι δὲ ἀσωτία. Καὶ ὁ μεγαλόφρων, ἢν μὴ παρὰ φιλοσοφίας εἴσω τῶν τῆς ἀρετῆς ὅρων φυλάττηται, προκύψας, ἀλαζὼν ἔσται καὶ φαῦλος τὴν γνώμην ἀντὶ τοῦ μεγαλόφρονος. Μὴ τοίνυν ἄλλην, ἀλλὰ τὴν βασιλείας νόσον τὴν τυραννίδα δείδιθί τε καὶ διαγίνωσκε, χαρακτῆρσι τοῖς τεθεῖσιν ὑπὸ τοῦ λόγου χρώμενος· μέγιστῳ δὲ, ὅτι βασιλέως μέν ἐστι τρόπος ὁ νόμος· τυράννου δὲ ὁ τρόπος νόμος· ἡ δὲ ἐξουσία κοινή τίς ἐστιν ὕλη, καὶ μαχομένων τῶν βίων. Εὐμοιρίας μὲν οὖν καὶ εὐδαιμονίας τὰ ἄκρα πατεῖ πᾶς, ὅτῳ φύσει πάντα μὲν ἕπεται τῇ βουλήσει· ἕπεται δὲ ἡ βούλησις τῇ φρονήσει, καὶ δεσπότις οὖσα τῶν ἔξω, παραχωρεῖ τῆς ἀρχῆς τῇ συνοίκῳ τῇ κρείττονι, καὶ δέχεται παρ' αὐτῆς τῶν πρακτέων συνθήματα. Οὐ γὰρ ἀπόχρη δυναστεία πρὸς εὐδαιμονίαν· οὐδ' ἐν ἰσχύι τὸ μακάριον ἔθηκεν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ δεῖ παρεῖναι, μᾶλλον δὲ προεῖναι τὴν φρόνησιν, ἥτις ἂν κάλλιστα τῷ ὠνασθαι χρήσαιτο. Καὶ τοῦτον ἐγὼ τελεώτατον ἄνδρα καὶ βίον ἀναγορεύω, τὸν ἄρτιον ἀπ' ἀμφοῖν, καὶ οὐ θατέρᾳ σκάζοντα, ὃς ἄρχειν ἔλαχεν, ἄρχειν εἰδώς· ὡς ἔστιν ἄμαχον (17), ὅταν ἰσχὺς καὶ σοφία συγγένωνται· διαληφθεῖσαι δὲ ἀπ' ἀλλήλων, ῥώμη μὲ ἀμαθὴς, καὶ φρόνησις ἀσθενὴς, εὐχείρωτοι γίνονται. Καὶ ἐγὼ τοῦτο τῶν σοφῶν Αἰγυπτίων ἐθαύμασα τὸν Ἑρμῆν. Αἰγύπτιοι διπλῆν ποιοῦσι τὴν ἰδέαν τοῦ δαίμονος, νέον ἱστάντες παρὰ πρεσβύτῃ, ἀξιοῦντες, εἴπερ τις αὐτῶν μέλλοι καλῶς ἐφορεύσειν, ἔννους τε εἶναι καὶ ἄλκιμον, ὡς ἀτελὲς εἰς ὠφέλειαν θάτερον παρὰ θάτερον. Ταῦτ' ἄρα καὶ ἡ Σφὶγξ αὐτοῖς ἐπὶ τῶν προτεμενισμάτων ἱδρύεται, τοῦ συνδυασμῶ τῶν ἀρετῶν ἱερὸν σύμβολον, τὴν μὲν ἰσχὺν, θηρίον, τὴν δὲ φρόνησιν, ἄνθρωπος. Ἰσχύς τε γὰρ ἔρημος ἡμονίας ἔμφρονος, ἐμπληκτος φέρεται, πάντα μὲ γνόυουσα καὶ ταράττουσα πράγματα· καὶ ὡς ἀχρεῖος εἰς πρᾶξιν ὑπὸ χειρῶν οὐχ ὑπηρετούμενος. Κόσμος μὲν οὖν βασιλέως, ἀρεταὶ πᾶσαι· φρόνησις δὲ ἁπασῶν βασιλικώτερα. Ταύτην μοι ποίησαι πάρεδρον· ἕψεται γὰρ ἡ τριττὺς τῇ πρεσβυτέρᾳ τῶν ἀδελφῶν· καὶ πάσας εὐθὺς ἕξεις συσκήνους καὶ συστρατιώτιδας ἐπὶ σοί.

DION. PETAVII NOTÆ.

(16) Ἄλλαι μὲν γὰρ ἄλλαις. Gregor. Nazianz. orat. 20 *in S. Basil.* : Καὶ γὰρ οὐ φαύλως τοῦτό τινες πεφιλοσοφήκασιν, ὅτι παραπεπήγασι ταῖς ἀρεταῖς αἱ κακίαι, καί εἰσί πως ἀγχίθυροι, καὶ ῥᾷστον ἄλλο τι ὄντα ἕτερον νομισθῆναι τοῖς μὴ τὰ τοιαῦτα πεπαιδευμένοις.

(17) Ὡς ἔστιν ἄμαχον. Repetuntur eadem lib. I. *De Provid.*

Digitized by Google

crarum ædium vestibulis sphingis effigiem collocant, arcanum utriusque virtutis conjungendæ symbolum; quæ qua parte bestia est, robur; qua vero parte homo est, prudentiam demonstrat. Vis enim corporis prudenti moderamine destituta præceps ruit, cuncta miscens atque confundens; rursus vero minime idonea ad agendum ea mens est, quæ manuum officio caret. Regium sane quidem ornamentum virtutum omnium concursus est; prudentia tamen præ cæteris maxime regi convenit. Ergo hanc tibi asseclam concilles; reliquæ enim tres sororem natu grandiorem sequuntur; statimque contubernales apud te omnes bellique socias habiturus es.

δ'. Λόγον ἐρῶ τοῦτον ἄτοπον ὡς εὐθὺς ἀκοῦσαι, παντὸς δὲ δή που τῆς ἀληθείας ἐχόμενον. Ὅταν ἀσθένειαν ἐγὼ πρὸς δύναμιν ἐξετάζω, καὶ πενίαν πρὸς πλοῦτον, καὶ τὰς ἐν ἅπασι μειονεξίας πρὸς τὰς ἐν ἅπασι πλεονεξίας, εἰ δίχα φρονήσεως καθαρᾶι πρὸς ἀλλήλας κρίνοιντο, πενία τε καὶ ἀδυναμία, καὶ βίος ἰδιώτης, ἀντὶ τῆς μεγίστης ἡγεμονίας, εὐτυχέστεραι παρεῖναι τοῖς ἥκιστα ἐπηβόλοις νοῦ καὶ φρονήσεως· ἐλάττω γὰρ ἄρα ἐξαμάρτοιεν, τῆς ἐν τῇ γνώμῃ κακίας οὐχ εὑρισκούσης πρόδον εἰς ἐνέργειαν. Τὰ γὰρ θυραῖα τῶν ἀγαθῶν, ἅπερ ὀργανικὰ καλεῖν ἔθος (18) Ἀριστοτέλει, καὶ Πλάτωνι, τοῖς ἐμοῖς ἡγεμόσιν, ὑπηρετεῖν οἷδε κακίαις οὐ μεῖον, ἢ ἀρεταῖς. Ταύτῃ καὶ τὼ ἄνδρε τούτω, καὶ ὅσοι γε ἀπὸ τούτων ῥύακες φιλοσοφίας ἐρρύησαν, οὔτε τῆς ἀμείνονος αὐτὰ προσηγορίας ἠξίωσαν, οὔτε τῇ χείρονι κατεδίκασαν, ἀλλ' ὀργανικὰ καλοῦσι, νῦν μὲν ἀγαθά, νῦν δὲ κακά, ταῖς τῶν χρωμένων ἕξεσιν αὐτὰ χρωματεύοντες. Ὥσπερ οὖν εὐχῆς ἄξιον ἀπεῖναι τοῦ φαύλου τὰ ὄργανα, ὅπως ἀνενέργητον ἔχῃ τὴν μοχθηρίαν, οὕτω παρεῖναι τῷ καλῶς χρησομένῳ, οὗ πάντες ἂν καὶ πόλεις, καὶ ἰδιῶται ὀνίναιντο· ἵνα μὴ ἀχρεία καὶ ἄπρακτος ἀρετῆς φύσις ἀγνοουμένη μαραίνηται, ἀλλ' εἰς ἀνθρώπων εὐεργεσίας δαπανήσῃ τὴν δύναμιν. Οὕτω μοι χρῶ τοῖς προκειμένοις ἀγαθοῖς· καὶ γὰρ μόνως ἂν οὕτως ἀγαθοῖς χρήσαιο. Ἀπολαυόντων οἶκοι, καὶ πόλεις, καὶ δῆμοι, καὶ ἔθνη, καὶ ἠπειροι, προνοίας βασιλικῆς, καὶ κηδεμονίας ἐμφρονος, ἣν ὁ Θεὸς αὐτὸς ἑαυτὸν ἐν τοῖς νοητοῖς στήσας ἀρχέτυπον, δίδωσιν εἰκόνα τῆς προνοίας· καὶ ἐθέλει τὰ τῇδε τετάχθαι κατὰ μίμησιν ὑπερκόσμιον. Φίλος οὖν τοῦ μεγάλου βασιλέως ὁ δεῦρο ὁμώνυμος, ἂν μὴ ψεύδηται τοὔνομα. Οὐ ψεύδεται δὲ, ἂν καὶ θάτερον παρῇ τῶν ὀνομάτων τοῦ Θεοῦ. Ὃ πρὶν εἰπεῖν, οὐκ ἂν ἄκαιρον εἴη διαλεχθῆναί τι τῶν παρὰ φιλοσοφίας ἐνθάδε σαφήνειαν προοικονομούμενον.

4. Dicam eum ego sermonem, qui etsi subinde auditus insolens atque absurdus videbitur, omnino tamen est cum veritate conjunctus: quoties aut imbecillitatem cum viribus, aut cum opibus paupertatem, aut superiores in omnibus rebus partes cum inferioribus confero, si a prudentia separatæ sinceræque mutuo comparentur; paupertatis, et imbecillitatis, ac privati status, pro principatu, conditio, multo iis felicior est, qui mentis nequaquam sunt prudentiæque compotes. Etenim minus certe deliquerint, si animi improbitas ipsum ad agendum processum expedire nequeat. Nam externa bona, quæ administra ab Aristotele et Platone ducibus meis appellari solent, nihilo secius vitiis quam virtutibus inserviunt. Propterea tam ambo illi, quam qui ab iis philosophiæ rivuli manarunt, neque meliori ipsa appellatione dignati sunt; neque deteriori prorsus addicenda esse judicarunt; sed administra vocant, quæ nunc boni, nunc mali rationem habeant, ac pro eorum qui utuntur affectu diversis ea coloribus depingunt. Quemadmodum ergo magnopere expetendum est, ut scelerato homini instrumenta desint, quo inefficax sit illius nequitia, sic ut illi adsint optandum est, qui recte sit usurus; a quo omnes cum civitates, tum privati emolumentum capiant, ne inutilis et iners virtutis natura in tenebris atque obscuritate marcescat; quin ipsa potius in homines beneficiis juvandos suam facultatem insumat. Ad eum usum parata, et in promptu posita bona compares: hoc enim solum pacto bonis iisdem uteris. Itaque per familias, et civitates, et populos, et nationes, et continentes, universi regia providentia, et prudenti sollicitudine fruantur, quam Deus ipse, sese in intellectibilibus rebus archetypum præbens, providentiæ suæ quamdam imaginem tribuit, inferioraque ista jubet ex sublimiorum rerum imitatione temperari. Proinde summi regis amicus est, qui hic eadem cum illo appellatione gaudet, nisi nomen illud falso gerat. Tunc autem non falso sustinebit, cum vel alterum ex divinis nominibus in ipso reperietur. Quod antequam explicemus, non intempestivum erit nonnulla ex philosophia præmittere, ut ad eorum, quæ dicam, intellectum aditus præparetur.

ε'. Οὐδὲν οὐδαμῇ πω (19) πέφηνεν ὄνομα τῆς οὐσίας ἀπτόμενον τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ἀτευκτοῦντες αὐτοῦ τῆς ἐμφάσεως ἄνθρωποι, διὰ τῶν ἀπ' αὐτοῦ ψαύειν ἐθέλουσιν αὐτοῦ. Κἂν πατέρα τὸν [*forte* κἂν] ποιητήν· κἂν ὁτιοῦν εἴπῃς, κἂν ἀρχήν, κἂν αἴτιον,

5. Nullum usquam nomen inventum est, quod Dei naturam assequeretur; sed cum ab ea exprimenda homines aberrarent, per ea, quæ ab illo fiebant, ipsum attingere conati sunt. Sive ergo patrem, sive conditorem, sive aliud quidpiam

DION. PETAVII NOTÆ.

(18) [IX] Ἅπερ ὀργανικὰ καλεῖν ἔθος. Plato in *Menone*, *Euthyd.* et II *De Leg.*; Arist. I *Ethic.* Vide Apul. *De philos.*

(19) Οὐδὲν οὐδαμῇ πω. Vide Gregor. Nyss. libb. II VI, IX, XII *contra Eunom.*; Basil. epist. 80; Cyrillum I *contra Jul.* ex Porphyrii lib. IV *Philosophicæ historiæ.*

Digitized by Google

dixeris, sive principium, sive causam, hæc omnia quædam sunt illius ad ea quæ ab ipso oriuntur habitudines. Eodem modo regem si appelles, ab iis, quorum rex est, non ab eo, quod illi proprium est, naturam ipsius assequi conaberis. Venio jam ad reliquum ejus nomen, quod vobis pollicitus, in hoc tempus distuleram. Ecquid vero est quod terrarum principi attributum, ac cum eo conjunctum, ratum facere ipsum dixeram, 9 palamque comprobare, non falso sed merito id sibi nomen arrogare? Bonum utique Deum omnes tam sapientes quam imperiti homines ubique celebrant; idque universi mutuo consensu atque una voce profitentur; licet, quod ad alia spectat, variis de Deo sententiis dissideant, et incorruptam illius atque individuam naturam mira opinionum diversitate partiantur. Nondum tamen hoc ipsum bonum, quantumvis extra contentionem positum, Dei in natura sua stabilitatem declarat; ex iis vero quæ posteriora sunt, corrogatur. Nec enim boni nomen absolutum quid auribus sonat, sed illis bonum, quorum efficax est, quique eo frui possunt. Nam nulla alia subest huic vocabulo notio, quam ut Deum bonorum omnium causam significet; sacræque in augustissimis mysteriis patrum nostrorum preces, quæ ad Deum supra omnia eminentem clamant, non ipsius principatum prædicant, sed providentiam curamque venerantur. Quamobrem et Deus eorum, quæ Deo congruunt munificentissimus est, vitæ scilicet, naturæ atque mentis; et si quid aliud eorum, quæ posteriora sunt, non indignum sit quod a priori derivetur. Tibi vero consentaneum imprimis est, ut quem semel accepisti ordinem nunquam deseras, neque ei nominis affinitati rem pudendam facias, sed ad ejus imitationem te conferas, civitatesque non solum omni bonorum genere cumules, sed etiam felicitatem quantam potes in unumquemque civium effundas. Ita demum magnum tete regem nuncupantes, a veritate non aberrabimus; non consuetudini hunc honorem permittentes, non utilitatem captantes, non iram deprecantes, sed ipso animi judicio annuentes, fidæque mentis interpretis linguæ operam adhibentes. Age vero, regem tibi, tanquam simulacrum quoddam erigens, hac oratione describam; tu porro simulacrum istud vivens, et animatum ostendes. Ad ejus igitur opificium, si opus fuerit, nonnihil ex iis assumam, quæ antiquis, ac beatis viris in animum inciderunt. Ea vero nihilo hæc aliis minus, imo magis amplectere; quasi citra omnem controversiam ea regem apprime deceant, de quibus idem est cum antiquorum, tum novissimorum sapientum judicium.

A ταῦτα πάντα σχέσεις εἰσὶν αὐτοῦ πρὸς τὰ παρ' αὐτοῦ. Καὶ βασιλέα τοίνυν εἰπὼν, ἀπὸ τῶν βασιλευομένων, ἀλλ' οὐκ αὐτοπροσώπως ἐπεχείρησας τῆς φύσεως αὐτοῦ δράξασθαι. Νῦν οὖν ἐρῶν ἔρχομαι καὶ τὸ λοιπὸν τῶν ὀνομάτων, ὅπερ ὑποσχόμενος ὑμῖν, εἰς καιρὸν τοῦτον ἀνήρτησα· καὶ τί τοῦτ' ἔστι τὸ συντεταγμένον, καὶ συγγενόμενον τῷ δεῦρο βασιλεῖ, ὃ κυροῦν ἔφην αὐτὸν καὶ ἀποφαίνειν τυχόντα (20), καὶ οὐ ψευδώνυμον; Ἀγαθόν που τὸν Θεὸν ὑμνοῦσιν ἅπαντες ἀπανταχοῦ καὶ σοφοὶ δῆμοι καὶ ἄσοφοι· καὶ ταύτῃ συγχωροῦσιν ἀλλήλοις καὶ ὁμοφωνοῦσιν ἅπαντες, οἱ τὰ ἄλλα διαστάντες περὶ τὰς ὑπολήψεις τοῦ Θείου, καὶ τὴν ἀκήρατον αὐτοῦ καὶ ἀμερῆ φύσιν δόξαις ἑτερογνώμοσι μερισάμενον. Ἀλλά τοι καὶ τοῦτο τὸ ἀγαθὸν τὸ ἀναμφισβήτητον, οὕτω μηνύει τοῦ Θεοῦ τὴν ἐν τῷ εἶναι ἕδραν· ἠρέμισται δὲ ἀπὸ τῶν ὑστέρων. Οὐ γὰρ ἀπόλυτον εἰς ἀκοὴν ἔρχεται τἀγαθὸν, ἀλλ' ἐκείνοις ἀγαθὸν, ὧν ἐστι πρακτικὸν, καὶ οἷς ἐστιν ἀπολαυστόν· τοῦτο γὰρ ἡ διάνοια βούλεται τοῦ ὀνόματος ἐφερμηνεύειν τὸν Θεὸν αἴτιον ἀγαθῶν· ἱεραί τε ἐν τελεταῖς (21) ἁγίαις εὐχαὶ πατέρων ἡμῶν ἐκβοῶσαι πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, οὐ τὴν δυναστείαν αὐτοῦ κυδαίνουσιν, ἀλλὰ τὴν εὐδαιμονίαν προσκυνοῦσιν. Ὅ τε οὖν Θεὸς δωρητικός ἐστιν ὧν προσήκει Θεῷ, ζωῆς καὶ οὐσίας καὶ νοῦ, καὶ εἰ δή τι τῶν ὑστέρων οὐκ ἀνάξιον ἦκειν παρὰ τοῦ πρώτου. Σοὶ δ' ἂν προσήκοι μὴ λιπεῖν τὴν τάξιν καθὼς ἐτάχθης, μηδὲ αἰσχύνειν τὰς ὁμωνυμίας, ἀλλ' ἐπιτίθεσθαι τῇ μιμήσει· ἐπικλύζειν μὲν ἀγαθοῖς; ἅπασι τὰς πόλεις· καταχεῖν δὲ εὐδαιμονίαν, ὅση δυνατὴ τῶν ἀρχομένων ἑκάστῳ. Οὕτω βασιλέα μέγαν ὀνομάζοντες ἐπαληθεύοιμεν, τὴν τιμὴν οὐκ ἔθει διδόντες, οὐ θεραπεύοντες χρείαν, οὐκ ὀργὴν παραιτούμενοι, ἀλλ' αὐτῷ τῷ κρίνοντι τῆς ψυχῆς ἐπινεύοντες, ἀδόλῳ γνώμης ἑρμηνεῖ τῇ γλώττῃ χρώμενοι. Φέρε δή σοι γράψω λόγῳ τὸν βασιλέα, ὥσπερ ἄγαλμα στήσας· σὺ δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦτο κινούμενον ἐπιδείξεις, καὶ ἔμπνουν γενόμενον. Οὐκοῦν συμπαραλήψομαι μὲν εἰς δημιουργίαν, εἰ τοῦτο δέοι, τῶν τοῖς παλαιοῖς τε καὶ μακαρίοις ἀνδράσιν ἐπὶ νοῦν ἐλθόντων. Σὺ δὲ μηδὲν ἧττον αὐτὰ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀγάπα [γρ. ἀγαπᾷν], ὡς ἀδηρίτως προσῆκοντα βασιλεῖ, περὶ ὧν ὁμοίως φρονοῦσι παλαιοί τε καὶ νέοι σοφοί.

DION. PETAVII NOTÆ.

(20) *Καὶ ἀποφαίνειν τυχόντα.* Forte δικαίως τυχόντα.

(21) *Ἱεραί τε ἐν τελεταῖς.* Suspicatur Camerarius scripsisse Synesium πάτερ ἡμῶν, et ad legitimam orationem alludere, quam Dominicam appellant. Hæc enim oratio sacris in mysteriis edebatur. Hieronymus *contra Pelag.* lib. III, *Sic docuit apostolos suos, ut quotidie in corporis illius sacrificio credentes audeant loqui,* « *Pater noster, qui es in cœlis,* » etc. Solis autem initiatis ea licebat uti. Chrysostomus hom. XXI *in Matth.* : Ὅτι γὰρ τοῖς αὐτὴ ἡ προσευχὴ προσήκει, καὶ οἱ νόμοι τῆς ἐκκλησίας διδάσκουσι, καὶ τὸ προοίμιον τῆς εὐχῆς. Ὁ γὰρ ἀμύητος οὐκ ἂν δύναιτο Πατέρα καλεῖν τὸν Θεόν. *Hanc enim solis convenire fidelibus orationem cum leges Ecclesiæ docent, tum orationis ipsius proœmium. Qui enim nondum initiatus est, non posset Patrem appellare Deum.* Theodoretus lib. V *contra hær.* : Ταύτην δὲ τὴν προσευχὴν οὐ τοὺς ἀμυήτους, ἀλλὰ τοὺς μυσταγωγουμένους διδάσκομεν.

Digitized by Google

ς'. Εὐσέβεια δὲ πρῶτον ὑποβεβλήσθω χρηπὶς ἀσφαλὴς, ἐφ' ἧς ἑστήξει τὸ ἄγαλμα ἔμπεδον· καὶ οὐ μήποτε αὐτὸ περιτρέψῃ χειμὼν τῆς χρηπῖδος ἐχόμενον. Αὕτη μὲν δὴ καὶ συναναβήσεται καὶ πολλαχοῦ [γρ. πολλαχῇ] φανεῖται· πρὸς τῇ κορυφῇ δὲ οὐχ ἥκιστα. Ἔνθεν ἐλὼν, φημὶ δεῖν, ἡγουμένου Θεοῦ, τὸν βασιλέα πρῶτον αὐτὸν αὑτοῦ βασιλέα εἶναι, καὶ μοναρχίαν ἐν τῇ ψυχῇ καταστήσασθαι. Εὖ γὰρ ἴσθι τοῦτο, ὡς οὐχ ἁπλοῦν τι χρῆμα, οὐδὲ μονοειδὲς ἄνθρωπος, ἀλλὰ συνῴκισεν ὁ Θεὸς εἰς ἑνὸς ζώου σύστασιν ὄχλον δυνάμεων παμμιγῆ τε καὶ πάμφωνον· καὶ ἐσμὲν ὕδρας, οἶμαι, θηρίον ἀτοπώτερον, καὶ μᾶλλόν τι πολυκέφαλον. Οὐ γὰρ ταὐτῷ δήπου νοοῦμεν, καὶ ὀρεγόμεθα, καὶ λυπούμεθα, οὐδὲ ταὐτῷ [γρ. αὐτῷ] καὶ θυμούμεθα· οὐδὲ ὅθεν ἡδόμεθα καὶ φοβούμεθα. Ἀλλ' ὁρᾷς ὡς ἔνι μὲν ἄρρεν ἐν τούτοις, ἔνι δὲ θῆλυ· καὶ θαῤῥαλέον τε, καὶ δειλόν· ἔνι δὲ τὰ παντοδαπῶς ἀντικείμενα· ἔνι δέ τις ἡ μέση διὰ δὴ πάντων φύσις, ἣν νοῦν καλοῦμεν· ὃν ἀξιῶ βασιλεύειν ἐν τῇ τοῦ βασιλέως ψυχῇ, τὴν ὀχλοκρατίαν τε, καὶ δημοκρατίαν τῶν παθῶν καταλύσαντα. Ἀφ' ἑστίας γὰρ ἂν οὕτος βασιλεύσειε τῇ κατὰ φύσιν ἀρχῇ τῆς ἡγεμονίας χρησάμενος· ὡς ὅστις γε τὰς ἀλόγους τῆς ψυχῆς μοίρας τιθασσοὺς καὶ χειροήθεις ποιήσας, κατηκόους τῷ λόγῳ παρέσχετο, εἰς μίαν ἡγεμονίαν ἔμφρονα συντάξας τὸ πλῆθος, οὗτός ἐστιν ὁ θεῖος, καὶ ἰδιώτης, καὶ βασιλεύς· μᾶλλον δὲ βασιλεὺς, ὅτι τὴν ἀρετὴν οὗτος ἔθνεσιν ὅλοις κοινοῦται, καὶ τῶν ἑνὸς ἀγαθῶν πολλοὶ ἐπαυρίσκονται ἄνθρωποι. Τούτῳ γὰρ ἀνάγκη τὸ ἔνδοθεν ἀστασίαστον διάγειν, καὶ μέχρι προσώπου γαλήνην ἔνθεον. Καὶ ἔστιν οὐ φοβερὸν, ἀλλ' ὑπέρσεμνον θέαμα, ἐν αἰδοῦς ἀκύμονι διαθέσει, φίλους μὲν (ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν ἀγαθοὺς) ἐκπλήττων, τοὺς δὲ ἐχθρούς τε καὶ πονηροὺς καταπλήττων. Μετάνοια δὲ οὐκ ἐμβατεύει τῇ τούτου ψυχῇ· πράττει γὰρ ὅ τι ἂν πράττῃ. δεδογμένα πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ψυχῆς πράττων· τῷ πάντα πρὸς μίαν ἀρχὴν κεκοσμῆσθαι [γρ. κοσμεῖσθαι], καὶ μὴ ἀπαξιῶσαι μέρη τε εἶναι, καὶ εἰς ἓν τὸ ὅλον συννεῦσαι. Ὅστις δὲ διοικίζει τὴν προσβολὴν τῶν μερῶν τούτων, ἐνδοὺς αὐτοῖς εἰς ἐνέργειαν πολλοῖς εἶναι, καὶ ἀνὰ μέρος ἐθέλει ἀναπείθειν τὸ ζῶον, τοῦτον ὄψει νῦν μὲν ὑψοῦ τὴν γνώμην, νῦν δὲ ὕπτιον· τεταραγμένον, νῦν μὲν ὁρμῇ· νῦν δὲ φυγῇ, καὶ λύπαις, καὶ ἡδοναῖς, καὶ ἀτόποις ὀρέξεσιν· ὁμολογεῖ δὲ οὐδέποτε οὗτος ἑαυτῷ.

A 6. Religio autem, et pietas firma imprimis ei basis subjiciatur, in qua stabile atque inconcussum simulacrum perstet, nec unquam basi firmiter insidens ulla vis tempestatis excutiat. Illa vero una **10** et ascendet, et pluribus in locis apparebit, potissimumque in vertice residebit. Inde sermonem exorsus primum omnium regem, duce Deo, ipsum sui ipsius regem oportere esse censeo, monarchiamque sibi quamdam in animo constituere. Sic enim habeto, non uniusmodi quidpiam, aut simplex esse hominem, sed in unius animalis coagmentationem, promiscuam ac multiplicem facultatum turbam simul a Deo esse collatam, nosque monstrum esse hydra, ut opinor, prodigiosius, pluribusque capitibus præditum. Non enim B eadem parte intelligimus, aut appetimus, aut tristamur, aut irascimur; neque qua voluptate afficimur, eadem et timemus. Sed vides ut in iis maris insit, feminæque diversitas; aliud quod audax, aliud quod formidolosum sit. Insunt præterea quæ omnino sibi invicem contraria sunt; inest et media quædam natura, quæ omnia hæc permeat, quam mentem appellamus, quamque ego, profligato turbæ atque inconditæ multitudinis imperio, dignam judico, quæ in anima regis dominatum obtineat. Is enim consentaneum regnandi initium ceperit, qui ab eo, quod secundum naturam est, imperandi auspicium fecerit, quoniam quicunque rationis expertes animæ partes ciccratas et tractabiles reddens, rationi obsequentes C efficit, et sub unicum prudentemque principatum multitudinem componit, hic vere divinus, sive rex, sive privatus est homo: rex autem eo magis, quo suam universis nationibus virtutem communicat, et unius bonis quamplurimi homines fruuntur. Necesse est enim interiora in eo tranquilla esse perpetuo, ac seditione vacare, ac vel oretenus, ac vultu, divinam quamdam serenitatem efflorescere. Estque non id formidabile, sed majestatis plenum spectaculum; cum placido minimeque fluctuanti ingenui pudoris affectu, amicis quidem (idem autem est ac si bonis dicamus) sui admirationem injicit; hostes vero, eosdemque malos, terrore afficit. Jam pœnitentiæ nullus in ejusmodi anima locus esse potest; quidquid enim molitur ex communi molitur omnium animæ partium consensu; propterea quod singulæ unius ad nutum temperatæ, neque partes esse, neque in unum idemque totum consentire detrectant. At qui earum partium appulsum et functiones dividit, hisque ut in agendo multiplices sint, permittit, ac vicissim animal in suam sententiam trahere nititur, eum nunc excelso, nunc supino, abjectoque animo videas, et modo appetitu, **11** modo fuga, doloribus, voluptatibus, absurdisque perturbari cupiditatibus, nec unquam sui ipsius esse similem.

Καὶ μαθάνω μὲν οἷα δρᾶν μέλλω κακά·
Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,

D *Nec me latet quæ mox facienda sint mala:*
Sed ira nostra est consilio omni fortior,

DION. PETAVII NOTÆ.

Οὐδεὶς γὰρ τῶν ἀμυήτων λέγειν τολμᾷ, « Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, » μήπω δεξάμενος τῆς υἱοθεσίας τὸ χάρισμα. *Hanc orationem non eos qui nondum initiati sunt, sed qui initiantur docemus. Nullus enim ex iis qui initiati non sunt, dicere audet: « Pater noster, qui es in cœlis, » antequam adoptionis gratiam acceperit.* Ideo competentibus feria II Majoris hebdomadæ tradi consueverat, ut indicat August. homil. 42, *De Orat. Domin.*, quam homiliam illa die dixit. Porro Christianum fuisse cum hanc legationem obiret Synesium, in ejus Vita demonstravimus.

Digitized by Google

dicebat aliquis, qui æqualium facultatum diversitatem, ac dissidium agnoscebat. Istud profecto primarium, ac summe regium est, sui ipsius esse regem; mentemque domesticæ feræ, quasi moderatricem, præficere; neque cum infinitis propemodum hominibus dominari velis, ipsum turpissimis servire dominis, voluptati, dolori, et quæcunque his affines belluæ suum in animali domicilium habent.

A ἔφη τις (22), ἐπιγνοὺς τὴν ἑτερότητα καὶ διχόνοιαν τῶν ἴσων δυνάμεων. Τοῦτό σοι πρῶτον, καὶ σφόδρα βασιλικὸν, αὐτὸν ἑαυτοῦ βασιλεύειν, τὸν νοῦν ἐπιστήσαντα τῷ συνοίκῳ θηρίῳ, καὶ μὴ κρατεῖν ἀξιοῦντα πολλάκις μυρίων ἀνθρώπων, ἔπειτα αὐτὸν δοῦλον εἶναι δεσποινῶν αἰσχίστων, ἡδονῆς, καὶ λύπης, καὶ ὅσα σύγγονοι θῆρες ἐνδιαιτῶνται τῷ ζώῳ.

7. Hinc a seipso progrediens rex cum propinquioribus primum et amicis versabitur, quibuscum capita conferentibus de summa rerum consilium capiet. Hos amicos appellabit ille, non id nomen dissimulanter usurpans; neque perinde agens, ut qui molestam et invidiosam dominationem longe reipsa et factis humaniori quam veriori appellatione, molliunt. Nam quæ ulla rege dignior possessio, quam amici consortium? Quis secundarum rerum particeps jucundior? quis in adversis fortunæ casibus tolerandis stabilior? quis in laudando sincerior? quis in acriter objurgando minus molestus? Probi autem ac benigni regis quodnam evidentius populo argumentum esse potest, quam si beatos eos faciat, quorum familiaritate utitur? Hæc enim pacto etiam longinquioribus amabilem sese præstabit, ac bonis id optabile erit, regis ad amicitiam posse pertingere. Quorum contraria omnia tyrannis suppetunt; propter quos scitum hoc proverbium obtinuit; *Procul Jove et fulmine:* quod eorum causa, qui cum familiaribus suis invidiose versantur, multo tutiorem esse decet otiosam cum securitate vitam, quam ea omnia pericula, quæ in illustri vitæ statu reperiuntur. Simul enim atque ob tyranni gratiam beatus aliquis prædicari cœpit, mox in ejusdem offensionem incurrens, miseratione dignus existimatur. Rex autem id exploratum habet, Deum quidem sibi sufficere, et antiquam eam esse naturam, quæ supra id omne, quod subjectum sibi est, eminet: homini vero multis, atque ejusdem conditionis hominibus imperanti, ad cujuslibet rei provisionem propriam naturam minime sufficere. Hunc igitur compensare studens naturæ defectum, amicos in ejusdem naturæ communionem asciscit; itaque vim quodam modo suam multiplicem facit. Sic enim accidet ut ei omnium oculis videat, 12 et omnium auribus audiat, et omnium animis in unum consentientibus consilium capiat.

B Ζ'. Ἐντεῦθεν δὲ ἤδη παρ' ἑαυτοῦ προϊὼν ὁ βασιλεὺς πρώτοις ἐντεύξεται τοῖς πέλας τε καὶ φίλοις, μεθ' ὧν συνεστώτων περὶ τῶν ὅλων βουλεύσεται. Τούτους προσερεῖ φίλους, οὐ κατειρωνευόμενος τοῦ ὀνόματος· οὐδὲ ὥσπερ οἱ κολάζοντες τὸ τραχὺ καὶ πρόσαντες τῆς δεσποτείας ἔργῳ φιλανθρωποτέρῳ τῆς ἀληθείας ὀνόματι. Τί γὰρ κτῆμα βασιλικὸν οὕτως, ὥσπερ ὁ συνὼν φίλος; Τίς εὐτυχίας κοινωνὸς ἡδίων; τίς δὲ διενεγκεῖν χείρω τύχης ῥοπὴν ἀσφαλέστερος; τίς ἀδολώτερος εἰς ἔπαινον; τίς εἰς πλήττουσαν νουθεσίαν ἀλυπότερος; Εὐγνώμονος δὲ βασιλέως; ποῖον ἐπιδηλότερον τῷ πλήθει τεκμήριον, ἢ εἰ φαίνοιτο ζηλωτοὺς ποιῶν ἀεὶ τοὺς συνόντας; Οὕτω γὰρ καὶ τοῖς πόρρωθεν ἐραστὸς ἂν εἴη, καὶ γένοιτο ἂν ἀγαθοῖς εὐχὴ τεύξασθαι φιλίας βασιλικῆς. Ὧν τἀναντία τοί; τυράννοις ὑπάρχει, δι' οὓς ἡ κομψὴ παροιμία, *Πόρρω Διός τε καὶ περαυνοῦ*, διὰ τοὺς ἐπιβούλως τοῖς συνοῦσι χρωμένους, ἀδεέστερον εἶναι λέγουσα τὴν μετ' ἀπραγμοσύνης ἀσφάλειαν τῶν ἐν ἐπιφανεῖ βίῳ κινδύνων. Οὐ γὰρ ἔφθασέ τις μακαρισθῆναι τῆς τοῦ τυράννου φιλίας, καὶ ἠλεήθη τῆς ἔχθρας. Ἀλλ' ὁ C γε βασιλεὺς οἶδεν, ὡς τὸ μὲν αὐτάρκες ἐν Θεῷ, καὶ ἀρχαία Θεοῦ οὐσία τῶν ἀρχομένων ὑπερκείμενος· ἀνθρώπῳ δὲ ἀνθρώπων ἄρχοντι πολλῶν καὶ ὁμοίων, οὐκ αὐτάρκης ἡ φύσις εἰς ἅπαντος ἔργου περινόησιν. Ἰώμενος οὖν τὴν τῆς φύσεως ἔνδειαν, συνουσιοῦται τοῖς φίλοις, τὴν δύναμιν ἑαυτῷ πολυπλασιάζων. Οὕτω γὰρ τοῖς ἁπάντων μὲν ὀφθαλμοῖς ὄψεται, ταῖς ἁπάντων δὲ ἀκοαῖς ἀκούσεται, καὶ ταῖς ἁπάντων γνώμαις εἰς ἓν ὁρμαις βουλεύσεται

8. Verum cavendum præsertim, ideque totis animi viribus, aut etiam, si fieri potest, ad hoc universa palatii arma comparanda sunt, ne amicitiæ persimam extrinsecus circumfusa incautis obrepat adulatio. Hæc enim sola, nequidquam vigilantibus satellitibus, imperium deprædatur. Nam nisi penitus arceatur, ad intima usque penetralia sensim aspirat, et, quod in regibus est præstantissimum, ipsam videlicet animam aggreditur. Si quidem propensum in amicos studium non minima regis est virtus. Hoc Cyro illi eximio, ac præstanti viro, hoc Agesilao præ cæteris regibus, tam apud

D η'. Παραφυλακτέον μέντοι, καὶ μάλα ὅλῃ τῇ γνώμῃ, καὶ εἴγε δυνάμεθα, ἅπασι τοῖς ἐν ταῖς αὐλαῖς ὅπλοις ἐπὶ τούτῳ χρῆσθαι, μὴ λάθῃ παρεισδῦσα κολακεία, τὸ φιλίας πρόσωπον περικειμένη. Ὑπὸ μόνης γέ τοι ταύτης, καὶ ἀγρυπνούντων τῶν δορυφόρων, ληστεύεται βασιλεία. Εἰσφέρεται γὰρ, ἢν μὴ καὶ πάνυ ἐρύκηται, μάλα ἐνδοτέρω τῶν ταμιείων, καὶ ἐπιχειρεῖ τῷ κυριωτάτῳ τῶν βασιλέων, αὐτῇ τῇ ψυχῇ. Ἐπεὶ τό γε φιλέταιρον οὐχ ἥκιστα ἀρετὴ βασιλέως. Τοῦτό γέ τοι καὶ Κῦρον τὸν πάνυ, καὶ Ἀγησίλαον ὀνομαστοτάτους βασιλέων ἐν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις ἐποίησε. Γνώσεται μὲν δὴ τὰ ποιητέα, καὶ

DION. PETAVII NOTÆ.

(22) Ἔφη τις. Euripid. *Med.*

Digitized by Google

γνώμην ἐν τοῖς φίλοις κυρώσει· ἵνα δὲ ἔργα γένηται, A Græcos, quam Barbaros immortalem nominis gloriam peperit. Quæ igitur agenda fuerint perspiciet, ut autem opus ipsum consequatur plurimarum

χειρῶν αὐτῷ δεῖ πολλῶν.
certumque de iis inter amicos consilium capiet; manuum auxilio opus est.

θ'. Ὁ δὲ λόγος βαδίζων ἐξάγει τὸν βασιλέα τῶν βασιλείων, καὶ μετὰ τοὺς φίλους τοῖς στρατιώταις δίδωσι, δευτέροις δὴ τούτοις φίλοις, καὶ καταβιβάσας εἰς τὸ πεδίον, ἐξεταστὴν ἀνδρῶν, καὶ ὅπλων καὶ ἵππων ποιεῖ· ἔνθα καὶ ἱππεῖ συνιππεύσει, καὶ πεζῷ συνθευσεῖται, καὶ συνοπλιτεύσει τῷ ὁπλίτῃ, καὶ τῷ πελταστῇ συμπελτασθήσεται, καὶ συνακοντιεῖ τῷ γυμνῆτι, τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἔργων εἰς ἔμψυχον ἑταιρείαν ἕκαστον προσαγόμενος, ἵνα μηδὲ πρὸς τούτους εἶρων ᾖ, συστρατιώτας καλῶν, ἀλλὰ δημηγοροῦντα ἐπιγινώσκωσιν αὐτὸν, καὶ μαρτυρῶσιν ὡς ἐκ τῶν ἔργων ἄρα τὸ ὄνομα λέγεται. Δυσχεραίνεις ἴσως ὅτι σαι B πονεῖν ἐπιτάττομεν. Ἀλλ' ἐμοὶ σὺ πείθου, βασιλικοῦ σώματος ἐλάχιστα πόνος ἅπτεται. Ὅστις γὰρ οὐ λανθάνει πονῶν, τοῦτον ἥκιστα πόνος νικᾷ. Βασιλέως δὲ σωμασκοῦντος, καὶ θυραυλοῦντος. καὶ ὅπλοις ἐνεάζοντος, οἱ πανταχοῦ δῆμοι θεάτρον εἰσι. Τῶν τε γὰρ παρόντων ἐπιστρέφει τὰ ὄμματα, καὶ οὐδεὶς ἀλλαχόσε βλέπειν ἀνέχεται, βασιλέως ἐν ἀπόπτῳ τι δρῶντος· καὶ τῶν ἁπάντων ἐνηχεῖ τὰ ὦτα πᾶν ἔργον βασιλέως ᾠδὴ γενόμενον. Δύναται δὲ ὁ συνεθισμὸς οὗτος, τῷ μὴ σπάνιον εἶναι τῇ βασιλέα θέαμα στρατιώταις, εὔνοιάν τε αὐτοῦ, καὶ μάλα ἐρρωμένην δημιουργεῖν τῶν στρατιωτῶν ταῖς ψυχαῖς. Καὶ τίς ἐχυροτέρα βασιλέα τῆς ἔρωτι τετειχισμένης; Τίς δὲ ἰδιώτης καὶ μικρὰ πράττων ἀδεέστερός τε καὶ ἀνεπιβουλευτότερος ἐκείνου βασιλέως οὐχ ὃν δεδίασιν, C ἀλλ' ὑπὲρ οὗ δεδίασιν οἱ ὑπήκοοι; Τὸ δή τοι στρατιωτικὸν τοῦτο φῦλον, ἁπλοϊκόν τέ ἐστι καὶ γενναῖον, καὶ ὑπὸ συνηθείας ἀλώσιμον. Καὶ Πλάτων (23) φύλακάς τε καλεῖ τὸ μαχητικὸν γένος, καὶ κυνὶ μάλιστα προσεικάζει, θηρίῳ γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ κρίνοντι τό τε φίλιον καὶ τὸ πολέμιον. Τί δ' ἂν αἴσχιον γένοιτο βασιλέως, ὃν διὰ τοὺς ζωγράφους ἐπιγινώσκουσιν οἱ προπολεμοῦντες; Ὀνήσεται δὲ οὐ μόνον τοῦτο τῆς πυκνῆς ἐπιμιξίας, τὸ καθάπερ ἓν σῶμα συμφυὲς τὸ στράτευμα περικεῖσθαι· ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν τοῖσδε καιροῖς γενομένων, τὰ μέν ἐστι μελέτη πολεμικῶν ἔργων· τὰ δέ ἐστι στρατηγίας προτέλεια, καὶ παρασκευαί τινες, ἃ πρὸς τὰ μείζω τε καὶ σπουδαῖα διεγείρει. Οὐ γάρ τοι σμικρὸν ἐν χρείᾳ δορὸς, ὀνομάσαι μὲν στρατηγὸν, ὀνομάσαι δὲ ὑποστράτηγον, καὶ ἴλάρχην, καὶ ταγματάρχην, καὶ σημαιοφόρον, εἰ τύχοι, καί τινας τοῦ πρεσβυτικοῦ σὺν ἐπιγνώσει καλέσαι τε καὶ προτρέψαι, τοὺς ἐν τέλει λέγω καθ' ἕκαστον ἱππικόν τε καὶ πεζικὸν σύστημα. Ὅμηρος μὲν γάρ τινα τῶν θεῶν παραστήσας τῇ μάχῃ τῶν Ἀχαιῶν, πληγῇ σκήπτρου φησὶν αὐτὸν πιμπλάναι τοὺς νέους

9. Paulatim inde nostra procedens oratio regem e palatio eductum, post amicos, militibus, secundis quasi amicis, conciliat, atque in campum descendere jubet, ut hominum, armorum, equorumque recognitionem faciat. Ibi et cum equite in equo se exercebit: et cum pedite decurret; et cum armato armatus incedet, et cum cetrato cetram movebit, et cum levis armaturæ militibus jaculum torquebit: ut unumquemque, operum communione, in vivam societatem, amicitiamque pelliciat, neve jocari deinceps, et cavillari videatur, dum commilitones vocabit, sed in concione verba facientem agnoscant, ac testentur omnes, reipsa nomen istud ab eo comprobari. Invitus fortasse, ægreque illud audias, quod tibi a nobis labor injungitur. Verum, mihi crede, regium corpus minime labore tentatur. Quisquis enim palam laborem capessit, nequaquam labore vincitur. Regi autem corpus exercenti, atque in stativis, et sub dio agenti, et in armis ætatem conterenti, omnes ubivis homines, quasi in theatro, spectatores adsunt. Si quidem præsentium oculos in sese convertit; neque alio quisquam intueri sustinet, dum rex in conspectu hominum molitur aliquid: ita omnium ad aures decantata principis facta perveniunt. Atque ea demum consuetudo, qua imperator non raro spectandum se militibus præbet, excitandam in eorum animis sui benevolentiam, eamque firmissimam, præcipuam vim habet. Ecquod vero tutius imperium est, quam illud, quod amore, et charitate munitur? Quisnam privatus, quantumvis mediocri conditione, securior, aut ab insidiis tutior, quam rex ille, quem non metuunt, sed cui metuunt sui? Militaris profecto ista natio simplex, et ingenua est, et consuetudine facile capitur. Quin ipse Plato militare genus custodes appellat, canique præsertim comparat, quod quidem animal amicos, atque inimicos notitia, et ignoratione discernit. Quid vero indignius eo imperatore, quem per solos pictores cognitum habent propugnatores imperii? Neque vero id solum emolumenti ex frequenti ea consuetudine hauriet, quod exercitum, tanquam unum ejusdem naturæ corpus, circumfusum habeat; verum etiam multa, quæ per id tempus aguntur, alia ad rei bellicæ exercitationem conferunt; alia velut imperatorii muneris præparationes et initia sunt, quæ ad majora, et seria animum excitare solent. Nec enim minimum est belli tempore ducem exercitus, aut legatum nominare, aut turmarium, aut agminis præfectum, aut vexillarium, si necesse fuerit, aut ex veteranis notos appellare aliquos et adhortasi: eos, inquam, qui in unoquoque tam equestri, quam pedestri ordine primas obtinent. Homerus

DION. PETAVII NOTÆ.

(23) Καὶ Πλάτων. In II *De Republica*.

enim nescio quem deorum in Græcorum certamen inducens ictu sceptri ab ipso juvenes ait impletos

Robore forti, A *. . .Μένεος κρατεροῖο,*

ita ut eorum animi

Majori pugnæ furerent et Martis amore,

neque eorum pedes, manusve quietem sustinere possent. Nam hoc,

Pes infra, supraque manus jam sponte cientur,

nihil aliud est, quam *sponte sua ad pugnæ certamen gestiunt.* Ego vero idem plane facturum imperatorem judico, si nominatim suos appellet; et vel eum, qui classici clangore non movebitur, ad gloriæ studium inflammaturum; vel bellicosum militem ad prœlium esse concitaturum. Nemo enim est, qui non coram rege strenue laborem navare cupiat. Atque ita poeta sensisse videtur; tam pacificum, quam bellicosum regem incredibilem inde utilitatem capere; qui hoc ipsum primus B animadvertens, ad militum strenuitatem plurimum momenti habere, si ne gregarii quidem milites imperatori sint ignoti, Agamemnonem inducit non modo nominatim suos vocantem, **14** sed et fratrem admonentem, ut præter ejusmodi appellationem, addito insuper parentis nomine, et a majoribus unumquemque compellet, omnibusque honorem deferat, nec grandiores spiritus ducat. Nam honorem deferre, idem est ac laudare, si quidpiam ab aliquo aut recte, aut feliciter confectum meminisset. Vides ut Homerus regem popularis hominis laudatorem faciat? Et quisnam sanguini pepercerit, qui se a rege laudatum audierit? Cum hoc igitur ex eo tibi commodum suppetet, quod C frequenter cum militibus verseris; tum eorum præterea mores, vitamque perspicies, idque intelliges, quis cuique ordo in quavis occasione conveniat. Quin hoc insuper apud te considera. Bellorum imperator artifex est, uti sutor calceamentorum. Ut hic ergo ridiculus sit, si suæ artis instrumenta nesciat, ita rex quonam pacto militibus perite, velut instrumentis, utetur, nisi ea ipsa cognoscat?

ὡς τήν τε ψυχὴν

Μᾶλλον ἐφορμᾶσθαι πολεμίζειν, ἠδὲ μάχεσθαι,

καὶ μηδὲ τὼ πόδε, μηδὲ τὼ χεῖρε ἀτρέμας ἔχειν ἀνέχεσθαι. Τὸ γὰρ,

Μαιμώωσι δ' ἔνερθε πόδες, καὶ χεῖρες ὕπερθε,

ἄττουσίν ἐστιν *Αὐτοκέλευστοι περὶ τὰ ἔργα τῆς μάχης.* Ἐμοὶ δὲ ταὐτὸ τοῦτο ἂν ποιήσαι καὶ βασιλεὺς ὀνομαστὶ καλέσας, καὶ τὸν ἀπερισάλπιστόν τι ἂν εἰς φιλοτιμίαν ἐγεῖραι, καὶ τὸν ἀγωνιστὴν ἂν ἐπιθήξαι. Πᾶς γὰρ ἐθέλει πονεῖν ὑπὸ μάρτυρι βασιλεῖ. Ὅ τε ποιητὴς οὕτως ἔοικε κρίνειν πάμμεγα ὄφελος εἶναι βασιλεῖ, καὶ εἰρηνικῷ καὶ πολεμικῷ· ὃς αὐτό που τοῦτο πρῶτον κατανοήσας, ὅτι πλείστην ἔχει ῥοπὴν εἰς εὐψυχίαν ἀνδρῶν τὸ μηδὲ τοὺς ἀγελαίους ἀγνοεῖσθαι τῷ βασιλεῖ, οὐκ ὀνόματι μόνον καλοῦντα τοὺς στρατιώτας πεποίηκεν Ἀγαμέμνονα, ἀλλ' οὗτος αὐτῷ καὶ τὸν ἀδελφὸν νουθετεῖ πρὸς τῇ προσηγορίᾳ, πατρόθεν, καὶ ἐκ γενεῆς ἄνωθεν ὀνομάζειν ἄνδρα ἕκαστον, καὶ πάντας· κυδαίνειν μηδὲ μεγαλίζεσθαι. Καὶ τὸ κυδαίνειν δὲ αὖ, εὖ λέγειν ἐστὶν, εἴ τῷ τι ἀγαθὸν, ἢ πραχθὲν, ἢ εὐτυχηθὲν συνηπίστατο. Ὁρᾷς Ὅμηρον; ἐγκωμιαστὴν ποιεῖ τὸν βασιλέα δημότου; Καὶ τίς οὐκ ἂν αἵματος ἀφειδήσειε, βασιλέως αὐτὸν ἐπαινέσαντος; Καὶ τοῦτο οὖν ἤξει σοι τἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ θαμὰ ὁμιλεῖν στρατιώταις· καὶ πρὸς, εἰδῆσεις αὐτῶν ἦθη καὶ βίους, καὶ τίς ἑκάστῳ τάξις ἐν καιροῖς; ἑκάστοις προσήκουσα. Θέα γὰρ δὴ καὶ τόδε (24). Τεχνίτης ἐστὶν ὁ βασιλεὺς πολέμων, ὥσπερ ὁ σκυτοτόμος ὑποδημάτων. Ἐκεῖνός τε οὖν γελοῖος, ὅταν ἀγνοῇ τῆς τέχνης τὰ ὄργανα, ὅ τε βασιλεὺς πῶς ἐπιστήσεται χρῆσθαι στρατιώταις ὀργάνοις, ἃ μὴ γινώσκοι;

10. Verum cum eo usque progressa sit oratio, si, quod argumenti in hoc genere communius est, ad præsentem hujus orationis materiam demittatur, forsitan a scopo non aberrabimus:

ι'. Ἀλλ' ἐνταῦθα γενόμενος, εἰ τὸ κοινὸν τῶν λόγων εἰς τὴν παροῦσαν τῶν λόγων ὕλην καταβιβάσιμι, τάχα ἂν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ βάλοιμι·

Quis scit an ipse animum moveam tibi numine dextro?

Τίς δ' οἶδ' εἴ κέν τοι σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίνω Παρειπών; ἀγαθὴ δὲ παραίφασις ἀνδρὸς ἀλιθοῦς.

Consilium est hominis non aspernabile veri.

Ita ergo sentio, nihil olim aliud tantam Romano imperio perniciem attulisse, quantam in imperatore prope scenicus ornatus, cultusque corporis, D quem perinde, ut qui sacris operantur, in occulto habere solent, tum etiam quod barbarico, atque insolenti more, quæ ad vos attinent, spectanda proponantur. Etenim quod inane, ac specie tenus est, cum rei veritate non potest consistere. Non est tamen, quod id a me dictum molestius feras. Nec enim istud tua culpa commissum, sed eorum,

Φημὶ γὰρ οὐδὲν οὕτως ἔμπροσθεν ἄλλο χεῖρον πεπᾶσαι τὰ Ῥωμαίων, ὡς τὴν περὶ τὸ βασιλικὸν σῶμα σκηνὴν καὶ θεραπείαν, ἣν ὥσπερ ἱερουργοῦντες ἡμῖν ἐν ἀπορρήτῳ ποιοῦνται, καὶ τὸ βαρβαρικῶς ἐκτεθεῖσθαι τὰ καθ' ὑμᾶς. Ὡς οὐ φιλεῖ συγγίνεσθαι φαντασία τε καὶ ἀλήθεια. Ἀλλὰ σύ γε μὴ δυσχεράνῃς, ὡς τοῦτό γε οὐκ ἔστι σὸν, ἀλλὰ τῶν ἀρξάντων τῆς νόσου, καὶ παραδόντων τῇ διαδοχῇ τοῦ χρόνου ζηλούμενον τὸ κακόν. Τοιγαροῦν ἡ σεμνότης αὕτη, καὶ τὸ δεδιέναι μὴ ἐξανθρωπισθείητε σύνηθες γενόμενοι θέαμα, κατακλείστους ποιεῖ πολιορκουμένους ὑφ' ἑαυτῶν, ἐλάχιστα

DION. PETAVII NOTÆ.

(24) *Θέα γὰρ δὴ καὶ τόδε.* Sic in lib. *De insomniis*, p. 140, θέα δὴ πόσῳ τῷ μέσῳ τὸ πνεῦμα τοῦτο ἐμπολιτεύεται. Quem ad locum Gregoras notat melius scribi Θεῶ. Imperite. Nam θέα frequentiori est in usu.

Digitized by Google

μὲν ὁρῶντας, ἐλάχιστα δὲ ἀκούοντας, ἀφ' ὧν πρακτικὴ φρόνησις συναθροίζεται, μόνας ἡδυμένους τὰς τοῦ σώματος ἡδονὰς, καὶ τούτων γε τὰς ὑλικωτάτας, ὅσας ἀφή τε καὶ γεῦσις πορίζουσι, βίον ζῶντας θαλαττίου πνεύμονος (25). Ἕως οὖν ἀπαξιοῦτε τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ τῆς ἀνθρώπου τυγχάνετε τελειότητος. Καὶ γὰρ οἷς σύνεστε περὶ [γρ. παρὰ] δίαιτάν τε καὶ ἄλλως, καὶ οἷς ἐστιν εἰς τὰ βασίλεια πάροδος ἀδεέστερον, ἢ στρατηγοῖς τε καὶ λοχαγοῖς, τούτους οὓς χαρίεντα ἄρα παρασκευάζεσθε, τοὺς μικροκεφάλους (26) τε καὶ ὀλιγογνώμονας, οὓς ἡ φύσις ἁμαρτάνουσα παραχαράττει, καθάπερ ἀδικοῦντες οἱ τραπεζῖται τὸ νόμισμα [γρ. τὰ νομίσματα], καὶ γίνεται βασιλεῖ δῶρον ἀπόπληκτος ἄνθρωπος, καὶ μεῖζον ὅσον ἀποπληκτότερος· οὗτοι γελασείοντες ἐν ταὐτῷ καὶ κλαυσείοντες ἀτελῶς, καὶ σχήμασι καὶ ψόφοις καὶ ἅπασιν ὅσοις οἷοί τε [γρ. οἷόν τε] βωμολοχοῦντες, συνδιαφθείρουσιν ὑμῖν σὸν χρόνον, καὶ τῆς ψυχῆς τὴν ἀχλὺν, ἣν ἐκ τοῦ μὴ φύσει ζῆν ἔχετε, κακῷ μείζονι παραμυθοῦνται. Τούτων τὰ κολοβὰ διανοήματα καὶ ῥήματα ταῖς ἀκοαῖς ὑμῶν ἐναρμόζεται μᾶλλον, ἢ νοῦς ἐκ φιλοσοφίας ἐν γλώττῃ περιτράνῳ τε καὶ στρογγύλῃ. Ὁ δὲ τῆς θαυμαστῆς οἰκουρίας ἀπολελαύκατε, τοῦ δήμου τὸ μὲν φρόνιμον ὑποπτεύοντες, καὶ πρὸς ἐκείνους ἀποσεμνυνόμενοι· τὸ δὲ ἀνόητον εἰσαγόμενοι, καὶ πρὸς ἐκείνους ἀπογυμνούμενοι· ἐδει μὲν εἰδέναι καλῶς, ὅτι ταῖς αὐτοῖς παρασκευαῖς ἕκαστον αὔξεται, καὶ συγκροτεῖται. Ἀλλ' ἂν ἐπιδράμῃς τῷ νῷ τὴν ὅποι ποτὲ τῆς γῆς ἐκταθεῖσαν ἀρχὴν, εἴτε τῶν Παρθυαίων, εἴτε τῶν Μακεδόνων, εἴτε τῶν παλαιτάτων Μήδων, εἴτε τὴν ἐν ᾗ ζῶμεν, ἄνδρες δημοτικοί τε καὶ στρατιῶται, καὶ τὰ πολλὰ συνθυραυλοῦντές τε καὶ χαμευνοῦντες ἐν ταῖς φάλαγξι, καὶ οὔτε μειονεκτοῦντες πόνων, οὔτε πλεονεκτοῦντες ἡδονῶν, ἑκάστην ἐπικράτειαν ἐπὶ μέγα προήγαγον, δι' ἐπιμελείας ἄνθρωποι κτώμενοι τἀγαθὰ, καὶ γενόμενοι ζηλωτοὶ, χαλεπῶς ἂν ἔτι τὴν τάξιν τηροῖεν ἄνευ φρονήσεως. Ἔοικε γὰρ εὐτυχία φορτίον εἶναι μολίβδου περιβριθέστερον. Περιτρέπει γοῦν τὸν ἀναθέμενον, ἢν μὴ πάνυ ῥωμαλέος ὢν τύχῃ.

A qui primi morbi illius auctores exstiterunt, ac pestem quamdam summo in pretio studioque habitam temporum successioni tradiderunt. Quamobrem severior illa gravitas, idipsumque quod metuitis, ne, si vos sæpius spectandos præbeatis, nimium sitis hominibus vestris familiares; vos domo penitus clausos, et a vobisipsis quasi obsessos detinet; ut paucissima et videatis, et audiatis, a quibus rerum agendarum prudentia colligitur; corporisque duntaxat voluptatibus indulgeatis, et iis præsertim, quæ sunt præ cæteris in materiam immersæ, quas cum tangendi, tum gustandi sensus suppeditat, ac marini pulmonis vitam haud dissimilem agatis. Quandiu ergo humanam 15 conditionem aspernamini, ne perfectam quidem hominis attingitis. Nam ii, quorum in quotidiano victu aliisve B in rebus consortium adhibetis, exiguo capite juxta et mente, quos natura decerrans adulteratos edidit, uti numismata mensarii corrumpere, ac depravare solent, ita ut regi munus sit stolidus homuncio, eoque acceptius, quo stolidior est : ii eodem tempore imperfecte et ridere, et flere gestientes, indecoris gesticulationibus, strepitibus, aliisque quibus possunt scurrilitatibus una vobiscum perperam tempus absumunt, mentisque caliginem, quam ex eo contrahitis, quod secundum naturam nequaquam vivitis, gravioris mali solatio demulcent, horum mutili nec perfecti animi sensus, verbaque auribus vestris multo congruunt magis, quam sententia aliqua ex philosophia deprompta, et diserto C ac volubili ore decurrens. Quod autem ad eam utilitatem spectat, quæ ex egregia illa, domesticaque custodia vobis accidit, dum ex populo eos quidem, qui mente prædili sunt, suspectos habetis, atque iis superbe vos, et cum ostentatione venditatis; stulti vero duntaxat, et rudes admittuntur, quibus vos palam manifestos exponitis; id probe intellexisse oporteret, iisdem artibus unumquodque augeri, quibus est conflatum. Sed si animo percurras quovis terrarum propagata imperia, sive Parthorum, sive Macedonum, sive Persarum, sive antiquissimorum Medorum, sive nostrum illud, in quo degimus; homines populares, et militares, qui sæpius media in acie sub dio agerent, humique dormirent, neque minus laboris, plus voluptatis ferrent, cujusque ditionis fines latissime protulerunt; homines, inquam, singulari cum diligentia bona comparantes, quique cum ad summam beatitudinem pervenissent, ægre hunc ordinem sine prudentia tenuissent. Felicitas enim onus quoddam esse videtur plumbo gravius. Eum ergo subvertit, ac deprimit, qui id humeris imposuerit, nisi omnino sit robustus.

ια'. Ψυχῆς δὲ ῥώμην ὑπισχνεῖται μὲν φύσις, τελειοῖ δὲ ἄσκησις. Εἰς ἣν σε, βασιλεῦ, προτρέπει φιλοσοφία φυλαττομένη γενέσθαι τὸ ἐκ λόγου συμβαῖνον. Τοῖς γὰρ ἐναντίοις τῶν συνιστάντων ἕκαστον φθείρεται. Καὶ οὐκ ἀξιῶ παραβαθῆναι τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων τὰ πάτρια. Πάτρια δὲ ἦγοῦ Ῥωμαίων, οὐ

D 11. Animi autem robur ut natura promittit, sic assidua exercitatione perficitur. Ad quod tete, imperator, philosophia hortatur, id ne eveniat cavens, quod ex oratione consequitur. Unumquodque enim contrariis opibus, quam quibus constitutum est, destruitur. Non ergo patria instituta

DION. PETAVII NOTÆ.

(25) *Βίον ζῶντας θαλασσίου πνεύμονος.* Ita Plato in *Philebo*, ζῆν οὐκ ἀνθρώπου βίον dixit, ἀλλά τενος πνεύμονος, ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρεΐνων ἔμψυχά ἐστι σωμάτων. Sic Epicurus Nausiphanem appellabat πλεύμονα, ἀπατεῶνα, καὶ πόρνον Laertius.

(26) *Τοὺς μικροκεφάλους.* Cujusmodi fuit, quem Domitianus habuit in deliciis, *parvulo vertentosoque capite.* Sueton. *in Domitiano.*

Digitized by Google

Romanorum imperatori censeo violanda esse. Verum ea patria instituta existimare debes, non quæ heri, aut nudiustertius, in luxu, ac deliciis depravatam rempublicam irrepserunt, **16** sed quibus fovendis imperium sibi compararunt. Quod si mihi non credis; age vero per illud, quod regibus præest, numen (tu vero ad patienter audiendum enitere; mordax enim est sermo), quonam tempore Romanas res melius sese habuisse putas? Num ex quo purpurati, et inaurati estis, lapillosque ex montibus, et barbaro mari quæsitos alios redimitis, alios subligatis, alios cingitis, alios appenditis, alios fibulatis, aliis insidetis? Quocirca in spectaculum evasistis mira varietate, ac colorum diversitate distinctum, pavonum instar Homericam imprecationem in vosipsos tralientes, lapideam scilicet tunicam. Vobis autem non illa quidem tunica satis est: non enim consulatum gerentibus senatorum concilium adire fas est, quando vel magistratus designant, vel aliam quamlibet ob rem consederunt, nisi ejusmodi insuper amictu sitis obvoluti. Itaque nimirum vos homines suspiciunt, quibus intueri licet, quasi solos senatorum beatos, solos senatorum onus sustinentes; quin et hoc exsultatis onere, quemadmodum si quis aureis vinculis constrictus, ac plurimorum talentorum compedibus arctius obligatus, malum ipsum minime sentiret, neque, quod in carcerem conjiceretur, misere secum agi crederet, calamitatis magnificentia deceptus; nihilo tamen is facilius movebitur, quam hi, qui cippo lignorum omnium vilissimo vinciuntur. Imo vero neque pavimentum ipsum vobis tolerabile est, neque si in nudo solo inambuletis; sed spargenda aurosa terra, quæ ex ulterioribus continentibus vehiculis vobis, et actuariis navibus advehitur, nec aspernandus eorum est exercitus, qui fossitium hunc pulverem respergunt. Non enim regium id ducitis, nisi vel ipso calceamentorum corio deliciis ostentetis. Num igitur melius nunc vobiscum agitur, a quo hæ circa imperatores cæremoniæ institui cœperunt; latibulisque vos lacertarum in modum continetis, ægre, si forte, ad solis

A τὰ χθὲς καὶ πρώην εἰς ἐκδεδιητημένην παρελθόντα τὴν πολιτείαν, ἀλλ' ἐν οἷς ὄντες ἐκτήσαντο τὴν ἀρχήν. Ἐπεὶ φέρε πρὸς τοῦ βασιλείου Θεοῦ (καί μοι πειρῶ διαμεῖναι· θυμοδακὴς γὰρ ὁ μῦθος), πότε κάλλιον ἔχειν ἠγῇ τὰ Ῥωμαίων πράγματα; Ἀφ' οὗ περιπόρφυροί τέ ἐστε, καὶ περίχρυσοι, καὶ λίθους ἐξ ὀρῶν (27) τε καὶ θαλαττῶν βαρβάρων, τοὺς μὲν ἀναδεῖσθε, τοὺς δὲ ὑποδεῖσθε, τοὺς δὲ περίκεισθε, τοὺς δὲ ἐξαρτᾶσθε, τοὺς δὲ περονᾶσθε, τοῖς δὲ ἐφιζάνετε [γρ. ἐφιζάνεσθε]; Τοιγαροῦν ἀπετελέσθητε θέαμα ποικιλώτατον καὶ πάγχρουν, ὥσπερ οἱ ταῶ, τὴν Ὁμηρικὴν ἀρὰν ἐφ' ἑαυτοὺς ἕλκοντες, τὸν χιτῶνα τὸν λάϊνον. Ὑμῖν δὲ οὐδὲ χιτὼν οὗτος ἀποχρῶν· οὐ γὰρ εἰσιτητὸν [γρ. εἰσητὸν] εἰς τῶν ὁμοτίμων τὸ βουλευτήριον, ἡνίκα ἂν τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἄρχητε, οὔτε

B ἀρχαιρεσιαζόντων, οὔτε ἐπ' ἄλλῳ τῳ συνεδριαζόντων [γρ. συνεδρευόντων], ἢν μηδὲ πέπλον (28) τοιοῦτον ἐγκορδυλήσησθε. Καὶ δῆτα ἀποβλέπεσθε ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, οἷς θέμις ὁρᾶν, ὡς μόνοι τῶν βουλευτῶν εὐδαίμονες, μόνοι τῶν βουλευτῶν ἀχθοφοροῦντες· ἀλλὰ καὶ γάννυσθε τῷ φορτίῳ, καθάπερ εἴ τις χρυσῷ (29) δεθείς, καὶ μᾶλλον πολυταλάντοις ταῖς πέδαις, ἔπειτα μηδὲ ἑπαΐοι τοῦ κακοῦ, μηδὲ ἡγοῖτο σχέτλια πάσχειν εἰς δεσμώτας τελῶν, ἠπατημένος τῇ πολυτελείᾳ τῆς συμφορᾶς· ἀλλ' οὔγε [γρ. οὐδὲ] μᾶλλον κινήσεται τῶν ἐν τῇ ποδοκάκκῃ τῷ φαυλοτάτῳ τῶν ξύλων. Ὑμῖν δὲ οὐδὲ τοῦδαφός ἐστιν ἀνεκτόν, οὐδ'

C ἂν ἐμπεριπατήσητε κατὰ φύσιν ἐχούσῃ τῇ γῇ· ἀλλὰ δεῖ τὴν χρυσῖτιν (30) ἐπιφορεῖν, ἣν ἐκ τῶν πέραν ἠπείρων ὑμῖν ἀπῆναί τε, καὶ ὁλκάδες διακομίζουσι· καὶ στρατιά τίς ἐστιν οὐ φαύλη τῶν τὸ χῶμα ῥαινόντων. Οὐ γὰρ βασιλικὸν ἡγεῖσθε (31), μὴ οὐχὶ καὶ τοῖς σκύτεσι τῶν ὑποδημάτων τρυφᾶν. Νῦν οὖν ἄρ' ἄμεινον πράττετε, ἀφ' οὗ περὶ τοὺς βασιλέας ἡ τελετὴ συνέστη, καὶ θαλαμεύεσθε καθάπερ αἱ σαῦραι (32), μόλις εἴ πη πρὸς τὴν εἴλην ἐκκύπτουσαι, μὴ φωραθείητε ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ὄντες ἄνθρωποι; ἢ τόθ' ἡνίκα ἐξηγοῦντο τῶν στρατευμάτων ἄνδρες ἐν μέσῳ ζῶντες, μέλανες ὑφ' ἡλίῳ, καὶ τὰ ἄλλα ἀφελῶς τε καὶ αὐτοσκευῶς ἔχοντες, ἀλλ' οὐ διθυραμβωδῶς καὶ τραγικῶς, ἐν πίλοις Λακωνικοῖς, οὓς ἐν ταῖς εἰκόσι θεώμενα γελᾷ τὰ μειράκια, καὶ οὐδὲ ὁ γέρων ὄῆμος εὐτυχεῖς ἡγοῦνται γεγονέναι, πρὸς δὲ ὑμᾶς ἐξετασθῆ-

DION. PETAVII NOTÆ.

(27) *Καὶ λίθους ἐξ ὀρῶν.* Latinus Pacat. *Paneg. in Theod.*: *Quisquis purpura quandoque regali vestire humeros cogitabit, Maximus exutus occurrat; quisquis aurum gemmasque privatis pedibus optabit, Maximus ei plantis nudus appareat*, etc.

(28) *Ἦν μὴ καὶ πέπλον.* Consularem palmatam, sive pictam togam intellige: quæ triumphalis olim, postea in consulum insignibus tralatitia fuit. De hac diximus ad Themistii orat. 11. De consulatu imperatorum vide Libanium *Orat. paneg. in Juliani consul.*

(29) *Καθάπερ εἴ τις τῷ χρυσῷ.* Clem. Alex. II *Pæd.*, cap. 12, de muliebribus armillis et monilibus loquens, eadem utitur similitudine.

(30) [X] *Ἀλλὰ δεῖ τὴν χρυσῖτιν.* Aurosam arenam videtur nominare Lampridius in *Alagab.* Chrysostomus homil. 5 *in Genes.*: Καὶ γὰρ οἱ τὴν χρυσῖτιν γῆν ἀνορύττοντες, ἔνθα ἂν ἴδωσι φλέβας τινὰς ψήγματα ἐχούσας, οὐ πρότερον ἀφίστανται, μέχρις ἂν

D ἀναμοχλεύσαντες, καὶ εἰς αὐτὸ τὸ βάθος κατελθόντες, πολλὴν τὴν εὐπορίαν ἐκεῖθεν καρπώσωνται. Asterius hom. 3: Ὡς γὰρ οἱ τὸν χρυσὸν ἐπὶ τῶν κόλπων τῆς γῆς ἀναλεύοντες (*cor.* ἀναμοχλεύοντες) φασὶ τὴν χρυσῖτιν γῆν ἐπ' αὐτῆς μὲν τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς κυριωτάτης γενέσεως σωρηδὸν ἀποκεῖσθαι, etc. Vide et Jovium monachum apud Phot. cod. 222. Lamprid. *Alagab.*: *Scobe auri porticum stravit, et argenti, dolens quod non posset et electri; idque frequenter, quacunque fecit iter pedibus usque ad equum, vel carpentum, ut fit hodie de aurosa arena.*

(31) *Οὐ γὰρ βασιλικὸν ἡγεῖσθε.* Videtur calceamentorum delicias istas ad id referre, quod aurosum illum pulverem calcant. Id enim causalis indicat particula. Alioqui de geminatis imperatorum calceis accipiendum esset. Quod in privatis quoque notatur a Tertull. lib. *De hab. virg.*: *Et in peronibus unciones emergere de luto cupiunt.*

(32) *Καὶ θαλαμεύεσθε, καθάπερ αἱ σαῦραι.* Sic

Digitized by Google

ναι καὶ παντάπασι κακοδαίμονας; Ἀλλ' ἐκεῖνοί γε A splendorem prodeuntium, ne vos homines esse
οὐκ ἀποτειχίζοντες [γρ. ἐπιτειχίζοντες] τὴν οἰκίαν, homines ipsi deprehendant? An potius tunc, cum
εἶργον οὔτε τοὺς Ἀσιανοὺς, οὔτε τοὺς Εὐρωπαίους exercitibus præficiebantur homines in propatulo
βαρβάρους, ἀλλ' οἷς ἐποίουν, ἐκείνους ἐνουθέτουν τὴν vitam agentes, sole adusti, reliquoque in victu
σφετέραν ἀποτειχίζειν, θαμὰ διαβαίνοντες τὸν Εὐ- sine ullo artificio simplices, non dithyrambicum,
φράτην ἐπὶ τὸν Παρθυαῖον· τὸν δὲ Ἴστρον ἐπὶ τὸν ac tragicum tumorem spirantes, sed laconicis
Γέτην τε καὶ Μασσαγέτην. Οἱ δ' οὖν ἕτερα ἀντὶ τού- pileis tecti, quos in statuis pueri spectantes deri-
των (33) ὀνόματα θέμενοι, ἕτεροι δ' αὐτῶν καὶ τὰ dent, quosque senior plebs felices fuisse non pu-
πρόσωπα τέχνῃ παραποιήσαντες [γρ. περιποιήσαν- tat; imo vero, si vobiscum conferantur, prorsus
τες], ἵνα δὴ δοκοίη γένος ἄλλο νέον τε καὶ ἀλλόκο- infelices? **17** Atqui illi ipsi minime intersepta domo,
τον ἐκφύναι τῆς γῆς, δεδίττονται ὑμᾶς ἀντιδιαβαί- neque Asiaticos neque Europæos barbaros arce-
νοντες, καὶ μισθὸν εἰρήνης ἀξιοῦσι πράττεσθαι, bant; sed iis rebus, quas agebant, suos iliis fines
admonebant esse muniendos; cum sæpissime vel profecti contra Parthos, Euphratem; vel adversus
Getas, ac Massagetas, Istrum trajicerent. Nunc illi alia pro his nomina sumentes, nonnulli et vul-
tum artificio quodam immutantes, ut novum, et immane genus terra editum esse videantur, ter-
rorem animis nostris injiciunt, adversus nos vicissim flumen trajicientes, pacisque mercedem au-
ferre postulant,

Εἰ μὴ σύ γε δύσσεαι ἀλκήν. B *Ni fortia robora sumas.*

Ἀλλ' ἀφείσθω μὲν, εἰ δοκεῖ, τὰ παλαιὰ πρὸς τὰ νῦν Verum mittamus, si libet, eam priscorum tempo-
ἐξετάζειν, ἵνα δὴ μὴ δοκοίημεν ἐν σχήματι παραινέ- rum cum præsentibus contentionem, ne per ad-
σεως ὀνειδίζειν, δεικνύντες, ὡς, ὅσον ἐπέδωκεν εἰς hortationis speciem probrose videamur incessere,
σχῆμα σοβαρὸν τὰ βασιλέως, τοσοῦτον ἀληθείας idipsum declarantes, quantum imperatoribus su-
ἀφῄρηται. perbi, atque arrogantis cultus accessit, tantumdem
decessisse veritatis.

ιβ'. Εἰ δὲ ὥσπερ ἐν τῇ καθ' ὑμᾶς ποικιλίᾳ γενόμε- **12.** Si vero, quemadmodum ad eam, quæ in vo-
νος ὁ λόγος ἐφιλοχώρησε, νέμοι τινὰ μοῖραν ἑαυτοῦ bis est, varietatem progressa diutius in eo nostra
καὶ τῇ πάλαι τῶν βασιλέων, εἴτε ἀγροικίαν καλοῦμεν immorata est oratio, ita aliquam sui partem pri-
αὐτὴν, εἴτε λιτότητα βούλεσθε, καλῶς ἂν ἀλλήλαις stinæ illi imperatorum, sive rusticitati malimus,
ἀντιπαρεκδύοιντο πολυτέλεια καὶ εὐτέλεια· καὶ γυ- sive simplicitati, tribuat; non incommode profusio
μνὰς ἂν οὕτω θεώμενος, ἐρασθείης ἀληθινοῦ βασι- ac frugalitas oppositæ sibi invicem emerserint,
λέως κάλλους, ἀφεὶς τὸ φαινόμενόν τε καὶ ἐπιποίη- eoque pacto nuda hæc ambo considerans, misso
τον· οὐκοῦν ἐκείνην μὲν ἀπὸ τῶν χρημάτων τὸ πλέον fucato illo atque adscitilio, verum ac germanum
ἐγράφομεν· ταύτην δὲ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τούτων, ἄλλοθεν C regis decorem amplecteris. Quamobrem illam
δὲ λαβεῖν. Οὐ γάρ ἐστιν αὐτῇ περιττὰ, μὴ πραγμα- quidem opibus maxima ex parte circumscripsimus;
τευομένῃ περὶ αὐτά· τὰ δὲ ἤθη μᾶλλον εἰκόνες ἂν hujus autem non ex eo, sed aliunde petenda co-
αὐτῆς εἶεν. Καίτοι καὶ ἔργον εὐθὺς συμπροκύπτει gnitio est. Neque enim supervacuis opibus prædita
τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων βίων ταῖς προβολαῖς [γρ. est, cum in earum conquisitione nequaquam occu-
προσβολαῖς]. Ἑνὸς οὖν ἄξιον ἐπιμνησθῆναι βασιλέως, petur; sed ipsius imagines in moribus potius,
καὶ ἤθους, καὶ ἔργου· καὶ γὰρ ἀποχρῶν ὁτιοῦν πάντα vitaque positæ fuerint. Quanquam et opus ipsum
συνεφελκύσασθαι. Λέγεται δή τινα τῶν οὐ λίαν ἀρ- statim una cum ejus vitæ, quæ naturæ consen-
χαίων, ἀλλ' ὧν ἂν εἰδεῖεν καὶ τῶν γερόντων οἱ πάπ- tanea est, productione consequitur. Operæ pretium
ποι, εἰ μὴ νέοι τοὺς παῖδας ἐτέκνωσαν, καὶ παρὰ est igitur unius imperatoris morum operisque fe-
νέων τῶν παίδων ἐγένοντο πάπποι. Λέγεται δή τινα cisse mentionem. Quodlibet enim ad omnia secum
ἐκείνων στρατείαν μὲν ἄγειν ἐπὶ τὸν Ἀρσακίδην εἰς trahenda satis superque erit. Imperatorem olim
Ῥωμαίους ὑβρίσαντα· ἐπειδὴ δὲ πρὸς ταῖς ὑπερβο- quemdam exstitisse ferunt, haud ita vetustum, sed
λαῖς τῶν Ἀρμενίων γενέσθαι, πρὶν ἐπιχειρῆσαι τῇ quem hujus temporis senum avi facile cognoscere
πολεμίᾳ, δεῖπνου τε αὐτὸν ἐρασθῆναι, καὶ ἐπιτάξαι potuerunt; nisi et ipsi juvenes liberos suscepe-
τῇ στρατιᾷ τοῖς ἀπὸ τῶν σκευοφόρων χρῆσθαι, ὡς D rint, et a junioribus liberis avi postmodum facti
ἐγγύθεν ἐπισιτιουμένοις, ἦν δέῃ. Ἐδείκνυε δὲ ἄρα sint. Ferunt, inquam, illorum quemdam adversus
τοὺς Παρθυαίων ἀγρούς. Ἐν τούτῳ δὲ ὄντων, πρε- Persas, ad vindicandam illatam ab his Romanis
σβείαν ἐκ τῶν πολεμίων παρεῖναι· καὶ οἴεσθαι μὲν injuriam, cum exercitu profectum, cum ad extrema
ἥκουσαν προεντεύξεσθαι τοῖς βασιλεῖ παραδυνα- Armeniorum juga pervasisset, priusquam in hos-
στεύουσι· καὶ τούτων γε αὖ πελάταις τισὶ καὶ εἰσαγ- tile solum excurreret, cibum sumere cupientem,
γελεῦσιν, ὡς εἰς ἡμέραν πολλοστὴν ἀπ' ἐκείνης τοῦ exercitui, ut ex impedimentorum sarcinis promptis

DION. PETAVII NOTÆ.

Plutarch. de Aristippo Argivorum tyranno: Καὶ κατεκάλει τὸν θαυμαστὸν τύραννον, ὥσπερ ἑρπετὸν ἐν φωλεοῦ κατερχόμενον.

(33) *Οἱ δ' οὖν ἕτερα ἀντὶ τούτων.* Barbaros intelligit, qui Scythæ, Gothi, Wisegothi, Ostrogothi, Marcomani, Quadi et sexcentis aliis nominibus appellati terrori tum erant Romanis, quos et stipendiarios habebant.

Digitized by Google

viaticis vescerentur, imperasse, ut pote qui e vicino, si opus foret, victum paraturi essent. Ostendebat autem 18 Parthorum agros. Quæ cum agerent, interim ab hoste legatos adfuisse, qui se putarent quidem regiis primum proceribus occursuros, eorumque rursus clientibus, et admissionalibus; adeoque fore, ut nonnisi multis postea diebus ab imperatore legatis jus diceretur. Verum sub id forte tempus ejusmodi tunc erat satellitum stipatio, selectus ex omnes staturæ procerioris flavescente et exquisitius

A βασιλέως τῇ πρεσβείᾳ χρηματιοῦντος· συνενεχθῆναι δὲ κατ' αὐτό πως τὸν βασιλέα γενέσθαι δειπνοῦντα. Οὐ γὰρ ἦν πω τὸ τῶν δορυφόρων τοιοῦτον, ἀπὸ τῆς στρατιᾶς στρατιά τις ἔκκριτος (34), νέοι πάντες, πάντες εὐμήκεις, τὰς κόμας ξανθοί τε καὶ περιττοί, ornata cæsarie,

Unguentisque caput semper vultumque peruncti,

scuta ex auro, lanceasque portantes, ex quibus, quoties occurrunt, regem conjicimus, uti opinor ex præeuntibus radiis solem: sed universa acies proprium munus obiens, circa imperatorem atque imperium, satellitum officio fungebatur. Illi autem

B simplici, nec affectato cultu corporis, non penes ornatum, sed penes animum, imperatoriam dignitatem habebant, interioribusque dotibus multitudinem antecellebant; externis autem gregariorum nihil dissimiles videbantur. Quo in habitu deprehensum a legatis Carinum aiunt. Purpurea vestis humi per herbam jacebat: cibus autem erat pridianum ex pisis elixis pulmentum, inque his frusta quædam et inveterata porcinarum carnium salsamenta. Eos ergo cum vidisset, neque surrexisse, neque quidquam mutasse fertur; sed e vestigio vocatis dixisse, se quidem illos scire ad sese venire, se enim Carinum esse, juvenique regi ut eadem die renuntiarent jubere, ni saperet,

κόν. Ἀγαθῷ γὰρ ὄντι ποῦ καὶ δεῖ χρημάτων πολλῶν, οὔτε χαυνότητι γνώμης εἰς ἔργα δαπανηρὰ καθιέντι, καὶ ἀντὶ σώφρονος χρείας ἀλαζόνα φιλοτιμίαν πρεσβεύοντι, οὔτε μειρακιώδει γνώμῃ καταχαριζομένῳ ταῖς ἐπὶ σκηνῆς παιδιαῖς τοὺς τῶν σπουδαίων ἱδρῶτας, ἀλλ' οὐδὲ εἰς ἀνάγκην ἀφικνουμένῳ συχνῶν πολέμων, οὓς ὁ Λάκων φησὶν οὐ τεταγμένα σιτεῖσθαι; Ἀνεπιβούλευτον γὰρ καὶ ἀνεπιχείρητον ὁ λόγος ἐποίει τὸν ἀγαθόν. Συνεσταλμένων οὖν αὐτῷ τῶν ἐφ' ἃ δεῖ, περιττῶν οὐδὲν δεῖ. Τούτων ἔξεστι γίνεσθαι πορίστην ἀλυπότατον, τὰ μὲν ἀναγκαῖα τῶν ἐλλειμμάτων ἀνιέντα, τὰ δὲ σύμμετρα ταῖς τῶν εἰσφερόντων δυνάμεσιν ἀγαπῶντα. Βασιλεὺς δὲ ἐρασιχρήματος, αἰσχίων καπήλου. Ὁ μὲν γὰρ ἔνδειαν (62) οἴκου παραμυθεῖται, τῷ δὲ ἀπροφάσιστος ἡ κακία τῆς γνώμης. Ἐγωγέ τοι θαμὰ ἐπισκοπούμενος ἕκαστα τῶν παθῶν, ὁποίους ἡμῖν τοὺς προστετηκότας ἄνδρας παρέχεται, κατιδεῖν ἐμοὶ δοκῶ καὶ τοῖς ἰδιώταις, τὸ χρηματιστικὸν τοῦτο φῦλον (63), ὡς ἅπαντος μᾶλλον ἀγεννές τέ ἐστι, καὶ κακόηθες, καὶ ἀκριβῶς ἀνελεύθερον, ἐν μόνῃ τε ἂν τῇ νοσούσῃ πολιτείᾳ χώραν εὑρίσκοι τὴν οὐ παντάπασιν ἄτιμον. Οἵ γε καὶ φθάσαντες ὑφ' αὐτῶν αὐτοὶ κατεφρονήθησαν, ὅτι τῷ βουλήματι τῆς φύσεως ἀντικειμένως διενοήθησαν περὶ τὸ πρῶτον καὶ πολλοστόν· ἐπεὶ τὸ μὲν σῶμα συνέταξεν εἰς ὑπηρεσίαν ψυχῆς, τὰ δὲ ἐκτὸς εἰς χρείαν σώματος· τῷ δὲ ὑστέρῳ δέδωκε δεύτερα· οἱ δὲ καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν τῷ τρίτῳ συνάπτουσι. Σφᾶς οὖν αὐτοὺς ἀτιμάσαντες, καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς ἡγούμενον δοῦλον ποιήσαντες, τί ἂν ἔτι οὗτοι μέγα καὶ σεμνὸν ἢ πράξειαν, ἢ βουλεύσειαν; Οὓς ἐγὼ καὶ μυρμήκων ἀγεννεστέρους ἀποφηνάμενος, καὶ μᾶλλον ὀλιγογνώμονας, οὐκ αἰσχύνομαι τὴν ἀλήθειαν. Οἱ μὲν γὰρ χρείᾳ ζωῆς μετροῦσι τὸν πόρον· οἱ δὲ τὴν ζωὴν μετρεῖν ἀξιοῦσι τῇ χρείᾳ τοῦ πόρου. Ἐλατέον οὖν αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἀρχομένων τὴν χαλεπὴν ταύτην κῆρα, ἵν' ἀγαθὸς ἀγαθῶν ἄρχῃ· καὶ ζῆλον ἀρετῆς ἀντεισενεκτέον, ἧς αὐτὸς βασιλεὺς καὶ ἀγωνιστής, καὶ ἀγωνοθέτης γενέσθω. Καὶ γὰρ αἰσχρὸν (64), ἔφη τις, διακοντίζεσθαι μὲν δημοσίᾳ, καὶ διαπληκτίζεσθαι, καὶ στεφάνους εἶναι τοῖς ταῦτα νικῶσι, μὴ διασωφρονίζεσθαι δὲ μηδένα, μηδὲ διαρετίζεσθαι. Εἰκὸς δή που, μᾶλλον δὲ πλέον εἰκότος, καὶ ἀνάγκη γε πᾶσα, τοιαύτῃ διαθέσει βασιλέως ἑπομένας τὰς πόλεις βίον βιοτεῦσαι τὸν πάλαι, τὸν χρυσοῦν, τὸν ὑμνούμενον, ἀσχολίαν ἐχούσας κακῶν, σχολὴν δὲ ἀγαθῶν, καὶ πρώτης τῆς εὐσεβείας· εἰς ἣν ἡγεμὼν αὐτὸς ἕξαι βασιλεὺς, ἅπαντος ἀρχὴν καὶ μείονος ἔργου καὶ μείζονος θεόθεν αἰτῶν. Ὡς ἔστι δή που παντὸς σεμνότερον θεαμά τε καὶ ἄκουσμα, βασιλεὺς ἐν τῷ δήμῳ τὼ χεῖρε αἴρων, καὶ προσκυνῶν τὸν κοινὸν ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ δήμου βασιλέα·

A gium est. Nam bono principi ubinam tantis pecuniis opus est, cum neque insolenti animi fastu sumptuosa opera moliatur, nec pro temperato usu inanem atque ambitiosam magnificentiam affectet, neque juvenili consilio in scenicos ludos gnavorum hominum labores perperam consumat, sed nec plurimorum bellorum necessitate cogatur, quæ demensis minime vesci Laco quidam dicebat? Ab insidiis enim et invasione securum eum, qui bonus sit, nostra faciebat oratio. **28** Quamobrem si ad ea contrahatur, quæ necessaria sunt, supervacuis nihil opus erit. Et eorum haud molestus exactor esse potest, cum de residuis quidem, quæ necessaria sunt, moderabitur; quæ vero pro cujusque facultatibus conferuntur, æqui bonique consulet. Rex autem pecuniæ appetens multo est institore turpior: hic enim familiæ egestati subvenit; in illo vero improbitas animi omni prorsus excusatione caret. Equidem sæpius unamquamque animi perturbationem mecum ipse reputans, qualesnam sibi deditos homines efficiat, privatos adeo ipsos, quæstuariam illam nationem dico, mihi videor animadvertere præ cæteris ignobiles, et improbos, planeque illiberales esse; in eaque sola republica quæ intestinis dissidiis laborat, non penitus infamem locum obtinere. Qui quidem primi sui contemnendi auctores fuerunt, quoniam circa id quod præcipuum et infimum est, contraria naturæ consilia susceperunt. Hæc enim corpus animæ obsequio subjecit; externa ad corporis usum contulit; posteriori vero secundas partes dedit; at illi animam et corpus ei quod tertium est subjungunt. Sese igitur ipsos aspernantes, principemque animæ partem in servitutem redigentes, quid est quod illi magnum honestumve moliri aut deliberare possint? Quos ego formicis ignobiliores atque insipientiores pronuntians, veritatis causa non erubescam. Illæ enim vitæ necessitate quæstum metiuntur, hi vitam quæstu lucrique necessitate censent esse metiendam. Procul igitur a se et a subjectis sibi perniciosam hanc pestem amoliatur, ut princeps bonis bonus imperet, virtutisque contra æmulationem inducat, in qua ipse rex et certator, et certaminis arbiter esse debet. Etenim turpe est, inquit aliquis, jaculandi pugnandique solum certamina esse publica; imo etiam coronam ab iis, qui ita vicerint, reportari; temperantiæ autem et virtutis esse nulla. Quocirca verisimile, vel potius verisimili certius, omninoque necessarium est, si eo modo affectum regem civitates sequantur, vetustissimam illam, auream inquam, ac celeberrimam vitam

B

C

D

DION. PETAVII NOTÆ.

(62) *Ὁ μὲν γὰρ ἔνδειαν.* Latinus Pac. *Paneg. ad Theod.*: *Et privatorum quidem avaritiæ licet mala, tamen aliqua defensio est; timetur inopia, et reponitur senectuti, et prospicitur hæredi.*

(63) *Τὸ χρηματιστικὸν τοῦτο φῦλον.* Plautus *Mostell.*.

Nullum ædepol hodie genus est hominum tetrius,
Nec minus bono cum jure, quam danisticum.

(64) *Καὶ γὰρ αἰσχρόν.* Vetus hæc Diogenis Cynici querela apud Laert.: Ἔλεγέ τε περὶ μὲν τοῦ παρορύττειν, καὶ λακτίζειν, ἀγωνίζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους· περὶ δὲ καλοκαγαθίας, οὐδένα.

Digitized by Google

instituturas, et ut nullum in malis studium posituras esse, ita in bonis, potissimumque pietate, operam collocaturas : ad quam dux ipse rex erit, cujuscunque **29** sive majoris, seu minoris operis auspicium a Deo supplex postulans. Nimirum nihil videri aut audiri potest honestius eo rege, qui in populo manus attollens, communem sui ipsius populique principem adorat. Nec a ratione alienum est, divinum quoque numen religiosi principis cultu reverentiaque gaudere, eumque arcana quadam necessitudine sibi conciliare. Hinc ergo, quoniam Deo gratus est, ad humanitatem item compositus erit, talemque se suis præbebit, qualem ipse principem experitur, in quo quid non eorum, quæ ad vitæ usum accommodata sunt, exspectandum erit? Ac mihi rursum ad ea quæ paulo ante dicebamus, regressa festinat oratio.

A λόγον τε ἔχει καὶ τὸ θεῖον γαννύσκεσθαι κυδαινόμενον βασιλέως εὐσεβοῦς θεραπείᾳ, καὶ ἀῤῥήτοις συναφαῖς τὸν τοιοῦτον οἰκειοῦσθαι. Κἀντεῦθεν οὖν παρὰ τὸ θεοφιλὴς εἶναι, φιλάνθρωπός ἐστι παντὸς μᾶλλον, οἵου τυγχάνει τοῦ βασιλέως, τοιοῦτος τοῖς βασιλευομένοις φαινόμενος. Ἀλλ' ἐν τούτῳ τί οὐκ ἂν εἰκὸς τῶν δεόντων παρεῖναι; Καί μοι πάλιν ὁ λόγος ἐπὶ τὰ μικρῷ πρόσθεν ἀνακάμπτει.

20. Regis signum notamque penes beneficentiam statuimus, et in eo posuimus, ut bonorum munificus largitor, ac propitius esset, communesque cum Deo illius appellationes in memoriam reduximus. Hæc igitur ipsa, et quæ cum his ante dicta sunt, quam regem hac oratione informandum reciperemus, nunc per partes digerantur, nostrumque istud simulacrum impleant. Quorum summa breviter hæc erat; ejusmodi principem, cum in bonis conferendis liberalitate sit animi præditus, tum nihilo magis ea re defatigatum iri, quam solem dum suos in stirpes, atque animantia radios effundit. Nec enim lucere ei laboriosum est, utpote cujus in natura splendor et fons ipse luminis continetur. Itaque a se ipso in id vitæ genus introductus cuncta per sese moderabitur, quatenus id quod subjectum est providentia ejus assequetur. Jam eos, quos solio suo propinquiores habet, quique ab ipso secundi, inter reliquos primas tenent, regia animi moderatione componet, juvandorum hominum pro rata quemque concessæ facultatis portione studiosos. Ita quippe tanto longius sublevandorum hominum cura progreditur, quo pluribus commissa fuerit.

κ'. Χαρακτῆρα βασιλείας εὐεργεσίαν ἐτίθεμεν, τὸν δωρητικὸν πάλιν τῶν ἀγαθῶν, τὸν ἵλεων, τὸς ὁμωνυμίας ἀναπεμπαζόμενοι τοῦ Θεοῦ. Αὐτά τε οὖν ταῦτα, καὶ ὅσα μετὰ τούτων ἐλέγετο, πρὶν ἐπαγγείλασθαι πλάττειν τὸν ἐν τῷ λόγῳ βασιλέα, συντετάχθω νῦν εἰς μέρη, καὶ πληρούτω τὸ ἄγαλμα. Ὧν δή που κεφάλαιον ἦν, ὅτι παρεκτικὸς ὢν ἀγαθῶν, οὐ κεμεῖται τοῦτο ποιῶν, οὐ μᾶλλον ἢ τὰς ἀκτῖνας ὁ ἥλιος φυτοῖς καὶ ζώοις δωρούμενος. Οὐ γὰρ πόνος αὐτῷ καταλάμπειν, ἐν οὐσίᾳ τὸ λαμπρὸν ἔχοντι, καὶ πηγῇ φωτὸς ὄντι. Αὐτός τε οὖν ἑαυτὸν ἐμβιβάσας τῷ τοιῷδε τῆς ζωῆς εἴδει, δι' ἑαυτοῦ κοσμήσει πᾶν, εἰς ὅσον ἀφικνεῖται τοῦ ἀρχομένου. Καὶ τοὺς ἀγχοῦ τῆς καθέδρας, οἱ μόνου μὲν αὐτοῦ δευτερεύουσι, τῶν δὲ ἄλλων πρωτεύουσι, τῷ βασιλικῷ τῆς ψυχῆς κόσμῳ συντάξει, ὠφελητικοὺς ἀνθρώπων ὄντας πρὸς μέτρον ἕκαστον τῆς νεμηθείσης δυνάμεως. Καὶ πρόεισι μὲν ἐπὶ πλεῖον οὕτω τὴν πρώτην ἡ ἐπιμέλεια τῶν ἀνθρώπων, πλειόνων αὐτὴν διὰ χειρὸς ἐχόντων.

21. Præter hæc vero in tanta imperii magnitudine exterarum provinciarum præfecti dimittendi sunt. Tum juri dicendo magistratuum delectus faciendus est, quia divina hæc est, magnificaque providentia. Nam singula loca, hominesque, aut controversias velle cognoscere, maximam usquequaque discursionem requirit : neque Dionysius ipse, cum unius, nec integræ quidem, insulæ imperium constituisset, eidem administrandæ par esse potuit. **30** Verum paucorum curatorum interventu plurimorum hominum curam licet suscipere. Hanc divinam, ac generalem providentiam appellarunt, quam in solidis ac constitutis moribus manentem, nec in minimas usque partes intentam, ne minimæ quidem partes effugiunt. Eamdem ad res gerendas divinum numen adhibens, non ipsum quidem, quæ in his inferioribus sunt, minuta quæque persequitur; sed natura tanquam manu utitur, suo constanter in statu manens, et bonorum ad extremum usque causa est, causarum scilicet omnium ipse causa. Hoc modo regi universorum cura capessenda est. Habeat ille quam fieri potest justissimos atque optimos rectores, in quos imperium dividat. Paucos enim

κα'. Ἀλλά τοι δὴ δεῖ καὶ ὑπερορίους ἁρμοστὰς ἐκπέμπειν, ἐν ἀρχῆς μεγέθει τοσῷδε. Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο, τοὺς ἐπὶ τῆς δίκης ἄρχοντας φιλοκρινητέον, ὡς ἔστιν αὕτη θεία καὶ μεγαλομερὴς ἡ πρόνοια. Ἕκαστον μὲν γὰρ τόπον, καὶ ἄνδρα, καὶ ἀμφισβήτησιν ἐθέλειν εἰδέναι, πολλῆς γε τῆς ἐκπερίξεως, καὶ οὐδ' ἂν Διονύσιος ἤρκεσεν, ὁ νήσου μιᾶς, καὶ οὐδὲ ὅλης ταύτης ἀρχὴν καταστησάμενος, ἐπιμελεῖσθαι [γρ. ἐπιμελήσασθαι]. Ἐπιμελητῶν δὲ δι' ὀλίγων ἔστι τῶν πολλῶν φροντίσαι. Ταύτην ἐκάλεσαν θεοπρεπῆ τε καὶ καθολικὴν κηδεμονίαν, ἣν ἐν ἀδρῷ μένουσαν ἦθει, καὶ μὴ συγκύπτουσαν ἐπὶ τὰ τυχόντα τῶν μερῶν, οὐδὲ τὰ τυχόντα διαπέφευγε τῶν μερῶν. Ταύτῃ χρώμενος ὁ Θεὸς, οὐκ αὐτὸς ἐκλεπτουργεῖ τῶν δεῦρο τὰ ἕκαστα, ἀλλὰ χρῆται χειρὶ τῇ φύσει, μένων ἐν ἤθει τῷ αὐτοῦ, καὶ ἔστιν αἴτιος μέχρις ἐσχάτου τῶν ἀγαθῶν, τῶν αἰτίων γινόμενος αἴτιος. Καὶ βασιλεῖ ταύτῃ μετιτέον τῶν ὅλων τὴν ἐπιμέλειαν. Διανεμέτω τὴν ἀρχὴν ὡς δυνατὸν ἐπιστάταις δικαιοτάτοις τε καὶ ἀρίστοις. Καὶ γὰρ ῥᾷον ὀλίγους ἢ πολλοὺς γνώσεται, καὶ ῥᾷον ὀλίγων ἁμαρτανόντων ἢ κατορθούντων αἰσθήσεται. Ἀριστίνδην οὖν, ἀλλὰ μὴ πλουτίνδην, ὥσπερ νῦν, ἡ τῶν ἀρξόντων αἵρεσις γινέσθω· ἐπεὶ καὶ ἰατροῖς τὸ σῶμα ἐπιτρέπομεν, οὐ τοῖς πλουσιωτάτοις, ἀλλ'

Digitized by Google

οἵτινες ἂν ὥσι τῆς τέχνης ἐπηβολώτατοι. Ἄρχοντα δὲ δὴ καὶ μᾶλλον ἀνθαιρετέον τοῦ πλουσίου τὸν ἔχοντα τὴν ἀρχικὴν ἐπιστήμην, ὅτι πλείω παρ' αὐτὸν κινδυνεύεται χεῖρον ἢ βέλτιον κεῖσθαι. Τί γὰρ, εἴ τις παρ' αὐτοῦ τοῦ κακὸς εἶναι πλοῦτον συνείλοχεν, ἆρα ἄξιον ἄρχειν αὐτὸν, ἀλλὰ μὴ τὸν πένητα μὲν, νόμιμον δὲ ἄνδρα καὶ δίκαιον, ὃς δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ δίκαιος εἶναι πενίᾳ συνοικῶν οὐκ αἰσχύνεται; Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ὁ πλουτῶν ὁπωσοῦν, ἐωνημένος δὲ τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἂν εἰδείη ὁποῖος ἂν γένοιτο νεμητὴς τοῦ δικαίου. Φαίνεται γὰρ, ὡς οὕτως εἰπεῖν, οὐ ῥᾷστα ὁ τοιοῦτος ἀδικίαν μισῆσαι, σχολῇ δ' ἂν ὑπεριδεῖν χρημάτων, ἀλλ' οὐκ ἀποδείξειν τὸ ἀρχεῖον, δικῶν πωλητήριον· ὡς οὐκ εἰκός γε αὐτὸν διαράμενον βλοσυροῖς ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέψαι χρυσίῳ· τοὐναντίον μὲν αἰδεσθῆναί τε καὶ ἐνδοῦναι, καὶ τελευτῶντα περιπτύξασθαι, ᾧ καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο χάριν οἶδεν, ὅτι ἆρα πλούτου μοίρας τὴν πολιτείαν [γρ. ἐξουσίαν] ἠλλάξατο, καὶ, ὥσπερ ἄλλο τι, τὰς πόλεις μεμίσθωται. Οἶδεν οὖν ὅτι διὰ τοῦτο σεμνός τέ ἐστι, καὶ ὑψοῦ κάθηται, περιβλεπόμενος ὑπὸ πολλοῦ τε ἄλλου λεὼ, καὶ τῶν εὖ ἡκόντων δικαίων τε καὶ πενήτων. Ἀλλὰ σύ τι ποίει ἀρετῆς ζηλωτὸν κἂν πενίᾳ συνῇ, μὴ λανθανέτω σε φρόνησις ἀνδρὸς, καὶ δικαιοσύνη, καὶ ὁ λοιπὸς ἐσμὸς τῶν ψυχικῶν ἀγαθῶν ἐσθῆτι φαύλῃ κρυπτόμενος· ἀλλ' ἕλκειν τε αὐτὸν ἐν μέσῳ, καὶ ἀξιοῦν δημοσιεῦσαι τὴν ἀρετὴν, ἣν οὐκ ἄξιον οἰκουρεῖν, ἀλλ' ὕπαιθρον εἶναι καὶ ἐναγώνιον. Εὖ γὰρ ἴσθι, σὺ μὲν ἐκείνους ἐν τῷ παραυτίκα κηρύξεις· ὁ δὲ ἀνακεκηρυγμένος αὐτὸς ἔσῃ διὰ παντὸς, δεῖγμα δοὺς τῇ διαδοχῇ τοῦ χρόνου βασιλείας εὐδαίμονος. Κἂν οὕτω ποιήσῃς, ταχὺ πολλοὺς ὄψει πλοῦτον εἰργασμένον αἰσχυνομένους, καὶ ἄλλους ἐγκαλλωπιζομένους ἀθαιρέτῳ πτωχείᾳ· καὶ μεταπεσοῦνται τοῖς ἀνθρώποις αἱ νῦν περὶ αὐτὸν ὑπολήψεις, τὸ [forte τῷ] πλοῦτον ἐξευρεῖν ὄνειδος εἶναι, καὶ ἐν σεμνότητος μοίρᾳ πενίαν τηρῆσαι. Ὡς πολλῶν ὄντων ἃ δέδωκεν ὁ Θεὸς βασιλείᾳ ζηλωτὰ καὶ μακάρια, οὐδενὸς ἧττον, εἰ μὴ καὶ παντὸς μᾶλλον ἀγασθείη τις ἂν αὐτῆς, καὶ ὑμνήσειε τὴν ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀρχομένων ἰσχὺν, ὅτι μετατίθησι βασιλεὺς δόξαν ἤθους ἐγκεκαυμένην ἔθει παλαιῷ, καὶ τρυφῇ τῇ πρώτῃ, τῷ φαίνεσθαι τἀναντία τιμῶν καὶ περὶ πλείστου ποιούμενος. Ὅτῳ γὰρ βασιλεὺς χαίρει, τοῦτ' εὐθὺς αὔξειν ἀνάγκη, καὶ ὑπὸ πλείστων ἐπιτηδεύεσθαι.

κϐ'. Ἀλλ' ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, ἐθέλω τι καὶ ὑπὲρ τῶν αὐτὸς ἐμαυτοῦ παιδικῶν εὔξασθαι. Ἐρασθείης, ὦ βασιλεῦ, φιλοσοφίας καὶ παιδείας ἀληθινῆς. Ἀνάγκη γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων συνεραστάς σοι γενέσθαι πολλοὺς, ὧν τι καὶ ὄφελος. Ἐπεὶ νῦν

A facilius, quam multos cognoscet, eosdemque facilius recte secusve administrantes sentiet. Virtutis porro, non divitiarum, ut nunc assolet, inita ratione, magistratuum delectus habeatur. Quandoquidem medicis corpus committimus, non qui ditissimi, sed quicunque demum suæ artis peritissimi sint. Magistratus vero præ divite multo magis is eligendus est, qui regendorum hominum peritia valet, quoniam plura ob id ipsum, pejus meliusve constituta ne sint, periculum imminet. Quid enim, si quis ex hoc ipso, quod improbus esset, divitias congessit, num ab illo æquum est magistratum geri, potius quam ab altero, qui sit quidem pauper, sed legum tamen justitiæque cultor, et ob idipsum, quod justus est, paupertate

B laborans pudore non afficitur? Atqui ille sane quomodocunque dives, magistratum pecuniis mercatus, cujusmodi sit æqui distributor idoneus nesciat. Videtur enim, ut ita dicam, non facile is injustitiam odio prosecuturus, nedum pecuniis contempturus, aut ex prætorio minime venalium judiciorum forum esse facturus: siquidem credibile non est eum sublato vultu torvis ac rigidis oculis aurum ex adverso intueri posse; contra vero verecundia motum iri, nonnihilque remissurum, ac demum avide amplexurum esse, cui eo ipso gratiam habet, quod parte aliqua divitiarum reipublicæ administrationem permutarit, et ut cæteras venalium rerum, civitates conduxerit. Ne-

C vit ergo se ejus beneficio in honore esse, sublimique in solio sedere, non solum a numerosa alia plebe, sed etiam ab eximiis viris justis, ac pauperibus magnifice circumspectum. Tu vero fac ut virtutis aliquid in pretio habeatur, quamvis sit cum egestate conjunctum 31 nec te prudentia lateat hominis, aut justitia, reliquaque animi bonorum multitudo sub vili abjectaque veste delitescens; quin potius in medium producas, dignumque censeas qui virtutem omnium oculis subjiciat, quam quidem domi segnem contineri nefas sit; sed sub dio agere, atque inter certamina versari oporteat. Sic enim habeto; illos quidem a te in præsentia collaudatum iri; te vero eum fore perpetuo, cujus nomen hoc præconio celebretur; a quo felicioris

D imperii specimen temporum successioni fuerit commendatum. Quod si ita feceris, multos statim videbis, quos partarum divitiarum pudeat; alios etiam, qui voluntariæ mendicitatis nomine sibi placeant: ex eoque, quod probrosa sit divitiarum conquisitio, paupertas vero honestissimo in loco habeatur, inveterata jam de illis inter homines opinio dilabetur. Nam cum plurima sint a Deo regiæ dignitati præstabilia beataque concessa, tum non minus, imo multo magis, quam cætera omnia vim eam mirabitur quispiam, et prædicabit, quam in subjectorum sibi animis præcipuam habet: propterea quod rex quamlibet ingenii opinionem veteri consuetudine, et antecedentibus deliciis instam tunc nullo negotio mutat, cum id quod contrarium est in pretio habere, maximique facere videtur. Quocunque enim rex gaudet, hoc subinde invalescere, studioseque a plerisque affectari necesse est.

22. Verum cum eo hactenus orationis pervenerim, libet nonnulla in deliciarum mearum gratiam vota concipere. Utinam te, imperator, philosophiæ amor capiat, sinceriorisque disciplinæ. Necesse enim erit ex iis, quæ ante dixi, rivales

Digitized by Google

tibi esse multos, qui quidem aliquo in honore ac pretio sint. Quandoquidem in præsentia, ut neglectui habetur, periculum est ne penitus exstinguatur, adeoque ne fomentum quidem iis, qui eam accendere voluerint, ullum amplius supersit. Num igitur pro philosophia vota a me modo concepta sunt? An potius ei quidem nihilo deterius futurum est, etiamsi ex hominum consortio secedat? Suum enim apud Deum domicilium habet; circa quem, etiam dum hic versatur, maximam operæ partem collocat; ac quoties delapsam terrestris sedes non recipit, apud patrem manet, merito id ad nos usurpans,

A γε, ὡς ἠμέληται, κίνδυνος ἀποσβῆναι, καὶ μετὰ μικρὸν οὐδ' ἐμπύρευμα λείπεσθαι βουλομένοις ἐναῦσαι. Ἆρα οὖν ὑπὲρ φιλοσοφίας ηὔγμαι τανῦν; Ἢ τῇ μὲν οὐδὲν μεῖον κἂν ἀποικῇ τῶν ἀνθρώπων; Ἔστίαν γὰρ ἔχει παρὰ τῷ Θεῷ, περὶ ὃν καὶ δεῦρο οὖσα τὰ πολλὰ πραγματεύεται· καὶ ὅταν αὐτὴν μὴ χωρῇ κατιοῦσαν ὁ χθόνιος χῶρος, μένει παρὰ τῷ πατρὶ, πρὸς ἡμᾶς ἐνδίκως ἂν εἰποῦσα τὸ

32 *Non mihi vestro*
Est opus : ipsa Jovis solo me dignor honore.

Οὔτι με ταύτης
Χρεὼ τιμῆς· φρονέω δὲ τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ.

Humanæ autem res, ea præsente aut absente, sive deteriores sive meliores, omninoque felices aut infelices sunt. Pro his ergo pariter et pro philosophia vota concepimus. Faxit Deus ut ejus voti compos evadam, quod cum Plato nuncupasset, minime est assecutus! Videam per te philosophiam cum imperio conjunctam : neque amplius de regno disserentem me quisquam audiet. Enimvero tacendi nunc tempus est, quoniam hoc uno sum omnia complexus. Quod si contigerit, dedi quod ab initio contendebam, cum oratione me mea simulacrum quoddam regis ostensurum esse promitterem. Revera enim *Sermo rei umbra quædam est;* a te vero vicissim idipsum animatum, ac vitale repetebam. Quod equidem brevi, uti spero, posthac videbo; regisque mihi opus ipsum exhibebis, nisi extra tuas aures sermones isti nostri versentur; sed influant potius, atque in interiores animi recessus subeant. Neque vero sine aliquo numinis afflatu, ad eam cohortationem impulsam esse philosophiam puto, Deo videlicet hac in parte ministrantem, qui ut conjici nullo negotio potest, in amplificandas res tuas studiosius incumbat. Ego vero non immerito primus ex meorum seminum fetu emolumentum aliquod percepero, si qualem te imperatorem fingo, talem aliquando experiar, cum de iis quæ civitates flagitant, ultro citroque sermonem conferam.

Τὰ δὲ ἀνθρώπινα πράγματα, παρούσης τε αὐτῆς, καὶ ἀπούσης, χείρω καὶ βελτίω, καὶ παντελῶς εὐδαίμονα γίνεται. Ὑπὲρ τούτων οὖν, καὶ ὑπὲρ φιλοσοφίας ηὔγμαι. Καὶ εἴη γε τυχεῖν τῆς εὐχῆς, ἣν Πλάτων εὐξάμενος οὐκ εὐτύχησεν. Ἴδοιμί σε τῇ βασιλείᾳ προσειληφότα φιλοσοφίαν. Καὶ οὐκ ἔτι ἂν μου πρόσω τις λέγοντός τι περὶ βασιλείας ἀκούσεται. Ἀλλ' ὥρα γὰρ ἤδη σιγᾶν, ὡς ἐνὶ τούτῳ πάντα συνήρηκα. Κἂν γένηται τοῦτο, δέδωκά σοι ὅπερ ἀρχόμενος ᾔτησα, λόγῳ μὲν αὐτὸς ὑποσχόμενος ἀνδριάντα βασιλέως σοι δεῖξαι. Καὶ γάρ ἐστι λόγος ὄντως ἔργου σκιή· παρὰ σοῦ δὲ αὐτὸν ἀντῄτουν ἔμβιον ἀπολαβεῖν καὶ κινούμενον. Καὶ ὄψομαί γε οὐκ εἰς μακρὰν, καὶ ἀποδώσεις μοι τοῦ βασιλέως τὸ ἔργον, εἰ μὴ θυραυλήσουσιν οἱ λόγοι περὶ τὰ ὦτα, ἀλλ' εἰσρυήσονταί τε καὶ τοῖς μυχοῖς τῆς ψυχῆς ἐνδιαιτήσονται. Οὐ μὴν ἀθεεὶ πείθομαι τὴν φιλοσοφίαν ἐπὶ τὴν παραίνεσιν ἐξορμῆσθαι, σὺν σπουδῇ τῷ Θεῷ προθυμουμένῳ τὰ σὰ αὔξειν, ὡς εἰκάσαι ῥᾴδιον. Ἐγὼ δ' ἂν δίκαιος εἴην ἀπολαῦσαι πρῶτος τῶν ἐμαυτοῦ σπερμάτων τῆς βλάστης, οἷόν σε πλάττω βασιλέα, τοιούτου πειρώμενος, ὅταν περὶ ὧν αἰτοῦσιν αἱ πόλεις, παρέχω λόγον καὶ δέχωμαι.

MONITUM IN SEQUENTEM LIBELLUM.

Libri hujus argumentum pete ex epist. 154, ex qua scriptum illum esse cognosces adversus imperitos quosdam et a Musis aversos homines, qui cum humanitatis omnis ac liberalium ipsi disciplinarum expertes essent, earum in Synesio damnabant studium; hoc illi vitio dantes, quod multa passim in scriptis suis de poetis, et aliis elegantioribus auctoribus aspergeret. Tum ideo vellicabant, quod exemplaria penes se haberet minus emendata. Utrumque ergo crimen hoc in libro diluit, ac liberalium imprimis artium, et politioris doctrinæ causam pari suavitate et eruditionis copia defendit.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ, ΠΕΡΙ ΔΙΩΝΟΣ.

DE DIONE, EX PHILOSTRATO.

Δίωνα δὲ τὸν Προυσαῖον οὐκ οἶδ' ὅ τι χρὴ προσειπεῖν, διὰ τὴν ἐς πάντα ἀρετήν. Ἀμαλθείας γὰρ κέρας ἦν (τὸ τοῦ λόγου), ξυγκείμενος μὲν τῶν ἀρίστα εἰρημένων τοῖς ἀρίστοις, βλέπων δὲ πρὸς τὴν Δημοσθένους ἠχώ, καὶ Πλάτωνος, ᾗ καθάπερ αἱ μαγάδες τοῖς ὀργάνοις προσηχεῖ ὁ Δίων τὸ ἑαυτοῦ ἴδιον ξὺν ἀφελείᾳ ἐπεστραμμένῃ. Ἀρίστη δὲ ἐν τοῖς Δίωνος λόγοις καὶ ἡ τοῦ ἤθους κρᾶσις. Ὑβριζούσαις τε γὰρ πόλεσι πλεῖστα ἐπιπλήξας, οὐ φιλολοίδορος, οὐδὲ ἀηδὴς ἔδοξεν, ἀλλ' οἷον ἵππων ὕβριν χαλινῷ καταρτύνων μᾶλλον ἢ μάστιγι. Πόλεών τε εὐνομουμένων ἐς ἐπαίνους καταστὰς, οὐκ ἐπαίρειν αὐτὰς ἔδοξεν, ἀλλ' ἐπιστρέφειν μᾶλλον, ὡς ἀπολουμένας, εἰ μεταβάλοιντο. Ἦν δὲ αὐτῷ καὶ τὸ τῆς ἄλλης φιλοσοφίας ἦθος οὐ κοινὸν, οὐδ' εἰρωνίζον, καὶ ἐμβριζῶς μὲν ἐγκείμενον, κεχρωσμένον δὲ οἷον ἡδύσματι, τῇ πραότητι. Ὡς δὲ καὶ ἱστορίαν ἱκανὸς ἦν συγγράψειν, δηλοῖ τὰ Γετικά. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐς Γέτας ἦλθεν, ὁπότε ἠλᾶτο· τὸν δὲ Εὐβοέα, καὶ τὸν τοῦ Ψιττακοῦ ἔπαινον, καὶ ὁπόσα οὐχ ὑπὲρ μεγάλων ἐσπούδασται τῷ Δίωνι, μὴ μικρὰ ἡγώμεθα, ἀλλὰ σοφιστικά. Σοφιστοῦ γὰρ τὸ καὶ ὑπὲρ τοιούτων σπουδάζειν. Γενόμενος δὲ κατὰ χρόνους, οὓς Ἀπολλώνιός τε ὁ Τυανεὺς, καὶ Εὐφράτης ὁ Τύριος ἐφιλοσόφουν, ἀμφοτέροις μὲν ἐπιτηδείως εἶχε, καίτοι διαφερομένοις πρὸς ἀλλήλους, ἔξω τοῦ φιλοσοφίας ἤθους. Τὴν δὲ ἐς τὰ Γετικὰ ἔθνη πάροδον τοῦ ἀνδρὸς, φυγὴν μὲν οὐκ ἀξιῶ ὀνομάζειν, ἐπεὶ μὴ προσετάχθη αὐτῷ φυγεῖν· οὐδὲ ἀποδημίαν· ἐπειδὴ τοῦ φαιροῦ ἐξέστη, κλέπτων ἑαυτὸν ὀφθαλμῶν τε καὶ ὤτων, καὶ ἄλλα ἐν ἄλλῃ γῇ πράττων, δέει τῶν κατὰ τὴν Ῥωμαίων τυραννίδα, ὑφ' ὧν ἠλαύνετο φιλοσοφία πᾶσα. Φυτεύων δὲ καὶ σκάπτων, καὶ ἐπαντλῶν βαλανείοις καὶ κήποις, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὑπὲρ τροφῆς ἐργαζόμενος, οὐδὲ τοῦ σπουδάζειν ἠμέλει, ἀλλ' ἀπὸ δυοῖν βιβλίοιν ἑαυτὸν ξυνεῖχε· ταυτὶ δὲ ἦν ὅ τε Φαίδων ὁ τοῦ Πλάτωνος, καὶ Δημοσθένης ὁ Κατὰ τῆς πρεσβείας. Θαμίζων δὲ ἐς στρατόπεδα, ἐν οἷσπερ εἰώθει τρύχεσθαι, καὶ τοὺς στρατιώτας ὁρῶν ἐς νεώτερα ὁρμῶντας ἐπὶ Δομετιανῷ ἀπεσφαγμένῳ, οὐκ ἐφείσατο, ἀταξίαν ἰδὼν ἐκραγεῖσαν, ἀλλὰ γυμνὸς ἀναπηδήσας ἐπὶ βωμὸν ὑψηλὸν, ἤρξατο τοῦ λόγου ὧδε·

A **33** *Dio vero Prusæus quonam potissimum nomine sit appellandus nescio, ob singularem ejus in omnibus rebus præstantiam. Fuit enim (quod aiunt) Amaltheæ cornu; ac, quod ad dicendi quidem attinet facultatem, cum eloquentissimis quibusque comparandus. Platonis enim ac Demosthenis dicendi morem imitatus est; cui quidem in proprio eloquendi genere candore quodam, ac contorta simplicitate respondet, non minus quam musicis instrumentis assonant sonorum retinacula. Optima vero ac laudatissima est in Dionis orationibus affectuum temperatio. Quotiès enim impotentes et insolentes respublicas increpat, neque contumeliosus, neque importunus videtur; sed perinde earum, ut equorum, ferociam freno potius*

B *quam flagello compescere. Sin ad optimis legibus institutas civitates laudandas se conferat, non tam erigere, aut ad superbiam excitare, quam continere videtur, quasi citius interituras, si alium in statum degeneraverint. Sed et reliquum philosophandi institutum tenuit non omnibus expositum, neque simulandi artifex; sed ejusmodi, ut gravitate quadam instaret, non secus ac condimento, insita sibi humanitate temperata. Quam porro historiæ scribendæ aptus fuerit, argumento sunt ab eo scripta* Getica. *Getas enim tunc, cum errando circumiret, pervenit. Quod autem ad* Euboicum *et* Psittaci Encomium

C *attinet, cæteraque, quæ de minus seriis rebus sunt a Dione conscripta, nè quis levia hæc aut parva censeat, sed sophistæ potius proposito consentanea. Etenim sophistæ ista quoque studiose tractanda sunt. Ac cum in ea tempora incidisset, quibus Apollonius Tyaneus et Euphrates Tyrius philosophiam profiterentur, utroque familiariter usus est, præterquam in philosophiæ ratione, cum ii a se invicem dissiderent. Nec vero illius ad Getas profectionem exsilium fuisse crediderim, cum imperatoris jussu non fuerit deportatus; sed neque peregrinationem, quoniam is ex hominum consuetudine penitus ereptus est, seseque omnium oculis atque auribus subduxit; alia in aliis regionibus agens, quod Romanorum tyrannidem pertimesceret, a qua omnis erat expulsa philosophia.* **34** *Cæterum cum aut serendis arboribus, aut fodiendo solo aut hauriendæ ad balnea vel hortos aquæ, aut aliis ejusmodi victus gratia operam suam locaret, studiorum interim nequaquam securus fuit; sed duobus libellis per totum illud tempus sese sustentavit: hi erant Platonis* Phædon, *et Demosthenis oratio* de falsa legatione. *Tandem cum in castra ventitaret, in quibus labores exantlare solebat ac milites animadverteret ob tyranni cædem novas res molientes,*

Digitized by Google

non id negligenaum sibi duxit tanta præsertim consternatione ac perturbatione suborta; sed in sublimem aram nudus ex improviso insiliens, orationem hunc in modum exorsus est :

Deposuit laceras vestes astutus Ulysses.

Quæ cum dixisset, palamque fecisset, se non mendicum, aut ejusmodi hominem, qualem existimaverant, sed Dionem se esse sapientem, acerrime in tyrannum invectus est, militesque docuit consultius agere qui Romanis morem gererent. Etenim vis ea hominis ad persuadendum fuit, ut eos quoque qui Græcas litteras accurate non callerent, suavissime demulceret. Sane Trajanus imperator Romæ illum in aureum currum assumens, quo invecti imperatores confectis bellis triumphant, surpissime ad Dionem conversus : « Quidnam, aiebat, dicas nescio, te vero non minus ego quam me ipsum diligo. » Porro inter ea quæ in Dionis orationibus artificiosa et sophistica reperiuntur, præcipuæ sunt rerum in loquendo expressæ similitudines, quibus quamvis frequenter utatur, at efficax validusque est, et rerum quas sibi proponit naturæ haud dissimilis.

A Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεύς· καὶ εἰπὼν ταῦτα, καὶ δηλώσας ἑαυτὸν, ὅτι μὴ πτωχὸς, μηδ' ὃν ᾤοντο, Δίων δὲ εἴη ὁ σοφὸς, ἐπὶ μὲν τὴν κατηγορίαν τοῦ τυράννου πολὺς ἐπνευσε, τοὺς δὲ στρατιώτας ἐδίδαξεν ἄμεινον φρονεῖν τὰ δοκοῦντα Ῥωμαίοις πράττοντας. Καὶ γὰρ καὶ ἡ πειθὼ τοῦ ἀνδρὸς οἷα καταθέλξαι καὶ τοὺς μὴ τὰ Ἑλλήνων ἀκριβοῦντας. Τραϊανὸς γοῦν αὐτοκράτωρ ἀναθέμενος αὐτὸν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, ἐφ' ἧς οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν, ἔλεγε θαμὰ ἐπιστρεφόμενος πρὸς τὸν Δίωνα, « Τί μὲν λέγεις οὐκ οἶδα, φιλῶ δέ σε ὡς ἐμαυτόν· » σοφιστικώτατον δὲ τοῦ Δίωνος αἱ τῶν λόγων εἰκόνες, ἐν αἷς εἰ καὶ πολὺς, ἀλλὰ καὶ ἐνεργὴς, καὶ τοῖς ὑποκειμένοις ὅμοιος.

ΣΥΝΕΣΙΟΥ ΔΙΩΝ

Η ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΘ' ΕΑΥΤΟΝ ΔΙΑΓΩΓΗΣ.

—

SYNESII DIO

VEL DE IPSIUS VITÆ INSTITUTO.

—

35 1. Philostratus Lemnius, sophistarum qui ad sua usque tempora floruerunt, Vitas describens, duo in ipso statim exordio eorum genera constituit : unum illorum qui hoc ipsum, quod esse dicuntur, sophistæ sunt; alterum eorum qui, cum philosophiam profiterentur, ob singularem in dicendo facundiam, inter sophistas annumerati sunt. Quorum ex numero fuisse Dionem ait, unaque cum eo et Carneadem Atheniensem, et Leonem Byzantinum recenset, aliosque pene innumeros, qui philosophiam alioqui vitæ professione consectati, sophisticum dicendi genus amplexi sunt. Quibus et Caidium Eudoxum addit, virum discipulorum Aristotelis facile principem, et ejus imprimis astronomiæ peritum, quæ per illa tempora florebat. Dio vero, ob insignia linguæ ornamenta, quam ille auream habuit, in iis omnibus quæ scripsit, ut et

C α'. Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος ἀναγράφων τοὺς βίους τῶν μέχρις αὐτοῦ σοφιστῶν, ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου δύο μερίδας ποιεῖ, τῶν τε αὐτὸ τοῦτο σοφιστῶν, καὶ τῶν ὅσοι φιλοσοφήσαντες διὰ τὴν εὐστομίαν ὑπὸ τῆς φήμης ἐς τοὺς σοφιστὰς ἀπηνέχθησαν· καὶ τάττει τὸν Δίωνα μετὰ τούτων· ἐν οἷς Καρνεάδην τε καταλέγει τὸν Ἀθηναῖον, καὶ Λέοντα τὸν Βυζάντιον, καὶ συχνοὺς ἄλλους καταβιώσαντας μὲν ἐπὶ φιλοσόφου προαιρέσεως· λόγου δὲ ἰδέαν σοφιστικὴν ἡρμοσμένους· ἐν οἷς ἀριθμεῖ καὶ τὸν Κνίδιον Εὔδοξον (1), ἄνδρα τὰ πρῶτα τῶν Ἀριστοτέλους ὁμιλητῶν, ἀλλὰ καὶ ἀστρονομίας εὖ ἥκοντα, ὁπόσην ὁ τότε χρόνος ἐπρέσβευεν. Ἡμῖν δὲ ὁ Δίων τῇ μὲν περιβολῇ τῆς D γλώττης, ἣν χρυσῆν εἶχεν, ὥσπερ καὶ λέγεται, σοφιστὴς ἔστω διὰ πάντων τῶν ἑαυτοῦ, εἴ τις ἀξιοῖ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς φωνῆς σοφιστικὸν ἀγώνισμα οἴεσθαι· καί τοι καὶ τοῦτο μετὰ μικρὸν ὁποῖόν

DION. PETAVII NOTÆ.

(1) [XIV] *Καὶ τὸν Κνίδιον Εὔδοξον*. Aristotelis Eudoxum fuisse discipulum, id vero falsum est, et in eo multum hallucinatus est Synesius. Vide Laert. et Strabonem lib. XVIII. Quinetiam laudatum invenies ab Aristotele, *Eth.* X, c. 1.

Digitized by Google

ἐστιν ἐξετάσομεν· τὴν δὲ προαίρεσιν οὐχ εἷς ὁ Δίων, οὐδὲ μετὰ τούτων τακτέος, ἀλλὰ μετὰ Ἀριστοκλέους (2), ἀπεναντίας μέντοι κἀκείνῳ. Ἄμφω μέν γε μεταπεπτώκασιν· ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ φιλοσόφου καὶ μάλα ἐμβριθοῦς, καὶ πρόσω καθεικότος τὸ ἐπισκύνιον, ἐτέλεσεν εἰς σοφιστάς, καὶ τρυφῆς ἁπάσης οὐχ ἥψατο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐς ἄκρον ἐλήλακεν· ἐννεάσας δὲ τῇ προστασίᾳ τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου δογμάτων, καὶ συγγράμματα ἐξενηνοχὼς εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἄξια φιλοσόφου σπουδῆς, οὕτω τι ἥττων ἐγένετο δόξης σοφιστικῆς, ὡς μεταμέλειν μὲν αὐτῷ γηρῶντι τῆς ἐν ἡλικίᾳ σεμνότητος· κόψαι δὲ τὰ Ἰταλικά τε καὶ Ἀσιανὰ θέατρα μελέταις ἐναγωνιζόμενον. Ἀλλὰ καὶ κοττάβοις ἐδεδώκει (3), καὶ αὐλητρίδας ἐκόμιζε (4)· καὶ ἐπήγγελλεν ἐπὶ τούτοις συσσίτια· ὁ δὲ Δίων ἐξ ἀγνώμονος σοφιστοῦ, φιλόσοφος ἀπετελέσθη· τύχῃ δὲ μᾶλλον ἢ γνώμῃ χρησάμενος, τὴν τύχην

A esse dicitur, sophistæ nomen obtineat, si quis eloquentiæ exercitationem sophisticum certamen esse contendat. De quo tamen cujusmodi sit, paulo post inquiremus. Verum quod ad vitæ institutum attinet, non uniusmodi est Dio; neque inter illos, sed cum Aristocle potius recensendus, diversa tamen ab eo ratione. Utrique enim desciverunt: sed hic ex philosopho gravi cumprimis, et supercilium mirum in modum submittente, in sophistam degeneravit; ac deliciarum generi omni non indulsit modo; sed ad summum quoque pervenit. Cumque in tuendis Peripateticorum dogmatibus totum ætatis tempus contrivisset, scriptaque in Græcos quamplurima edidisset philosophiæ studio digna, usque adeo sophisticæ gloriæ desiderio succubuit, ut senem ejus, B quam juvenis præ se semper habuerat, morum gravitatis pœniteret, omniaque Italiæ atque

DION. PETAVII NOTÆ.

(2) *Ἀλλὰ μετ' Ἀριστοκλέους.* Citatur ab Eusebio lib. XI *De præp.*, pag. 300, et Theodoreto orat. XII *Contra Græcos.*

(3) *Ἀλλὰ καὶ κοττάβοις ἐδεδώκει.* Sic apud Eurip. *Phœniss.*:

Ὁ δ' ἡδονῇ δούς, etc.

De cottabis, quod genus convivalis ludi fuit, quædam olim in adversaria retulimus ex Athenæo, lib. XI et XV, Polluce lib. VI, c. 19, Aristophanis Scholiaste, præsertim ad Irenen, Suida et Hesychio; quæ in studiosæ juventutis gratiam hoc loco non pigebit ascribere. Ac cum mira in eo ludo varietas exstiterit, nos eam omnem methodi gratia in C tria genera partiemur; unicuique deinde generi certas formas subjiciemus. Neque vero per singula capita auctorum, unde illa sumpta sunt, verbis ac testimoniis utemur; ne identidem interpellanda oratione longiores esse cogamur. Satis est universe, quorum e scriptorum fide ista promentur, ac quibus ex eorum libris, adnotasse.

Primum cottabi, vel cottabismi genus cæteris simplicius fuit, in quo nihil præter illisi liquoris sonitum captabant: quod tribus modis faciebant. Aut enim potus residuum in pavimentum jaciebant, vincebatque qui clariorem sonum edidisset. Ita Xenophon II *Ἑλλην.* ait Theramenem a Critia tyranno cicutam bibere jussum, *ἀποκοττάβισαι* quod ex potione supererat. Quod sic expressit Cicero *Tuscul.* I: *Reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret.* Aut in subjecta minora vasa in altum ejaculatus cadebat liquor; ac similiter laudabatur, qui majorem sonum fecisset. Aut denique lignum arrectarium candelabri in modum statuebatur, quod D acetabuli simile vas attollebat: et in hoc potus reliquias e longinquo jactabant, vincebatque qui vasculum attigisset.

Genus cottabi secundum fuit, in quo id quærebatur, ut vasa quædam in subjectam aquam mergerentur. Cujus duplex fuit ratio. 1. Pelvi simile vas aqua plenum in medio ponebatur, et in eo vase poculum innatabat, dispositis in pelvis ambitu myrteis ramis. Tum vero unicum [XV] illud poculum ejaculato liquore certamen erat deprimere; 2. in labrum illud aqua plenum, non unum, sed complura mittebantur acetabula quorum qui plura stillatitia profusione demersisset, præmium auferebat.

Tertium genus *καταχτόν*, id est *deorsum pensile*, vel *sidens*, appellatur: cujus tres formas invenio. Prima fuit ejusmodi. Virgæ oblongæ candelabri instar in pavimentum depactæ transversa imponebatur altera, quæ utrinque velut in trutina vergebat, singulis appensis lancibus: quibus duæ aquæ crateræ supponebantur. Sub aqua sigillum erat æneum deauratum, quem *μάνην* vocabant. Tum ludentium quilibet phialam vino plenam manu tenens, atque e longinquo stans, vinum omne stillatim effundebat in lancem, ut ea pondere degravata, et in aquam subsidens sigilli pulsaret caput, ac sonum ederet. Quod si vinum e lance non effunderetur, victor habebatur, sin minus, victoria cadebat. Altera fuit, cum lanx in manen decidens candelabro impositum eum in subjectam pelvim decuteret.

Tertia demum, cum ex utraque trutinæ parte ellychnia, et sub his cymbia pendebant, labro aquæ supposito; post altera parte depressa in aquam ellychnia demittebantur, quæ vicissim sublata, parte altera subsidente, aquam in cymbia depluebant. Vincebat qui plura contigisset cymbia. Hæc cottaborum fere varietas fuit. Κόττα̃βος porro tam vasis nomen erat quam præmii, quod et *κοττάβιον* dicebant *Λάταξ*, seu *λατάγη* residuum potus appellabatur, quod e poculo jaciebant. Ἀγκύλη nominata est ejaculatio ipsa ab circumactu manus, et flexu. Nam in profundendo liquore certa quadam ratione brachium contorquebant. Μάνης effigies ænea fuit sub aqua delitescens; aut imposita candelabro, ac nonnunquam candelabrum ipsum manis habebat formam.

Victoris fere præmium erat cottabus ipse, sive vas, in quod humor effundebatur: tum ova, et liba, seu placentæ ex sesamo et melle, quem *σησαμοῦντα* vocabant; vel ex tritico et melle, quem *πυραμοῦντα* dicebant. Operæ pretium est vero priscorum circa id ludi genus insaniam apud Athenæum legere: quæ eo progressa est, ut uni illi rei rotundi œci fabricarentur, uti cottabo in medio constituto, æquis spatiis certamen fieret. Hæc ille lib. II.

(4) *Καὶ αὐλητρίδας ἐκόμιζε.* Philostratus Ἡδονάς τε, ὁπόσαι λυρῶν τε καὶ αὐλῶν, καὶ εὐφωνίαι (*forte* εὐφωνίας) εἰσὶ, πάσας εἰσηγάγετο εἰς τὴν δίαιταν. Augustinus IV *De civit.*, cap. 21, ait post Cn. Manlii triumphum de Gallograecia inductas in convivia psaltrias. At Theodosius ministeria ejusmodi lasciva psaltriasque comessationibus adhibere lege prohibuit. Aurelius Vict. Exstatque lex lib. XV, *Cod. Th.*, *De scenicis.* Quod sequitur *ἐπήγγελλεν ἐπὶ τούτοις συσσίτια.* Idem est ac condicere, hoc est, ut ait Festus, dicendo denuntiare: Plautus *Sticho*:

Aliud id ne vos miremini homines servulos
Potare, amare, atque ad cœnam condicere;
Licet hoc Athenis nobis.

Digitized by Google

36 Asiæ theatra declamationibus obtunderet. Quin etiam cottabis indulgere, ac tibicinas secum habere cœpit, et in hæc oblectamenti genera epulas condicere. Dio autem, ex improbo et importuno sophista, philosophus tandem evasit, fortunaque magis quam consilio usus, fortunam ipse suam enarravit. Eum vero, qui illius vitam describeret, consentaneum erat vitæ in homine duplicitatem distinguere : neque eum adeo simpliciter Carneadi et Eudoxo, aliisque id genus ascribere ; quorum quamcunque materiam sumpseris, ea philosophiæ propria est, sed sophistice pertractata, hoc est elocutionis ornamentis scite atque eleganter expolita, et cum incredibili venustate conjuncta. Ideo ab hominibus, quos blando orationis lepore demulcerent, sophistæ nomen habere meruerunt. Illi autem libentissime id mihi rejecturi fuisse videntur, nec sibi oblatum admisisse, cum philosophia, posteaquam nuperrime Plato in eam appellationem insurrexisset, id ipsum probri ac contumeliæ loco duceret. Ille vero utrumque vitæ genus splendide ac cum honore professus est, suisque ipse secum argumentis pugnat, cum ab oppositis inter se institutis profectas orationes ediderit. Necesse est profecto, vel ob ipsum potissimum sermonum dissidium, quæ de hoc homine habemus silentio non prætermittere. Nam quam deinceps subjicit ejusdem excusationem, quod psittaci laudes oratione scripsisset, quod sophistæ ne ista quidem neglectui habenda sint, convincendi ipsius argumentum videri potest, qui hominem antea calumnia affectum dixerat, quod cum philosophus esset, perperam inter sophistas compelleretur. Hæc enim ejus verba sunt : *Sophistas autem veteres non modo ex oratoribus eos appellarunt, qui eximii in dicendo et illustres essent, sed ex philosophis eos, qui eloquendi copia erant et ubertate præditi. De quibus imprimis dicamus necesse est ; quandoquidem cum sophistæ non essent, sed esse viderentur, in eam appellationem transierunt.* Deinde manifesto philosophos dinumerat ; in queis et Dionem, et post Dionem alios, de quorum postremo dicendi finem faciens : *Hæc habuimus*, inquit, *quæ de eo genere philosophorum diceremus, qui inter sophistas habiti sunt.* Idipsum paululum immutatis verbis **37** asserens, eos, quanquam sophistæ non essent, id tamen sibi nomen vindicasse. Atqui alio quodam in loco dubitare sese ait quanam in chori parte ancipitem, et ambidextrum hominem collocare debeat. Quorsum igitur antea dixisti ? Quorsum subjecisti, cum id

A αὐτὸς διηγήσατο. Ἦν δὲ δὴ καὶ τοῦ γράφοντος βίον διηγήσασθαι τὴν περὶ τὸν ἄνδρα διπλόην· ἀλλὰ μὴ ἁπλῶς οὕτω συγκαταριθμῆσαι τοῖς ἀμφὶ Καρνεάδην καὶ Εὔδοξον· ὧν ἥντινα ἂν λάβῃς ὑπόθεσιν, φιλόσοφός ἐστι μετακεχειρισμένη σοφιστικῶς, τοῦτ' ἔστι λαμυρῶς ἀπηγγελμένη καὶ δεξιῶς, καὶ πολλὴν τὴν ἀφροδίτην ἐπαγομένη. Ταύτῃ καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, οὓς λέγοντες ἐκήλουν τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων, ἠξιοῦντο τῆς προσηγορίας τοῦ σοφιστοῦ· αὐτοὶ δ' ἂν ἀπαξιῶσαι [γρ. ἂν ἐπαξίως] ἐμοὶ δοκοῦσι, καὶ οὐ διδόμενον δέξασθαι, φιλοσοφίας ἐν ὀνείδει τὸ τοιοῦτο τιθείσης, ἄρτι τοῦ Πλάτωνος ἐπαναστάντος τῷ ὀνόματι. Ὁ δὲ, προὔστη τε λαμπρῶς τοῖν βίοιν ἑκατέρου χωρὶς, καὶ ταῖς ὑποθέσεσι μάχεται αὐτὸς ἑαυτοῦ, λόγους ἐξενεγκὼν ἀπὸ τῶν ἐναντίων ἐναστάσεων. Χρὴ
B δή που καὶ δι' αὐτὴν οὐχ ἥκιστα τὴν ἐν τοῖς λόγοις διαφορὰν μὴ σεσιγῆσθαι τὰ περὶ τὸν ἄνδρα. Ὅπερ γὰρ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτά φησιν, ἀπολύων αὐτὸν αἰτίας συνθέντα ἔπαινον ἐπὶ ψιττακῷ τῷ ὄρνιθι· σοφιστοῦ γὰρ εἶναι μηδὲ τούτων ὑπεριδεῖν· αὐτοῦ μὲν ἂν ἔλεγχος εἶναι δόξειε, προειπόντος ὅτι τῶν συκοφαντουμένων ἐστὶν ὁ ἀνὴρ, ὅστις φιλόσοφος ὤν, εἰς τὸν σοφιστὴν ἕλκεται. Λέγει γὰρ οὕτω· *Σοφιστὰς δὲ οἱ παλαιοὶ ἐπωνόμαζον, οὐ μόνον τῶν ῥητόρων τοὺς ὑπερφωνοῦντάς τε καὶ λαμπρούς, ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοσόφων τοὺς σὺν εὐρολᾳ ἐρμηνεύοντας. Ὑπὲρ ὧν ἀνάγκη πρότερον εἰπεῖν· ἐπειδὴ οὐκ ὄντες σοφισταὶ, δόξαντες δὲ, παρῆλθον εἰς τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην.* Εἶτα σαφῶς φιλοσόφους ἄνδρας ἐξαριθ-
C μεῖται· μεθ' ὧν δὴ καὶ τὸν Δίωνα, καὶ μετὰ Δίωνα ἄλλους, ὧν περὶ τοῦ τελευταίου παυόμενος· *Τοσαῦτα*, φησὶ, *περὶ τῶν φιλοσοφησάντων ἐν δόξῃ τοῦ σοφιστεῦσαι.* Ταὐτὸν ἑτέρως εἰπὼν, ὅτι μὴ ὄντες σοφισταὶ, τοῦ ὀνόματος ἐπεβάτευσαν. Καίτοι μεταξύ πού φησιν ἀπορεῖν οἱ χοροῦ τάξει τὸν ἄνδρα, περιδέξιον δή τινα ὄντα (5). Τί οὖν πρεῖπας ; τί δὲ ἐπεῖπας, ὅτι τοῦτο μὲν ἔστιν, ἐκεῖνο δὲ φαίνεται ; Ἀλλ' ἔγωγε οὐ μικρολογοῦμαι πρὸς τὰς ἐναντιολογίας· συγχωρῶ δὲ τὸν Δίωνα φιλόσοφον ὄντα παῖξαι τὰ σοφιστῶν, εἰ μόνον πρᾶός ἐστι καὶ ἔλεως φιλοσοφίᾳ, καὶ μηδαμοῦ μηδὲν ἐπηρέακεν αὐτῇ, μηδὲ ἐπ' αὐτῇ ξυντέθεικε λόγους ἰταμούς τε καὶ κακοήθεις. Ἀλλ' οὗτός γε πλεῖστα δὴ καὶ μάλιστα σοφιστῶν εἰς
D φιλοσόφους τε καὶ φιλοσοφίαν ἀπηναισχύντηκεν. Ἅτε γάρ, οἶμαι, φύσεως λαχὼν ἐχούσης ἰσχὺν, καὶ τὸ ῥητορεύειν αὐτὸν ἠλήθευεν (6), ἄμεινον ἀναπεπεισμένος εἶναι τοῦ ζῆν κατὰ φιλοσοφίαν, τὸ ζῆν κατὰ τὰς κοινὰς ὑπολήψεις. Ὅθεν ὅ τε κατὰ τῶν φιλοσόφων αὐτῷ λόγος ἐσπουδάσθη σφόδρα ἀπεικονισμένος, καὶ οὐδὲν σχῆμα ὀκνήσας· καὶ ὁ πρὸς *Μουσώνιον*

DION. PETAVII NOTÆ.

(5) *Περιδέξιον δή τινα ὄντα.* Περιδέξιον Dionem vocat, id est ambiguum, ambidextrum. Gloss., *ambimanus. περιδέξιος, qui et ἀμφιδέξιος.* Quare perperam Cornarius *admodum dextrum* interpretatus est. Symmachus [XVI] lib. IX, epist. 105, *Ut plane Homerica appellatione usus* περιδέξιον, *id est æquimanum te esse pronuntiem.*

(6) *Καὶ τὸ ῥητορεύειν αὐτὸν ἠλήθευεν.* Hoc est, quod rhetoris proprium est, ut non tam vera esse quæ dicit, quam videri velit, reipsa factisque comprobabat. Nam τὸ πιθανόν, quod in vulgi opinione sedit, oratoris proprium est. Aristot. VII *Rhet.* Elegans vero est usus verbi ἀληθεύειν pro eo quod est sine dissimulatione agere, aut reipsa, ac non simulate munus aliquod exercere. Legendumque hic αὐτὸ ἠλήθευε.

Digitized by Google

Ἕτερος τοιοῦτος· οὐ προσγυμναζομένου τῷ τόπῳ τοῦ Δίωνος, ἀλλ' ἐκ διαθέσεως γράφοντος. Ὡς ἐγὼ σφόδρα διισχυρίζομαι· πείσαιμι δ' ἂν καὶ ἄλλον, ὅστις εὔστοχος ἦθους εἰρωνείαν τε καὶ ἀλήθειαν ἐκ παντοδαποῦ λόγου φωράσαι.

A quidem esse, illud tamen videri? Ego vero in illas sermonis contrarietates nequaquam diligentius inquiram: Dionem autem philosophum fuisse, et sophistica quædam lusisse, libens concesserim, si se æquum tantum, ac pacatum erga philosophiam præbuerit, nec ullibi in eam unquam contumeliosius insultaverit, neque procacibus et malignis orationibus insectatus fuerit. Verum ille, præter cæteros sophistas, sæpissime gravissimeque in philosophos juxta et philosophiam invectus est. Nam cum, opinor, firmissimis esset ingenii viribus, oratoriam quoque professionem vere et sine ulla dissimulatione sustinuit; satius esse sibi persuadens vitam secundum communem hominum opinionem, quam secundum philosophiæ præscripta comparare. Unde et serio adversus philosophos scripta ea oratio est, quæ expressis rerum similitudinibus, et nullo non figurarum genere refertissima est: et ejusdem generis alia, quam *ad Musonium* edidit; Dione ipso non ut ad eum se locum exerceret, sed ex animo, et ut affectus erat scribente. Quod ego affirmare omnino non dubitem, alterique facile persuaserim, qui deprehendendæ ex quavis oratione dissimulationis, aut veritatis solertia præditus sit.

β'. Ἐπειδὴ δὲ ἐφιλοσόφησεν, ἐνταῦθα δὴ καὶ μάλιστα ἡ ῥώμη τῆς φύσεως αὐτοῦ διεδείχθη. Ὥσπερ γὰρ ἐπιγνούσης ὀψὲ τῆς φύσεως τὸ οἰκεῖον ἔργον, οὐ κατὰ μικρὸν, ἀλλ' ὅλοις τοῖς ἱστίοις ἀπηνέχθη τῆς σοφιστικῆς προαιρέσεως· ὃς γε καὶ τὰς ῥητορικὰς τῶν ὑποθέσεων οὐκ ἔτι ῥητορικῶς, ἀλλὰ πολιτικῶς μετεχειρίσατο. Εἴ τις ἀγνοεῖ τὴν ἐν ταὐτῷ προβλήματι διαφορὰν τοῦ πολιτικοῦ καὶ τοῦ ῥήτορος, ἐπελθέτω μετὰ νοῦ τὸν Ἀσπασίας τε καὶ Περικλέους ἐπιτάφιον, Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος· ἑκάτερος θατέρου παραπολὺ καλλίων ἐστὶ, τοῖς οἰκείοις κανόσι κρινόμενος. Ὁ δ' οὖν Δίων ἔοικε θεωρήμασι μὲν τεχνικοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ μὴ προσταλαιπωρῆσαι [γρ. πρὸς τὸ μὴ ταλ.], μηδὲ προσανασχεῖν φυσικοῖς δόγμασιν, ἅτε ὀψὲ τοῦ καιροῦ μετατεθειμένος· δυνασθαι δὲ τῆς στοᾶς ὅσα ἐς ἦθος τείνει, καὶ ἠρρενῶσθαι παρ' ὀντινοῦν τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ· ἐπιθέσθαι δὲ τῷ νουθετεῖν ἀνθρώπους, καὶ μονάρχους καὶ ἰδιώτας, καὶ καθ' ἕνα καὶ ἁθρόους, εἰς ὃ χρήσασθαι προαποκειμένῃ τῇ παρασκευῇ τῆς γλώττης. Διό μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν, ἐπιγράφειν ἅπασι τοῖς Δίωνος λόγοις, ὅτι πρὸ τῆς φυγῆς, ἢ μετὰ τὴν φυγὴν, οὐχ οἷς ἐμφαίνεται μόνοις ἡ φυγὴ, καθάπερ ἐπέγραψαν ἤδη τινὲς, ἀλλ' ἁπαξάπασιν. Οὕτω γὰρ ἂν εἴημεν τούς τε φιλοσόφους, καὶ τοὺς αὐτὸ τοῦτο σοφιστικοὺς λόγους διειληφότες ἑκατέρους χωρὶς, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ περιτευξόμεθα αὐτῷ, νῦν μὲν βάλλοντι Σωκράτην καὶ Ζήνωνα τοῖς ἐκ Διονυσίων σκώμμασι, καὶ τοὺς [γρ. καὶ τὸ τοὺς] ἀπ' αὐτῶν ἀξιοῦντι πάσης ἐλαύνεσθαι γῆς καὶ θαλάττης, ὡς ὄντας κῆρας πόλεών τε καὶ πολιτείας· νῦν δὲ στεφανοῦντί τε αὐτοὺς καὶ παράδειγμα τιθεμένῳ γενναίου βίου καὶ σώφρονος. Φιλόστρατος δὲ καὶ τοῦτο ἀπερισκέπτως, τὸν *Ἔπαινον τοῦ Ψιττακοῦ* καὶ τὸν *Εὐβοϊκὸν* τῆς αὐτῆς προαιρέσεως οἴεται, καὶ ὑπὲρ ἀμφοῖν ὁμοίως εἰς ἀπολογίαν καθίσταται τὴν ὑπὲρ τοῦ Δίωνος, ὡς μὴ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν ἐσπουδακέναι δοκεῖν. Τοῦτο δ' ἤδη πλέον ἐστὶ ποιήσασθαι θάτερον. Ὁ γὰρ ἀναγορεύσας αὐτὸν ἐν τοῖς δι' ὁλοκλήρου τοῦ βίου φιλοσοφήσασι, προῖὼν οὐ μόνον ἐνδέδωκε, πρὸς τὸ καὶ σοφιστικόν τι ἔργον εἰργάσθαι τὸν Δίωνα, ἀλλὰ καὶ προσαποστερεῖ τὸν ἄνδρα καὶ τῶν ὄντων ἐκ τῆς φιλοσόφου μερίδος, προσνέμων αὐτὰ τοῖς σοφιστικοῖς. Εἰ γὰρ *Εὐβοϊκά* τις ἀφαιρήσεται τοῦ σπουδαῖον εἶναι, καὶ

B 2. Posteaquam autem sese ad philosophiam contulit, tum ibi vero naturæ vis manifestissime apparuit. Hac enim sero tandem quasi consentaneum sibi munus agnoscente, non paulatim, sed passis velis a sophistica professione abductus est; utpote qui oratorias etiam materias non oratorio amplius, sed politico more tractaret. Si quis vero in eadem ad dicendum re proposita politici et oratoris discrimen ignorat, is Aspasiæ et Periclis epitaphium cum judicio legat, quod est a Thucydide et Platone scriptum: quorum utrumque, si ad proprios canones exigatur, altero longe est præstantius. Dio itaque artificiosis in philosophia præceptionibus non multum insudasse, neque naturalibus placitis animum applicuisse videtur, cum serius sese ad hæc studia transtulisset, sed C ex porticu tantum eam expressisse scientiam, quæ ad mores informandos pertinet, ac præ cæteris, qui eo tempore exstiterunt, animum corroborasse: homines vero cum privatos, **38** tum monarchas, singulos atque universos castigandos suscepisse, et ad id comparatam sibi dicendi facultatem instituisse vertere. Propterea consulto factum iri judico, si singulis Dionis orationibus ejusmodi inscriptio adderetur, ante exsilium, aut ab exsilio eas esse scriptas; non iis duntaxat, in quibus aliqua exsilii indicia sunt, ut nonnulli pridem inscripserunt, sed omnibus omnino. Ita enim foret ut nos tam philosophicas quam sophisticas illius orationes separatas a se invicem haberemus, nec in eum, D perinde ut in nocturno certamine, incideremus, modo Socratem, aut Zenonem propriis Bacchanalium conviciis lacessentem, eorumque sectatores, quasi civitatum ac rerumpublicarum pestes, terra marique profligandos esse præcipientem; modo eosdem ipsos coronantem, et in exemplum præclaræ ac temperatioris vitæ proponentem. Philostratus vero *psittaci Encomium* et *Euboicum* parum considerate eidem instituto tribuit: deque ambobus idem Dionis patrocinium instituit, ne minimi momenti res studiose pertractasse videatur: hoc autem nihil aliud est quam in alteram magis propendere partem. Nam qui ipsum inter eos recensuisset, qui toto vitæ tempore philosophiam colue-

Digitized by Google

runt, deinceps non id duntaxat remisit, Dionem aliquando sophistæ officium fecisse, sed in sophisticorum quoque censum referens, ea detraxit insuper, quæ ex philosophico vitæ instituto manarant. Nam si quis *Euboicum* neget serio et de seriis conscriptum, is nullam mihi Dionis orationem facile admissurus videtur, quæ quidem philosophica ab eo nuncupetur. Hæc enim oratio felicioris vitæ informata descriptio est, inopique pariter ac diviti lectu longe dignissima. Nam et tumidos et elatos divitiis animos reprimit, felicitatem docens aliis in rebus consistere; et ob paupertatem animo concidentes erigit, atque ut abjecti minime esse pergant eos præparat : partim quidem ejusmodi narratione, quæ aures suavissima quadam voluptate permulcet; quæ vel Xerxi, Xerxi, inquam, illi, qui innumerabilem exercitum duxit in Græciam, persuadere potuit, venatorem quemdam inter montana Eubœæ loca milio vescentem ipso fuisse beatiorem : partim vero optimis vitæ præceptis, quibus qui utitur, eum paupertatis non pudeat, si ne sit quidem vitaturus. **39** Quamobrem rectius a quibusdam opus istud postremo *De regno* tractatui subjicitur : in quo cum quatuor vitæ genera dæmoniaque proposuisset, divitiarum scilicet studio deditum, voluptuarium, ambitiosum, postremum ad hæc lætum, et cum virtute conjunctum, ex iis illa quidem, quæ certa sibi invicem similitudine ac proportione respondent, omnia conscripsit et informavit : finem vero operi imposuit, quod reliquum est, quamprimum editurum se pollicitus, quocunque demum tempore deorum fata concesserint.

A ὑπὲρ σπουδαίων συγκεῖσθαι, οὗ μοι δοκεῖ ῥᾷστ' ἂν [γρ. ῥᾷστον ἂν] ὁ τοιοῦτος ἐγκρίναι τινὰ λόγον τῶν Δίωνος, ὧς γε καὶ φιλόσοφον ὑπ' αὐτοῦ προσειρῆσθαι. Ὡς οὗτός γε [γρ. καὶ οὕτως γε] ὁ λόγος ὑποτύπωσίς ἐστιν εὐδαίμονος βίου, πένητι καὶ πλουσίῳ τοῦ παντὸς ἀνάγνωσμα ἀξιώτατον. Ὀδηκός τε γὰρ ἦθος ὑπὸ πλούτου καταστέλλει, τὸ εὔδαιμον ἑτέρωθι δείξας· καὶ τὸ καταπεπτωκὸς ὑπὸ πενίας ἐγείρει, καὶ ἀταπείνωτον εἶναι παρασκευάζει· τοῦτο μὲν, τῷ καταμελιτοῦντι τὰς ἁπάντων ἀκοὰς διηγήματι, ὑφ' οὗ κἂν Ξέρξης ἀνεπείσθη, Ξέρξης ἐκεῖνος ὁ τὴν μεγάλην στρατείαν ἐλάσας ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, μακαριώτερον ἑαυτοῦ γεγονέναι κυνηγέτην ἄνδρα ἐν τῇ ὀρεινῇ τῆς Εὐβοίας κέγχρους ἐσθίοντα. Τοῦτο δὲ ταῖς ἀρίσταις ὑποθήκαις, αἷς χρώμενος, οὐδεὶς B αἰσχύνεται πενίαν, εἰ μή γε καὶ φεύξεται. Διὸ βελτίους οἱ τάττοντες αὐτὸν μετὰ τὸν ἔσχατον *Περὶ βασιλείας*, ἐν ᾧ τέτταρας ὑποθέμενος βίους καὶ δαίμονας [γρ. βίους εὐδαίμονας], τὸν φιλοχρήματόν τε καὶ τὸν ἀπολαυστικὸν, καὶ τρίτον τὸν φιλότιμον, τελευταῖον δὲ καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν εὔφρονα καὶ σπουδαῖον· ἐκείνους μὲν τοὺς κατὰ τὴν ἀναλογίαν [γρ. ἀλογίαν] ἅπαντας γράφει τε καὶ σχηματίζει. Παύεται δὲ τοῦ βιβλίου, τὸ λοιπὸν ἐπαγγειλάμενος αὐτίκα ἀποδώσειν, ὅτε ποτὲ πεπρωμένος ἐκ θεῶν ἐγένετο.

A copia ad dicendum incitari; quandoquidem multo magis admirandus videri potuit, si vim ille suam ad id quod contrarium est laudandum, calvitium scilicet nostrum, transtulisset. Nam qui in adeo jejuna inopique materia copiosus est, quid ab eo factum iri putandum est, si in eam incideret, quæ tantam eloquendi ubertatem posset capere? Jam vero cum ei et coma esset, et dicendi facultas, in laudanda coma facultatem quam habebat expertus est. Quam vero callide seipsum in eum librum insinuavit! Nec enim alius est is, cujus in illa oratione meminit, comæ studiosus, qui calamo comam venustat, quam ille ipse, quocunque demum calamo orationem istam scripserit. Ego vero cum et calvus sim, et dicendi non imperitus, et B argumentum argumento longe sit præstantius, quam ego Dione sum deterior: cur non adversus illum accingor, meique et argumenti ipsius periculum facio, si forte in crinitos homines vicissim probrum istud retorquere possim? Dicemus sane, neque tamen concitatum quid vibratumque præfabimur; cujusmodi potissimum exordiis contentiosæ orationes, non secus ac rostris triremes, ab oratoribus instrui solent: neque præcentione utemur ulla, quod a Dione nostro factum est, qui canorum suavemque carminis auspicatum ante orationem suam, quasi ante citharœdicum modum, præludii instar emodulatus est. « Diluculo surgens « diisque, ut moris habeo, salutatis, comam accu- « rabam. Molliuscule enim mihi tum corpus habe- C « bat. Hæc autem diu neglecta fuerat. » Ac deinceps ita progressus, ex incuriæ eventibus sensim ad curationis comæ laudes dilabitur. Ita enim nobiscum agere solent periti illi orationis artifices, ut nunc demulceant, nunc terrorem ac stuporem incutiant. Ego autem res quidem ipsas percipere animoque dijudicare nihilo deterius altero possim: oratoriam tamen nequaquam profiteor; sed duas potissimum artes in vivendi ratione præ me semper habui: arboribus enim colendis, alendisque ad acerrimas quasque feras consectandas canibus operam omnem adhibui; digitique hi nostri scaphiis ac venabulis potius quam calamo attriti sunt, nisi pro scriptorio forte calamo jaculi nostri D arundinem usurpare velis, cui tractandæ penitus illos, assuevisse nihil est quod mirere. Nunquam ego mehercule paternæ rusticitati pudori futurus sum: neque contortis atque incitatis oratiunculis proœmii ac præludii loco usus videbor; sed quod et optimum duco, 67 et rusticorum moribus magis esse consentaneum, nuda ipsa sensuum animi signa in medium adducens, solis rebus contendam. Liceat modo linguæ et orationis impetum a disputatione ad rei propositæ animadversionem considerationemque convertere; a Dorio, ut aiunt, ad Phrygium. Atqui spiritu mihi opus est, qui argumentationibus et ratiocinationibus sufficiat, quas mihi, ut auguror, cor meum uberrime suppeditabit.

ε'. Οὐμὸς (27) οὖν λόγος ὁριεῖ, πάντων ἥκιστα χρῆναι φαλακρὸν ἄνδρα (28) αἰσχύνεσθαι. Τί γὰρ, εἰ ψιλὴν μὲν ἔχει (29) τὴν κεφαλὴν, λάσιον δὲ τὸ φρονοῦν, οἷον τὸν Αἰακίδην ἡ ποίησις ὕμνησεν; Ἀλλ' οὗτός γε ἠμέλει τῶν τριχῶν (30), ἃς καὶ δωρεῖται νεκρῷ (31). Νεκρὸν γάρ τι καὶ αὗται, καὶ τοῖς ζῶσιν

5. Nostra igitur oratione definietur, « Homini calvo nequaquam esse pudendum. » Quid si enim glabro sit capite, villosa tamen hirsutaque animi prudentia, qualis Æacides a poeta celebratur? At is crines admodum contempsit, quos et mortuo amico largius impendebat. Quippe mortui sunt

Digitized by Google

illi, et viventibus expertes vitæ partes adnascuntur. Quam ob causam ex brutis animantibus, quæ a ratione alieniora sunt, per totum corpus pilis vestiuntur. Hominis autem, quia vita sincerior est, nuda est oneris cognati pars maxima. Sed ne arrogantius insolesceret, si nulla ei esset cum caducis et interituris rebus societas, aliquot sui partibus pilos habet. Quo fit ut qui vel in his paucis partibus pilis caret, hic si cum altero homine comparetur, tantumdem eo sit, quanto homo belluis, præstantior. Sed ut animantium omnium sagacissimum juxta et nudissimum homo est, sic oves cæterorum omnium stolidissimas esse nemo non fatetur; hoc autem ipsum animal est, quod non distinctos discretosque pilos emittit, sed convoluta densitate collectos. Ita eo ferme jam res rediit, ut capillitium istud omne cum prudentia sapientiaque pugnare videatur, cum ambo simul esse nequeant. Quod si quid usurpandum est quod venatoribus ex usu fit, quibuscum et illorum arte nobis amicitia est; sagacissimi canum illi sunt, qui auribus et ventre glabri sunt; villosi autem attoniti omnes ac temerarii, quos a venatione arcere sit consultius. Cum vero sapiens Plato in bigis illis, quarum auriga est anima, alterum equorum, quem injustum vocat, surdum atque auribus hirsutum faciat, quam honorifice demum de capillis existimat? Sed, vel tacente Platone, necesse est surdum eum esse, qui qua audimus parte villos habeat, uti et cæcum, qui ea sit parte villosus, qua cernimus. Ac si id alicui forte contingeret, in prodigium verteretur. Nonnullis vero palpebræ duplici pullulant pilorum serie; idque inter extrema mala esse creditur, cum vicinas illæ oculis partes occupant, ad quos prohibendos artem omnem ac vim adhibemus, ne oculum nobis effodiant. Nam quæ vilissima sunt cum pretiosissimis sociari natura non patitur: pretiosissimæ autem **68** animalis partes sunt ipsa sensuum domicilia, quibus præ cæteris corporis partibus maxime animal est. Nam primis illis anima vires suas ac facultates impertitur; cumque divinissimus sit omnium videndi sensus, is est omnium pilis maxime vacuus. Rursus itaque ut in uno homine pilis vacant eæ partes imprimis quæ sunt nobilissimæ: sic ad genus hominum ipsum, quod in toto genere præstantissimum est, habere se necesse est. Quod nos paulo ante demonstravimus: neque tantopere a brutis animantibus, quantum a pilorum hirsutie, totum ipsum hominum genus abhorret. Quocirca cum animantium omnium sacratissimum sit homo: ex hominibus vero, quibus pilorum jactura, divina quadam felicique sorte contigit, sequitur calvum eorum esse, quæ in terris sunt, omnium divinissimum.

6. Licet eas intueri, quas in musæo habemus, depictas clarorum virorum imagines, Diogenes, inquam, illos et Socrates, aliosque ab hominum memoria sapientes; calvorum theatrum conventumque esse dixeris. Nec est quod hoc loco mihi negotium facessat Apollonius, aut alius quiquam præstigiatorum ejusmodi et vanitatis magicæ peritorum. Cum enim minime comati sint, ejusmodi tamen ut appareant, vulgi oculos fascinare possunt.

A οὐ ζῶντα μέρη παρήρτηνται. Ταύτῃ τῶν ζώων τὰ ἀλογώτερα (32) κατὰ παντὸς αὐτὰς ἡμφίεσται τοῦ σώματος· ἄνθρωπος δὲ, ἐπεὶ μετείληφεν ἐναργεστέρας ζωῆς, γυμνός (33) ἐστι τῷ πλείστῳ τοῦ συμφυοῦς φορτίου· ἵνα δὲ μὴ ἀνεπίμικτον ὂν (34) τῆς πρὸς τὰ θνητὰ κοινωνίας ἀλαζονεύηται, μέρεσιν ὀλίγοις κομᾷ. Ὅστις οὖν οὐδὲ τοῖς ὀλίγοις κομᾷ, οὗτός ἐστι (35) πρὸς ἕτερον ἄνθρωπον, ὅπερ ἄνθρωπος πρὸς θηρίον. Ὥσπερ δὲ ἄνθρωπος τῶν ἐπὶ γῆς φρονιμώτατόν (36) τε ὁμοῦ καὶ ψιλότατον, οὕτως ὁμολογεῖται μὲν τῶν βοσκημάτων ἁπάντων πρόβατον ἠλιθιώτατον εἶναι· τοῦτο δέ ἐστιν (37) ὃ μὴ διακεκριμένας, ἀλλὰ κατὰ συστήματα τὰς τρίχας ἀνίησιν (38)· ὥστε κινδυνεύει τὸ τῶν τριχῶν τοῦτο πρᾶγμα πόλεμον ἔχειν πρὸς φρόνησιν· οὐδενὶ B γὰρ ἐθέλουσιν ἅμα συγγίνεσθαι (39). Εἰ δὲ δεῖ τι (40) συντελέσαι καὶ κυνηγέταις· φίλοι γὰρ οἱ ἄνδρες, καὶ ἣν μετέρχονται τέχνην· ἐκεῖναι σοφώταται τῶν κυνῶν (41), ὧν ὦτα καὶ γαστέρες ψιλαί (42)· αἱ λάσιαι δὲ (43) ἔμπληκτοι καὶ θρασεῖαι, καὶ βελτίους εἰσὶν ἀποῦσαι τῆς θήρας. Εἰ δὲ καὶ Πλάτων ὁ σοφὸς (44) τῆς ξυνωρίδος, ἣν ἐλαύνει ψυχὴ, τὸν ἄδικον ἵππον περὶ ὦτα λασιόκωφον (45) λέγει, τί καὶ καλὸν ἐνεῖ περὶ τῶν τριχῶν; Ἀλλὰ καὶ μὴ λέγοντος (46) Πλάτωνος, ἀνάγκη κωφὸν εἶναι τὸν ταύτῃ λάσιον, ὃν ἐν ἀκούομεν, ὥσπερ τυφλὸν τὸν ταύτῃ λάσιον, ὃν ὁρῶμεν. Τοῦτο μὲν οὖν εἰ γένοιτο, τέρας ἐστίν (47). Ἤδη δὲ ἀνεφύτην (48) ἐπὶ βλεφάρου δίδυμοι τρίχες, καὶ δοκεῖ τὸ ἔσχατον εἶναι κακῶν (49), παρωκτικέναι C τῷ ὀφθαλμῷ τρίχας, ἐφ' ἃς ἅπασα τέχνη καὶ βία κινεῖται, μὴ φθάσωσι τὸν ὀφθαλμὸν ἐξορύξασαι. Οὐ γὰρ ἀνέχεται (50) τοῖς τιμιωτάτοις ἡ φύσις συνόντα τὰ ἀτιμότατα. Τιμιώτατα δὲ τοῦ ζώου τὰ αἰσθητήρια (51), καὶ οἷς μάλιστα τῶν τοῦ σώματος μορίων ζῶόν ἐστι· πρώτοις γὰρ αὐτοῖς ἡ ψυχὴ τὰς ἑαυτῆς δυνάμεις ἐμέρισεν (52)· ὄψις δὲ τὸ πάντων θειότατον (53), ἀλλά τοι καὶ τὸ ψιλότατον. Πάλιν οὖν ὥσπερ ἑνὸς ἀνθρώπου τὰ τιμιώτατα φαλακρότατα, οὕτως ἔχειν ἀνάγκη πρὸς αὐτὸ τὸ γένος αὐτοῦ τοῦ γένους (54) τὰ κράτιστα. Τοῦτι δὲ μικρῷ πρόσθεν ἐδεικνύετο, καὶ δι' ὁλοκλήρου τοῦ γένους, ὃ τοσοῦτον ἀναχωρεῖ θηρίων, ὅσον τριχῶν. Εἰ δὴ ζώων μὲν ἁπάντων ἱερώτατον ἄνθρωπος (55)· ἀνθρώπων δὲ, οἷς ὑπῆρξεν εὐμοιρῆσαι (56) τὴν ἀποβολὴν τῶν τριχῶν (57), φαλακρὸς ἂν εἴη τῶν ἐπὶ γῆς τὸ θειότατον (58) D

ς'. Ἔξεστι δὲ τοὺς ἐν μουσείῳ θεάσασθαι (59) πίνακας, τοὺς Διογένας λέγω καὶ τοὺς Σωκράτας (60), καὶ τοὺς οὔστινας βούλει τῶν ἐξ αἰῶνος σοφῶν (61)· φαλακρῶν γὰρ ἂν εἶναι δόξεις θέατρον (62). Ἀπολλώνιος μὴ ἐνοχλείτω τῷ λόγῳ, (63) μηδ' εἴ τις ἕτερος (64) γόης καὶ περιττὸς τὰ δαιμόνια. Καὶ γὰρ οὐκ ὄντες (65) οὕτοι κομῆται, δύνανται φαίνεσθαι τὰ πλήθη καταπολιτευόμενοι. Τάχα δὲ οὐδὲ σοφία τὸ τῶν γοήτων (66), τερατουργία δέ τίς ἐστιν, καὶ οὐκ ἐπιστήμη

Digitized by Google

εις, ἀλλὰ δύναμις. Οὕτω (67) γὰρ οἱ νομοθέται σοφίαν μὲν τῶν τιμιωτάτων ἐνόμιζον (68)· ἐπὶ δὲ τοὺς γόητας ἔτρεφον τοὺς δημίους. (69) Ὥστε εἰ καὶ κομήτης ἦν Ἀπολλώνιος (70), οὐδὲν πρὸς λόγον. Καίτοι φίλα μοι πρὸς τὸν ἄνδρα (71), καὶ βουλοίμην ἂν αὐτὸν εἶναι τοῦ καταλόγου. Κινδυνεύει γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων ὑγιῶς ἀντιστρέφειν (72) ὁ λόγος· εἰ σοφός τις, καὶ φαλακρός· εἰ μὴ φαλακρός τις, οὐδὲ σοφός. Οὕτω δὲ (73) ἔχει καὶ τὰ δαιμόνων. Ὃς τὴν Διονύσου τεθέαται τελετὴν (74), τὸ μὲν ὅσον ἐστὶ τοῦ θιάσου δασὺ, τριχὶ· τῇ μὲν, οἰκείᾳ· τῇ δὲ, ἀλλοτρίᾳ κατάκομον· Βακχικὸν γὰρ οὐδὲν οὕτως ὡς ἡ νεβρίς (75)· οἱ δὲ καὶ παρὰ τῶν πιτύων κόμας δανείζονται (76). Τούτους μὲν ἅπαντας εἶδεν (77) ἀνασειομένους τε καὶ βρυάζοντας, καὶ ἐν ἀκάσμοις σκιρτήμασιν, ὡς ἂν, οἶμαι, τῇ μέθῃ κεκρατημένους (78), ἥτις ποτέ ἐστιν ἐν τελεταῖς ἡ μέθη (79)· πλὴν ἀλλ' ἐοίκασιν εἰς τὸ πλημμελὲς ὑπενηνέχθαι τῆς φύσεως. Σειληνῷ δὲ (80) κἀκεῖ καθέδρα καὶ σκύτος (81) ἐστὶ, καὶ τοῦ Διονύσου παιδαγωγὸς (82) ἀποδέδεικται· ἔδει γάρ, οἶμαι, φαλακρὸν ὄντα (83), νοῦν ἔχειν καὶ σωφρονεῖν ἐν τοσούτοις παρακινήσασι. (84) Καίτοι μὴ σμικρὸν οἰηθῇς (85) ὑπὸ τοῦ Διὸς ἁπάντων αὐτὸν προτετιμῆσθαι δαιμόνων, παρεῖναι καὶ φρενοῦν αὐτῷ τὸ παιδάριον. Δεῖ μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ γεύσασθαι (86) τοῦ ζωροῦ, καὶ μανῆναί ποτε φύσεως ἱμέρῳ, καὶ προελθεῖν τὴν παραφορὰν (87), ἐς ὃ ταῖς Βάκχαις συνεξορχήσηται· μετρεῖ δὲ αὐτῷ τὴν μανίαν ὁ Σειληνὸς (88), μὴ λάθῃ πολὺς ῥυεὶς ἐπὶ θάτερα, καὶ γένηται τῷ πατρὶ δυσανάγωγος. Ἀλλὰ ταχὺ γὰρ ἐντεῦθεν ἐπανακτέον (89) λαβόντας ἀποχρῶν τὸ τεκμήριον, ὡς ἐκεῖ φρένες, ὅθεν οἴχονται τρίχες· ἐκεῖ δὲ τρίχες, ὅθεν οἴχονται φρένες. Ταῦτ' ἄρα (90) καὶ Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκου, μέτριος ἐς τἆλλα γενόμενος, καὶ παρ' ὀντινοῦν οἰκείων ἐπαίνων φεισάμενος, οὐκ ἠδύνατο μὴ φιλοτιμεῖσθαι τῇ πρὸς τὸν Σειληνὸν (91) ὁμοιότητι. Ἐν τούτῳ (92) γὰρ ἅπαν ἐνῆν, ὅσον ἐβούλετο, νοῦ δοχεῖον (93) αὐτῷ κατασκευάσασθαι τὴν κεφαλήν. Ἀλλ' ὥσπερ ἄλλα πολλὰ τῆς γνώμης Σωκράτους, καὶ τοῦτο τοὺς ἠλιθίους ἐλάνθανεν, ὅτι τῷ Σειληνῷ (94) λίαν ἑαυτὸν ἀπεσέμνυνεν. Τὸ δὲ δὴ παιδαρίοις μὲν ἐπιπρέπειν (95) τὴν ἄνθην τῆς κόμης, ἐν ᾧ τοῦ βίου μήπω φρονοῦμεν, τοῦ δὲ γήρως ἀποφοιτᾷν καὶ μὴ περιμένειν ἡλικίαν, ἥτις ἐπιδήλως νοῦν τε καὶ φρόνησιν ἐνοικίζει τῷ ζώῳ (96), τί ἂν εἴποις, ἢ καταδικάζειν ἀλογίαν τῆς φύσεως τῶν τριχῶν; Εἰ δὲ κομᾷ τις καὶ γέρων (97)· καὶ γὰρ ἀφραίνει τις γέρων, καὶ οὐχ ἅπαντες ἄνθρωποι δήπουθεν (98) ἐπὶ τὴν ἀνθρώπου φθάνουσι τελειότητα. Ἔχει μὲν οὖν οὕτως (99) ὡς μὴ περιμένειν ἄλληλα νοῦν τε καὶ κόμην, ἀλλ' ὥσπερ φωτὶ σκότος, ἐξίστασθαι. Ἐπιζητοῦσι (1) δὲ τὴν αἰτίαν ὁ λόγος ἀπορρητότερος. Πειρασόμεθα δ' οὖν ὅσον εἰς τὴν παροῦσαν χρείαν (2) ἀρκεῖ λαβόντες, (3) εὐαγῶς περιστεῖλαι (4) τὸ ὅσον ἀβέβηλον.

A Sed nec ulla forte talium impostorum peritia est, sed portentorum potius artifex, non ars quidem illa, sed facultas. Ita enim a legislatoribus sapientiæ peritiæque honos semper habebatur, ab iisdemque veneficis et incantatoribus puniendis carnifices alebantur. Quantumvis igitur comatus fuerit Apollonius, magni interesse non potest. Quanquam mihi cum homine isto amicitia est, eumque plurimum optem ex nostro esse numero. Prope enim est, ut ex his quæ dicta sunt hactenus, apta sit orationis conversio; si quis sapiens sit, eum itidem et calvum esse oportere; qui non calvus sit, eum neque esse sapientem. Nec aliter in dæmonibus sese res habet, quod novit ille qui Bacchi sacrorum cæremoniis interfuerit. In eo itaque conventu atque cœtu qui hirsuti et hispidi B sunt, pilis partim nativis, partim ascititiis ornantur. Nec enim nebride ipsa quidquam est Bacchi sacris familiarius, alii vel a piceis arboribus capillamenta mutuantur. Hos autem omnes succussari ac gestire videas, et indecore saltare; utpote, opinor, temulentia correptos, quæcunque demum in sacris temulentia est. Verum illi ad omnem naturæ insolentiam et inertiam redacti ac resoluti videntur. Silenus vero cathedram illic suam ac scuticam habet, et Bacchi pædagogus est. Oportebat enim, ut opinor, eum, qui quidem calvus esset, sapere, atque inter tot fanaticos et furiosos esse temperatum. Neque vero leve tu aliquid esse suspicere, cæteris omnibus dæmonibus ipsum ab Jove C esse prælatum, ut puerulo suo adesset, eumque castigaret. **69** Etenim nonnunquam illum mero indulgere opus est, et naturæ gestientis illecebra furere, et eo usque insaniam progredi, ut cum Bacchantibus tripudia ac choreas exerceat. Sed furorem moderatur Silenus, ne imprudens in alteram partem fiat propensior, patrique se demum minus tractabilem præbeat. Verum quamprimum hinc avocanda est oratio, si prius evidentissimo ista nobis argumento fuerint, ibi demum menti ac prudentiæ locum esse, unde pili recesserint; ibique pilos esse vicissim, unde prudentia recesserit. Quam præsertim ob causam Sophronisci filius ille Socrates, de se alioqui moderate sentiens et in suis D commemorandis laudibus omnium parcissimus, temperare sibi minime potuit, quin de sua cum Sileno similitudine gloriaretur. Nimirum in eo nihil non eorum quæ vellet comprehendebat, cum in capite mentis ac prudentiæ domicilium statuisset. Sed cum alia multa consulto a Socrate dicta factaque, tum hoc potissimum stolidos et ineptos homines latebat, plurimum sibi Socratem ex hac cum Sileno collatione gloriæ ac splendoris arrogare. Jam illud, puerulis quidem ea in ætate florere comam, qua nondum sapiunt; eademque senio appetente caducam excidere, nec eam opperiri ætatem quæ mentem ac sapientiam sine controversia affert animanti, quid aliud quam pilorum naturam inopem rationis esse convincit? At est aliquis qui etiamnum cum senectute comam habeat. Nempe et senex quoque aliquis desipit, neque consummatam hominis perfectionem assequi cujusvis est hominis. Ita ergo natura comparatum [illegible] hæc duo sese mutuo non ferant, coma et

Digitized by Google

prudentia; sed alterum, uti tenebræ lucis, sic alterius ad præsentiam evanescat. Cujus rei causam investigantibus, arcana ac minus evulganda ratio est. Nos vero ex iis, quantum ad institutum nostrum satis erit, selectis nonnullis, quæ minime profana aut prodenda fuerint, religiose occultare conabimur.

7. Igitur primæ quæque res simplices sunt. Natura autem ad inferiora demissa varietatem induit. Materia porro rerum omnium extrema est; unde et imprimis est varia, neque, si divinum aliquid recipiat, statim ipsum quantum est recipere potest: cumque certas imaginum adumbrationes ac semina quædam exceperit, illa ipsa fovet et complectitur, totaque in illis occupatur. Igitur aut ea forte apprehensa conservat, aut, propter necessarium utriusque dissidium, primo statim in congressu, quod inest divinum superat, penitusque conficit, antequam elaborata ac perfecta fuerit imago. Sed et utrumque præstari ab illa potest: nec enim ut videntur, ista sibi invicem repugnant. Quoniam vero de istis modo non agimus, sed alterius causa hæc proposita sunt, ex rebus ipsis palam faciendum est; in his quidem, quæ imperfectiora et inchoata sunt, naturam ipsam posse plurimum: confirmatis vero ac valentioribus cedere. **70** Quæ terræ mandantur semina, nonne divina ea credendum est, quamvis infima, constare ratione? Finis itaque eorum fruges sunt, ad quas priusquam perveniatur, ipsam naturæ ostentationem ornatumque contuere. Radix imprimis; inde culmus, tunica, aristæ, glumæ, præter quas aliæ itidem glumæ; fruges vero nondum explicata, sed in interiori conceptu delitescens; cujus adventu ista omnia materiæ ludicra dilapsa decidunt. Venustate enim ac decore non indiget, quod perfectum est; perfecta vero ea demum fruges est, quæ in sese aliam continet seminis rationem. Quorum in memoriam in Eleuside Cereris sacra celebrantur, quæ Anacalypteria quasi *revelatitia* dicuntur. Quocirca cum mens cæterorum, quæ de cœlo mittuntur, seminum divinissimum sit, et in ipsum caput introducatur, cui materia concreta mens pro fructu est; quemadmodum frumentum ex ratione illa seminis tanquam fructus educitur: in eo natura solito munere fungitur. Etenim mirabili varietate caput exornat, capillorumque, quasi aristarum, aut folliculorum, aut mehercule florum instar, quos in stirpibus ante baccas producit, pulchritudine facit venustius. At neque fructus arboribus, priusquam defloruerint, neque capiti mens inest ac prudentia, antequam perfectionem adeptum inutilia et supervacua quæque temporis diuturnitate, quodam quasi ventilabro, excusserit, ac naturæ quodammodo nugantis ejectamenta repurgaverit. Ex quo evidens haberi potest conjiciendæ in fructu maturitatis argumentum. Quod enim tu accurate depilatum caput animadverteris, sic habeto, illud et prudentiæ domicilium, et divinitatis esse templum. Quocirca non immerito sacra quædam possint in retecti capitis honorem quasi revelatitia celebrari; quæ profanorum quidem hominum

ζ'. Τὰ πρῶτα τῶν ὄντων ἁπλᾶ· κατιοῦσα δὲ ἡ φύσις ποικίλλεται. (5) Ἡ δὲ ὕλη τῶν ὄντων τὸ ἔσχατον (6)· ταύτῃ καὶ ποικιλώτατον. Αὕτη, κἂν τι δέχηται θεῖον (7), οὐκ εὐθὺς ὅσον ἐστὶν ἐδέξατο· δεχομένη (8) δὲ ἐμφάσεις καὶ σπέρματα, περιπλέκεταί τε αὐτοῖς καὶ πλείστη περὶ αὐτὰ γίνεται. Τάχα μὲν οὖν ἔχει δεξιουμένη, τάχα δὲ διὰ τὴν ἀναγκαίαν ἀντίθεσιν, ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ κατισχύουσα τοῦ θείου, πρὶν τελειωθῆναι τὴν ἔμφασιν. Δύναιτο δ' ἄν καὶ ἑκάτερον (9). Οὐ γὰρ ἔχουσιν, ὥσπερ δοκοῦσι (10), μάχην οἱ λόγοι. Ἀλλ' ἐπεὶ μὴ νῦν περὶ τούτων ἐστὶν, ἀλλὰ ταῦτα δι' ἕτερα, (11) δεικτέον ἐστὶν ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ὡς ἐν ἀτελεστέροις ἡ φύσις ἰσχύει, δυναμουμένοις δὲ ὑπεξίσταται. Ἆρ' οὖν οὐχὶ (12) καὶ τῶν καταβαλλομένων ἐν γῇ σπερμάτων οἱ λόγοι θεῖόν εἰσιν, εἰ καὶ τοῦ θείου τὸ ἔσχατον; Τούτων τέλος (13) μὲν ὁ καρπὸς, ἀλλὰ πρὶν ἥκειν εἰς τοῦτο, θέα τὴν πομπείαν καὶ τὰ κάλλη τῆς φύσεως. Ῥίζαι, καλάμη, φλοιὸς (14), ἀθέρες, λέμματα, καὶ ἐπὶ τοῖς λέμμασιν ἕτερα λέμματα· ὁ δὲ καρπὸς ἀτελὴς ἔτι καὶ κρύφιος. Παραγενομένου δὲ, αὖα πάντα (15) καὶ ἀπερρύη τῆς ὕλης τὰ παίγνια (16)· ὠραϊσμοῦ γὰρ οὐ δεῖται τὸ τέλειον (17). Ἤδη δὲ τέλειος, ἐν ᾧ λόγος ἐστὶν ἕτερος σπέρματος. Ἐπὶ τούτοις (18) Ἐλευσὶς ἄγει τὰ Δήμητρος Ἀνακαλυπτήρια. Εἰ δή νοῦς τὸ θειότατόν ἐστι τῶν ἄνωθεν ἡκόντων σπερμάτων (19), ἐνοικίζεται δὲ κεφαλῇ, καὶ αὐτῇ καρπός ἐστιν ὁ ἔνυλος νοῦς, καθάπερ ὁ πυρὸς ἐκείνου τοῦ λόγου, εἰωθὸς ἡ φύσις ποιεῖ. Θαυματοποιεῖ περὶ αὐτὴν, καὶ τριχῶν αὐτὴν ἀγάλλει κάλλεσιν (20), ὥστερ ἀθέρων τινῶν, ἢ λεμμάτων, ἢ καὶ νὴ Δία τῆς ἄνθης, ἣν τοῖς φυτοῖς πρὸ τῶν ἀκροδρύων (21) χαρίζεται. Ἀλλ' οὔτε ἀκρόδρυον ἐν φυτῷ, πρὶν ἀπανθῆσαι· νοῦς τε οὐκ ἂν παραγένοιτο κεφαλῇ, πρὶν τελειωθεῖσαν ἀποσκυβαλίσαι τὰ περιττὰ, καθάπερ ὑπὸ πτύου, τοῦ χρόνου (22), καὶ πᾶσαν ἀποσκευάσασθαι τὴν φλυαρίαν τῆς φύσεως· ὥστε τοῦτ' ἄν τις θεῖτο τεκμήριον τοῦ τέλειον (23) ἤδη καρπὸν ἀποδεδεῖχθαι τὴν κεφαλήν. Ἢν ἂν ἀκριβῶς ἴδῃς ἐκλελεγμένην (24), ἐκεῖ νόμιζε κατεσκηνωκέναι τὸν νοῦν, ἐκείνην ἡγοῦ τὴν κεφαλὴν νεὼν τοῦ θεοῦ. Ἄγοιτ' ἂν οὖν ἐν δίκῃ μυστήρια κεφαλῆς ἀνακαλυπτήρια (25), διὰ μὲν τοὺς βεβήλους (26) οὑτωσί πως καλούμενα· οἱ σοφοὶ δ' ἂν εἰδεῖεν (27), ὅτι νοῦ ταῦτα ἐπιβατήρια· ὁ δὲ ἄρτι παραγγελλας εἰς φαλακροὺς (28), οὗτός ἐστιν ὁ νεοτελὴς, ὁ μεμυημένος τὰ θεοφάνια (29). Ὥσπερ δέ εἰσι πυροὶ, καὶ ῥοιαὶ, καὶ κάρυα πονηρὰ καὶ ἐναποθνήσκοντα τοῖς ἐλύτροις καὶ τοῖς κελύφεσιν, οὕτως εἰσὶ καὶ κακαὶ κεφαλαὶ, τοῦ θείου μὲν ἀμοιροῦσαι, πολὺ δὲ τὸ νεκρὸν περικείμεναι. Ἤδη δὲ ἐγὼ κατενόησα (30) καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ θεραπευτὰς τοῦ θείου, μηδὲ τῶν ἐπιβλεφαριδίων ἀνεχομένους τριχῶν· καὶ ἦσαν μὲν ἰδεῖν γελοῖοι (31), σοφὸν δέ τι ἐνόουν (32), ἅτε ὄντες περιττοὶ καὶ Αἰγύπτιοι (33). Ταῖς γὰρ φύσεσι ταῖς ἀϊδίοις καὶ οὐσιωμέναις ζωῇ (34), ταύταις οὐ χρεών

Digitized by Google

ἐστι παλάζειν μετὰ ἀποθανόντων μερῶν. Εἰ τοίνυν ὁ ξυραῖος χειροποίητός (35) ἐστιν εὐσεβὴς, ὁ φύσει φαλακρὸς αὐτοφυῶς ᾠκείωται (36) τῷ Θεῷ. Μήποτε γὰρ καὶ τὸ Θεῖον αὐτὸ τοιοῦτόν ἐστιν (37). Ἴλεων (38) δὲ εἴη τῷ λόγῳ· πάνυ γὰρ ἀπ' εὐσεβοῦς διανοίας εἰρήσεται (39).

A causa sic appellentur, a sapientibus tamen mentis potius intelligentiæque introductoria judicentur. Ac qui novissime in calvorum numerum relatus fuerit, hic ad sacra recens admissus, ac Theophaniis, hoc est quæ in deorum apparitione celebrantur, mysteriis initiatus habendus est. Sed ut tritici grana quædam, aut punica mala, nucesve carie contracta, in putaminibus et involucris corrupta putrescunt: sic improba quædam capita divinæ sortis expertia mortuarum partium redundante copia continentur. Ego vero sacerdotes Ægyptios etiam ab iis quæ in genis nascuntur, ciliis abhorrere animadverti: qui erant illi quidem visu ridiculi, sed prudens 71 tamen ejus faciendi consilium iis non defuit, ut callidos homines et Ægyptios decet. Quæ enim natura constant æterna, quorumque substantia vita est ipsa, nefas est quidquam eis esse cum partibus mortuis consortii. Itaque si omnes novacula manuque derasi hominum, pii ac religiosi censendi sunt, qui natura calvus est, ipsius naturæ sponte cum Deo affinitate conjunctus est. Ac nescio an non eo modo divinum quoque numen affectum sit. Quanquam eorum quæ a me dicentur causa propitium illud esse velim. Id enim omnino pia ac religiosa mente proferetur.

η'. Ὅσον μὲν οὖν ἐστι (40) τοῦ Θείου τὸ μὴ φαινόμενον, τί ἂν τις περιεργάζοιτο, ἅπαξ γε μὴ βουλόμενον ἐμφανὲς εἶναι (41); Τὸ δὲ ὁρώμενον (42) ἅπαν, ἀκριβεῖς εἰσι σφαῖραι, ἥλιος, σελήνη, πάντες ἀστέρες, ἀπλανεῖς τε καὶ πλάνητες. Εἰ δὲ μείους καὶ μείζους εἰσὶν (43), ἀλλ' ὁμοιοσχήμονες ἅπαντες. Τί δ' ἂν σφαῖρας γένοιτο (44) φαλακρότερον; τί δὲ θεσπεσιώτερον; Λέγεται δέ τις καὶ λόγος, ὅτι βούλεται μὲν ἡ ψυχὴ μιμεῖσθαι Θεόν (45). Ὁ δέ ἐστιν ὁ τρίτος θεὸς, ἡ τοῦ κόσμου ψυχὴ (46), ἣν ὁ Πατὴρ μὲν αὐτῆς, τοῦ δὲ σωματικοῦ κόσμου δημιουργὸς ἐπεισήγαγε τῷ κόσμῳ, τέλεον αὐτὸν καὶ ὅλον καὶ πᾶν ἐκ πάντων σπερμάτων τε καὶ σωμάτων ἀπεργασάμενος, ἀποδοὺς διὰ τοῦτο καὶ σχῆμα σχημάτων τὸ περιεκτικώτατον. Ἔστι δὲ τῶν μὲν ἰσοπεριμέτρων μεῖζον (47) ἀεὶ τὸ πολυγωνότερον· τῶν δὲ πολυγώνων ἁπάντων κύκλος ἐν ἐπιπέδοις· ἐν δὲ τοῖς βάθος ἔχουσι σφαῖρα. Ἴσασιν οἱ γεωμετρίας καὶ στερεομετρίας ἐπήβολοι (48). Ἥ τε οὖν ὅλη ψυχὴ σφαῖραν ὄντα τὸν ὅλον κόσμον (49) ψυχοῖ (50), αἵ τε ἀπὸ τῆς ὅλης ῥυεῖσαι (51), καὶ μέρη γενόμεναι θέλουσιν ἑκάστη τοῦθ' ὅπερ ἡ πᾶσα ψυχὴ, διοικεῖν σώματα καὶ κόσμων εἶναι ψυχαὶ, ὃ καὶ τοῦ μερισμοῦ γέγονεν αὐταῖς αἴτιον. Οὕτως ἐδέησε τῇ φύσει σφαιρῶν μερικῶν. Ἄνω μὲν οὖν ἀστέρες· κάτω δὲ κεφαλαὶ διεπλάσθησαν (52) ἵν' εἶεν οἶκοι ψυχῶν, ἐν κόσμῳ κόσμοι μικροί· ἔδει γάρ, οἶμαι, εἶναι τὸν κόσμον ζῶον ἐκ ζώων συγκείμενον (53). Ταῖς μὲν οὖν εὐηθικωτέραις ψυχαῖς οὐδὲν διαφέρει (54) καὶ εἰς κομῆτιν κεφαλὴν ἐνοικίσασθαι, παρὰ πλεῖστον οὖσαν τῆς ἀκριβείας τοῦ σχήματος (55)· σοφὴ δὲ ψυχὴ πρὸς ἀξίαν ἑκάστη τὴν ἑαυτῆς, ἡ μὲν ἄστρον, ἡ δὲ φαλάκραν ἐνείματο (56). Εἰ γὰρ ἡ τῇδε φύσις ἀσθενεῖ πρὸς τελέαν ἀκρίβειαν, ἀλλὰ τήν γε (57) ἄνω καὶ πρὸς οὐρανὸν ἐπιφάνειαν ἡμῶν οὐκ ἀνέχεται μὴ οὐ (58) κόσμον εἶναι τῷ σχήματι. Ἡ φαλάκρα τοίνυν καὶ οὐρανὸς ἡμῖν ἀναπέφηνεν οὖσα (59) καὶ ὅσα τις ἂν εἴποι σφαῖρας ἐγκύμια, αὐτὰ ταῦτα καὶ φαλάκρας ἐγκώμια διεξέρχεται.

B 8. Quidquid igitur divini numinis arcanum ac reconditum est, quid est quod a quoquam curiosius inquiratur, cum nulli possit esse manifestum? Quidquid autem ex eo oculis subjicitur, præter exactos globos sphærasque nihil aliud videas, solem nimirum, lunam, fixa omnia, errabundaque sidera. Quæ etsi alia sunt aliis majora minorave, at eadem plane omnia figura constant. Jam quid sphæra, aut calvius esse potest, aut divinius? Celebris nonnullorum sermone sententia est, « Animam, quoad ejus fieri potest, Deum imitari; » tertium illum Deum intelligo, qui mundi est animus, quique ab eodem et parente, auctoreque sui, et mundi hujus corporei opifice in universum introductus est. Quem idcirco perfectum, C ac totum, universumque universis ex corporibus ac seminibus formavit, eique figuram omnium concessit maxime capacem. Est autem ex his figuris, quæ æquali ambitu ac circuitu comprehenduntur, major illa semper, quæ pluribus angulis constat, multangulas autem omnes circularis inter planas magnitudine excedit; ut et earum, quæ profunditate constant, omnium est sphæra capacissima. Quod ii norunt qui geometriam ac solidorum metiendorum artem assecuti sunt. Quare sicut tota integraque anima totum ipsum universum, quod sphæricæ formæ est, animatur; ita quæ a tota illa anima effluxere partes, singulæ, quod cuivis animæ natura insitum est, gubernare corD pora mundorumque esse animæ desiderant; quæ divisionis illis causa fuit. Ita factum, ut naturæ particularibus sphæris opus esset; atque hinc superne quidem sidera, inferne vero capita formata sunt, animarum habitacula, et in majore mundo minores. Mundum enim animal esse oportuit, ex animalibus coagmentatum. Ac stolidioribus quidem animis parum interest, an comatum caput subierint, quod ab exacta figuræ circularis imitatione remotius est: sapientibus autem pro cujusque merito ac dignitate, aliis sidus, aliis 72 calvitium obtigit. Quamvis enim inferiorum natura sinceram et exactam in rebus elaborandis perfectionem assequi non possit, at superior extremaque corporis facies, quæ cœlum versus erigitur, mundus quin sit figuræ imitatione ferme non potest. Ex his ergo omnibus calvitium manifesto cœlum quoddam esse constat; ita ut quæcunque in sphæram præconia congesserit quispiam, iisdem ipsis quoque calvitium necesse sit commendari.

Digitized by Google

9. Quamobrem et Homerus scribendo, et Phidias fingendo, si lubeat, Dioni laudandæ comæ argumenta suppeditent, et altam ac promissam Jovi cæsariem ac densissimam affingant, qua, simul placuerit, cœlum ipsum concutere possit. Nam cujusmodi sit, qui in cœlo apparet Jupiter, nemo est qui nesciat. Quod si alius uspiam esse potest Jupiter, corpus quidem habeat, nec ne, haud exploratum mihi est. Esto id tamen, opinioni concedatur cujuspiam. Nempe vel prior erit iste, vel eo, qui apparet, posterior. Erit igitur exemplaris illius effigies et imago. Utut autem se habet, ejusmodi esse debebit, qualis est qui ab omnibus cernitur, quantum naturæ status in eo similitudinis esse patietur. Enimvero poetica et plastica, cæteræque imitatrices artes, veritatis quidem curam minimam habere, populares autem potius esse videntur, omniaque ab illis ad opinionem magis quam ad veritatem accommodate fieri. Summo porro apud imperitos coma in pretio est; omneque id quod exterius adjacet vulgi opinione celebratur, agri, vehicula, domus, domorumque frequentia, et cætera id genus, quæ cum possidentis natura conjuncta non sunt, sed ab ea capillorum instar aliena. Nam a Deo ac mente providentiaque longius secesserunt, eorumque loco naturæ et fortunæ arbitrio reguntur, quorum hoc alienius. Itaque a stultis et vecordibus aliqua creditur in naturæ fortunæve muneribus esse felicitas. Hinc qui ad populi captum aut scribit aliquid, aut loquitur, eum necesse est ipsa quoque opinione esse popularem; ut ex iis, quæ ei placita sunt, pleraque comminiscatur ac disputet. Etenim cum imperiti sint, propositi nihilominus tenaces sunt, et in tuendis iis quæ opinione præsumpserint, quamvis absurdis, mirum in modum pertinaces. Unde si quis secus aliquid faxit quam patrii ritus atque instituta ferant, cicutam protinus bibet. Quas vero pœnas daturum fuisse Græcis Homerum putandum est, si de Jove rei ipsius veritatem aperuisset, neque ejusmodi portenta confinxisset, quibus perterrentur parvuli?

A B C

73 10. Ægyptiorum sane prudens ea in re institutum est, apud quos qui ex prophetico genere sunt, sordidis atque illiberalibus opificibus deorum simulacra nequaquam fingere permittunt, ne quid tale contra leges juraque moliantur. Sed rostris quidem accipitrum et ibidum, quæ in templi vestibulis insculpuntur, populum ludentes, ipsi in sacros recessus et interiores latebras recepti, quidquid faciunt oculis subtrahunt, et comessationum ac saltationum genere omni capsulas quasdam venerantur, quibus clauduntur hi globi, quos si populus viderit, succenseat, et ut faciles nimium, parabilesque derideat; portentis enim opus habet. Qui enim aliter, plebs cum sit, facere potest? Propterea ibidum rostra simulacris omnibus imposita sunt. Unus porro ab iis minime occultatur, sed in propatulo habetur Æsculapius; quem quidem pistillo calviorem videas. At hic tamen Epidauri crinitus est. Græci quippe in indaganda veritate segnes et incuriosi sunt, id quod eorum generi jure historicus exprobravit. Ægyptii

D

ι'. Πρὸς ταῦτα (60) γραφέτω (61) μὲν Ὅμηρος, πλαττέτω δὲ, εἰ βούλεται, καὶ Φειδίας ἀποδείξεις τῷ Διΐωνι, χαίτην τῷ Διὶ καθιέντες (62), καὶ ταύτην βαθείας τριχὸς (63), ἵν' ἔχῃ κινεῖν δι' αὐτῶν ὁπόταν ἐθέλοι τὸν οὐρανόν. Ὁ γὰρ ὁρώμενος ἐν οὐρανῷ Ζεὺς (64), ἅπαντες ἴσμεν οἷός ἐστιν· εἰ δέ τίς ἐστι καὶ ἕτερος Ζεύς, οὐκ οἶδα μὲν εἴ τίς ἐστι μετὰ σώματος ἕτερος· ἔστω δὲ, εἴ τις οἴεται. Πάντως ὧν ἢ πρῶτος, ἢ μετὰ τοῦτον (65). Οὐκοῦν εἰκών ἐστι παραδείγματος τούτου. Ὑποτέρως δ' ἂν ἔχῃ (66), τοιοῦτός ἐστιν, ὁποῖος ὁ πᾶσι φαινόμενος, ὡς ἂν ἡ τάξις τῆς φύσεως χωρήσῃ τὴν ὁμοιότητα. Ἀλλὰ γὰρ ἐοίκασι ποιητική τε καὶ πλαστικὴ (67), καὶ τὸ μιμητικὸν ἅπαν γένος (68) ἥκιστα μὲν εἶναι φιλάληθες· δημαγωγικὸν δὲ ὡς μάλιστα, καὶ ποιεῖν ἅττα ποιεῖ (69), πρὸς δόξαν, οὐ πρὸς ἀλήθειαν. Τίμιον δὲ ἀμαθέσιν ἡ κόμη, καὶ πᾶν τὸ περικείμενον ἔξωθεν δήμου δόξῃ τεθαύμακεν, ἀγροὺς, καὶ ἁπήνας, καὶ οἰκίας, καὶ συνοικίας, ὅσα μὴ τῆς φύσεώς ἐστι τῶν ἐχόντων, ἀλλ' ὥσπερ αἱ τρίχες, ἀλλότριον (70)· πόρρω γάρ εἰσι νοῦ καὶ Θεοῦ (71), καὶ ἀντὶ νοῦ καὶ θεοῦ φύσις αὐτοὺς διοικεῖ καὶ τύχη. Ἔτι τοῦτο ἀλλοτριώτερον. Μακαρίζεται δ' οὖν ὑπὸ τῶν ἀνοήτων ὅσα τύχης ὦρα καὶ φύσεως. Ὅστις [δ'] οὖν δήμῳ γράφει καὶ δήμῳ λέγει (72), τοῦτον ἀνάγκη δῆμον εἶναι τῇ δόξῃ (73), ἵν' ἀπὸ τῶν ἀρεσκόντων αὐτῷ (74) πλάττῃ καὶ διαλέγηται. Καὶ γὰρ ἀμαθεῖς ὄντες (75), ἰσχυρογνώμονές εἰσι καὶ χαλεποὶ προστάται τῶν ἀτόπων προλήψεων· ὥστ' ἄν τίς τι τῶν πατρίων παρακινῇ, ταχὺ πεῖται τὸ κώνειον. Τί δ' ἂν οὖν δοκεῖς Ὅμηρον ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων παθεῖν (76), αὐτὰ τἀληθῆ περὶ τοῦ Διὸς εἰπόντα, καὶ μηδὲν τοιοῦτο τερατευσάμενον, ᾧ τὰ παιδάρια καταπλήττεται;

ι'. Αἰγύπτιοι δὲ καὶ τοῦτο σοφοὶ (77), παρ' οἷς τὰ προφητικὰ γένη (78), βαναύσοις μὲν καὶ χειρώναξιν οὐκ ἐπιτρέπουσι δημιουργεῖν εἴδη θεῶν, ἵνα μή τι τοιοῦτο παρανομήσωσιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ῥάμφεσι τῶν ἱεράκων τε καὶ τῶν ἴβεων, ἃ τοῖς προτεμενίσμασιν ἐγκολάπτουσιν, καταμωκῶνται τοῦ δήμου· αὐτοὶ δὲ καταδύντες (79) εἰς τοὺς ἱεροὺς χηραμοὺς, ἅττ' ἂν ἀπεργάσωνται, περιστέλλουσιν· καὶ ἔστιν αὐτοῖς κωμαστήρια τὰ κιβώτια (80) κρύπτοντα, φασὶ, ταύτας τὰς σφαίρας, ἃς ὁ δῆμος, ἐὰν ἴδῃ, χαλεπαίνει· τὸ δὲ ῥᾷστον καταγελάσεται (81)· δεῖται γὰρ παιδείας (82). Πῶς δὲ οὐ μέλλει, δῆμός γε ὤν; Διὰ τοῦτο θεῖσθαι (83) πᾶσιν ἐπὶ τοῖς ἀνδριάσι τὰ ῥάμφη τῶν ἴβεων· ἕνα δὲ, ὃν οὐ κρύπτουσιν, ἀλλ' ἀναδεικνύουσι (84), τὸν Ἀσκληπιὸν, τοῦτον (85) ἂν ἴδοις ὑπέρου πολὺ φαλακρότερον. Ἀλλ' οὗτος ἐν Ἐπιδαύρῳ κομᾷ (86)· Ἕλλησι γὰρ ἀταλαίπωρος τῆς ἀληθείας ἡ ζήτησις (87), ὡς ἐν δίκῃ τὸ γένος ὁ συγγραφεὺς ἐλοιδόρησεν. Αἰγύπτιοι δὲ καὶ ὁρῶσιν αὐτὸν ὀσημέραι (88), καὶ τὴν διὰ λόγων συγγίνονται, οὐχ οὗ τὴν ἑστίαν ἔχει μόνον, οὐδ' ὡς ἂν αὐτὸς, καὶ ὅσα

Digitized by Google

προέληται. Ἀλλ' ἐγὼ γὰρ ἀκούω (89)λεγόντων, ὡς ἂν ὁ τὴν Αἰγύπτιος (90) τέχνην ἐπὶ τοὺς θεοὺς (91) ἔχει, καί τινας ἴυγγας· ὥσθ' ὅταν ἐθέλοι μικρὸν ὑποβαρβαρίσας, ἅπαν εἵλκυσεν (92) ὅσον ἐστὶ τοῦ θείου τὸ πεφυκὸς ὁλκαῖς τισιν ἑπεσθαι. Παρὰ τούτων (93) οὖν, οὐ παρ' Ἑλλήνων ληπτέον τοῦ θείου τὰς ἀληθεστέρας εἰκόνας. Καίτοιγε ἀπόχρη, τὸ σμικρῷ πρότερον εἰρημένον (94), τὸν ἥλιον ἰδόντι καὶ τοὺς ἀστέρας μηδὲν προσπεριεργάζεσθαι. Εἰ δέ τίς ἐστι καὶ κομήτης ἀστὴρ (95)· ἔστι μὲν οὐδείς· χώρα γὰρ ἀστέρων τὸ κύκλῳ σῶμα κινούμενον (96), περὶ ἣν οὐδὲν οὐδέποτε νεώτερον γίνεται (97)· ὁ δὲ ὑπὸ σελήνην τόπος (98), αὐτὰ τὰ μεθόρια τῆς γενέσεως, οὗτος ἴσχει τὰ ὑπεκκαύματα, ψευδωνύμους ἀστέρας, τῷ μὲν ἐξῆς ὑποκεῖσθαι συγκινουμένους, τῷ δὲ μὴ τῆς αὐτῆς φύσεως εἶναι πλημμελῶς κινουμένους. Ἦκέ τις ἐπὶ τὸ τῆς ἰσημερίας σημεῖον (99) ἀπὸ τοῦ θυτηρίου (1)· κἀκεῖθεν ἥξει παραφερόμενος ἐπὶ τὸν πόλον τὸν βόρειον (2), ἂν μὴ φθάσῃ προαπολόμενος. Τούτων γὰρ δύει τινὰ πολυμήκη (3), καὶ τήμερον μὲν, ἂν τύχῃ, ζωδίου μῆκος ἐπέχοντα· εἰς τριτηῦ (4) δὲ, οὐδὲ τριτημόριον (5)· εἰς δεκάτην δὲ καὶ εἰς τριακοστὴν (6) καλῶς ποιῶν οἴγεται, κατὰ σμικρὸν ἀπεσβηκὼς καὶ οὐδεὶς γενόμενος οὐδαμοῦ. Τούτους ἐμοὶ μὲν οὐδ' ὅσιόν ἐστιν ἀστέρας καλεῖν. Εἰ δὲ σὺ βούλει καλεῖν (7)· οὐκοῦν τοσοῦτόν ἐστιν ἡ κόμη κακὸν, ὥστε καὶ ἐν ἄστρῳ θνητὸν εἶδος ἐργάζεσθαι. Καὶ φανέντες (8) δὲ, τέρας εἰσὶ πονηρὸν, οὓς οἱ τερατοσκόποι καὶ οἱ μάντεις ἐκθύονται. Δημοσιωτάτας γέ τοι μαντεύουσι (9) συμφορὰς, ἐθνῶν ἀνδραποδισμοὺς, πόλεων ἀναστάσεις (10), βασιλέων ὀλέθρους, μικρὸν οὐδὲν, οὐδὲ μέτριον (11), ἀλλὰ πάντα πέρα ξεινῶν (12).

A vero quotidiano ejus et aspectu fruuntur et alloquio; non unus duntaxat, aut alter, cujus in actibus versetur: neque ut ipsi visum, aut quoties fuerit. Sed id præterea multorum ad me fama detulit, Ægyptios pelliciendorum deorum artificium atque illecebras quasdam tenere, quibus, quando libuerit, barbaris aliquot vocibus insusurratis, deos omnes eliciant, quicunque certis attractionibus deduci naturæ suæ conditione possunt. Ab iis ergo, non a Græcis, verior ac sincerior est sumenda numinis effigies. Quanquam id satis quidem esse possit, quod est a nobis paulo ante dictum, solem sideraque si spectemus, nihil ut sit quod præterea curiosius investigare oporteat. Sed si aliqua videtur esse crinita stellâ, nulla quidem est B ejusmodi. Etenim stellarum locus corpus illud est, quod in orbem agitur, in quo nihil unquam innovari potest. Lunæ autem subjecta regio, ipsumque generationis quoddam confinium, faces ejusmodi ac fomites edit, falsa sideris appellatione, quæ cum deinceps seriatimque subjectæ sint aliis corporibus, cum ipsis una rapiuntur; quia vero ejusdem naturæ non sunt, vaga et immoderata agitatione fluctuant. Jam ab aræ cœlestis signo quod ad æquinoctialem raperetur animadversum est; unde rursum in borealem polum transversum agatur, nisi prius exstinctum fuerit. Horum aliqua oblonga specie porrigi; et hodie quidem, si contigerit, unius signi magnitudinem exæquare videas, **74** tertia die vix trientem; decima vero, aut C tricesima, præclare faciens perit, ac paulatim evanescit, nec ullibi amplius cernitur. Has equidem appellare stellas nefas arbitror; quo si tu nomine donandas esse contenderis, id saltem ex eo constabit, tantum malum esse comam, ut vel astrorum generi mortalem conditionem possit afferre. Adde quod malum, dum apparent, omen habent, et a prodigiorum interpretibus et vatibus quibusdam sacris procurantur. Publicas vero maxime calamitates, gentes in servitutem redigendas, urbes solo æquandas, regum interitus, nihil exiguum aut mediocre, gravia denique omnia acerbissimaque portendunt

Οὐ μέν πως ἀπόλωλεν ἀπευθὴς ἐκ Διὸς ἀστὴρ (13),
Ἐξ οὗ καὶ γενεῆθεν ἀκούομεν.

Haud ullum ignotum nobis perit ab Jove sidus,
Quantum fama hominum constat

Ὅστις οὖν ἀπόλωλεν (14), οὐκ ἔστιν ἀστὴρ, ἀλλὰ πάντα σφαιρικὰ τὰ μακάρια σώματα (15). Ἐμοὶ δὴ καὶ τοῖς ἐμοῖς παρείη τουτὶ τἀγαθὸν, ὅ με ποιεῖ τοῖς θεοῖς παραπλήσιον· οὐ γὰρ ἕτεροί τινές εἰσιν ἀντὶ τῶν οὕτως ἐχόντων (16) ἀντίθεοι, οὐδ' οὓς D μᾶλλον προσήκει θεοειδέας καὶ θεοεικέλους καλεῖν, καὶ τἄλλα πάντα τὰ τοῦ θείου κάλλους ὀνόματα. Καὶ οὐχ οὕτω μὲν ἄξιον, ἑτέρως δὲ γίνεται (17)· ἀλλ' ἀκούσαις ἂν ὑποκοριζομένων καὶ ἄντικρυς σελήνια καλούντων τοὺς φαλακρούς (18).

Quod ergo periit, sidus esse non potest, omniaque sphærica beata immortaliaque corpora sunt. Mihi utique meisque felicitas hæc adsit, quæ me diis ipsis similem efficiat. Non enim alios, quam qui ita affecti sunt, diis similes esse credendum est, neque ullum esse divini, aut Deo æquiparandi nomine digniorem, cæterisque divini decoris appellationibus. Neque vero id ita se habere cum par sit, secus accidit. Calvos enim manifeste audias blanda quadam nominis divinatione *lunulas* vocitari.

ια'. Καὶ μικροῦ με παρῆλθεν αὐτὸ τουτὸ τὸ πάντων εἰπεῖν (19) οἰκειότατον, ἡ σελήνη καὶ τῆς σελήνης αἱ φάσεις, αἷς φαλακρῶν παῖδες ὁμώνυμοι καὶ ὁμοιοσχήμονες. Καὶ γὰρ ἄρχεται μηνοειδὴς (20) ἡ φιλτάτη, καὶ διχόμηνος γίνεται, καὶ πάλιν ἀμφίκυρτος· τελευτῶσα δὲ ἤδη πανσέληνος. Καίτοι τοὺς εἰς ἄκρον εὐτυχίας ἐληλακότας (21), αὐτοὺς λέγω τοὺς πανσελήνους, θέμις ἤδη καὶ ἡλίους καλεῖν· οὐκέτι γὰρ

11. Ac parum omnino abfuit, quin ea prorsus a me prætermitteretur, quæ huic proposito maxime congrua est, luna, lunæque facies, quibuscum calvorum genus ejusdem est et nominis et figuræ. Etenim illa mihi sane charissima corniculata primum, tum dimidiata, atque æqua portione divisa, rursus dimidiato orbe major, demumque plena conspicitur. Tametsi qui jam summam felicitatem

Digitized by Google

adepti sunt, et capite quasi plenilunium referunt, fas sit soles etiam illos appellari. Nec enim ad diversas illas facies redeunt amplius; sed integro orbe ex eorum adverso, quæ in cœlo sunt, siderum collucent. Cujusmodi sane dicteriis et cavillationibus Ulyssem incessebant proci, cincinnati juvenes ac luxu diffluentes, statimque plus centum ab uno undequaque calvo homine male perdendi: quem, cum antea lampadarius esset, lucemque manu factam excitasset, missum facere munus istud hortantur, cum ipsius caput totis ædibus lumine collustrandis posset sufficere. Atqui hoc ipsum plane divinum est, **75** quod non simile jam diis, sed cognatum est, lucem habere pariter ac præbere. Splendoris autem istius causa est lævor, qui nihil est aliud quam omnimoda capillorum penuria. Simul enim a deterioribus recedit aliquis, et ad meliora progreditur, cujusmodi ejus quod vita præditum est, a mortuo diximus esse discrimen. Porro vita, et lumen, et id genus alia, in serie bonorum et sunt et esse creduntur. Unde si calvitio lumen affine est, tenebras existimandum est cum coma esse consentaneas. Quod non modo rationem præ se fert aliquam, sed etiam est necessario consequens. Verum probabili forte aliqua blandaque ratione fulcienda est oratio, ne nimis id accurata semper demonstrandi necessitas extorqueat. Comam igitur nativam quamdam ac congenitam velut umbellam esse perinde omnes ut sentiunt, ita profitentur; et poetarum elegantissimus Archilochus eam, sed in meretricio tamen corpore, commendans, hunc in modum loquitur:

...Huic ipsi quidem
Humeros obumbrat, turgaque incumbens coma.

Umbra vero præter tenebras nihil aliud est; utrovis enim nomine lucis absentia significatur. Ac si quis rem penitius contempletur et exploret, facile intelliget noctem ipsam, terra solaribus radiis obducta, umbrarum esse maximam. Quin etiam interdiu opaciores et condensiores sylvæ lucem ideo non admittunt, quod nimium umbrosæ ac comosæ sunt.

12. Atque hæc quidem eo pertinent, ut ostendatur divinum quiddam esse calvitium, ac splendidissimis omnium, qui in æthere sunt, sacratum deorum. Si vero in bonis habenda valetudo est, ut est certe bonorum omnium optimum, ejus ego desiderio crinitos quamplurimos animadverti ad novaculam dropacemque confugere, ut et calvos se facerent, et a morbis incolumes præstarent. Quod si et ocularis ægritudo, et mucus, et aurium gravedo, cæteraque capitis incommoda cum hoc onere excutiuntur, magnum istud præfecto commodum erit; tum multo majus, si pedibus præterea, visceribusque remedio sit. Atqui illi ipsi, qui his partibus laborant, circulos quosdam a medicis appellatos tolerare coguntur; quibus principium, medium, finisque dropax est, qui ferro quolibet accuratius pilos eximit. **76** Est enim id rationi consentaneum, ex arduo et eminenti capitis loco, tanquam arce quadam, reliquo corpori vale-

A ἐπανίασιν ἐπὶ τὰς φάσεις (22), ἀλλὰ διατελοῦσιν ὁλοκλήρῳ τῷ κύκλῳ τοῖς κατ' οὐρανὸν ἀντιλάμπουσι, ὥσπερ ἀμέλει τὸν Ὀδυσσέα σκίζουσιν οἱ μνηστῆρες, μειράκια κομῶντα καὶ διαῤῥέοντα (23), καὶ ταχὺ μάλα κακῶς ἀπολούμενα (24), πλεῖον ἑκατόν, ὑφ' ἑνὸς ἅπαντα φαλακροῦ, ὃν τέως λαμπηδονάμονα ὄντα καὶ φῶς ἅπτοντα χειροποίητον, νουθετοῦσιν ἀπηλλάχθαι πραγμάτων, ὡς ἀρκούσης τῆς κεφαλῆς περιλάμψαι τὴν ὅλην οἰκίαν. Οὐκοῦν αὐτὸ τοῦτο καὶ τὸ θειότατόν ἐστιν, ὃ καὶ τοῖς θεοῖς οὐκ ἔστιν ἐμφερὲς (25), ἀλλ' ἤδη καὶ συγγενὲς, φῶς ἔχειν τε καὶ ποιεῖν. Τούτου μὲν οὖν τῆς στιλπνότητος, ἡ λειότης αἰτία. Ἔστι δὲ οὐδὲν ἕτερον ἐν τῇ κεφαλῇ λειότης, ἢ παντελὴς ἀπουσία τριχῶν· ἅμα γάρ τις ἀναχωρεῖ τῶν χειρόνων (26), καὶ πρόσεισι τοῖς βελτίοσιν,

B ὥσπερ ἐλέγομεν ἀντίθεσιν εἶναι τῷ νεκρῷ πρὸς ζωήν· ζωὴ δὲ, καὶ φῶς, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τῆς ἀγαθῆς συστοιχίας ἔστι τε καὶ νομίζεται (27). Εἰ δὴ φιλόπτι προσήκει τὸ φῶς, σκότῳ πρέπειν (28) ἡγητέον τὴν κόμην· τοῦτο γὰρ οὐκ εὔλογόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ (29) παντάπασιν ἀναγκαῖον. Ἴσως δὲ καὶ πειθώ τινα ἐπὶ προσαγαγεῖν τῷ λόγῳ (30), μὴ μένοντας ἐπὶ τοῦ βαίου τῆς ἀποδείξεως. Οὐκοῦν ἅπαντες οἴονταί τε καὶ λέγουσιν αὐτοφυὲς εἶναι σκιάδειον (31) τὴν κόμην· καὶ ὁ κάλλιστος ποιητῶν Ἀρχίλοχος (32) ἐπαινέσας αὐτὴν, ἐπαινεῖ μὲν οὖσαν ἐν ἑταίρας σώματι, λέγει δὲ οὕτως

C

ἡ δέ οἱ κόμη (33)
Ὦμους κατεσκίαζε καὶ μετάφρενα.

Σκιὰ δὲ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ σκότος· ἑκατέρῳ γὰρ τῶν ὀνομάτων φωτὸς ἀπουσία σημαίνεται. Ἐγγυτέρω δὲ προσιοῦσι, καὶ ἁπτομένοις τοῦ πράγματος (34) ἴδοι τις ἂν καὶ τὴν νύκτα τὴν μεγίστην οὖσαν σκιὰν, ἀντιφραττούσης ταῖς ἀκτῖσι τῆς γῆς. Ἀλλὰ καὶ μεθ' ἡμέραν (35) αἱ συνηρεφεῖς ὕλαι φωτὸς ἀμοιροῦσι, τῷ λίαν εἶναι κατάσκιοι καὶ κατάκομοι.

ιβ'. Ταυτὶ μὲν οὖν (36) ὑπὲρ τοῦ θεῖον εἶναι χρῆμα τοῦτο, καὶ τοῖς φανοτάτοις ἀνακεῖσθαι τῶν ἐν αἰθέρι Θεῶν. Εἰ δὲ καὶ ὑγίεια καλόν (37)· τὸ κάλλιστον μὲν οὖν τῶν καλῶν (38) διὰ ταύτην ἐγὼ πολλοὺς κομήτας ἐπὶ τὸ ξυρὸν (39) ὁρῶ καὶ τὸν δρώπακα (40) κατα-

D φεύγοντας, ὡς ἅμα μὲν φαλακροὺς, ἅμα δὲ ἐξάνιας ἐσομένους τῆς νόσου (41). Ἀλλ' εἰ μὲν ὀφθαλμία, καὶ κόρυζα (42), καὶ βάρος ὤτων, καὶ τἆλλα πάντα τὰ περὶ αὐτὴν ὄντα πάθη τὴν κεφαλὴν τῷ φορτίῳ τούτῳ συναπαλλάττεται, μέγα ἂν εἴη καὶ τοῦτο· πολὺ δὲ μεῖζον, εἰ καὶ ποσὶ καὶ σπλάγχνοις ἐλυσιτέλησεν. Οὗτοι (43) μὲν οὖν εἰσιν, οἱ ταῦτα δυστυχεῖς (44), οἱ τοὺς καλουμένους κύκλους ὑπὸ τῶν ἰατρῶν (45) ὑπομένειν ἀναγκαζόμενοι, ὧν ἀρχὴ, καὶ μέσα, καὶ τέλος ὁ δρώπαξ ἐστὶν, ὃς ἀκριβέστερον σιδήρου ταῖς θριξὶν ἐπεξέρχεται. Καὶ γὰρ εὔλογον ἐξ ὑπερκειμένου χωρίου (46), καθάπερ ἐξ ἀκροπόλεως, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς (47) ἐξῆφθαι (48) τῷ παντὶ σώματι τά τε τῶν νόσων καὶ τὰ τῆς ὑγιείας πείσματα. Οὐκουν καὶ

Digitized by Google

ὑγιείας οὐκ ἴσον μέρος μετέχομεν (49), ἀλλὰ σὺν θεῷ φάναι (50) τὸ πλέον. Δόξειε δ' ἂν (51) αὐτὸ τοῦτο αἰνίττεσθαι καὶ τὰ βρέτα τὰ Ἀσκληπίεια, καίτοι [ψιλὰ] τριχῶν Αἰγυπτιακῶς διακείμενα. Εἴη γὰρ ἂν (52) εἰς κοινὸν νουθεσία, καὶ παράγγελμα τῶν ἐν ἰατρικῇ τὸ ὑγιεινότατον, καὶ μονονουχὶ (53) λέγειν ἔοικεν, ὡς ὅστις ὑγιαίνειν ἐρᾷ, μιμεῖσθω τὸν ἰατρικῆς εὑρετὴν καὶ προστάτην. Εἰληθεροῦν γὰρ χρανίον (54), καὶ πάσαις ταῖς ὥραις ἐκκείμενον, οὐκ ἂν θαυμάσαις εἰ ταχέως ἀπεργασθείη σίδηρος ἀντ' ὀστέου· οὕτω δὲ ἔχον, ἁπάσαις ἂν εἴη νόσοις δυσεμβολώτατον (55). Καὶ ὥσπερ τῶν δοράτων τὰ μὲν ἔλεια (56) καὶ τὰ πεδινὰ χείρω, τὰ δὲ ὄρεια κρείττω· τὴν δὲ αἰτίαν Ὁμήρου πυνθάνου (57) καὶ ἀκούσῃ λέγοντος· ἀνεμοτρεφῆ (58) γάρ ἐστι καὶ γεγυμνασμένα. Μηδὲ γὰρ Χείρωνα τὸν σοφὸν (59) εἰκῇ νόμιζε τῷ Πηλεῖ τὸ δόρυ τεμεῖν, οὐκ ἀπὸ τῶν γειτόνων Τεμπῶν, οὐδ' ἀπό τινος ὄρους (60) ἢ φάραγγος, οὗ λεῖα καὶ μήκιστα φύεται, ἀλλὰ Πηλίου ἐκ κορυφῆς, οὗ ταῖς ἐμβολαῖς τῶν ἀνέμων ἐξέκειτο. Ταῦτ' ἄρα (61) ξύλον ἀγαθὸν ἦν, ὅγε καὶ τῇ διαδοχῇ τοῦ γένους ἐξήρκεσεν· οὕτως ἔχει (62) καὶ περὶ τούτω τὼ κεφαλά, τήν τε δασεῖαν καὶ τὴν ψιλήν. Ἡ μὲν ἑλειός ἐστι· σκιατροφεῖται (63) γάρ· ἡ δὲ ὄρειος (64)· ἀνεῖται γὰρ ἅπασι πνεύμασι, καὶ διὰ τοῦτο καρτερὰ μὲν αὕτη, ῥαδινὴ δὲ ἐκείνη.

A tudinis morbique quasi rudentes esse suspensos. Non igitur æqualis est, aut par nobis cum cæteris valetudinis conditio : sed, quod Dei bona venia dictum sit, longe præstabilior. Quod ipsa Æsculapii simulacra satis innuunt, Ægyptio more capillis nudata, quæ quidem in commune præcipere, ac monitum omnium, quæ in medicina sunt, saluberrimum præbere videntur, ac tantum non eloqui, homini illi, qui sanitatem expetit, medicinæ artis repertorem imitandum et præsidem. Insolatum enim cranium et omnibus cœli tempestatibus expositum haud mirum est si in ferri duritiem ossis ab natura transeat; quod ita temperatum, morbis omnibus accessu difficillimum est futurum; quemadmodum hastæ, quæ in con- B densis et campestribus nascuntur, deteriores sunt; quæ in montanis, multo potiores. Cujus rationem si ab Homero fueris sciscitatus, dicentem audies, ad ventum illas nutritas et perflatas atque agitatas esse. Nemo quippe a sapientissimo Chirone temere putet Pelei hastam non ex vicinis Tempe, non ex finitimo aliquo monte aut depressa convalle, ubi politæ oblongæque arbores proveniunt, excisam fuisse; sed Pelio ex vertice, in quo ventorum quasi alatur impetu : ideoque probatiore erat ex ligno, quod tradita per manus successione universo generi perduravit. Eadem est utriusque, hirsuti nimirum glabrique capitis ratio. Illud enim in condenso situm est : in umbraculis enim degit; hoc montanum, ventisque omnibus perflabile, ob idque validum hoc et solidum; tenerum illud est et imbecillum.

ιγ'. Ἔξεστι δὲ (65) πεῖραν τοῦ λόγου λαβεῖν ἐκεῖ γενομένοις, οὗ συνέβραγη τὸ Καμβύσου καὶ Ψαμμιτίχου στρατόπεδον, κατὰ τὴν ἐξ Ἀραβίας εἰς Αἴγυπτον εἰσβολήν· τούτω γὰρ ἀλλήλων τότε πειρώμενοι, καὶ τὸν παρόντα καιρὸν ἑκάτεροι τοῦ παντὸς εἶναι κρίσιν ἡγούμενοι (66), μόλις ποτὲ (67) διελύθησαν· γενομένου δὲ φόνου (68) πολλοῦ, καὶ τοῦ πάθους κρείττονος ὄντος, ἢ κατ' ἀναίρεσιν τῶν νεκρῶν, ἄλλο μὲν οὐδὲν οἱ περιγενόμενοι τοὺς ἀποθανόντας ἐποίησαν· ἀναμὶξ δὲ ὄντας, ὡς ἕκαστος ἐτύγχανε πεπτωκὼς ἐπὶ παρατάξεως, ἀλλήλων διέκριναν (69)· καὶ νῦν εἰσὶ δύο θημῶνες ὀστέων (70), ὁ μὲν Αἰγυπτίων, ὁ δὲ Μηδικῶν. Θαυμάζει τοίνυν Ἡρόδοτος (71)· ἔοικε (72) γὰρ ὁ βέλτιστος ἐμπεπελακέναι ταῖς κεφαλαῖς, τῶν μὲν τὴν ἰσχνότητα καὶ ἀσθένειαν· καὶ γὰρ ἂν ψηφῖδι (73). φησὶ, διατετραναίης βαλών· τῶν δὲ τὸ παχὺ (74) καὶ στερέμνιον· ἀντίτυποι γὰρ ἀπήντων (75) αὐτῷ καὶ σκληραὶ, καὶ οὐδ' ἂν ὅλῃ χερμάς ἐπ' αὐτὰς ἐξαρκέσειεν, ὥστε κορύνης ἂν δέοι. Αἰτίαν δέ γέ φασιν (76), ἐφ' ἣν ἡμεῖς τὴν πεῖραν ἐκαλέσαμεν μάρτυρα, τῶν μὲν τοὺς πίλους (77), τῶν δὲ τὴν ὑφ' ἡλίῳ τροφήν. Εἰ δὲ χαλεπὸν μὲν (78) ὁδὸν προελέσθαι διὰ τοσούτων ἐθνῶν ὑπερόριον (79), οὐχ ὅσιον δὲ οὐδὲ λίθῳ πατάξαι νεκροῦ κεφαλήν, Ἡροδότῳ δὲ ἀπιστεῖς (80), οὐκοῦν οἰκέται κἀμοὶ καὶ συχνοῖς ἄλλοις εἰσὶν ἐν ἄστει Σκύθαι καὶ Σκυθικῶς ἀνεικότες τὰς κόμας (81). Τούτοις ἄν τις ἐντείνῃ κόνδυλον (82), ἀπολώλεκεν. Τὸν ἐν θεάτρῳ δὲ ἄνθρωπον (83), ὃς πολλὴν καὶ καλὴν τῷ δήμῳ διατριβὴν, ἔξεστι καθ' ἑκάστην ἱερομηνίαν τῷ καταλαβόντι θέαν θεᾶσθαι (84).

C 13. Cujus rei periculum facere potest, si quis ad Arabiæ Ægyptique limites pergat, ubi Cambysis olim et Psammitichi exercitus certamen inierunt. Nam isti mutuo confligentes et illo temporis momento de summa re agi putantes, ægre ab invicem dirimi potuerunt. Strage autem maxima facta, et validiore numerosioreque quam ut mortuorum cadavera tollere aut sepelire possent; aliud quidem nullum tantæ cædis superstites cæsis officium præstitere, nisi ut promiscue passimque stratos, ut in acie quisque ceciderat, a se mutuo discernerent, et hodieque cernuntur ossium acervi duo, Ægyptiorum alter, alter Medorum; dignaque prorsus admiratione Herodoto visa est **77** (nam eo accessisse videtur optimus vir, ut eo spectaculo D frueretur), cum illorum capitum tenuitas et fragilitas; hæc enim, ait, si velis ferire, vel solo calculo perforare possis; tum horum compactio et soliditas : repulsu enim renisuque firmitatem ac duritiem præ se ferebant, ita ut ne majori quidem aliquo et pugillari offendi saxo illidive possent; quod si facere velles, incutienda tibi clava fuerit. Hujus autem experimenti, cui nos testem ascivimus, causam esse ferunt, his quidem quod pilea gestent, illis vero quod soli expositum caput habeant. Quod si cui difficile videtur longinquum per tot nationes iter suscipere, neque mortui fas est caput lapide ferire, tum Herodoto fidem non adhibes; nempe mihi quoque, ut et aliis permultis in urbe servi sunt genere Scythæ, promissa, Scy-

Digitized by Google

thico more, cæsarie ; quibus si quis vel colaphum ingesserit, eos enecabit. At eum hominem, qui in theatro diuturno jucundissimoque spectaculo plebem detinet, singulis calendis spectare licet ei, qui subsellia ad spectandum occupaverit. Is non natura quidem, sed artificio calvus est, eadem die tonstrinas sæpius adiens, proditque coram populo, ut capitis robur ac firmitatem ostentet ; cui nihil terribile est eorum quæ terribilia videntur. Nam et cum fervente pice conflictatur, et cum edocto ariete coniscat, qui eminus concinna quadam agitatione et capitis micatione fertur. Megarensium quoque figlina valido huic capiti illisa deficiunt : scinditur, contunditur ; nihilque non eorum fit, quæ horrorem spectantibus afferunt ; cum eodem capite accuratius, quam Attico calceo præsiliat. Hunc equidem hominem intuens, mihimetipsi de tam felici sorte gratulabar. Etenim hæc perinde omnia illa præstare possem, sed ille me audacia superat : vel potius ille quidem ad hoc audendum inopia compellitur : mihi vero hujusce rei periculo neque opus est, neque opus unquam fuerit. Verum aliud nobis occurrit quam maximum commodum, nec ullo eorum quæ hactenus dicta sunt, deterius. Nam si, ut Pindarus ait, voti compotem esse contigerit, et domesticæ res ad vitam degendam satis esse possint, in opportuno aliquo ad spectandum loco eorum, quæ exhibentur, auscultatores et spectatores sedebimus. Quod si in civitatem sumptus faciendi sint, aut largitiones a populo flagitentur, magnifice ex faculiatibus nostris familiaris res defecerit ; quod divinis et eximiis extremum malorum est, non periclitantur, quibus pudore paululum submoto, artem spectaculo

14. Quisquis igitur, ex Dionis sententia, viros, quam feminas magis decere comam arbitratur, nonne rebus ipsis et apertæ veritati plurimum adversatur ? Nam quod qui possident, imbecilliores redduntur, id ipsum in censu ponere validorum ac vires habentium, potest ulli esse rationi consentaneum ? Natura profecto ac legibus ista discreta sunt ; legibus quidem, quando neque mares omnes decet coma, neque ubivis, neque eosdem perpetuo. Lacedæmonii quippe post Thyream, Argivi ante Thyream comam aluere : infinitæ prope nationes neque hodie, neque unquam hactenus : feminarum generi, et omni, et ubivis honesta fuit semper capillitii cura ; nec usquam inventa est, aut inveniri potest, quæ novaculæ caput submiserit, præterquam in gravi et inauspicato eventu ; si ullum unquam ejusmodi tempus tulit, mihi certe neque auditum, neque visum aliquando. Quin etiam cum lege natura consentit ; nullam enim ex hominum memoria accepimus mulierem fuisse calvam. Neque est quod id reticulo tegi potuisse dicas : nam comœdiæ vel per ista transpiciunt. Sin cuiquam pili defluxerint, hoc ex morbo potius factum est, potuitque vel minima cura pristinum naturæ statum recuperare. Virorum contra, eorum saltem,

Οὗτος ἔστι (83) μὲν τῶν τέχνῃ φαλακρῶν, οὐ τῶν φύσει, βαδίζων ἐπὶ τὰ κουρεῖα (86), τῆς ἡμέρας πολλάκις (87) · πάρεισι δὲ εἰς τὸν δῆμον (88) ἐπ' αὐτὸ τοῦτο (89), τῆς κεφαλῆς τὴν ῥώμην ἐπιδεξόμενος, ᾗ μηδέν ἐστι δεινὸν τῶν δεινῶν · ἀλλὰ καὶ πρὸς πίτταν ἀναζέουσαν παραβάλλεται (90), καὶ διακυρίττεται δεδιδαγμένῳ κριῷ (91), πόρρωθεν εὖ μάλα τὸν πίτυλον κατασείοντι (92) · ἐπιλείπει δὲ τὰ Μεγαρέων κεράμια (93), τῇ γενναίᾳ ταύτῃ (94) προσκαταγνύμενα · τέμνεται δὲ καὶ κατατέμνεται (95), καὶ οὐδὲν ὅ τι οὐ τῶν τοῖς ὁρῶσι φρίκην φερόντων, ᾗ γε καὶ προσάλλονται βλαύτης Ἀττικῆς ἀκριβέστερον (96). Τοῦτον ἐγὼ τὸν ἄνδρα θεώμενος, τῆς εὐτυχίας ἐμαυτὸν ἐμακάρισα (97). Καὶ γὰρ κἂν ἐγὼ ταῦτα πάντα δυναίμην (98) · ἀλλ' οὗτος ἐμοῦ τῇ τόλμῃ περίεστι · μᾶλλον δὲ τοῦτον μὲν εἰς τοῦτο τῆς τόλμης (99) ἡ πενία προήγαγεν · ἐμοὶ δὲ τῆς πείρας μήτε δεῖ, μήτε δέοι (1) · ἀλλ' ἕτερον αὐτοῦ τὸ παμμέγεθες ἀγαθὸν (2), ὃ τῶν εἰρημένων οὐδενὸς ἀπολείπεται. Ἂν μὲν γὰρ ᾖ τῆς Πινδάρου (3) τυγχάνειν εὐχῆς, καὶ ζῇν ἔχωμεν ἀπὸ τῶν οἰκείων, ἐν καιρῷ τοῦ θεάτρου καθιζησόμεθα, ἀκροαταὶ τῶν δεικνυμένων καὶ θεαταί. Κἂν χορηγῆσαι δέῃ (4) τῇ πόλει, κἂν ἐπιδόσεις ὁ δῆμος αἰτῇ, χρησόμεθα μεγαλοπρεπῶς τοῖς ὑπάρχουσι · τοῦ δαιμονίου δὲ ἀντιπνεύσαντος (5), καὶ τῶν ἀλφίτων ἐπιλειπόντων · ὃ μηδενὶ τῶν θείων ἀνδρῶν παρεγένοιτο (6) · τὸ γοῦν ἔσχατον ἄπεστι (7) τῶν κακῶν, ὁ λιμός, οἷς ἅπασιν ἔξεστι θαυματοποιοῖς εἶναι, καὶ μικρὸν ἀπερυθριάσασιν, ἐν τῷ λοιῷ ἀποδοῦναι καὶ σχεδιάσαι τέχνην θέας ἀξίαν. **78** Sin fortuna reflaverit, virtusque ac viris haud unquam evenit; ii saltem fame, quod præstigiatoribus ac circulatoribus esse licet; ac dignam e re nata in orchestra exhibere possunt.

ιδ'. Ὅστις οὖν, ὥσπερ Δίων, οἴεται πρέπειν πολὺ μᾶλλον ἀνδράσιν ἢ γυναιξὶ τὴν κόμην (8), πῶς οὐ (9) τοῖς οὖσι καὶ τοῖς φανεροῖς τἀναντιώτατα διατάττεται ; Ὁ γὰρ (10) τοὺς ἔχοντας ἀσθενεστέρους ποιεῖ, πῶς εὔλογόν ἐστι τῇ τῶν ἰσχυόντων μοίρᾳ προσνέμειν ; Ἀμέλει (11) δὲ καὶ φύσει καὶ νόμῳ (12) διώρισται · νόμῳ μὲν, εἰ μήτε πᾶσι καλὸν (13) ἡ κόμη τοῖς ἄρρεσι, μήτε πανταχοῦ, μήτ' ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς. Λακεδαιμόνιοι γὰρ (14) μετὰ Θυρέαν (15), Ἀργεῖοι δὲ πρὸ Θυρέας ἐκόμησαν · συχνὰ (16) δὲ τῶν ἐθνῶν οὔτε νῦν, οὔτε πρότερον · γυναιξὶ δὲ ἀεὶ καὶ πάσαις καὶ πανταχοῦ (17) καλὸν ἐσπουδακέναι περὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν τριχῶν · οὐ γάρ ἐστιν (18), οὔτε γέγονεν, ἥτις ὑπέθηκε ξυρῷ τὴν κεφαλὴν, ὅτι μὴ κατ' ἀπαίσιόν τινα καὶ ἀποτρόπαιον συμφορὰν (19) · εἰ δή τι καὶ τοιοῦτον (20) ὁ χρόνος ἤνεγκεν (21) · ἐγὼ γὰρ οὔτε εἶδον, οὔτε ἤκουσα (22). Ὁμολογεῖ δὲ καὶ ἡ φύσις τῷ νόμῳ · γυνὴ μὲν γὰρ οὐδεμία (23) τῶν ἐξ αἰῶνος ἀναδέδεικται φαλακρά · καὶ οὐκ ἐρεῖς, ὡς οἱ κεκρύφαλοι (24) κρύπτουσιν · αἱ γὰρ κωμῳδίαι καὶ διὰ τούτων ὁρῶσιν (25) · εἰ δὲ τριχορρυής τις ἐγένετο, νόσον τινὰ ταύτην νοσεῖ (26), καὶ δι' ἐλαχίστης ἐπιμελείας εἰς τὸ πεφυκὸς ἐπανέρχεται (27) · ἀνδρῶν δὲ, οὓς καὶ ἄξιον ἄνδρας καλεῖν (28), οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν, ὅστις οὐκ ἔφθασεν εἰς τοῦτο τῆς φύσεως. Δι'

Digitized by Google

αὐτὸ γὰρ τοῦτο (29) καὶ δοκεῖ τέλος εἶναι τῆς φύσεως, εἰ καὶ μὴ πᾶσιν ἐπιτυγχάνεται. Ὥσπερ δὲ γεωργῶν παῖδες (30) ἀπὸ τῆς ὁρμῆς τῶν ὑγιαινόντων φυτῶν συνέντες, ὡς εἰς ὀρθὸν αἴρεσθαι βούλεταί τε καὶ πέφυκεν ὅσα μὴ πρὸς τοῦτο παρ' ἑαυτῶν ἐξισχύει, κοντοῖς αὐτὰ καὶ χάραξιν ὑπερείδουσιν· οὕτως, ἐπειδὴ πεφήνασιν (31)· ἅπαντες, ὧν ἡ φύσις ἀρίστη, παραπλησίως ἐμοὶ διακείμενοι, ξυρῷ τοὺς οὕτως ἔχοντας ἐπανορθωτέον καὶ βοηθητέον ἂν εἴη τῇ φύσει.

A qui hoc nomine digni fuerunt, haud facile ullum nominaveris, qui non ad eam naturæ conditionem pervenerit : si quidem in hoc ipso naturæ finis constitutus videtur; licet non omnes eum assequantur. Sed ut agricolæ, cum ex integrarum ac bene se habentium stirpium naturali propensione exploratum habeant, natura omnes ita esse comparatas, ut in rectum assurgant, quæcunque per se attolli nequeunt, ridicis ac pedamentis suffulciunt; ita quandoquidem omnes, quorum natura optime constituta est, esse eadem mecum conditione constat; qui secus habuerint, novacula emendandi sunt, et naturæ subsidium ferendum.

ιε'. Λακεδαιμονίων (32) μὲν οὖν ἄξιον (33) μεμνῆσθαι, πρὸ τῆς ἐν Θερμοπύλαις μάχης ἡσκηκότων τὰς τρίχας, ἣν δι' αὐτὸ τοῦτο (34) καλεῖ μεγάλην, ὅτι Λακεδαιμόνιοι πρὸ αὐτῆς ἐκτενίσαντο, ὧν οὐδεὶς ἐπὶ τῷ πονηρῷ τούτῳ σημείῳ περιεγένετο. Λέγω δὲ, οὐκ ἀναμιμνήσκων τῶν εἰρημένων, ὅτι τρίχες κὰν τοῖς ζῶσίν ἐστι νεκρὸν (35), ἀλλ' ὅτι τεθνεώτων αὔξουσι· τοῦτο γὰρ ὑπὸ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θεραπευτῶν εἰς πάντας διατεθρύληται (36), καί τις ἐν χρῷ κουρίας ἀποθανὼν, εἰς νέωτα κόμην (37) καὶ πώγωνα βαθὺν ἤνεγκε. Τούτους μὲν οὖν εἴλκυσεν (38) εἰς τὸν λόγον, οἱ κάλλιστα τῶν Ἑλλήνων ἀπέθανον· τῶν δὲ τὰς καλλίστας τε καὶ μεγίστας νίκας ἀνῃρημένων (39), καὶ τιμωρησαμένων ὑπέρ τε τούτων αὐτῶν καὶ ὑπὲρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος τὸν βάρβαρον, ἐκὼν ἐπιλανθάνεται· λέγω δὲ Μακεδόνας τε καὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ συναναβάντας Ἕλληνας, ὧν οὐκ ἐγένοντο μόνοι Λακεδαιμόνιοι (40). Οὗτοι πρὸ τῆς ἐν Ἀρβήλοις (41) μάχης, ἣν δικαιότερον ἄν τις μεγάλην προσαγορεύσειεν, πεῖρᾳ μαθόντες ὅτι πονηρὸν στρατιώταις αἱ τρίχες, πανδημεὶ ξυράμενοι, μετὰ Θεοῦ καὶ τύχης καὶ ἀρετῆς (42) εἰς τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀγῶνα συνέστησαν. Ἐπράχθη δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας ἡ διαβολὴ τῶν τριχῶν, ὡς ὁ τοῦ Λάγου Πτολεμαῖος ξυνέγραψεν (43), ὃς ὅτι μὲν παρῆν τοῖς δρωμένοις, ἠπίστατο· ὅτι δὲ βασιλεὺς ἦν, ὁπηνίκα συνέγραψεν, οὐκ ἐψεύδετο (44).

79 15. Lacedæmoniorum porro haud incongruum fuerit fecisse mentionem, qui ante pugnam illam ad Thermopylas commissam, comam adornarunt; quam ideo gravissimam appellavit, quod ante eam Lacedæmonii comas pecterent; quorum nemo præ infausto illo omine superstes fuit. Id eo dico, non quod in memoriam revocem, quæ a me antea dicta sunt, pilos vel in viventibus mortuas esse partes, sed ut easdem insuper in mortuis incrementum capere demonstrem. Hujus enim ab Ægyptiis sacerdotibus in omnes fama percrebruit; et ad cutem rasus aliquis cum obiisset, sequente anno prolixa coma barbaque est repertus. Cæterum eos in orationem duntaxat inseruit, qui gloriosissimo ex Græcis omnibus fato sunt exstincti; alios consulto prætermisit, qui maximas nobilissimasque victorias reportarunt, et a barbaris eorum, quæ in illos, ac reliquam omnem Græciam commiserant, pœnas repetierunt; Macedonas, inquam, Græcosque, qui cum Alexandro profecti sunt : e quibus soli defuere Lacedæmonii. Hi ante certamen, quod in Arbelis gestum est, multo quam Lacedæmoniorum illud gravius, experientia docti, pilos summo militibus esse detrimento, publicitus rasi, Deo fortunaque, et virtute auspice, de summa rerum dimicarunt. Ejusmodi autem damnandorum pilorum fuit occasio, ut auctor est Ptolemæus Lagi filius : qui cum rebus gestis interfuerit, rei veritatem non ignoravit; et quia rex, dum hæc scriberet, fuit, nequaquam mentitus est.

ις'. Ἀνὴρ Μακεδὼν (45), κόμην τε ἀνεικὼς εἰς τὸ περιττὸν καὶ γένειον βαθὺ καθεικὼς, ἐπ' ἄνδρα Πέρσην ἐφέρετο· συμφρονήσας δὲ (46) ὁ Πέρσης, καίπερ ὢν ἐν δεινῷ, γέρρον μὲν ἐκεῖνο (47) καὶ ξυστὸν ἀφίησι τῶν χειρῶν, ὡς οὐχ ἱκανὰ ταῦτα τῷ Μακεδόνι (48)· ἅττει δὲ ὁμόσε (49), καὶ φθάσας εἴσω τῶν τοῦ πολεμίου ὅπλων γενέσθαι (50), λαμβάνεται τοῦ πώγωνος (51) καὶ τῆς κόμης, κἄθ' οὕτως καταβάλλει (52) στρατιώτην ἅμαχον, τριχὶ δίκην ἰχθύος (53) ἑλκυσάμενος· πεσόντα δὲ ἤδη κατακαίνει, τὸν ἀκινάκην ἀπασάμενος (54). Εἶδε δή τις καὶ ἕτερος Πέρσης (55), καὶ μάλα ἄλλος καὶ ἄλλος, καὶ ταχὺ μὲν ἅπαντες ἦσαν ῥιψάσπιδες, ταχὺ δὲ ἄλλος ἄλλον κομήτην ἀπολαβόντες, ἀνὰ τὸ πεδίον ἐδίωκον· παρῆει γὰρ ὥσπερ σύνθημα (56) διὰ τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος, ὅτι ἄνδρες οὗτοι θριξὶν ἁλώσιμοι. Μόνον οὖν, ὡς εἰκὸς, ὅσον φαλακρὸν ἦν τῆς Ἀλεξάνδρου φάλαγγος, συντεταγμένον διέμεινεν (57). Ἐν τούτῳ (58)

16. Macedo quidam summissa mirum in modum cæsarie, altaque ac densissima barba, Persam adoritur. Hic, etsi in tanto discrimine positus, sese colligens, scutum, atque hastam abjicit, quasi haud idonea contra Macedonem arma; tum obviam prosilit, et hostem cominus intra ipsius arma occupans, barba comaque prehensum, et crinibus, piscis instar, attractum, citra pugnam prosternit, prostratumque educto acinace confodit. Vidit hoc alius Persa, statimque alius, et alius, omnesque subinde clypeis abjectis, alium alius crinitorum ejusmodi interceptum patentibus campis insecuti sunt. Ibat enim per totum agmen Persarum, quasi tessera quædam, homines illos crinibus arreptos facile superari. Soli igitur, ut verisimile **80** est, quotquot in Alexandri acie calvi erant, in ordine permanserunt. Dum hæc geruntur, summa consilii regem inopia cepit; cum nudis cedendum ei esset, cui vel ar-

Digitized by Google

mati resistere non possent: jamjamque futurum erat, ut pudendo belli exitu fractus Alexander in Ciliciam castra referret, seseque ridiculum Græcis omnibus præberet, insana capillorum affectatione superatus. Verum ut erat in fatis, Heraclidis Achæmenidas sceptris imperii cessuros, classico receptui cani jubet, ac longius abducto exercitu, et opportune positis castris, tonsores immittit. Atque hi quidem muneribus a rege pellecti passim Macedonas omnes novacula deraserunt. Dario vero, Persisque deinceps pro voto res minime successit. Sublata enim prehendendi ansa, cum multo superioribus iniquo certamine pugnabant.

17. Quamobrem coma ipsa neque terribiles ut sint, neque ut videantur facit, nisi infantium forte spectra, terriculaque esse velint. Præsertim cum milites videamus, quo tempore terrendi sunt hostes, galeam induere. Galea autem hoc ipsum, quod præ se nomine fert, ænea calvaria est. Quod vero equinis setis ornantur, hi quidem, quibus galeam imponere capiti contigit, figuram ejus non nesciunt. Docendi sunt autem quibus istud ignotum est, pone in versum dispositis inter pileum et galeam setis adornari. Nam curvam devexamque superficiem ne Vulcanus quidem villorum tenacem possit efficere. Hunc autem in modum composita accurate nobis calvitium refert; ideoque omnium, quibus milites induuntur, formidolosissimum est. Achilles sane Trojanos animum recepisse ait, non quod suspensum quasi comæ muscarium videre desiissent. Sed quidnam ait, obsecro?

...Nec enim galeæ frons cernitur ipsis
Cominus ardentis.

Fulgor enim illius lævorque idem et calvitium, et terriculum est. Achilles autem etsi comam habuerit (id enim ab eodem est proditum), at juvenis illo tempore fuit, quo et in iracundiam erat proclivior; cum ætas ipsa nondum eum esse pateretur corpore animoque perfectum. Et quidem adolescentibus æquum est caput ipsum erumpentibus pilis, et cordis incitatione fervere. Sed **81** ut Achillis causa nemo est, cui animi furor probetur, sic neque clarissimorum virorum in corpore est coma laudabilis. Eumdem tamen, utpote Thetidis filium, præclara ad omnem animi virtutem indole fuisse fatendum est, meumque id est de Achille judicium, si is sospes fuisset, calvitii sapientiæque haud expertem futurum, ut qui vel juvenili ætate musicæ esset utcumque medicinæque peritus, et invisos adeo capillos haberet, ut eos inferiarum loco, mortuorum in busta spargeret. Nam et de Socrate dixit Aristoxenus, natura illum ad iracundiam fuisse concitatiori, quæ simul eum invasisset, indecore atque impotenter sese gessisse. At nondum eo tempore calvus erat Socrates, quintum et vicesimum annum agens, cum Athenas, ut refert Plato, Parmenides, et Zeno ad Panathenæorum spectacula

A δὲ ὁ βασιλεὺς ἀπορίᾳ συνείχετο (59), γυμνοῖς ἐξιστάμενος οἷς ὡπλισμένοις ἦν ἀνυπόστατος· κἂν αἰσχρῶς ἀνέλυσεν ἐπὶ Κιλικίας (60) Ἀλέξανδρος, κἂν ἐγένετο τοῖς Ἕλλησι καταγέλαστος, τῇ τριχομαχίᾳ κεχρατημένος (61)· νυνὶ δὲ (μοιρίδιον γὰρ ἦν ἤδη (62) τοῖς Ἡρακλείδαις (63) τοὺς Ἀχαιμενίδας παραγωρῆσαι τῶν σκήπτρων), ταχὺ συνείς τι τοῦ δεινοῦ (64), κελεύει μὲν ἀνακλητικὸν ἠχῆσαι τὰς σάλπιγγας· ἀπαγαγὼν δὲ ὡς πορρωτάτω καὶ καθίσας ἐν καλῷ τὸν στρατὸν (65), ἐπαφίησιν αὐτῷ τοὺς κουρέας. Οὗτοι μὲν οὖν δώροις ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀναπεισθέντες (66), πανδημεὶ τοὺς Μακεδόνας ἐξύρησαν. Δαρείῳ δὲ (67) καὶ Πέρσαις οὐκέτι τὸ πρᾶγμα κατ' ἐλπίδας ἐχώρησε· μὴ γὰρ οὔσης ἔτι λαβῆς, πρὸς πολὺ καλλίους ἀγωνιστὰς τοῖς ὅπλοις ἐκρίνοντο.

B ιζ'. Κόμη τοίνυν οὔτε ποιεῖ φοβεροὺς, οὔτε δείκνυσιν, εἰ μή γε τῶν βρεφῶν εἶσι μορμολύκεια (68). Ἐπεὶ τούσγε (69) στρατιώτας ὁρῶμεν, ἐν ᾧ δεῖ τοὺς πολεμίους φοβεῖν, κράνη περικειμένους. Τὸ δὲ κράνος οὐδὲν ἄλλ' ἢ κατὰ τοὔνομα καὶ τὸ πρᾶγμα, χαλκοῦν κρανίον ἐστίν (70). Εἰ δὲ ἵππων θριξὶν ἐνσκευάζονται (71), οἷς μὲν ὑπῆρξεν ἀμφιέσασθαι κράνος (72), ἴσασι (73) περὶ τοῦ σχήματος. Διδακτέον δ' ἂν εἴη (74) τοὺς οὐκ εἰδότας ὡς ὄπισθεν σκευάζονται στιχηδὸν διατεθείσαις θριξὶ μεταξὺ τοῦ πίλου καὶ τοῦ κράνους. Ἐπεὶ τήν γε κυρτὴν ἐπιφάνειαν οὐδ' ἂν Ἥφαιστος ἐγκρατῇ τριχῶν ἀπεργάσαιτο. Ἔχουσι δὲ ὥσπερ ἔχει (75), φαλάκρας ἀκριβεστάτην εἰκόνα παρέχεται. Ταύτῃ καὶ καταπληκτικώτατόν ἐστιν C ἁπάντων, ὅσα στρατιώταις περίκειται (76). Ὧν γὼν Ἀχιλλεὺς ἀναθαρσῆσαι τοὺς Τρῶας (77) φησιν, οὐχ ὅτι τῆς κόμης οὐχ ὁρῶσιν αἰωρουμένην τὴν σκέπην· ἀλλὰ πῶς λέγει·

.. Οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον (78)
Ἐγγύθι λαμπομένης.

Τὸ γὰρ ἀποστίλβον (79) αὐτῆς καὶ λεῖον, τοῦτο τοῦτο φαλάκρα τε ἂν εἴη καὶ φόβητρον. Εἰ δὲ Ἀχιλλεὺς ἐκόμα (80) [καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτό φησι]· νέος γὰρ ἦν, ὀπηνίκα καὶ ὀξύρροπος ἦν εἰς ὀργὴν (81), οὐδέπω χωρούσης τῆς ἡλικίας οὔτε ψυχῆς οὔτε σώματος τελειότητα. Νέῳ δὲ εἰκὸς ἀναζεῖν (82) καὶ τὴν κεφαλὴν, οἶμαι, θριξὶ, καὶ θυμῷ τὴν καρδίαν. Ἀλλ' ὥσπερ οὐκ ἐπαινεῖται (83) δι' Ἀχιλλέα περὶ ψυχὴν ὁ θυμὸς, οὕτως οὐδὲ περὶ σῶμα ἡ κόμη τῶν θαυμαστῶν (84). Καίτοι συγχωρῶ Θέτιδος ὄντα κράτιστα φῦναι (85) πρὸς ἅπασαν ἀρετὴν, καὶ γνώμην ἀποφαίνομαι (86) περὶ Ἀχιλλέως, εἰ περιεγένετο, φαλάκρας τε ἂν αὐτὸν καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἀμοιρῆσαι. Καὶ νέος ὢν (87), ἀμωσγέπως ἰατρικῆς τε καὶ μουσικῆς ἥπτετο (88), καὶ πρὸς ἃς εἶχε τρίχας, οὕτω δυσχερῶς εἶχεν (89), ὡς ἱεροῖς ὁσιωθείσας ἡρίοις ἀπόξασθαι. Ἐπεί τοι καὶ Σωκράτην (90) αὐτὰ ταῦτα φησιν Ἀριστόξενος, ὡς φύσει γεγόνει τραχὺς [εἰς] ὀργὴν (91), καὶ, ὁπότε κρατηθείη τῷ πάθει, διὰ πάσης ἀσχημοσύνης ἐβάδιζεν (92). Οὐ μὴν οὐδὲ Σωκράτης πω τότε (93) φαλακρὸς ἦν, πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη γεγονὼς, ὁπηνίκα Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἦλθον Ἀθήναζε, ὡς Πλάτων φησὶ, τὰ Παναθήναια (94) θεασόμενοι. Ἀλλ' εἴ τις ὕστερον ὡς περὶ γαλεπῆ

Digitized by Google

τοῦ Σωκράτους, ἢ ὡς περὶ κομήτου (95) διελέγετο, πολὺν ἂν οἶμαι τὸν λέγοντα παρὰ τοῖς εἰδόσιν ὀφλῆσαι κατάγελων· ὡς οὗτός ἐστιν (96) ὁ τῶν πώποτε πεφιλοσοφηκότων φαλακρότατός (97) τε ὁμοῦ καὶ πραότατος (98). Μὴ δὴ καταδίκαζε (99) κόμην τοῦ ἥρωος· ἐν ᾧ γὰρ (1) διαλέγῃ περὶ αὐτοῦ, μειράκιον ἦν, οὕπω πρώην ἐξ ἐφήβων γενόμενον. Καὶ σὺ μὲν οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ὅτῳ ποτὲ τεκμηρίῳ χρώμενος (2) ἀποφαίνῃ περὶ τῶν Ἀχιλλέως τριχῶν, ὡς κἂν τὸ γῆρας (3) αὐτοῦ περιέμειναν· ἐγὼ δὲ, ὡς οὐκ ἂν περιέμειναν (4), ἔχω πολλὰ, τὸν πατέρα, τὸν πάππον· εἶδον γὰρ, εἶδον (5) εἰκόνας· τὸ συγγενῆ γεγονέναι θεῶν (6). Ἅπαξ δὲ εἰρημένον ἀρκεῖ περὶ τοῦ σχήματος τῶν θεῶν (7).

A venissent. Si quis autem postmodum de Socrate, tanquam homine aspero, aut comæ studioso verba fecisset, multo, ut opinor, ab iis risu fuisset exceptus, qui eum norant, quando is omnium qui unquam exstiterunt philosophorum calvissimus fuit, ac mansuetissimus. Non est igitur quod herois comam insimules; nam quo tu tempore de eo loqueris, adolescentulus erat, paulo ante nondum ex ephebis egressus; nec ullam poteris afferre conjecturam, qua quidem fretus Achillis comam censeas ad senectutem usque fuisse mansuram. Nam non fuisse mansuram quamplurimis adducor ut credam; cum de patre ipsius, et avo, quorum olim imagines vidi, tum ex cognatione quam cum diis habuit. Satis enim antea de deorum forma disputatum est.

ιη'. Τί οὖν ὥσπερ ἑρμαίου λαβόμενος ἔχῃ (8),

B

18. Quæ cum ita sint, cur demum tanquam ex insperato oblatum lucrum arripiens, crebro id in ore versas,

..... *Ξανθῆς δὲ κόμης ἔλε Πηλείωνα;*

Flavaque coma prensavit Achillem?

Ὅλως δὲ διὰ τί (9) τεμάχιον ἐκφέρεις, ἀλλὰ μὴ πάντα τὸν στίχον ἕλκεις εἰς μέσον; Οὐκοῦν ἐπεὶ μὴ σὺ βούλει (10), τοῦ παρ' ἡμῶν αὐτὸ γενέσθαι σὺ τὴν ἀνάγκην ἐποίησας·

Denique cur fragmentum duntaxat carminis, non totum ipsum versum in medium adduxisti? Quod quia a te factum non est, mihi ut istud facerem tute necessitatem imposuisti:

Στῆ δ' ὄπιθεν (11), *ξανθῆς δὲ κόμης ἔλε Πη-* [*λείωνα.*

Pone stetit, flavaque coma prensavit Achillem.

Εὖγε, ὦ Δίων, ὡς οὐ παρελκούσας ἀφῄρησαι συλλαβὰς, ἀλλ' ἐν αἷς (12) ἅπαν ἔνι τοὐναντίον ᾧ βούλει (13). Ἐντεῦθεν ἐγὼ μαντεύομαι (14) κἀν τούτῳ τῆς ἡλικίας Ἀχιλλεῖ φαλάκρας μετεῖναι (15). Ἤκουσα (16), φησὶν, ἡ θεὸς ὄπισθεν αὐτοῦ (17) τῆς κόμης ἐλάβετο (18). Ἀλλὰ κἂν ἐμοῦ τις (19), ἀλλὰ κἂν αὐτοῦ Σωκράτους, κἂν τοῦ γεραιτάτου τῶν Ἑλλήνων ὄπισθεν λάβοιτο· ἐκεῖ γὰρ ἡμῖν ὑπολείπεται (20) τὰ τῆς ἐπικήρου φύσεως σύμβολα (21)· οὐ γὰρ οὔτε ἀνθρώπινόν ἐστιν (22), οὔτε δαιμόνιον ἀγαθὸν, ἀλλὰ θείας ἄντικρυς καὶ μοίρας καὶ φύσεως (23) εἰς τὸ παντελὲς ἀπηλλάχθαι (24) τῆς πρὸς τὸ θνητὸν κοινωνίας.

C Euge, Dio; non enim superfluæ sunt a te detractæ syllabæ, sed ejusmodi, ut in iis ei quod asseris omnino contrarium habeatur. Nam hinc auguror vel in ea ætate calvum Achillem fuisse. « Pone, » inquit, **82** « dea veniens coma eum arripuit. » Atqui et me certe aliquis, et ipsum quoque Socratem, et Græcorum omnium senio confectissimum postica capitis parte prensaverit. Illic enim naturæ mortalis indicia relinquuntur. Neque aut hominum, aut dæmonum, sed divinæ plane conditionis naturæque est, nihil omnino habere cum mortali genere societatis.

Στῆ δ' ὄπιθεν (25), *ξανθῆς δὲ κόμης ἔλε Πη-* [*λείωνα.*

? *one stetit, flavaque coma prensavit Achillem.*

Ἵνα λάβοιτο τῆς κόμης (26), ὄπισθεν ἔστη, ὡς οὐκ οὔσης ἐκ τοῦ προσθίου (27) λαβῆς.

Ut comam prehenderet pone stetit, quasi ex anteriori parte nulla esset prehensio.

ιθ'. Ὅλως δὲ ἀγαθὸν μὲν (28) οὐδὲν ὑπὲρ φύσεως τῶν τριχῶν ἔνι τῷ Δίωνος λόγῳ. Καίτοιγε (29), εἴπερ ἦν ἐν τῷ πράγματι. Δίων ἂν ἐξεῦρεν αὐτὸ, καὶ, εἰ σμικρὸν ἦν (30), Δίων ἂν αὐτὸ μέγιστον ἔδειξεν, ὃς καὶ νῦν οὕτω πόρρωθεν ἐξευρίσκει μὲν Λακεδαιμονίους (31) οὐδὲν ὄντας πρὸς ἔπος· οὔκουν, ὅσα γε καὶ ἄλλῳ δοκεῖν· Ὁμήρου δὲ ἐξαψάμενος (32), ὥσπερ ἱερᾶς ἀγκύρας, ἔχεται (33) μέχρι τελευτῆς τοῦ βιβλίου· οὕτω δὲ ἀδίκως πάνυ (34) καὶ ῥητορικῶς χρῆται τῷ λόγῳ, ὥστε νῦν μὲν ἀπέκοψεν, ὥσπερ νόμου, τοῦ στίχου (35)· ἑτέρωθι δὲ οὐκ ὄντων στίχων (36), ὡς ὄντων, μέρη μαρτύρεται. Ἕκτορος γὰρ ἀντικρυς καταψεύδεται (37), μᾶλλον δὲ Ὁμήρου τὰ περὶ Ἕκτορος· τάχα δὲ καὶ Ὁμήρου καὶ Ἕκτορος. Ὁ μὲν (38) γὰρ παραδέδοται τὰ περὶ τὴν κουρὰν ὁμοιότατα τοῖς πάνυ σώφροσι διακείμενος, καὶ δείκνυσιν ὁ τἀληθέστατα περὶ τῶν ἡρώων συγγεγρα-

D 19. Atque, ut uno verbo dicam, nullum in Dionis oratione bonum est, quo pilorum natura commendetur: cujusmodi si quid in ea re foret, facile Dio investigasset, leveque id alioqui dicendo fecisset illustrius, utpote qui nunc e longinquo deducta occasione Lacedæmonios insinuaverit, nihil ad rem profecto facientes, quantum alteri quoque constare potest; ab Homero vero quasi sacra ancora dependens, ad extremum usque libellum tenaciter adhæreat. At idem injuste adeo, et ut oratores solent, in oratione versatur, ut aut ex versu, tanquam ex lege, corradat nonnihil; aut versuum nusquam exstantium, tanquam germanorum, partem aliquam in testimonium vocet. Nam de Hectore palam falsa dicit, vel Homero, quæ de Hectore dicuntur, falso potius affingit; ac fortasse de Homero simul atque Hectore mentitur. Hunc enim memoriæ pro-

Digitized by Google

ditum est, quod ad tonsuram pertinet, fuisse cum temperantissimis viris comparandum : quod is auctoritate sua comprobat, qui de heroum gestis omnium scripsit verissime ; ut qui horum quidem in acie socius, illorum hostis fuerit, qui de Hectore hæc ipsa testatur. Quod si Ilium aliquando profectus es, statim Iliensis quilibet introductum ad Hectoris templum deducit, ubi Hectoris simulacrum obvium est ; quod qui viderint, iisdem occurrit, in ea effictum esse specie, in qua olim fratri adscitiam pulchritudinem exprobravit, comæ videlicet cultum. Præterea quæ Homerum de Hectore scripsisse fingit,

. . . . . *Et cærula passim*
Cæsaries raptata,

mini ostendat aliquis quonam in loco Homericæ rhapsodiæ legantur. Hoc vero ne Io quidem ipse rhapsodus ostendere potest. An est enim credibile, ab Homero comæ studio eum commendari, quem in eodem opere alteri ejusmodi elegantiæ et ornatui nimis addicto **83** conviciantem introduxit? Perinde id futurum erat, ac si Andocidem Phileas sacrilegii reum appellasset, quasi non ipse ex Palladio in arce Gorgonis verticem subripuisset. Ejusdem rationis sunt quæ de hoc heroe traduntur.

20. Porro tametsi flavo capite dicatur fuisse Menelaus, non ideo tamen comatum esse necesse est, quantum ex his verbis colligitur. Sed neque laus ista capillitii est, potiusque quale fuerit significatur. Nec quidquid ab Homero nominatur, id ex genere laudabilium est. Dioni tamen, quo uberior sit dicendi materies, idem esse videtur capillorum mentio atque commendatio : qui ita strenue rem agressus est, ut ea, quæ non erant, operi poetico ascriberet, germana propriaque separaret. Itaque uti dicendo persuadeat, comam viros quam mulieres magis decere, « Deabus, » inquit, « Homerus aliud potius laudum genus accommodat, rotundis atque amplis oculis conspicuam Junonem, talis argenteis insignem Thetidem appellans, Jovis vero ex cæsarie præcipua laus ducitur. » Mutilus enim ei fortassis codex fuit quamplurimis iisque pulcherrimis versibus detruncatis, quales hi sunt,

Phœbo, quem pulchris peperit Latona capillis ;

et,

Quem tu pulchricomæ in gremio depone Minervæ.

De Junone insuper Jovem ut sopiret insidias moliente loquens, cum alia multa formæ lenocinia adhibuisse deam ait, cum et cesto opus ei futurum esset, cujus præter cæteras vis hæc potissima, mentem iis qui ea præditi sunt posse subripere. Tum una igitur et unguento delibutam facit, et addit,

crinem
Pexa manu, rutilos intorquet Diva capillos
Pulchros, ambrosios.

Quod et præconiorum multitudine dignum, ut est certe dignum, quoniam Jovis in laudem cedit oratio. Multa hoc loco dici possunt a Dione neglecta, vel potius quæ cum ille probe nosset, quasi

φὼς, ἄτε, οἶμαι (39), τῶν μὲν συστρατιώτης γενόμενος, ἐπὶ δὲ τοὺς στρατευσάμενος, ὃς αὐτὰ ταῦτά φησι περὶ Ἕκτορος· εἴ τε εἰς Ἴλιον γέγονας (40), εὐθὺς εἰσιόντι πᾶς Ἰλιεὺς ἡγεῖται τὴν ἐπὶ τὸν νεὼν (41) τὸν Ἑκτόρειον, οὗ τὸν ἀνδριάντα πρόχειρον (42) μὲν ἰδεῖν· ἐπέρχεται δὲ τοῖς ἰδοῦσιν εἰπεῖν (43), ὡς ἐπ' ἐκείνου κατεσκευάσθη τοῦ σχήματος, ὅπερ ἔχων (44) ὠνείδισε τάδελφῷ τὸ κάλλος τὸ ἐπιποίητον (45), τὴν τῶν τριχῶν ἐπιμέλειαν. Ἃ δὲ γέγραφεν ὡς Ὁμήρῳ (46) περὶ Ἕκτορος εἰρημένα·

. . . . . Ἀμφὶ δὲ χαῖται
Κυάνεαι πεφόρηντο (47)·

δειξάτω (48) τις, οὗ κεῖται τῶν Ὁμήρου ῥαψῳδιῶν (49). Ἀλλ' οὐδ' ἂν Ἴωνα (50) δοκῶ τὸν ῥαψῳδὸν ἐξευρεῖν. Πῶς (51) δ' ἂν Ὅμηρος κομήτην ἐποίησεν, ὃν εἰσήγαγεν εἰς τὴν ποίησιν ἑτέρῳ καλλωπιστῇ (52) λοιδορούμενον ; Ὅμοιον εἰ καὶ Φιλέας (53) Ἀνδοκίδην ἱεροσυλίας ἐγράψατο, ὥσπερ οὐκ αὐτὸς ὢν ὁ τῆς θεοῦ τὸ Γοργόνειον ἐξ ἀκροπόλεως ὑφελόμενος. Οὕτως ἔχει σοι (54) καὶ τὰ κατὰ τόνδε τὸν ἥρω.

κ'. Εἰ δὲ κάρη ξανθὸς (55) ἦν ὁ Μενέλαος, ἀλλ' οὕτι καὶ κομήτης γε ἦν, ὅσα γε ἀπὸ τοῦ λόγου. Ἀλλ' οὐδ' ἔπαινος (56) τοῦτο τριχῶν, ἀλλ', ὥσπερ εἶχεν, ἐδίδαξεν. Οὐ γὰρ, ὅτι ἂν (57) Ὅμηρος ὀνομάσῃ, τοῦτο τῆς φύσεώς ἐστι τῶν ἐπαινετῶν· Δίωνι δὲ ὑπερεύπορίας (58) ταὐτὸν ἔοικεν εἶναι μνήμη τριχῶν καὶ ἐγκώμιον, ὅστις οὕτως ἀνδρείως ἐπέθετο, τὰ μὲν οὐκ ἐνόντα τῇ ποιήσει προσνέμειν, τῶν δὲ ὄντων ἀποστερεῖν αὐτὴν, ὥσθ', ἵνα πείσῃ λέγων, ὅτι πρέπει πολὺ μᾶλλον ἀνδράσιν ἢ γυναιξὶν ἡ κόμη, καὶ τῶν θεῶν, φησὶ, τὰς μὲν θηλείας Ὅμηρος ἄλλως ἐπαινεῖ. βοῶπιν Ἥραν καὶ Θέτιν ἀργυρόπεζαν· τοῦ Διὸς δὲ μάλιστα ἐπαινεῖ τὰς τρίχας. Ἐξεκέκοπτο γὰρ ἴσως (59) αὐτῷ τὸ βιβλίον ἐπῶν ἀγαθῶν καὶ συχνῶν, ὁποῖα ταυτί·

Ἀπόλλωνι ἄνακτι (60), τὸν ἠὔκομος τέκε Λητώ·

Τὸν θὲς Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠὐκόμοιο

Περὶ δὲ τῆς Ἥρας ἐπιβουλευούσης (61) τὸν Δία κατακοιμίσαι, τά τε ἄλλα κομμωτίσασθαί φησι τὴν θεὸν, ἐν ᾧγε μέλλει καὶ δεήσεσθαι τοῦ κεστοῦ (62), ὃς ἄλλα τε πολλὰ δύναται, καὶ μέγιστον, ὅτι κλέπτει τῶν ἐχόντων τὸν νοῦν. Τότε τοίνυν ἐν ταὐτῷ μυραλοιφῆσαί (63) τε αὐτὴν λέγει, καὶ ὅτι

. . . . . χαίτας
Πεξαμένη (64), χερσὶ πλοκάμους ἔπλεξε φαεινούς, Καλοὺς, ἀμβροσίους [τοὺς,

ὃ καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἐγκωμίων ἄξιον. Ἄξιόν γε μὴν, εἴπερ ὁ λόγος (65) ἐπὶ τὸν Δία, πολλῶν, ἂν τις εἴποι (66), τῶν Δίωνι (67) παρεωραμένων· μᾶλλον δὲ ἃ καλῶς ἐκεῖνος εἰδὼς, οὐκ εἰδέναι προσεποιήσατο.

Digitized by Google

Ἐγὼ δὲ καὶ οἶδα ταυτὶ, καὶ οὐκ ἄγω γε [τὰ] ψευδῆ (68) διὰ τὴν ὑπόθεσιν, οὐδ' ἂν συγχωρήσαιμι κομήτην εἶναί τινα τῶν οἰκούντων τὸν οὐρανόν. Κοινὸς ὁ λόγος περί τε τῶν ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν (69) · ὡς οὐδέν γε τῆς ἐν ἄστροις Ἀφροδίτης (70) ὁ Ζεὺς ἀκριβέστερος εἰς σφαιρικὴν ἐπιφάνειαν (71). Εἴρηται δὲ οὕτω καὶ περὶ τοῦ Διὸς (72), ὃν κορωνίδα τῷ λόγῳ Δίων ἐπέθηκεν, ὡς ὁ Ὁμήρῳ τεθεολόγηται (73), τὰ μὲν πολλὰ πρὸς δόξαν ἐστὶν, ὀλίγα δὲ πρὸς ἀλήθειαν. Ἕν δή τι (74) καὶ τοῦτο πρὸς δόξαν ἐστὶν, αἱ ῥωνύμεναι τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διὸς (75) καὶ συγκινοῦσαι τὸν οὐρανὸν, ὃ τοῖς πλήθεσι καὶ τοῖς ἀγαλματοποιοῖς συνεχώρησεν. Ὁμήρου τοίνυν καὶ Λακεδαιμονίων ἐξῃρημένων, οὐδὲν ἔτι μέρος (76) ὑπολείπεται τῷ λόγῳ τῷ Δίωνος. Ἀλλὰ καὶ τούτων προσόντων, ὅπερ (77) ἐλέγομεν, οὐκ ἔσθ' ὅ τι καὶ περὶ φύσεως εἴρηκε τῶν τριχῶν, οὔτ' οἴκοθεν ἐξευρὼν, οὔτε παρὰ τούτων λαβών · οὐχ ὅ τί ποτέ εἰσιν (78), εἶπεν · οὐχ ὁποῖον, ἐδίδαξεν · οὐχ ὡς ἀγαθόν εἰσιν οἷς ἂν ὑπάρξωσιν, ἔδειξεν · οὐχ ὡς κακὸν οἷς οὐ πάρεισιν. Ὁ δὲ λόγος οὗτος αὐτὰς (79) τῶν πραγμάτων τὰς οὐσίας ἐξητακὼς, φαλάκραν μὲν θεῖον οὖσαν ἐξεῦρεν, καὶ τοῦ θείου συγγενῆ, καὶ τέλος τῆς φύσεως, καὶ σηκὸν ἀντικρυς ᾧ φρονοῦμεν θεῷ, ἄλλα μυρία καὶ περὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ἀγαθὰ καθ' ἕκαστον ἐπεξιὼν, ὅπως τε ἔχει, καὶ διὰ τί · ὡς οὐδὲν ὅ τι καὶ εἶχα λαμπρᾶς αἰτίας προήνεγκεν (80). Θριξὶ δὲ πέφηνεν ἅπαντα τἀναντία τούτων ὑπάρχοντα, ἀλογία, καὶ ζῶα (81), καὶ πᾶν ὅ τι τῆς ἐναντίας τῷ Θεῷ μερίδος ἐστί. Πεφήνασιν ἀθέρες τινὲς οὖσαι τοῦ ζώου (82) καὶ περικάρπια, παίγνια φύσεως, ὕλης ἀτελοῦς ἐξανθήματα (83).

κα'. Προσήκειν δὲ οἶμαι κατὰ γένος τε καὶ κατ' ἐπιτήδευμα διελέσθαι τοὺς ἄνδρας (84), οὓς ὅδε τε κἀκεῖνος ὁ λόγος ἐνεκωμίασεν (85). Οὐκοῦν ἀπὸ μὲν τῶν φιλοκόμων εἰσὶν οἱ μοιχοί. Καὶ γὰρ Ὅμηρος (86) ἐχόμενον τοῦ κέρα ἀγλαοῦ τὸν παρθενοπίπαν (87) ἐποίησεν (88), ὡς ἐπὶ διαφθορᾷ γυναικῶν ἠγλαϊσμένης τῆς κόμης · καὶ μοιχός ἐστιν αὐτὸς οὗτος (τὰ κράτιστα μὲν οὖν τῶν μοιχῶν [89]), εἰς ὃν ἀπέῤῥιπται τοὔνειδος (90). Ἓν μὲν δὴ (91) τοῦτο γένος ἐπιβουλότατον, καὶ εἴσω τοῦ τείχους τῶν ὁμοφύλων (92) πολεμιώτατον. Ὧν γὰρ, ἵνα μὴ βιασθεῖεν, προκινδυνεύομεν στρατευόμενοι, θυγατέρων λέγω καὶ γυναικῶν, ταύτας, ἂν οὕτω τύχῃ (93), μειράκιον εὐπάρυφον ἄγει λαβὸν οἴ γῆς καὶ θαλάττης (94) βούλεται · εἰ δὲ μὴ γῆς ἢ θαλάττης, ἀλλὰ γωνίας ἢ σκότου (95). Καίτοι δοριαλώτου μὲν γυναικὸς (96) κἂν ἡ γνώμη τῷ γεγαμηκότι συμμείνειεν · ὁ δὲ μοιχὸς αὐτὸ τοῦτό ἐστιν, ὃ καὶ πρῶτον (97) ἐσύλησε τῆς ψυχῆς τοῦ συνῳκηκότος τὴν εὔνοιαν, ὥστε μὴ ἐξ ἡμισείας (98) τἀνδρὶ γεγονέναι τὴν τοῦ γυναίου ζημίαν. Εἰκότως οὖν ἐπ' αὐτοῖς οἱ μὲν νόμοι τοὺς δημίους ὁπλίζουσιν (99), οἱ δὲ κηπουροὶ τὰς Ἀττικὰς ῥαφανίδας φυτεύουσιν, αἷς εὐθὺς, ἐπειδάν ἁλῷ τις, τιμωρίας ἀπάρχονται (1). Ἓν μὲν δὴ (2) τοῦτο τοιοῦτο γένος, ὃ συχνὰς μὲν οἰκίας ἀναστάτους ἐποίη-

A nesciret, dissimulavit. Mihi vero et hæc perspecta sunt, et falsum nihil a me ad propositum dictum est; neque ullum inter eos qui in cœlo degunt, comatum esse concesserim. Eadem marium, atque fœminarum ratio est. Etenim Jupiter non est Veneris stella, quod ad sphæricam superficiem attinet, perfectior. Ita vero etiam de Jove dictum est, quem velut coronidem orationi suæ imposuit Dio. Nimirum quæ de diis ab Homero tradita **84** sunt, ex opinione multa sunt hominum, pauca ex rei veritate dicta. Unum igitur eorum quæ ex opinione dicuntur, est agitata Jovis cæsaries, cœlumque ipsum una concutiens : id quod vulgo et statuariis indulsit. Quamobrem Jove et Lacedæmoniis remotis, nulla jam Dionis orationi pars est reliqua. B Quæ quamlibet suppetant, nihil tamen, ut mox dicebamus, de natura capillorum dixit, quæ per sese excogitasset, aut ex illis ipsis arcessivisset : non quid tandem ii sunt, aut cujusmodi, aperuit; non iis aut bonum esse qui habeant, aut malum esse qui careant, probavit. Nostra autem hæc oratio in ipsas rerum naturas inquirens, calvitium quidem divinam esse rem, diisque ipsis cognatam esse reperit; naturæque finem, ac Dei illius quo sapimus templum : sigillatim infinita alia corporis animique bona percensens, quomodo se habeant, et cujus rei gratia. Neque quidquam absque luculenta et illustri ratione propositum est. Capillis vero contraria inesse omnia deprehensum est, rationis inopiam, animalia, ac quidquid aliud contrariæ Deo C sortis est. Deprehensum est præterea, velut aristas eas animalis esse, et integumenta frugum, naturæ ludicra, sive materiæ imperfectæ ac rudis eruptiones.

21. Sed jam e re nostra futurum arbitror, si homines ejusmodi secundum genus ipsum ac studia distinguamus, quos et hæc nostra, et alterius commendavit oratio. Igitur a comæ studiosis adulteri sunt. Homerus enim puellarum deceptori comæ nitidioris amantem proxime subjecit : quasi ad mulierum corruptelam ornaretur coma, et adulter is ipse est, adulterorumque omnium facile princeps, in quem probrosum istud convicium jacitur. Unum vero genus hominum maxime suspe- D ctum est, intraque muros omnium ejusdem generis infestissimum. Nam pro quibus nos ne vim patiantur expeditione facta periclitamur, natis, inquam, et uxoribus : easdem, si casus tulerit, adolescens aliquis elegantioris cultus quocunque libuerit terra marique raptas facile abduxerit : aut nisi terra marique, at in angulo aliquo tenebrisve potietur. Atqui bello capta uxore, eadem in conjuge charitas perseverare potest; ab adultero autem omnis est primum e virorum animis sublata benevolentia : **85** adeo ut non dimidiata viris sit uxorum jactura; meritoque legibus in eos armentur carnifices, olitores vero Atticos raphanos serant, quibus simul deprehensus est aliquis, in eum animadvertunt. Una igitur hæc est hominum natio,

Digitized by Google

qua infinitæ subversæ sunt familiæ, nonnullæque itidem civitates, eademque adulterii occasio continentes duas collatis inter se signis commisit, et Græcos ad expugnanda Priami sceptra concitavit. Est autem altera multo quam illa deterior, quæ Alexandrum nobis adulterii nomine fecit infamem; unde Clisthenæ et Timarchi primum celebres, cæterique, quibus venalis argento sui corporis species; aut nisi argento alia tamen aliqua re; vel si nulla prorsus, at exsecrandæ saltem libidinis gratia: unoque verbo effeminati omnes fucato comæ nitore delectantur. Ac palam quidem ii qui in lupanari prostant, quanquam hi sese victores putent, quasi hoc maxime modo muliebre genus imitari possint. Qui autem clam nequissimus est, palam tamen vel ipsum facinus ejuraverit, nec alio Cotyttonis sese sacrorum participem ac sodalem esse indicio demonstrat, si hoc solum deprehendatur, capillos ab eo magni fieri, ut delibutos habere velit, et in cinoinnos intorqueat, hoc statim obvium dictu cuivis est, hominem eum Chiorum deæ, et Ithyphallorum orgia celebrasse. Enimvero Pherecydes veste faciem obumbrans, « de cute, » aiebat, « manifestum est, » digitoque morbum indicabat; nos vero adolescentem pathicorum modo muliebria appetentem capillis significamus.

A σεν (3), ἐνίας δὲ ἤδη καὶ πόλεις· καὶ τοῦ συῤῥαγῆναι (4) τὰς ἠπείρους ἀλλήλαις, καὶ διαβῆναι τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ τὰ Πριάμου σκῆπτρα μοιχεία γέγονε πρόφασις. Ἕτερον δὲ, ὃ τούτου πολὺ χεῖρόν ἐστιν (5), τοῦ τὸν Ἀλέξανδρον ἡμῖν ἀναδείξαντος, ὅθεν οἱ Κλεισθέναι (6) καὶ Τίμαρχοι, καὶ πάντες οἱ πρὸς ἀργύριον τὴν ὥραν διατιθέμενοι (7)· καὶ εἰ μὴ πρὸς ἀργύριον δὲ, ἀλλὰ πρὸς ἄλλο τι· καὶ εἰ μὴ πρὸς μηδοτιοῦν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδονήν (8)· καὶ καθάπαξ (9) οἱ θηλυδρίαι, τριχοπλάσται πάντες εἰσίν. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐπὶ τῶν οἰκημάτων (10) ἄντικρυς οὗτοι· καίτοι νικᾷν νομίζουσιν, ὡς ταύτῃ μάλιστα τὸ θῆλυ τοῦ γένους ἐκμιμησόμενοι. Ὅστις (11) δὲ λάθρα μέν ἐστι πονηρὸς, δημοσίᾳ δὲ κἂν ἐξομόσαιτο, καὶ οὐδὲν ἄλλο παρέχεται γνώρισμα τοῦ θιασώτης εἶναι τῆς Κότυος (12)· ἀλλ' εἰ μόνον ἐν τούτῳ φανείη, περὶ πλείστου (13) τὰς τρίχας ποιούμενος, ὡς ἐναλείφειν τε αὐτὰς καὶ διατιθέναι κατὰ βοστρύχους, εὐθὺς ἅπασι πρόχειρον (14) λέγειν, ὅτι ἄνθρωπος οὗτος τῇ Χίων θεῷ καὶ τοῖς Ἰθυφάλλοις ὠργίακεν. Ὁ μὲν γὰρ Φερεκύδης (15) θοιμάτιον ἐπηλυγασάμενος, Χρῷ δῆλον, ἔφη (16), καὶ δακτύλῳ τὴν νόσον (17) ἐδείκνυεν· πασχητιῶν (18) δὲ μειράκιον ταῖς θριξὶ σημαινόμεθα (19).

B

22. Quod si sapiens dictum proverbium est: quidni enim sapiens sit, cum de iis ita sentiat Aristoteles, vetustioris philosophiæ in maximis hominum ruinis intercidentis reliquias esse, et monumenta ob brevitatem ac scitam elegantiam servata? Proverbium igitur hoc est, sententiaque, cujus dignitas ab ejusdem ipsius est, unde emanavit, vetustate philosophiæ; adeo ut gravi ex ea trucique sit aspectu. Multo quippe veteres quam nos in veritate indaganda solertiores fuerunt. Quodnam ergo istud proverbium est?

κβ'. Εἰ δὲ καὶ ἡ παροιμία σοφόν (20)· πῶς δ' οὐχὶ σοφὸν (21), περὶ ὧν Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι παλαιᾶς εἰσι φιλοσοφίας ἐν ταῖς μεγίσταις ἀνθρώπων φθοραῖς ἀπολομένης ἐγκαταλείμματα, περισωθέντα διὰ συντομίαν καὶ δεξιότητα; Παροιμία δήπου (22) καὶ τοῦτο, καὶ λόγος ἔχων ἀξίωμα τῆς ὅθεν κατηνέχθη φιλοσοφίας τὴν ἀρχαιότητα (23), ὥστε βρέιον ἐπιβλέπειν αὐτῇ. Πάμπολυ γὰρ οἱ πάλαι τῶν νῦν εἰς ἀλήθειαν (24) εὐστοχώτεροι. Τίς οὖν ποτ' ἐστὶν (25) ἥδε, καὶ τί βούλεται (26);

C

Nullus comatus, qui non.

Tu porro ad trimetri sonum extremum carminis accommoda. Neque enim unquam gravem istam rem, nomenve pronuntiavero. Recte sane quod tute ipse illud accommodasti. Ecquid igitur tibi videtur?

86 Papæ! O miram veritatem! oraculum procul dubio est. Porro hujus veritas per se quidem manifesta est: at quam multos habet testes, tam eos qui nunc utuntur, quam qui olim usi sunt! Quod enim immortalia facit proverbia illud ipsum est, usus eorum qui hæc usurpant assiduus, quos in memoriam revocant res ipsæ. Nam quæ quotidianis eventibus observantur, in testimonium adducunt, ipsisque exemplis testimonio sunt.

Οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὔ (27).

Τὸ δὲ ἀκροτελεύτιον αὐτὸς σὺ πρὸς τὴν ἠχὼ (28) τοῦ τριμέτρου συνάρμοσον· οὐ γὰρ ἔγωγε φθέγξομαι τὸ δεινὸν ἐκεῖνο (29), καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα. Εὖγε, ὅτι συνήρμοσας (30). Πῶς οὖν, τί σοι φαίνεται (31); Βαβαὶ τῆς ἀληθείας (32)! χρησμὸς γὰρ ἄντικρυς (33). Δήλη (34) μὲν δὴ καὶ αὐτόθεν· ἀλλὰ καὶ ὅσους ἐφέλκεται (35) μάρτυρας, τούς τε νῦν χρωμένους αὐτῇ, καὶ τοὺς ὅσοι προλαβόντες (36) ἐχρήσαντο· τὸ γὰρ ἀπαθανατίζον (37) τὰς παροιμίας αὐτὸ τοῦτό ἐστιν, ἡ συνέχεια τῶν χρωμένων (38), οὓς ἐφ' ἑαυτῶν ὑπομιμνήσκει τὰ πράγματα· ὁρώμενα γὰρ (39) ἐπὶ τῶν ἑκάστοτε συμβαινόντων μαρτύρονται καὶ μαρτυροῦσι τοῖς παραδείγμασιν.

D

23. Verum quamvis ista sese hoc modo habeant, nihilominus Dio comæ patrocinium admirabili quadam oratione edidit. Quid ergo Platone id evincente opus est, cum rhetorice fucandi, lenociniique aptandi ars ab eo oratore sit effecta? Non tu vero credideris capillorum tinctores multo amabiliores ac gratiores comas reddituros, postquam homo lingua Græcus in theatro rem ejusmodi commendavit? Enimvero maximas, ut opinor, pro hac oratione gratias habi-

κγ'. Ἀλλὰ καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων (40), Δίων θαυμαστὸν οἷον (41) ὑπὲρ κόμης λόγον ἐξήνεγκε (42). Τί οὖν ἔτι δεῖ Πλάτωνος ἐξελέγχοντος (43), ὁπηνίκα κομμωτικὴν ἄντικρυς ὁ ῥήτωρ ἀπέφηνεν (44) τὴν ῥητορικήν; ἣ σὺ δοκεῖς (45) τοὺς τριχοβάπτας ἐρασμιωτέρας ἂν ἀποφῆναι τὰς τρίχας, ἀνδρὸς Ἕλληνος τὴν φωνὴν (46) ἐπὶ θεάτρου (47) τὸ κτῆμα ὑμνήσαντος; Πολλὴν οἶμαι τοὺς ἐν τοῖς Κυβελείοις αὐτῷ τοὺς κατεαγότας (48) ὑπὲρ τοῦ λόγου χάριν

Digitized by Google

εἰδέναι, καὶ ὅστις ἀδίκοις ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ (49) τὴν τοῦ γείτονος, ὧν ἑκάστου τὴν κεφαλὴν ὥσπερ μύρῳ τῷ λόγῳ κατήντλησε. Ζηλοῦσθαι γὰρ ἀνάγκη τὸ δημοσίᾳ τιμώμενον (50), ὅταν μάλιστα τύχῃ (51) δόξαν ἔχων ὁ τοὺς ἐπαίνους διατιθέμενος (52). Οὗτος μὲν οὖν κἂν αὐξήσειεν (53) ἡμῖν ἐν τῇ πόλει τὸν τῶν ἐξωλεστάτων κατάλογον. Φαλάκρα δὲ ἄρα (54) ποῖα ἄττα γένη τούτοις ἀντιπαρέχεται; Τίνας ἡμεῖς ἀνδρας ἀντὶ μοιχῶν ἐπηνέσαμεν; Ἀφ' ὧν εἰσιν ἐν μὲν τοῖς τεμένεσι τῶν θεῶν, ἱερεῖς καὶ προφῆται καὶ ζάκοροι (55)· ἐν δὲ τοῖς διδασκαλείοις (56), διδάσκαλοι καὶ παιδαγωγοί· στρατιωτικῶν δὲ ταγμάτων ἐν ὑγιαίνουσι πράγμασιν, οἱ στρατηγοί τε καὶ οἱ ταξίαρχοι (57)· ἁπανταχοῦ δὲ, οἱ πλείω νοῦν ἔχειν ὑπὸ τῶν πολλῶν (58) ἀξιούμενοι. Οἶμαι δὲ ἐγὼ καὶ τὸν ἀοιδὸν (59), ὃν Ἀγαμέμνων τῇ Κλυταιμνήστρᾳ μελεδωνὸν ἀπολέλοιπεν, τοῦ καθ' ἡμᾶς εἶναι γένους· κομήτῃ γὰρ οὐκ ἄν ποτε γύναιον ἐκ διαβεβλημένης οἰκίας (60) ἐπίστευσεν. Μέγα δὲ καὶ οἱ ζωγράφοι παρέχονται τῷ λόγῳ τεκμήριον (61), ὅταν μὴ πρὸς ἀρχέτυπον γράφωσιν (62), ἀλλ' ἐπ' αὐτοῖς τις προσποιήσηται μορφὴν ἐξευρεῖν (63), ἐπιτηδεύματι πρέπουσαν· τούτοις γὰρ ἂν μέν τις ἐκδῷ (64) μοιχὸν ἢ κίναιδον (65) ἐν πίνακι γράψαι, κομήτην ἀπολαβὼν ἀπέχει τοὐπίταγμα (66)· ἂν δὲ φιλόσοφον ἐπαγγείλῃς (67) ἢ ζάκορον (68), μέλλει τις ἑστάναι φαλακρὸς ὑπόσεμνος ἐν τῷ πίνακι. Τοῦτ (69) γάρ ἐστι τοὐπίσημον τοῦ νομίσματος.

A turi sunt, qui in Cybeles sacris versantur, eumbes fractique homines : tum quisquis iniquis oculis vicini uxorem intuetur ; quorum uniuscujusque caput, quasi unguento, ita oratione perfudit. Magni quippe fieri oportet quod publice laudatur et honore afficitur, præsertim si is nominis gloriam insignem habeat, qui laudandum id susceperit. Nobis itaque ille in civitate perditissimorum hominum numerum auctiorem redditurus est. Calvitium autem quæ tandem illis altera ex parte opponit hominum genera? Quinam a nobis adulterorum loco viri laudati sunt? Ii nempe, ex quibus in deorum templis sacerdotes, et prophetæ, æditique fiunt; in litterariis ludis præceptores ac pædagogi; in militari acie, si integræ sint, recteque se habeant B res, imperatores et ordinum ductores : ubique vero, qui sagacitate ac prudentia cæteris antecellere a plerisque judicantur. Ego vero cantorem eum arbitror, cui Clytæmnestræ ab Agamemnone cura commissa est, ex nostro fuisse genere. Comato enim haud unquam mulierem ex infami familia credidisset. Præterea magnum sermoni nostro confirmando a pictoribus indicium præbetur, si non ad archetypum exemplarque pingant, sed ab aliquo iisdem permittatur, ut formam studio ac moribus excogitent uniuscujusque consentaneam. Nam si quis mœchum aut cinædum in **87** tabella pingendum locaverit, crinitum aliquem, et cincinnatum accipiens, habet quod præceperat. Sin philosophum aut sacerdotem locaveris, calvus in tabella stabit, auctoritatis ac gravitatis aliquid præ se ferens. Ejusmodi enim est numi hujus insigne.

κδ'. Φιλοσόφοις οὖν καὶ ἱερεῦσι καὶ τοῖς σωφρονικοῖς ἅπασι γένεσιν ἐχαρισάμην τὸν λόγον (70), ᾧ τά τε πρὸς τὸ θεῖον εὐσέβηται (71), τά τε πρὸς ἀνθρώπους εὖ συμβεβούλευται. Κἂν μὲν ἐξενεχθεὶς εἰς τὸ κοινὸν (72), εὐδοκιμήσῃ παρὰ τοῖς πλήθεσιν (73), ὥστ' ἤδη τοὺς φιλοκόμους (74) αἰσχυνθέντας, αὐτοὺς μὲν ἐπιτηδεῦσαι μετριωτέραν κουρὰν καὶ σώφρονα (75), μακαρίσαι δὲ οἷς ὑπάρχει μηδὲ δεῖσθαι κουρέως (76), οὐκ ἐμοὶ χάριν ὑπὲρ τούτων ἰστέον· ἀλλ' ἔστω καὶ τοῦτο τῆς ὑποθέσεως, δι' ἣν ὁ φαυλότατος εἰπεῖν (77) παρὰ τὸν ἄριστον (78) εἶναί τις (79) ἔδοξεν· εἰ δὲ μὴ πείθω λέγων, ἐνταῦθά τις ἂν τοὐμὸν (80) αἰτιάσαιτο, ὅτι μηδὲ μετὰ τῶν πραγμάτων ἀντέσχον ψιλῇ τῇ χάριτι Δίωνος. Εἴη (81) δὲ τῆς τῶν πολλῶν ὠφελείας εἵνεκα (82)· καὶ τόνδε τὸν λόγον ἀνειλῆφθαι ταῖς χερσίν (83)!

C 24. Quamobrem de philosophis, sacerdotibus, temperantibusque omnibus bene sum hac oratione meritus; in qua et religiose quæ ad deos attinent tractantur, et hominibus optimo consilio subvenitur. Quod si publicata apud vulgus gloriam et splendorem adepta fuerit, ita ut comæ studiosi pudore affecti ad temperatiorem modestioremque tonsuram seipsos traducant, eosque beatos prædicent, quibus neque tonsore opus est; mihi quidem gratiæ pro his nullæ debentur, sed argumento id acceptum ferendum est, per quod is etiam qui ad dicendum ineptissimus est, cum eloquentissimo homine collatus non contemnendus est visus. Sin nemini hac oratione persuadeo, merito id mihi aliquis vitio vertet, qui vel materiæ ubertate fretus, nudæ Dionis eloquentiæ gratiæque resistere D non potuerim. Utinam vero hæc in plurimorum utilitatem nobis assumpta in manus fuerit oratio!

Digitized by Google

MONITUM IN LIBRUM SEQUENTEM.

Libri de Providentia magna ex parte figurati sunt, et sub Ægyptiorum fabula Romani statum imperii, cujusmodi potissimum in Oriente sub Arcadio fuit, oblique perstringunt. Etenim Scytharum, hoc est Gothorum, per id tempus nimia erat et formidolosa potentia : quod in oratione *De Regno* coram imperatore ipso questus est : adeo ut non modo civitatis, sed etiam imperii propemodum essent participes : cum et consulatus ac reliquarum dignitatum honores caperent ; et utriusque militiæ præfecturas et bellicæ rei summam administrarent. Testatur hoc Zosimus cæterique, qui ætatis illius historiam scriptis prodidere. Præsertim vero quæ de Gaina, Gothorumque proditione, ac Constantinopolitano tumultu ibidem leguntur, ad argumentum operis pertinere arbitror. Confer cum hac Synesii fabula, et libro maxime secundo, quæ de Tribigildo et Gaina Zosimus lib. v, Claudianus lib. II, *in Eutrop.*, Orosius lib. VII, Socrat. lib. VI ; Sozom. VI; Prosper, Marcellinus in *Chronicis* retulere, de quibus, sicubi occasio se dabit, sparsim admonebimus.

(Textum contulimus cum recensione nova quam instituit Joan. Georg. Krabinger, bibliothecæ Regiæ Monacensis custos, in libro cui titulum fecit : *Synesios des Kyrenaeers Ægyptische Erzählungen über die Vorsehung, griechisch und deutsch.* Sulzbach 1835, 8. Mss. viginti sex adhibuit, quorum seriem hic ascribere operæ pretium ducimus. EDIT.)

A. — CODICES MANUSCRIPTI.

I. *Monacenses.*

N° 476, charta bombycina, sæc. XIII, in-quarto, foliis constans 106 (v. Hardtii Catal. codd. mss. Græc. Biblioth. Reg. Bavar., t. V, p. 6 sqq.).
N° 481, charta bombycina, sæc. XIV, in-quarto, foliorum 220 (v. Hardt. tom. V, p. 27 sqq.).
N° 29, chartaceus sæc. XVI, in-folio, foliis constans 413 (v. Hardt. t. I, p. 162).
N° 87, chartaceus sæc. XVI, in-fol. 380 foliorum (v. Hardt. t. I, p. 485 sq.).
His omnibus codd. mss. conferendis Editor ipse operam navavit.

II. *Quatuor, quos Bibl. Paris. asservat, codd. antiquissimi.*

Cod. Coislin. n° 249, pergam. sæc. fere X, 168 fol. (v. Montefalc. Biblioth. Coislin., olim Segueriana, p. 302 sqq.).
Cod. Reg. n° 1039, pergam. sæc., ut videtur, XII (catal. codd. mss. Bibl. Reg. t. II, p. 206).
Cod. Reg. n° 1038, chartaceus XIV, ut videtur, sæc. (v. Catal. cit. t. II, p. 205 sqq.).
Cod. Reg. n° 1040, charta bombyc. (secundum Catal. ; ut autem Imman. Bekker (Plat. Dial. p. I, t. I, p. X) chart. vulg. in-quarto, 264 foliorum), exaratus Constantinopoli an. 1325, dein ex illa urbe Parisios translatus.

Hos codd. Phil. Le Bas, mihi amicissimus, conferendos curavit; Coislinianum jam prius Walzius, profess. Acad. Tubing., inspexerat.

III. *Cod. Pirckheimerianus.*

Hic codex Pirckeim. olim cl. v. Joach. Camerario fuerat communicatus; quo inspecto Es. Rudingerus, ipsius gener, hæcce scripsit in præfatione p. 39, quam eidem operi a se in Latinum translato præmisit : « Hic (*Joachimus Camerarius*) inter alia argumenta affectionis erga me et spei suæ quodam tempore eum librum mihi dedit, quem per otium in Latinam linguam converterem. Non habebat liber annotatum nomen autoris : Joachimus autem, etsi primum de aliis suspicabatur, postea tamen de filo epistolarum hujus, quas Aldus quondam edidit, Synesii esse deprehendit. Eratque exaratus ab aliquo ex recentiore genere librariorum. Nam neque litteræ erant scitæ : et ductus atque compositio ejusmodi, ut a veteris scripturæ exemplis admodum recederet, et lectio operosa fieret et difficilis. Tantum etiam mendorum inerat, ut ab eruditione quoque imparatiorem, nequaquam certe diligentem scribam illum fuisse manifestum fieret. »
Equidem lectt. varr., quas Rudingerus ex illo codice summa cura collato dedit, in meum usum converti.

IV. *Codex Rehdigerianus.*

N° 88, chartaceus, sæc. XV in-folio minori, 165 foliorum. V. A. W. J. Wachleri : *Th. Rehdiger und seine Bibliothek in Breslau*, p. 49 sq. Hic codex quem, rogatu prof. Unterholzneri, magistratus Vratislavensis mihi Monachii degenti communicari permisit, fusius descriptus est in præfatione quam habes in *Xenophonte Ephesio* a me translato. Et quidem iste codex in eo a cæteris omnibus differt mssptis, quod narrationes Ægyptiacæ ibi non minus mendosæ exhibentur quam in editionibus Turnebiana Petavianaque ; attamen plures offert haud spernendas lectiones

V. *Codex Vindobonensis.*

Cod. philos. 38 chartaceus XV sæc., in folio (v. Lambeccii Commentar. Biblioth. Cæsar. Vindob. edit. alt., studio et opera Ad. Fr. Kollarii, t. VII, p. 76 et 82 XIV), cujus variantes lect. Barthol. Kopitario, cæs. bibl. Vindob. custodi debeo.

Digitized by Google

Præter hos, quos hucusque citavi, undecim codd. mss., eorum quoque quos citabo, specimina mihi sunt communicata.

I. *E codice Ambros.-Mediolanensi.*

Cod. L, 44, chartaceus in-quarto, a me per A designatus ; cujus sicut aliorum aliquot codd. variantes Massmann, acad. Monac. prof., dum Italiam doctam perlustraret, benigne excerpsit.

II. *E duobus antiquissimis Biblioth. Med.-Laurentianæ codd.*

1) Plut. 55, cod. 6 pergam., sæc. XI, in quarto, 56 foliorum (v. Bandini Catal. codd. mss. Græc. Bibl. Med.-Laurent. Tom. II, p. 244).

2) Plut. 80, cod. 19 pergam., XII sæc., in quarto, 247 fol. (v. Bandini, tom. III, p. 208). Ex his primum inde ab initio usque ad μόλις μὲν, ἀλλά, et p. 19, l. 3 r. R. Dietz, prof. med. Regim., contulit ; utrumque inde a p. 59, l. 8 sqq. Massmann noster an. 1833 exploravit,

III. *E codice Barberino Romæ n.* 286, *chartaceus* XIII *aut* XIV *sæc.*, in-8°.

Phil. Le Bas an. 1827, dum Romæ morabatur, usque ad p. 27, l. 9 contulit, Massmann ad finem usque continuavit.

IV. *E sex codd. Vaticanis.*

1) Cod. 64, n° 379, prius 9, pergam. in folio.
2) Cod. 91, chartaceus in-fol.
3) Cod. 92, chartaceus in-8°.
4) Cod. 94, olim 992, chartaceus in-quarto min.
5) Cod. 435, olim 857, ex libris Maximi confessoris, chartaceus in-fol.
6) Cod. 1334, ex libris Fulvii Ursini, pergam. in quarto. N° 91 inde a p. 59, l. 8 ad finem usque collatum habes ; cæterorum loci aliquot gravissimi excerpti ab amico Massmanno. Cod. 92 inde ab initio usque ad p. 14, l. 5- ἀναδειχθέντος idem Phil. Le Bas trutinavit, ultra examinaturus, nisi morbus avocasset.

V. *E cod. Venetiano Bibl. S. Marci.*

N° 264, charta bombyc. XIV sæc. in-quarto maj., 365 fol. Collatus, rogante Massmanno, a D. E. Heimbachio, v. cl. inde a p. 59, l. 8. ad finem usque.

VI. *E codice Matriten...*

N° 69, chartaceus e medio fere sæc. XIV, in quarto, 186 fol. (v. Reg. Bibl. Matrit. Codd. Græc. mss. apud Iriarten p. 247 sq.).

VII. *E Codd. Baroccianis in Bibl. Bodleiana Oxonii.*

N. 56, 139 et 219, omnes chartacei sæc., XV in-8, collati in meum usum a viro docto Oxoniensi.

ΣΥΝΕΣΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ

Η

ΑΙΓΥΠΤΙΟΣ

—

SYNESII

DE PROVIDENTIA LIBER,

SIVE *ÆGYPTIUS.*

—

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ. A

Γέγραπται μὲν ἐπὶ τοῖς Ταύρου παισὶ (1), καὶ τόγε πρῶτον μέρος, τὸ μέχρι τοῦ κατὰ τὸν λύκον αἰνίγματος, ἀνεγνώσθη καθ' ὃν μάλιστα καιρὸν ὁ χείρων ἐκράτει (2), τῇ στάσει περιγενόμενος. Προσ-

88 PRÆFATIO.

Scripta quidem est sub Tauri filiis prima hujus operis pars, et adusque lupi ænigma perlecta, quo potissimum tempore is qui deterior erat, excitata seditione prævalebat. Quod autem sequitur de iis

DION. PETAVII NOTÆ.

ostentationem factarum velut colophonem præscribemus. Qui non satis opportune videntur dicendi facultatem in Miltiadis aut Cimonis laudibus exercere, aut plerisque aliis nomine carentibus, aut in divite ac paupere a se invicem in reipublicæ administratione dissidentibus, pro quibus senes aliquando in theatro rixantes videre memini. Et erant illi tamen ex philosophis gravitatis plenissimi, et uterque, quantum conjici poterat, barbæ pondo aliquot trahebat. Sed nihil illis tanta gravitas obstitit, quin sibi mutuo conviciarentur, et fremerent, et indecore manus agitarent, cum prolixe de iis viris sermones instituerent, quos tum quidem necessitudine cum iis aliqua conjunctos arbitrabar; ut autem ab aliis postmodum edoctus sum, ne in vivis quidem fuerant, nedum erant necessitudine conjuncti; ac nullo modo in rebus exstiterant. Ubinam enim gentium exstaret resp. quæ ei, qui se optime gessisset, præmium illud decerneret, ut civem contrarias in reip. administratione partes sequentem, interficiat? Quanquam qui nonagesimum annum agens in ficto argumento contendit, quodnam in tempus disciplinarum veritatem differet? Omnino vero declamationis atque exercitationis nomen intellexisse mihi non videntur, quod sese alterius gratia tractari profitetur: at illi præparationem ipsam pro fine habent; viamque, tanquam illud quo tendere oporteat, amplexantur. Certamen enim justum ex ipsa exercitatione faciunt. **156** Quemadmodum si quis certa lege commotis in palæstra manibus, pancratii nomine apud Olympiam a præcone proclamari vellet: tanta in hominibus cum mentis siccitas, tum verborum inundans copia reperitur, ut nonnulli sint, qui, etsi nihil habeant quod dicant, possint tamen dicere: cum fructum ex seipsis capere aliquem eos oporteret, uti Alcæus et Archilochus fecerunt, qui uterque facundiam suam in propriæ vitæ descriptionem contulit. Unde et eorum memoria, quæ illis jucunda aut molesta contigerunt, insequentis temporis successione propagata est. Neque enim vana et inania consectantes lucubrationes edide-

A πρεσβύτας ἀνθρώπους εἶδον ἐν θεάτρῳ ζυγομαχοῦντας· καίτοι γε ἥστην ἐπὶ φιλοσοφίᾳ μάλα σεμνώ, καὶ εἰλκέτην ἑκάτερος αὐτῶν, ὡς εἰκάσαι, τάλαντα πώγωνος. Ἀλλ' οὐδὲν αὐτοὺς ἐκώλυσεν ἡ σεμνότης λοιδορεῖσθαί τε καὶ ἀγανακτεῖν, καὶ τῷ χεῖρε παραδινεῖν ἀκόσμως, ἐν τῷ διατίθεσθαι λόγους ἀποτάδην ὑπὲρ ἀνδρῶν, ὡς ἐγὼ τότε ᾠμην ἐπιτηδείων, ὡς δὲ ἔφθασαν οἱ μεταδιδάξαντες οὔτε ὄντων, οὔτε γενομένων ποτὲ, μὴ ὅτι ἐπιτηδείων, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐν τῇ φύσει. Ποῦ γὰρ ἂν εἴη πολιτεία τοιαύτη, γέρας ἀριστεῖ διδοῦσα κτείναι πολίτην ἀντιπολιτευόμενον; Καίτοι γε ὅστις ἐνενηκοντούτης ὢν πλάσμα ἀγωνίζεται, εἰς ποῖον καιρὸν ἀνατίθεται τὴν τῶν λόγων ἀλήθειαν; Ὅλως δὲ οὐδὲ ἐπαΐειν μοι δοκοῦσι τοῦ τῆς μελέτης ὀνόματος, ὅτι φησὶ δι' ἄλλο σπουδάζεσθαι· οἱ δὲ τὴν παρασκευὴν τέλος ἡγήσαντο, καὶ τὴν ὁδὸν ὡς ἐφ' ὃ δεῖ βαδίζειν ἠγάπησαν. Τὴν γὰρ μελέτην ἀγῶνα πεποίηνται. Ὥσπερ εἴ τις ἐν παλαίστρᾳ χειρονομήσας, ἀξιώσει παγκράτιον ἐν Ὀλυμπίᾳ κηρύττεσθαι. Τοσοῦτος ἄρα νοῦ μὲν ὑμῖν ἀμός, ἐπομβρία δὲ λέξεων τοὺς ἀνθρώπους κατέσχεν, ὡς εἶναί τινας, οἳ δύνανται λέγειν οὐκ ἔχοντες ὅ τι δεῖ λέγειν· δέον ἀπολαύειν ἑαυτῶν, ὥσπερ Ἀλκαῖός τε, καὶ Ἀρχίλοχος, οἳ δεδαπανήκασι τὴν εὐστομίαν εἰς τὸν οἰκεῖον βίον ἑκάτερος. Καὶ τοίνυν ἡ διαδοχὴ τοῦ χρόνου τηρεῖ τὴν μνήμην, ὧν τε ἥλγησαν, ὧν τε ἥσθησαν. Οὔτε γὰρ κενεμβατοῦντας τοὺς λόγους ἐξήνεγκαν, ὥσπερ τὸ νέον τοῦτο τὸ σοφὸν γένος ἐπὶ συμπεπλασμέναις ταῖς ὑποθέσεσιν. Οὔτε ἑτέροις παρεχαρίσαντο τὸ σφέτερον ἀγαθὸν, ὥσπερ Ὅμηρος καὶ Στησίχορος, τὸ μὲν Ἡρωϊκὸν φῦλον διὰ τὰς ποιήσεις αὐτῶν ἐπικυδέστερον ἔθεσαν (καὶ ἡμεῖς ὠνάμεθα τοῦ ζήλου τῆς ἀρετῆς), αὐτοὶ δὲ τό γε ἐφ' ἑαυτοῖς ἠμελήθησαν, περὶ ὧν οὐδὲν ἔχομεν εἰπεῖν, ἢ ὅτι ποιηταὶ δεξιοί. Ὅστις οὖν ἀρχὴ τοῦ παρ' ἀνθρώποις εἰς ἔπειτα λόγου, καὶ σύνοιδεν ἑαυτῷ δυναμένῳ τίκτειν ἐν δέλτοις ἀθάνατα, μετίτω τὴν παρανομουμένην ὑφ' ἡμῶν συγγραφὴν θαρρῶν. Ἐασὸν παρατιθέσθω τῷ χρόνῳ. Ἀγαθός ἐστι φύλαξ, ὅταν κατὰ θεόν τι πιστεύηται.

B

C

runt; velut recens illa sapientum natio in confictis argumentis facere solet; neque opes suas in alterius præconium insumpserunt, uti Homerus et Stesichorus, qui heroum quidem genus poematibus suis gloriosius et illustrius reddiderunt, nosque ad studium virtutis inde utilitatem aliquam cepimus: ipsi autem, quod ad se pertinet, neglecti jacuerunt; de quibus nihil aliud dicere possumus, nisi quod elegantes poetæ fuerunt. Quare quisquis famæ apud homines et existimationis in posteros proferendæ cupiditate flagrat, consciusque sibi ipsi est, posse immortali memoria dignas res tabulis inscribere, audacter novam illam et inusitatam nostram scribendi rationem ingrediatur, sequetemporis memoriæ commendet. Præclarus is custos est, quoties favente Deo aliquid ejus fidei committitur.

Digitized by Google

MONITUM IN SYNESII EPISTOLAS.

Ita ferme accidit, ut quo quisque scriptorum illustrior fuit, magisque in omnium usu ac studio pervagatus, eo magis sit varietate lectionum, aut, quod molestius est, mendis atque erroribus refertus. Hoc in Cicerone, Plinio cæterisque, Græcis pariter ac Latinis, experimur quotidie : quorum libri, quia manibus terebantur omnium atque identidem a librariis exscribebantur, variantium vocum ac lectionum multitudine prætexti sunt. Eadem in Synesio nostro causa fuit, cur ex omnibus ejus monimentis epistolicum hoc opus maculosum imprimis esset ac varium. Cum enim jam olim apud antiquos celeberrimæ Synesii Epistolæ forent, ut ex Evagrii, Photii, Suidæ aliorumque narratione constat, inde factum est ut cætera quidem, quæ nostra etiam ætate obscuriora sunt, auctoris illius ad nos sinceriora scripta pervenirent : Epistolæ vero multis librariorum erroribus, atque ejusmodi lectionum ambiguitate et copia scaterent. Itaque plus a nobis in iis recensendis operæ quam in reliquis adhibitum est, ut ad veterum codicum fidem, quorum nobis satis magna copia fuit, eas exigeremus. In quibus haud sane pauca lector animadvertet, quæ insigni aliqua labe deformata germanæ lectioni restituta sunt. Jam quod ad Epistolarum ordinem spectat, tametsi tumultuarie omnes nullaque temporum habita ratione congestæ sint, nihil tamen innovandum in hac editione decrevimus ; ne qui eas in aliis editionibus legissent, vel hoc ordine laudatas ab scriptoribus viderent, in iis reperiendis postmodum laborarent.

ΣΥΝΕΣΙΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

SYNESII EPISTOLÆ.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α'. A

Νικάνδρῳ.

Παῖδας ἐγὼ λόγους (1) ἐγεννησάμην, τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς σεμνοτάτης φιλοσοφίας, καὶ τῆς συννάου ταύτῃ ποιητικῆς· τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς πανδήμου ῥητορικῆς (2). Ἀλλ' ἐπιγνοίη τις ἂν ὅτι πατρός εἰσιν ἑνὸς ἅπαντες, νῦν μὲν εἰς σπουδὴν, νῦν δὲ εἰς ἡδονὴν ἀποκλίναντος. Ὁ δὴ παρὼν οὗτος λόγος (3) ἥστινος μέν ἐστι μερίδος, ἀπὸ τῆς ὑποσχέσεως αὐτοῦ κατερεῖ. Παρ' ἐμοῦ δὲ οὕτως ἠγαπήθη διαφερόντως, ὡς ἥδιστ' ἂν αὐτὸν εἰσποιῆσαι φιλοσοφίᾳ, καὶ τοῖς γνησίοις ἐγκρῖναι. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ φασιν ἐπιτρέψειν, οὐδὲ οἱ νόμοι τῆς πολιτείας. Δεινοὶ γάρ εἰσιν εὐγενείας

157 EPISTOLA I. A

Nicandro.

Filios ego libros genui, alios quidem ex augustiori philosophia, atque ejus contubernali poetica ; alios vero ex publice prostituta rhetorica. Verum quivis hoc facile discernet, uno omnes ex patre editos esse, qui nunc ad seria, nunc ad voluptatem inclinaret. Hoc vero præsens opus cujus sit partis, ipso suo argumento declarabit. A me vero sic adamatum est, ut libentissime ipsum in philosophiam asciturus, atque inter legitimos ascripturus fuerim. Sed hoc concessuras se negant vel reipublicæ leges. Sunt enim nobilitatis propugna-

DION. PETAVII NOTÆ.

[XLIII-XLIV] (1) *Παῖδας ἐγὼ λόγους*. Melius hoc Græci quam Latini usurpant. Illi enim πατέρα *auctorem* ac *scriptorem* nominant. Clem. Alex. I *Strom.* : Καλὸν δὲ οἶμαι, καὶ παῖδας ἀγαθοὺς τοῖς ἔπειτα καταλείπειν. Οἱ μέν γε παῖδες σωμάτων· ψυχῆς δὲ ἔγγονοι οἱ λόγοι. Sic Arnobius lib. II *patres sententiarum* vocat auctores. Rufinus quoque Præfat. in libros *Περὶ ἀρχῶν*, *ut pater verbi potius sit quam interpres*. Dionysius Alexandrinus apud Athanasium libro *De sententiis Dion.*, Ποιητὰς γὰρ τῶν B ἰδίων λόγων Ἑλλήνων μὲν οἱ σοφοί φασι, καί τοι πατέρας αὐτοὺς τῶν ἰδίων λόγων ὄντας.

(2) *Ἀπὸ τῆς πανδήμου ῥητορικῆς*. Alludit ad πάνδημον Ἀφροδίτην, de qua Xenophon in *Symposio*, quem consule.

(3) *Ὁ δὴ παρὼν οὗτος λόγος*. Scholion veteris codicis ex Regia bibliotheca adnotat librum hunc esse *Calvitii encomium*. Quod qui legerit, merito hanc Synesio dubitationem oblatam fatebitur.

Digitized by Google

trices acerrimæ : id vero lucro deputo quidquid illi clam indulsero. Quare plurimum seriæ in illud partis contuli. Itaque, si tibi ita videbitur, Græcis librum hunc communicato ; sin abjudicatus fuerit, ad eum qui misit redeat. Simias enim ferunt, postquam pepererint, in fetibus suis tanquam simulacris obtutus defigere, præ admiratione pulchritudinis. Adeo natura ejus amans est quod pepererit ; aliorum porro invicem vident id quod sunt, simiarum esse partus. Quamobrem aliis permittenda est in sobolem inquisitio. **158** Favor enim corrumpendis suffragiis efficacissimus est. Ob id Lysippus Apellem ad tabellas admittebat ; et Apelles Lysippum.

A προστάται. Ἔχει δὲ κέρδος, ὅ τι ἂν αὐτῷ λάθρα χρίσωμαι · καὶ πολλὰ τῆς σπουδαίας μερίδος εἰς αὐτὸν εἰσήνεγκα. Ἂν μὲν οὖν καί σοι δοκῇ, κοίνωσαι τὸν λόγον τοῖς Ἕλλησιν · ἀποψηφισθεὶς δ' ἐπανίτω (4) παρὰ τὸν πέμψαντα. Τὰς πιθήκους (5) γάρ φασιν ἐπειδὰν τέκωσιν, ὥσπερ ἀγάλμασιν ἐνατενίζειν τοῖς βρέφεσιν, ἀγαμένας τοῦ κάλλους. Οὕτως ἐστὶν ἡ φύσις φιλότεκνον · τὰ δὲ ἀλλήλων ὁρῶσιν, ἅπερ ἐστί, πιθήκων παιδία. Ἑτέροις οὖν ἐπιτρεπτέον ἐξετάζειν τὰ ἔκγονα. Αἱ γὰρ εὔνοιαι δειναὶ δεκάσαι τὰς ψήφους. Διὰ τοῦτο Λύσιππος (6) Ἀπελλῆν εἰς τὰς γραφὰς εἰσῆγε, καὶ Λύσιππον Ἀπελλῆς.

EPISTOLA II.

Joanni.

Timoris vacuitas maxima est legum timor. Te vero puduit videri eas semper metuere. Quamobrem inimicos metue, et cum iis etiam judices, si non furentur : sin furentur quidem, tu vero non plus aliis dederis, nihilominus cavendum. Pro legibus enim irascuntur, cum largitores insuper nacti fuerint.

EPISTOLA III.

Evoptio fratri.

Tertia die, quam obierat Æschines, sororis filia tum primum ad sepulcrum venit. Neque enim mos est, opinor, sponsis ad funus progredi. Sed et in purpura tunc erat, et pellucidum ferebat reticulum, et aurum ac lapillos suspenderat atque induerat, ne sponso malum omen afferret. Itaque bicipiti in cathedra sedens, argenteis, ut aiunt, or-

B

C

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β'.

Ἰωάννῃ (7).

Ἀφοβία μεγίστη (8), τὸ φοβεῖσθαι τοὺς νόμους. Σὺ δὲ αὐτοὺς ᾐσχύνθης (9) ἀεὶ φανῆναι φοβούμενος. Τοιγαροῦν δέδιθι τοὺς ἐχθρούς, καὶ μετὰ τούτων τοὺς δικαστάς, ἂν μὴ κλέπτωσι · κἂν κλέπτωσι μέν, μὴ σὺ δὲ ᾖς ὁ τὰ πλείω διδούς, οὐδὲν ἧττον εὐλαβητέον. Ὀργίζονται [γρ. μάχονται] γὰρ ὑπὲρ τῶν νόμων, ὅταν καὶ μισθοδότας [γρ. μισθοδότην] προσλάβωσιν.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Γ'.

Τῷ ἀδελφῷ Εὐοπτίῳ.

Τρίτη μὲν ἦν Αἰσχίνῃ κειμένῳ · ἡ δὲ ἀδελφιδῆ τότε πρῶτον ἦκεν ἐπὶ τὸν τάφον. Οὐ γάρ, οἶμαι, νομίζεται νυμφευτρίαις (10) βαδίζειν ἐπ' ἐκφοράν [γρ. ἐκφοράς]. Ἀλλ' ἐν φοινικίδι καὶ τότε, καὶ διαφανὴς ὁ κεκρύφαλος, καὶ χρυσία, καὶ λίθους ἐξήρτητό τε καὶ περιέκειτο, ἵνα μὴ τῷ νυμφίῳ σύμβολος ἀπαίσιος γένηται. Καθεζομένη (11) γοῦν [γρ. οὖν] ἐπ' ἀμφικεφάλου

DION. PETAVII NOTÆ.

(4) *Ἀποψηφισθεὶς δὲ ἐπανίτω.* In eamdem fere sententiam Ælianus in præfat. operis *De animal. natura* : Εἰ δὲ τῷ καὶ ἄλλῳ φανεῖται ταῦτα λυσιτελῆ, χρήσθω αὐτοῖς. Ὅτῳ δὲ οὐ φανεῖται, ἐάτω τῷ πατρὶ θάλπειν καὶ περιέπειν.

(5) *Τὰς πιθήκους γάρ.* Ambrosius lib. VIII, epist. 63 : *Nescio quo enim modo præter imprudentiæ caliginem, quæ me circumfundit, unumquemque fallunt sua scripta, et aurem prætereunt ; atque filii etiam deformes delectant. Sic etiam scriptorem indecores sermones sui palpant.*

(6) *Διὰ τοῦτο Λύσιππος.* Lysippus ergo pictor? Insignis, inquam, ille statuarius? falsum haud cunctanter memoria Synesium dixerim, qui Lysippum pro Protogene sumpsit. Nam de Protogene tale quidpiam refert Plinius lib. XXXV, cap. 10. Neque puto sic illud excusari posse, ut Apelles a Lysippo adhibitus dicatur, ut de statuis judicaret ; Lysippus ab Apelle, ut de statuis. Nam nulla hic statuarum mentio, et vox γραφὰς utrique servit. Simile est παρόραμα apud Ciceronem lib. I *Tusc. Quæst.* : *An censemus*, inquit, *si Fabio nobilissimo homini laudi datum esset, quod pingeret, non multos etiam apud nos futuros Polycletos et Parrhasios fuisse ?* Polycletus enim statuarius, non pictor erat.

(7) *Ἰωάννῃ.* Nescio an Joannes iste sit qui Æmilium interfecit ; ad quem nonnullæ exstant Synesii epistolæ.

(8) *Ἀφοβία μεγίστη.* Plutarch. in *Agide* et *Cleom.* : Καὶ τὴν ἀνδρίαν δέ μοι δοκοῦσιν οὐκ ἀφοβίαν, ἀλλὰ φόβον φόγου καὶ δέος ἀδοξίας οἱ παλαιοὶ νομίζειν. Οἱ γὰρ δειλότατοι πρὸς τοὺς νόμους, θαρραλεώτατοι πρὸς τοὺς πολεμίους εἰσί.

(9) *Σὺ δὲ αὐτοὺς ᾐσχύνθης.* Quintilianus lib. VI, cap. 1 : *Egregie nobis adolescentibus dixisse accusator Cossuliani Capitonis videbatur, Græce quidem, sed in hunc sensum, Erubescit Cæsarem timere.* Quæ sic Græce sine dubio concepit, αἰσχύνεται τὸν Καίσαρα φοβεῖσθαι.

(10) *Νυμφευτρίαις βαδίζειν.* Videtur hic νυμφεύτρια non usitata significatione [XLV] pronubam, sed νύμφην, *sponsam* exprimere. Suidas observat sic appellari τὴν νεόγαμον. Sed ista, de qua loquitur Synesius, nondum nupserat. Itaque *sponsam* vertimus. Sponsam enim hanc fuisse, non pronubam, suadet ornatus ille cultusque in quo prodisse dicitur ; qui novam nuptam, non pronubam decet.

(11) *Καθεζομένη γοῦν ἐπ' ἀμφικεφάλου. Bicipitem cathedram* verti. *Etymologicon*, Ἀμφικέφαλος, κλίνης εἶδος, παρὰ τὸ ἑκατέρωθεν ἀνάκλισιν ἔχειν καὶ προσκεφάλαιον, quod utrinque *recubitum*, vel *recubitorium* habeat. Nam κεφαλή pars est lecti, cui pulvinus imponitur, et in quo caput acquiescit. Huic generi lectulorum opponitur σκίπους, quod Aristophanis scholiastes ad Νεφ., et Suidas interpretantur χωλοκραββάτων, et a σκραβάζειν deducunt, quod est χωλαίνειν, *claudicare* : quod istiusmodi lectuli in recubitorio altiores essent, in extrema sponda depressiores, atque ita quodammodo altero pede claudicarent. Hinc μονοκοίτια dicebantur. Hesychius, Σκιμπόδιον εὐτελὲς κλινίδιον μονοκοίτιον. Suspicabar et apud Pollucem lib. X, cap. 7, χαμεύνην παράκωλον eadem notione sumi, quod altero κώλῳ, hoc est *crure* claudicaret ; e contrario ἀμφίκωλον, quod utraque parte ex æquo erectum est, et æqualia habet utrinque κῶλα. Sic

Digitized by Google

λου καθέδρας, φασὶν, ἀργυρόποδος, πολλὰ κατεμέμφετο τὴν ἀκαιρίαν τῆς συμφορᾶς· ὡς ἢ πρότερον ἐχρῆν, ἢ μετὰ τὸν γάμον ἀποθανεῖν. Καὶ πρὸς ἡμᾶς, ἐφ' οἷς ἐδυστυχοῦμεν ἐμήνιε [γρ. ἐμηνία]. Μόλις δ' οὖν περιμείνασα (12) τὴν ἑβδόμην, καθ' ἣν ἡμεῖς εἱστιάκειμεν τὸ δεῖπνον τὸ ἐπιτάφιον, αὐτήν τε καὶ τὴν φλήναφον γραῦν τὴν τιτθίδα, ἐπὶ τὸ ζεῦγος ἀναβιβασαμένη τὸ ὁρικὸν, πληθούσης ἀγορᾶς, ἅπασι τοῖς παρασήμοις ἐπόμπευεν εὐθὺ Τευχείρων (13) ἐλαύνουσα. Μέλλει γὰρ καὶ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἑβδόμην ταινιώσεσθαί τε, καὶ πυργοφόρος (14) καθάπερ ἡ Κυβέλη περιελεύσεσθαι. Τούτοις ἡμεῖς μὲν οὐδὲν ἀδικούμεθα, πλὴν τοῦ καταφανεῖς γεγονέναι, λίαν ἀναισθήτους ἔχοντες συγγενεῖς. Ὁ δὲ ἀδικούμενος, Ἁρμόνιός ἐστιν (15) ὁ τοῦ θυρωροῦ πατὴρ, ὡς ἂν εἴποι Σαπφὼ, τὰ μὲν ἄλλα σώφρων καὶ μέτριος ἐν

A nata fulcris, multum de hujus importunitate infortunii querebatur; quasi aut ante, aut secundum nuptias mori illum oportuerit; nobis vero succensebat, quod in ea calamitate versaremur. Vix igitur exspectata die septima, qua die funebre convivium dederamus, mulares bigas, nutrice sua anu illa nugace comitante, conscendens cum insignibus omnibus ornamentis, recta Teucheira solemni pompa profecta est. Quippe septimo abhinc die tænia redimiri, ac turrita, more Cybeles, circumire debet. Ac nobis quidem nulla ea re fit injuria, nisi quod palam omnibus eo exemplo fit, cognatos habere nos admodum communis sensus expertes. Cui autem injuria fit, Harmonius est, janitoris pater, ut diceret Sappho, cætera quidem frugi

B homo ac moderatus; sed **159** qui de nobilitate

DION. PETAVII NOTÆ.

apud Pollucem Plato in Ἑορταῖς, Ἔπειτα κλίνην ἀμφίκωλον πυξίνην. Pollux legit ἀμφίκολλον. Exponit enim τὴν κατακεκολλημένην. Sed puto non minus recte ἀμφίκωλον usurpari eo sensu, quem attuli. Sunt enim κῶλα, quibus innituntur lecti, eorumque crura: quæ si utraque parte æqualiter erecta sunt, ἀμφίκωλα; si una parte depressiora sunt, παράκωλα vocantur; non quod nulla prorsus in imo κῶλα sint, sed quod breviora; sicut ἄποδες dicuntur aves, non quibus nulli pedes, sed quibus exigui sunt. Ut a crurum et fulcrorum ratione nomina ista lectis imposita sunt, sic a pulvinaribus, vel recubitoriis, et ἀνακλίντροις, aut ἀνακλιντηρίοις, quæ sunt capita lectorum, appellationes alias sortiuntur. Qui enim utrinque recubitum habent, ἀμφικέφαλοι vocantur. Hesychius Ἀμφικέφαλος κλίνη, ἐκατέρωθεν ἔχουσα ἀνακλιντήριον. In Vulgatis legitur ἀμφίκελος, ut etiam apud Phavorinum, pro quo non male olim rescripsimus ὀμφίκωλος, quod paulo ante declaravimus. Sed ἀμφικέφαλος opinor scribendum; atque ita legisse videtur auctor *Etymologici*.

C

Plurimum in hac voce falsus est Salmasius in notis ad Ælium Verum Spartiani pag. 63. qui pro ἀμφικέφαλος apud Etymol. et Hesychium scribi jubet ἀμφικνέφαλος, quia κέφαλον, inquit, Hesychius ait esse τύλην et προσκεφάλαιον, sed errat. Κνέφαλον sive κνάφαλον est tomentum, quo culcitræ et pulvini lectorum infarciuntur, quæ sunt eorum capita. Itaque ἀμφικνέφαλος (quæ vox apud Pollucem exstat), et ἀμφικέφαλος idem significant, sed diversa notione. Nam prior ἀπὸ τοῦ κναφάλου, hoc est *tomento* dicitur, et utrinque tomento fartum pulvinum esse demonstrat. Quippe κνάφαλον, vel κνέφαλον προσκεφάλαιον, id est *cervical*, sive pulvinum tomento infartum significat. Posterior dictio capita duo lecti illius exprimit, ut intelligas non esse μονοκοίτιον. Cum igitur utrumque vocabulum in illo sensu receptum sit, temere et ἀκρίτως in *Etymologico* quasi reiculum expungitur, pro eoque ἀμφικνέφαλος reponitur. Nisi forte Synesium hoc etiam loco castigandum existimat, et pro ἀμφικέφαλον καθέδραν, *ἀμφικνέφαλον* restituit; quod illi non [XLVI] concedimus. Nam in vetustissimis codicibus constantissime legitur ἀμφικεφάλου, non ἀμφικνεφάλου. Cæterum hoc loco non κλίνης, hoc est *lecticæ*, sed καθέδρας, *sellæ gestatoriæ*, fit mentio; cujus κεφαλὴ pars est in qua residetur. Sed de κεφαλῇ et ἀμφικεφάλῳ universe disputandum fuit.

D

(12) *Μόλις δ' οὖν περιμείνασα.* Septimus dies apud veteres parentationibus addictus est. Ecclesiastici XXII, *Luctus mortui septem dierum.* Genes. quoque capite L, *Et fecit luctum patri suo septem dies.* Quem locum enarrans Augustinus lib. I *Quæst. in Exod.*, quæst. 172, *Nescio*, inquit, *utrum inveniatur alicui sanctorum in Scripturis celebratum esse luctum novem dies: quod apud Latinos novendial appellant. Unde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, si qui Christianorum istum in mortuis suis numerum servant, qui magis est in gentilium consuetudine. Septimus vero dies auctoritatem in Scripturis habet.* Verum Eustratius presbyter Constantinopolitanus apud Photium cod. CLXXI, causas reddit cur tertio, nono et quadragesimo die pro mortuis sacrificia celebrentur; ut appareat nonum etiam alicubi diem in observatione fuisse. Sed frequentius habita ratio septimi est, de quo etiam Ambrosius orat. *De fide resurr.*: *Nunc quoniam die septimo ad sepulcrum redimus: qui dies symbolum futuræ quietis est.* Dabantur et convivia in mortuorum memoriam; quod attingit hac in epistola Synesius, ac non solum propinqui, sed etiam pauperes adhibebantur. De propinquorum epulo Chrysostomus agit homil. 28 *in cap.* XI *Epist. I ad Corinth.*: Κἂν μὲν εἰς περίδειπνόν τις καλέσῃ μετὰ τὸ πένθος, οὐδεὶς ὁ ἀντερῶν· ἐπειδὴ νόμος ἀνθρώπων ἐστὶν ὁ ταῦτα κελεύων. Græci enim περίδειπνα vocant, vel νεκρόδειπνα, quæ Hieronymus *in caput* IX *Osee* interpretatur *parentalia*. Hebræi מַרְזֵחַ. Quorum conviviorum abusum damnat Zeno Veron. *in psal.* XLIX, et Gaudentius tract. IV *De Paschate*. De pauperum agapis meminit Chrysostomus hom. 32 *in Matth.* et hom. 27 *in caput* XI *Epist. I ad Corinth.*

(13) *Εὐθὺ Τευχείρων.* Una est ex quinque Pentapolis urbibus; quæ alio nomine Arsinoe dicebatur, auctore Strabone lib. XVII. Sunt autem hæ quinque: Beronice, Arsinoe, Ptolemais, Apollonia, Cyrene. Plinius lib. V, cap. 5. Stephanus Ταύχειρα scribit, non Τεύχειρα, et Ἀρσινόην ætate sua nuncupatam asserit.

(14) *Ταινιώσεσθαί τε καὶ πυργοφόρος.* Scholion quoddam in vetere scripto στέφανον esse ait τὸν οὕτω καλούμενον πύργον. Sed castellorum structuram potius intelligit, de qua Gregor. Naz.:

Μὴ κεφαλὰς πυργοῦσθε νόθοις πλοκάμοισι γυ-
ναῖκες.

Tertullianus lib. *De cultu fem.*: *Affligitis præterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis, et operculum verticis; nunc in cervicem retro suggestum.*

(15) *Ἁρμόνιός ἐστιν.* Scholion in tribus mss. ad marginem ascriptum ita se habet: Ἁρμόνιος δύο

Digitized by Google

cum Cecrope perpetuo contenderit. Hujus plus quam Cecropis neptem, patruus Herodes et janitor in Sosias et Tibios distraxit. Nisi forte aliquid dicunt, qui sponsum nobis materno ex genere celebrant, et hujus originem ad famosam illam Laidem referunt. Lais enim, ait quidam scriptor, Hyccaricum erat mancipium emptum e Sicilia ; ab illa vero egregia felix prole mater ortum accepit, quæ præclarum nobis sponsum peperit. Ea porro naucleri quidem heri pellex olim fuerat, tum oratoris alterius heri, ac tertii secundum hos conservi : ad hæc clam interim in urbe prostabat, demum palam in urbe, adeo ut magistra esset artis illius ; quam simul præ laxæ cutis rugis exercere desiit, ætate maturas edocet, ac pro se peregrinis substituit. Nam ejus filius orator necessitate ait se legis exsolvi, quominus meretricem alat matrem. Apage hanc legem. Nam qui ita in lucem editi sunt, his pro certo comperta mater est : parentum alter ambiguus. Itaque quantum utrisque ab legitimis filiis debetur, tantumdem ab incerto patre genitis in matres par erat conferri.

A

B

EPISTOLA IV.

Eidem.

Cum e Bendidio solvissemus ante matutinum crepusculum, vix post meridiem Pharium Myrmecem prætervecti sumus, cum bis terve circiter navis in portus fundum esset impacta. Statim igitur malum hoc videbatur auspicium, ac consultum sane fuisset nave tunc exscendere, quæ sub primis veluti carceribus inauspicato sese commoveret. Sed pudebat nos timiditatis a vobis argui ; ac propterea,

C

. . . Non jam fugere aut trepidare licebat.

Proinde mali si quid evenerit, vestri causa peribimus. Tametsi quid illud tantum erat incommodi, ridere vos, dum nos extra periculum essemus? sed Epimetheo, ut aiunt,

Curare deerat, pœnitere haud defuit :

perinde ac nobismetipsis. Nam cum servari tum liceret, nunc ad deserta littora concentu quodam plangimus, Alexandriam, quoad licet, intuentes, **160** et matrem Cyrenem ; quarum alteram cum haberemus reliquimus ; alteram invenire non possumus : postquam ea vidimus, et experti sumus, quæ ne per somnium quidem eventura putavimus. Audi enim, ne tibi omnino gaudere vacet : ac pri-

D

τῷ καθ' ἑαυτὸν βίῳ γενόμενος· ἀλλ' ὑπὲρ εὐγενείας ἀμφισβητῶν τῷ Κέκροπι διετέλεσε. Τούτου τοῦ πλέον ἡ Κέκροπος τὴν θυγατριδῆν ὁ θεῖος Ἡρώδης, καὶ θυρωρὸς, εἰς Σωσίας τε καὶ Τιβίους (16) ἀπέδοτο. Πλὴν εἰ μή τι λέγουσιν, ὅσοι καὶ τὸν νυμφίον ἡμῖν μητρόθεν ἀποσεμνύνουσι, γενεαλογοῦντες αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐν φήμῃ Λαΐδος. Ἡ γὰρ Λαΐς, ἔφη τις ἤδη λογογράφος, ἀνδράποδον ἦν Ὑκκαρικὸν [γρ. Καρικὸν], ἐκ Σικελίας ἐωνημένον· ὅθεν ἡ καλλίπαις ἡ τεκοῦσα τὸν περιβόητον. Καὶ αὐτὴ πάλαι μὲν ἐπαλλακεύετο ναυκλήρῳ δεσπότῃ· ἔπειτα μέντοι ῥήτορι, καὶ τούτῳ δεσπότῃ· τρίτῳ μετ' ἐκείνους ὁμοδούλῳ· καὶ λάθρα τῇ πόλει· ἔπειτα λαμπρῶς τῇ πόλει, καὶ προὔστη τῆς τέχνης. Ἧς ἐπειδὴ τὴν ἐργασίαν ὑπὸ χαλαρᾷ ῥυτίδι κατέλυσε, τὰς ἐν ἡλικίᾳ παιδοτριβεῖ, καὶ ταῖς ξένοις ἀντικαθίστησιν. Ὁ γὰρ υἱὸς ὁ ῥήτωρ, ἀφεῖσθαί φησι τῆς ἀνάγκης τοῦ νόμου, μητέρα τρέφειν ἑταίραν. Ἄπαγε τοῦ νόμου. Τοῖς γὰρ οὕτω γεγονόσιν, ἀποδέδεικται μὲν ἡ μήτηρ, ὁ δὲ λοιπὸς τῶν γονέων, ἀμφισβητήσιμος. Ὅσον οὖν ἀμφοτέροις παρὰ τῶν εὖ γεγονότων ὀφείλεται, τοῦτο πᾶν ἥκειν ἔδει παρὰ τῶν ἀπατόρων εἰς τὰς μητέρας.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Δ'.

Τῷ αὐτῷ.

Λύσαντες ἐκ Βενδιδείου πρὸ δείλης ἑῴας, μᾶλις ὑπὲρ μεσοῦσαν ἡμέραν, τὸν Φάριον Μύρμηκα (17) παρηλλάξαμεν, δίς που καὶ τρὶς ἐνσχεθείσης τῆς νεὼς τῷ τοῦ λιμένος ἐδάφει. Εὐθὺς μὲν οὖν καὶ τοῦτο κακὸς [γρ. πονηρὸς] οἰωνὸς ἐδόκει, καὶ σοφὸν ἦν ἀποβῆναι νεὼς, ἐκ πρώτης ἀφετηρίας οὐκ εὐτυχοῦς. Ἀλλὰ φυγεῖν παρ' ὑμῖν ἔγκλημα δειλίας ᾐσχύνθημεν· καὶ διὰ τοῦτο,

Οὔπω ἔτ' ἔσκεν ὑποτρέσαι οὐδ' ἀναδῦναι.

ὥστε κἂν τι συμβῇ [γρ. κἂν εἴ τι συμβαίη], δι' ὑμᾶς ἀπολούμεθα. Καίτοι τί δεινὸν ἦν, ὑμᾶς τε γελᾶν, καὶ ἡμᾶς ἔξω κινδύνων ἑστάναι. Ἀλλὰ τῷ Ἐπιμηθεῖ, φασὶ,

Τὸ μὲν μέλειν οὐκ ἦν, τὸ μεταμέλειν δ' ἐνῆν·

ὥσπερ ἡμῖν. Τότε γὰρ ἐξὸν σώζεσθαι, νῦν πρὸς ἐρήμοις ἀκταῖς συναυλίαν ὀλοφυρόμεθα (18), καὶ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν ὁρῶντες, ὡς οἷόν τε, καὶ πρὸς τὴν μητέρα Κυρήνην· ὧν τὴν μὲν ἔχοντες ἀπελίπομεν, τὴν δὲ εὑρεῖν οὐ δυνάμεθα, ἰδόντες τε καὶ παθόντες, ἃ μηδὲ ὄναρ ἠλπίσαμεν. Ἄκουε γάρ, ἵνα μηδὲ τὸ πάνυ χαίρειν σχολάζῃς· καὶ πρῶτον ὅπως ἡμῖν εἶχε τὰ τοῦ πληρώματος. Ὁ μὲν ναύκληρος ἐθανάτα κατὰ

DION. PETAVII NOTÆ.

μὲν υἱοὺς ἔσχεν, Αἰσχίνην καὶ Θυρωρὸν, τὸν καὶ Ἡρώδη καλούμενον, μίαν δὲ θυγατέρα, τὴν μητέρα ταύτης τῆς νύμφης, περὶ ἧς ἐστὶν ὁ λόγος. Ἔστιν οὖν αὕτη ἡ νύμφη ἐγγόνη μὲν Ἁρμονίου, ἀδελφιδῆ δὲ Αἰσχίνου, καὶ Ἡρώδου. *Harmonius duos habuit filios, Æschinem et Janitorem, qui et Herodes dictus est ; et filiam unicam, hujus sponsæ, de qua sermo est, matrem. Est igitur sponsa ista neptis Harmonii; filia vero sororis Æschinis et Herodis.* Porro θυρωρόν vocat Herodem [XLVII] Harmonii filium, ut plerique animadverterunt, ea vocis significatione quam Julius Pollux lib. III, cap. 3, declarat ut sit nuptialis officii genus. Hesychius παράνυμφον interpretatur, et τὴν θύραν τῶν θαλάμων κλείοντα.

(16) *Εἰς Σωσίας τε καὶ Τιβίους.* Vide Junium in *Adagiis*. Qui ἀπέδοτο sic interpretatur, ut sit *elocare* Ego *vendere* sum interpretatus. Forte quod muneribus ab ignobili sponso pellectus, aut illius opibus inductus, illam tradiderit.

(17) *Τὸν Φάριον Μύρμηκα.* Meminit Ptolem. lib. IV in Cyrenaica.

(18) *Συναυλίαν ὀλοφυρόμεθα.* Ita Greg. Naz. orat. 16 : Τίς οὐ κατακλᾶται τούτων τοῖς ὀδυρμοῖς οἰκτρὰν ξυναυλίαν ἁρμοζομένων ;

Digitized by Google

χρεως ὤν. Ναυτῶν δὲ ὄντων δυοκαίδεκα τῶν πάντων· τρισκαιδέκατος γὰρ ὁ κυβερνήτης ἦν· ὑπὲρ ἡμισυ μὲν καὶ ὁ κυβερνήτης, ἦσαν Ἰουδαῖοι, γένος ἔκσπονδον, καὶ εὐσεβεῖν ἀναπεπεισμένον ἥνὅτι πλείστους ἄνδρας Ἕλληνας ἀποθανεῖν αἴτιοι γένωνται. Τὸ δὲ λοιπὸν, ἀγελαῖοι, γεωργοὶ, πέρυσιν οὔπω κώπης ἡμμένοι. Κοινῇ δὲ οὗτοί τε κἀκεῖνοι, πεπηρωμένοι πάντως ἔν γέ τι μέρος τοῦ [γρ. μέλος τι τοῦ] σώματος. Τοιγαροῦν ὡς οὐδὲν δεινὸν ἦν ἡμῖν, ἐκομψεύοντο, καὶ ἐκάλουν ἀλλήλους, οὐκ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀτυχημάτων, ὁ χωλὸς, ὁ κηλήτης, ὁ ἀριστερόχειρ, ὁ παραβλώψ. Ἕκαστος ἔν γέ τι εἶχε τοὐπίσημον. Καὶ ἡμῖν τὸ τοιοῦτον οὐ μετρίαν [γρ. τοιοῦτον με.] παρεῖχε τὴν διατριβήν (19). Ἐν τῇ χρείᾳ δὲ οὐκ ἔτι γέλως ἦν, ἀλλ' ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς ἀποιμώζομεν, ὄντες ἐπιβάται πλεῖν, ἢ πεντήκοντα, τριτημόριόν που μάλιστα γυναῖκες, αἱ πλείους νέαι, καὶ ἀγαθαὶ τὰς ὄψεις. Ἀλλὰ μὴ φθόνει. Παραπέτασμα γὰρ ἡμᾶς ἀπετείχιζε, καὶ τοῦτο ἐρρωμενέστατον, οὐ πάλαι διερρωγότος ἱστίου τεμάχιον, σωφρονοῦσιν ἀνθρώποις τὸ τεῖχος τὸ Σεμιράμιδος. Ἴσως δὲ κἂν ὁ Πρίαπος ἐσωφρόνησεν, Ἀμαράντῳ συμπλέων. Ὡς οὐκ ἔστιν ὁπότε σχολάζειν ἡμᾶς εἴασεν ἀπὸ τοῦ δεδιέναι τὸν ἔσχατον κίνδυνον.

A mum quemadmodum sese nobis nauticum supplementum habuerit. Gubernator imprimis ex desperatione mortem optabat ære oppressus alieno; et cum nautæ duodecim omnes essent (tertius enim et decimus gubernator erat), supra dimidiam quidem partem cum ipso gubernatore Judæi omnes erant, infidum genus, et quod pie se facere persuasum habeat, si quamplurimis Græcis hominibus causam necis attulerit. Cæteri gregarii erant, agricolæ, qui anno superiori nondum remum attigerant; ac tam isti quam illi prorsus aliqua corporis parte mutilati. Quamobrem quandiu nihil erat periculi, jocari inter se, seque invicem appellare non nominibus suis, sed ex infortuniis, claudus, herniosus, scævola, strabus: singuli unum aliquod B insigne habebant, nobisque idipsum non mediocri erat oblectamento. In ipso vero discrimine nullus jam risui locus erat, sed ob illa ipsa nunc ingemiscimus qui vectores sumus supra quinquaginta, quorum tertia fere pars feminæ sunt, pleræque juvenes et formosæ. Verum non est quod invideas, nam cortina nos suspensa separabat, eademque firmissima, non ita pridem conscissi veli segmentum, temperantibus hominibus par Semiramidis muro. Ac nescio annon vel Priapus ipse temperaturus fuerit, si cum Amaranto navigaret; qui nullo nos unquam vacare tempore siverit ab extremi discriminis metu.

Ὅστις πρῶτον μὲν ἐπειδὴ τὸν παρ' ὑμῖν τοῦ Ποσειδῶνος νεὼν (20) κατεκάμψαμεν, ἄρας ὅλοις ἱστίοις ἤξιου πλεῖν εὐθὺ Ταφοσίριδος, καὶ ἀπεπειρᾶτο τῆς σκύλλης [γρ. κοίλης] (21), ἣν ἐν τοῖς γραμματίοις (22) ἀποτροπιαζόμεθα. Συννενοηκότων δὲ ἡμῶν, καὶ ἀνακεκραγότων [γρ. ἀνακραγόντων], οὐ πρὶν ἢ ἐν χρῷ γενέσθαι τοῦ κινδύνου, μόλις ἐκβιασθεὶς, ἀπέστη τοῦ διαναυμαχῆσαι πρὸς τὰς σπιλάδας. Ἐντεῦθεν ἀποστρέψας τὴν ναῦν ὥσπερ ἐκ μετανοίας ἐπαφίησι τῷ πελάγει, τέως μὲν ὡς ἐδύνατο καὶ πρὸς κῦμα παραβαλλόμενος· ἔπειτα δὲ καὶ νότος συνεπιλαμβάνει λαμπρὸς, ὑφ' οὗ ταχὺ μὲν τὴν γῆν ἀπεκρύπτομεν· ταχὺ δὲ μετὰ τῶν ὁλκάδων ἤμεν τῶν διαρμενίων, αἷς οὐδὲν ἔδει Λιβύης τῆς καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ πλοῦν ἕτερον ἔπλεον. Σχετλιαζόντων δὲ ἡμῶν, καὶ ἐν δεινῷ ποιουμένων τὸ ἀπηρτῆσθαι τοσοῦτον τῆς γῆς, ὁ Ἰαπετὸς Ἀμάραντος, ἐπὶ τῶν ἰκρίων ἑστὼς, ἐτραγῴδει τὰς παλαμναιοτάτας ἀράς. Οὐ γὰρ δὴ πτησόμεθα [γρ. πτησσόμεθα], ἔφη· ὑμῖν δὲ πῶς ἄν τις καὶ χρήσαιτο,

Primum enim posteaquam Neptuni templum, quod apud vos est, sumus prætergressi, totis velis C navigans, recta Taphosiridem petere constituerat, Scyllamque tentabat, quam in tabulis abominari consuevimus. Quod ubi animadvertimus, et vociferati sumus, non antequam proxime in periculum ipsum venimus, vix coactus scopulis conflictari destitit. Inde abductum navigium, quasi resipiscens, in altum immittit; primum contra fluctum aliquandiu quantum poterat obluctans; deinde vehementiore austro secundante, statim a terræ conspectu sumus ablati; ac statim ad onerarias binis **161** velis instructas accessimus, quibus nihil erat in Libya nostra negotii, sed cursum alium insistebant. Hic vero conquerentibus nobis, ac moleste ferentibus, quod a terra tam longe provecti essemus, D Japetus ille Amarantus in tabulatis stans diras ultimique exempli imprecationes canebat. Non enim avolabimus nos, inquit; vobis autem quid faciat

DION. PETAVII NOTÆ.

(19) *Παρεῖχε τὴν διατριβήν.* Quod idiotismus noster proprie admodum exprimit, *un passe-temps.* Sic Plutarch. *Timoleonte:* Διατριβὴν τοῖς Τηγίνοις παρεῖχον, εἰ Φοίνικες ὄντες οὐκ ἀρέσκοιντο τοῖς δι' ἀπάτης πραττομένοις. Philostratus in Phavorino: Ταῦτα ὁ μὲν αὐτοκράτωρ διατριβὴν ἐπεποίητο, καὶ διῆγε τὰς βασιλείους φροντίδας ἀπονεύων εἰς σοφιστάς τε καὶ φιλοσόφους. Prorsus eadem notione vocem illam usurpat, in qua falsus est interpres.

(20) *Τὸν παρ' ἡμῖν τῶν Ποσειδῶνος νεών.* De quo Strabo lib. I.

(21) *Καὶ ἀπεπειρᾶτο τῆς σκύλλης.* Non eam quæ proprie id nomen accepit, sed aliam similem. Et nos Franci inde vernaculum nomen deduximus, *un escueil*, hoc est inaccessum scopulum et navifragum. Glossæ Isidori, *Scyllæ, saxa latentia in mari.*

(22) *Ἢν ἐν τοῖς γραμματίοις.* Obscura vox. Glossa interlinearis in uno ex veteribus, quos adhibui, ἐν ταῖς συμφωνίαις. Ubi συμφωνίαν, quisquis ille est, pro pacto et stipulatione videtur accepisse, sive conventionis tabulis. Ita enim in Gloss. vet., *convenio*, συμφωνῶ. *Conventum*, σύμφωνον. Verum haud scio quam recte ea vocabuli hujus significatio ad hunc locum faciat. Nisi forte in nauticis contractibus ejusmodi aliqua periculi illius exceptio fieri consueverit. Suspicor et ἀσματίοις pro γραμματίοις legi posse, ut cantiones quædam intelligantur, quibus infames ii scopuli celebrentur. Tanquam ad oram codicis ascriptum sit γρ. ἀσματίοις, indeque γραμματίοις irrepserit. Sed nihil affirmo.

Digitized by Google

quisquam, qui et terram et mare metuitis? Minime hoc quidem, si quis bene iis utatur, optime Amarante, inquam ad illum. Nobis vero nihil Taphosiride opus fuit ; vita enim opus fuit : et nunc quid alto nobis opus est ? Sed tendamus, inquam, Pentapolim, quantum satis est a terra dissiti ; ut si quid difficile accidat, cujusmodi in mari multa sunt : hoc autem incertum utique et est, et a nobis dicitur : e proximo nos portus aliquis excipiat. Sed nihil dicendo persuadere potui. Obsurduerat enim scelus ; donec acrior a septentrione ventus incumbens tumentes et asperos fluctus agitare cœpit. Hic subito ingruens velum in diversum compulit, et quæ curva erant cava reddidit. Navis ipsa porro parum abfuit quin in puppem everteretur ; quam nos ægre tandem aliquando composuimus. Tum infelix Amarantus : Tanti est, inquit, ex arte navem regere. Ventum enim e mari sese pridem suspicatum fuisse, ob idque in alto navigare. Nunc enim obliquum se cursum tenere, quod longitudini addere aliquid de intervallo licet. Talem esse navigationem nostram ; cujusmodi esse non posset, si littus legeremus : navem enim ad terram allisum iri. Quæ cum diceret, tandiu nos assentiebamur, quoad supererat dies, necdum periculum appetebat. Cœpit enim una cum nocte, magis ac magis attollente sese fluctu.

A οἱ καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλατταν ὑποπτεύετε. Οὐκ ἦν γέ τις αὐταῖς χρῶτο [γρ. χρῆται] καλῶς, ὦ λῷστε Ἀμάραντε, πρὸς αὐτὸν ἔφην. Ἡμῖν δὲ οὐδὲ Ταφοσίριδος ἔδει· ζῆν γὰρ ἔδει· καὶ νῦν τοῦ πελάγους τί δεῖ; Ἀλλὰ πλέωμεν, ἔφην, εὐθὺ Πενταπόλεως, ἀπέχοντες τῆς γῆς, ὅσον μέτριον, ἵν' εἴ τι καὶ χαλεπόν· οἷα δὴ τὰ θαλάττης, ἄδηλον δὲ δήπου καὶ ἔστι, καὶ παρ' ὑμῶν λέγεται· λιμήν τις ἡμᾶς ἐκ τοῦ σχεδὸν ὑποδέξοιτο. Οὐκουν ἔπειθον λέγων· ἀλλ' ἐξεκεκώφει τὸ κάθαρμα, ἕως ἄνεμος ἀπαρκτίας ἐπαράσσει πολὺς, κῦμα ἐλαύνων ὑψηλὸν καὶ τραχύ. Οὗτος ἄφνω προσπεσὼν, τὸ ἱστίον ἔμπαλιν ὤθησε, καὶ τὰ κυρτὰ κοῖλα πεποίηκεν. Ἡ δὲ ναῦς ἐγγὺς ἦλθεν ἐπὶ πρύμναν ἀνατετράφθαι. Μόλις δ' οὖν αὐτὴν κατεστήσαμεν. Καὶ ὁ βαρύστομος Ἀμάραντος, Τοιοῦτον, ἔφη, τὸ τέχνῃ ναυτίλλεσθαι, B προσδέχεσθαι γὰρ αὐτὸς πάλαι τὸν ἐκ πελάγους ἄνεμον, καὶ διὰ τοῦτο μετέωρος πλεῖν. Κατιέναι γὰρ νῦν ἐγκάρσιος, ἐνδιδόντος τοῦ διαστήματος προστιθέναι τῷ μήκει. Τοῦτον δὲ εἶναι τὸν πλοῦν τὸν ἡμέτερον, οὐκ ἄν, εἴ γε παρὰ τὰς ἀκτὰς ἐπλέομεν. Προσαναπεπλάσθαι γὰρ ἂν τῇ γῇ. Καὶ ἡμεῖς ἀπεδεχόμεθα λέγοντος, ἕως ἡμέρα τε ἦν, καὶ τὰ δεινὰ οὔπω παρῆν. Ἤρξατο γὰρ δὴ μετὰ τῆς νυκτὸς, ἀεὶ προϊόντος ἐπὶ μεῖζον τοῦ κλύδωνος.

Erat tum dies, quam Judæi Parasceven vocant ; cujus noctem cum sequenti die computant, qua die nulli manum licet operi admovere, sed eam sanctissime venerantes ab omni labore feriantur. Clavum itaque gubernator e manibus abjecit, statim atque solem occidisse conjectatus est, ac prostratus,

Cuivis se nautarum calcandum præbebat.

Nos veram rei causam non statim intelligentes, sed desperationem hoc ipsum esse rati, ad eum accurrere, obtestari, ne ultimam **162** spem proderet. Nam et decumani fluctus instabant, tumultuante secum ipso mari. Hoc autem accidit, cum cessante vento, nondum ab eo concitati fluctus residunt ; sed valida semel agitatione concepta, dominanti se adhuc objiciunt, et impetum illius contrario impetu repellunt. Opus enim mihi fuit turgidis et grandibus verbis, ne mala ingentia infra dignitatem explicarem. Ejusmodi porro navigatione utentibus tenui, ut aiunt, e funiculo vita suspensa est. Quod si legis doctor idem et gubernator fuerit, quo esse animo nos oportet? Postquam igitur quid sibi clavi abjectio vellet intelleximus (rogantibus enim nobis navem ut, quoad posset, periculis eriperet, librum quemdam legebat), persuaderi posse desperantes, adhibere vim cœpimus. Ac generosus quidam miles (navigant autem nobiscum Arabici

Ἡμέρα μὲν οὖν ἦν, ἥντινα ἄγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι Παρασκευήν· τὴν δὲ νύκτα τῇ μετ' αὐτὴν ἡμέρᾳ λογίζονται, καθ' ἣν οὐδενὶ θέμις ἐστὶν ἐνεργὸν ἔχειν τὴν χεῖρα, ἀλλὰ τιμῶντες διαφερόντως αὐτὴν, ἄγουσιν C ἀπραξίαν. Μεθῆκεν οὖν (23) ἐκ τῶν χειρῶν ὁ κυβερνήτης τὸ πηδάλιον, ἐπειδὴ τὸν ἥλιον εἶχασεν ἀπολελοιπέναι τὴν γῆν· καὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν,

Πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων

Ἡμεῖς δὲ τὴν μὲν οὖσαν αἰτίαν οὐκ εὐθὺς ἐπὶ νοῦν ἐβαλλόμεθα· ἀπόγνωσιν δὲ τὸ πρᾶγμα οἰόμενοι, προσῄειμεν, ἐλιπαροῦμεν μὴ καταπροέσθαι μηδέπω τὰς ἐσχάτας ἐλπίδας. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐπεῖχον αἱ τρικυμίαι, τοῦ πελάγους καὶ πρὸς ἑαυτὸ στασιάσαντος. Γίνεται δὲ τοῦτο, ὅταν μὴ τῷ λήξαντι πνεύματι καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ συναναπαύσηται κύματα· ἀλλ' ἰσχὺν ἔχοντα τὸ ἐνδόσιμον τῆς κινήσεως, ὑπαντιάζῃ τῇ τοῦ πνεύματος ἐπικρατείᾳ, καὶ ἀντεμβάλλῃ ταῖς ἐμβολαῖς. Ἔδει γάρ μοι καὶ φλεγμαινόντων ὀνομάτων, ἵνα μὴ τὰ μεγάλα κακὰ σμικροπρεπέστερον διηγήσωμαι. D Τοῖς οὖν ἐν τῷ τοιῷδε πλέουσιν ἀπὸ λεπτοῦ, φασὶ, μίτου τὸ ζῆν ἠρτῆσθαι. Εἰ δὲ καὶ ὁ κυβερνήτης νομοδιδάσκαλος εἴη, τίνα δεῖ ψυχὴν ἔχειν; Ἐπεὶ δ' οὖν συνήκαμεν τὸν νοῦν τῆς ἀπολείψεως τῶν πηδαλίων (δεομένων γὰρ ἡμῶν σώζειν ἐκ τῶν ἐνόντων τὴν ναῦν, τὸ βιβλίον ὑπανεγίνωσκε) πειθοῦς ἀπογνόντες, ἀνάγκην ἤδη προσήγομεν· καί τις στρατιώτης γενάδας (συμπλέουσι δὲ ἡμῖν Ἀράβιοι συχνοὶ (24) τῶν

DION. PETAVII NOTÆ.

(23) *Μεθῆκεν οὖν.* Dositheus in quo quisque habitu erat incunte sabbato, in eodem manere oportere sentiebat, ut ait Origenes lib. IV *Περὶ ἀρχῶν*. Ex illius itaque secta potuit esse navarchus iste.

(24) *Ἀράβιοι συχνοί.* Equites erant sagittarii. Vide *Notit. Orient. imperii.*

Digitized by Google

ἀπὸ τοῦ τάγματος τῶν ἱππέων) τὸ ξίφος σπασάμενος, ἠπείλησε τἀνθρώπῳ τὴν κεφαλὴν ἀποκόψειν, εἰ μὴ ἀντιλήψοιτο τοῦ σκάφους. Ὁ δὲ αὐτόχρημα Μακκαβαῖος οἷος ἦν ἐγκαρτερῆσαι τῷ δόγματι. Μεσούσης δὲ ἤδη τῆς νυκτὸς, ἀναπείθεται παρ' ἑαυτοῦ πρὸς τῇ καθέδρᾳ γενέσθαι. Νῦν γὰρ, φησὶν, ὁ νόμος ἐφίησιν (25) ἐπειδὴ νῦν σαφῶς τὸν ὑπὲρ τῆς ψυχῆς θέομεν. Πρὸς τοῦτο αἴρεται θόρυβος ἐξ ἀρχῆς, ἀνδρῶν οἰμωγὴ, γυναικῶν ὀλολυγή. Ἅπαντες ἐθεοκλύτουν, ἐποτνιῶντο, τῶν φιλτάτων ὑπεμιμνήσκοντο· μόνος Ἀμάραντος εὔθυμος ἦν, ὡς αὐτίκα ἂν παραγράψων τοὺς δανειστάς. Ἐμὲ δὲ ἐν τοῖς δεινοῖς, ὄμνυμί σοι θεὸν ὃν φιλοσοφία πρεσβεύει, τὸ Ὁμηρικὸν ἔθραττεν ἐκεῖνο, μὴ ἄρα ἀληθὲς εἴη (26), τὸν καθ' ὕδατος θάνατον ὄλεθρον εἶναι καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς. Λέγει γὰρ ἔστιν ὅπου τῶν ἐπῶν·

A plerique ex equitum ordine) educto gladio caput homini sese amputaturum minatus est, nisi navem gubernaret. At ille germanus Maccabæus in dogmate suo nihilominus perstiturus videbatur. Media tandem nocte suapte sponte ad gubernacula sedere cœpit. Nunc enim, ait, lex facere istud permittit, quoniam plane de vita periclitamur. Ad hoc sublatus de integro tumultus, virorum gemitus, mulierum ululatus : quiritari omnes, ac divinum numen obtestari, charissimos quosque recordari : unus hilaris erat Amarantus, ut qui creditores suos subinde fraudaturus esset. Me vero in tantis malis, per numen illud juro, quod philosophia veneratur, illud Homericum terrebat, ne forte verum esset, mortem in aquis præfocatorum etiam animæ esse

B ipsius interitum. Ait enim alicubi,

Αἴας δ' ἐξαπόλωλεν, ἐπεὶ πίεν ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Interiit salsis epotis fluctibus Ajax,

τὸν ἐν θαλάττῃ θάνατον ἀκριβεστάτην ἀπώλειαν εἶναι τιθέμενος. Οὐδένα γοῦν ἄλλον ἐξαπολωλέναι φησὶν, ἀλλ' ἕκαστος ἀποθνήσκων,

ut letum, quod in mari accidit, summum omnium exitium esse significet. Idcirco neminem interiisse ait, sed unusquisque

ἄϊδός δ' ἐβεβήκει.

..... moriens delapsus ad Orcum est.

Ταῦτ' ἄρα καὶ ἐν δυοῖν νεκύαιν ὁ μικρὸς Αἴας οὐδαμοῦ τοῦ δράματος εἰσενήνεκται, ὡς τῆς ψυχῆς οὐκ οὔσης ἐν ᾅδου· καὶ Ἀχιλλεὺς, ἀνὴρ εὐψυχότατός τε καὶ φιλοκινδυνότατος, ἀποδειλιᾷ πρὸς τὸν ἐν ὕδατι θάνατον, ὃν γε καὶ λευγαλέον καλεῖ.

Ac propterea in duabus inferiis, minor Ajax nusquam toto dramate inducitur, quasi apud inferos ejus anima non esset. Quin etiam Achilles ille fortissimus, et in **163** periculis subeundis audacissimus, mortem nihilominus in aquis perhorrescit, quam exitialem etiam nuncupat.

Τούτους ἑλίττων τοὺς λογισμοὺς, ὁρῶ τοὺς στρατιώτας ἅπαντας ἐσπασμένους μαχαίρας· καὶ πυθόμενος ἐμάνθανον παρ' αὐτῶν, ὡς καλὸν ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ὄντας ἔτι πρὸς τὸν ἀέρα τὴν ψυχὴν ἐρυγεῖν, ἀλλὰ μὴ πρὸς κῦμα χανόντας. Τούτους αὐτοφυεῖς Ὁμηρίδας ἐνόμιζα, καὶ ἐθέμην τῷ δόγματι. Εἶτα κηρύττει τις ἐξαρτᾶσθαι χρυσίον, οἷς ἐστι· καὶ οἷς ἦν, ἐξήρτητο, καὶ χρυσίον, καὶ ὅ τι ἄξιον χρυσίου. Καὶ αἱ γυναῖκες αὐταί τε ἐσκευάζοντο, καὶ τοῖς δεομένοις ἁρπεδόνας διένεμον (27)· πάλαι καταδεδειγμένον τοῦτο ποιεῖν, νοῦν δὲ ἔχει τοιοῦτον. Φέρειν δεῖ τιμὴν ἐντάφιον τὸν ἐκ ναυαγίου νεκρόν. Ὁ γὰρ προσευχῶν καὶ κερδάνας, νόμους Ἀδραστείας αἰδέσεται, μὴ οὐχὶ μικρόν τι μέρος ἀποδάσασθαι τῷ χαρισαμένῳ τὸ πολλαπλάσιον. Καὶ οἱ μὲν ἦσαν πρὸς τούτοις. Ἐγὼ δὲ παρακαθήμενος, τὸ παλαμναῖον βαλάντιον, τὴν παρακαταθήκην τοῦ ξένου ἔκλαιον. Ὡς οἶδεν ὁ Ξένιος, οὐκ εἰ τεθνηξοίμην, ἀλλ' εἰ ὁ Θρᾷξ ἀποστερήσοιτο, τῶν χρημάτων ἕνεκεν· ὃν καὶ ἀποθανὼν ἂν ᾐσχυνόμην. Ἐνταῦθα μέν γε τὸ ἐξαπολωλέναι κέρδος ἦν, καὶ συναπολωλέναι, καὶ ἀποδρᾶσαι τὴν αἴσθησιν.

Hæc cum animo meo revolvens, ecce tibi milites omnes strictis gladiis astare video, ac sciscitatus

C ab illis audio, optimum esse, quandiu in foris adhuc stant, animam in aerem profundere, non in fluctus, oscitantes. Hos ego sponte factos, ac nativos Homeri sectatores arbitrabar, eique sententiæ favebam. Tum proclamatum est a quopiam, suspenderent e collo, quibuscunque auri aliquid esset. Quibus erat, suspensum est, non aurum modo, sed quidquid auro æstimari poterat. Mulieres ipsæ cum adornaban sese, tum funiculos iis quibus opus erat dividebant; pridem ad id faciendum edoctis omnibus. Hujus autem rei gratia fit : sepulturæ pretium conferri a naufragis convenit. Qui enim in eos inciderit, et id lucri fecerit, Adrastiæ leges verebitur, ne non exiguam ei par-

D tem aspergat, qui tanto plura largitus fuerit. Atque illi quidem iis rebus occupabantur. At ego sedens infelix illud marsupium, depositum hospitis deflebam. Novit hospitum præses Deus, non quod moriendum mihi esset, sed quod concreditis pecuniis Thrax

DION. PETAVII NOTÆ.

(25) *Νῦν γὰρ, φησὶν, ὁ νόμος ἐφίησιν.* Ita docent magistri in Talmudicis Digestis tract. *De sabbato*, et Rambam in *Iad.*, quod pluribus exemplis illustrant.

(26) *Μὴ ἄρα ἀληθὲς εἴη.* Hinc Athenagoras orat. *De resurr.*, τοὺς ἐν ναυαγίοις, καὶ ποταμοῖς δυσθανάτους appellat, quod ea mors misera vulgo censeatur.

(27) *Τὰς ἁρπεδόνας διένειμον.* Schol. Soph. ad illa *Antigonæ* :

Βρόχῳ μιτρώδει σιδόνος καυτηρίαν,

hæc adnotat : Κυρίως τὴν ἁρπεδόνην τὴν ἐν τοῖς ὑφάσμασί φασι. Apud Pollucem lib. v, cap. 4, in voce *Pedica*, catena quædam ἁρπεδόνη dicitur. Herodotus lib. III [XLVIII], p. 204, de filis usurpavit; nos funiculos maluimus.

Digitized by Google

ille defraudandus, quem vel mortuus erubescerem. Hic igitur et emori lucrum erat, et simul emori, et moriendi sensum effugere. Quod vero discrimen adeo in proximo faciebat, nihil erat aliud quam quod passis velis navigium ferebatur. Contrahere autem non licebat. Nam cum sæpius rudentes aggrederemur, fatigati eramus, mordacibus retinentibus trochleis; nec levior angebat metus, ne vel e tempestate emersi ita comparatis omnibus per noctem ad littus appelleremus. Commodum interea dies exoritur, solemque conspicimus, haud scio an unquam in vita jucundius. Remittere deinceps, tepore crescente, ventus incœpit, atque ita siccato rore paulatim moliri rudentes, ac vela tractare permissum est. Cæterum subdititium alterius loco velum supponere minime potuimus; nam oppigneratum erat. Refecimus ergo istud ipsum, perinde ac tunicarum sinus: ac citra horas quatuor qui morituros esse nos hactenus putabamus, ad desertam quamdam solitudinem appellimus, cui neque ager in propinquo, neque oppidum fuit, centum enim fere et triginta ab agro stadiis erat dissita. Ac navis quidem in alto fluctuabat: nam locus ille importuosus erat, et una **164** in anchora fluctuabat: altera enim erat distracta: tertiam porro anchoram Amarantus non habuit.

Itaque simul optatissimam tellurem attigimus, amplecti, veluti spirantem matrem, cœpimus, hymnosque Deo gratulatorios de more concinentes, adjecimus et recentem illum casum, e quo præter opinionem servati fuimus, biduum in eo loco commorati, dum mare desæviret. Sed cum iter facere nusquam possemus, nemine comparente mortalium, rursum mari nos commisimus, statimque prima luce solventes, secundo vento tota illa et insequenti die navigavimus; qua inclinante, una et flatus defecit, magnoque in mœrore fuimus. Optari vero a nobis denuo tranquillitatem oportebat. Erat tunc exeuntis mensis tertius deci-

A Ὁ δὲ ἐποίει παρὰ πόδας τὸν κίνδυνον, οὐχ ἕτερον ἦν. ἀλλ' ὅτι πᾶσιν ἱστίοις ἡ ναῦς ἐφέρετο. Ὑποτεμέσθαι δὲ οὐκ ἦν. Ἀλλὰ πολλάκις ἐπιχειρήσαντες τοῖς καλωδίοις, ἀπηγορεύκειμεν, τῶν τροχῶν ἐνδακόντων, καὶ ὑφώρμει δέος οὐκ ἔλαττον, εἰ καὶ διαγενοίμεθα ἐκ τοῦ κλύδωνος, οὕτως ἔχοντας ἐν νυκτὶ πελάζειν τῇ γῇ. Φθάνει δὲ ἡμέρα, καὶ ὁρῶμεν τὸν ἥλιον, ὡς οὐκ οἶδα εἴ ποτε ἥδιον. Τὸ δὲ πνεῦμα ῥᾷον ἐγίνετο τῆς ἀλέας ἐπιδιδούσης, καὶ ἡ δρόσος ἐξισταμένη παρεῖχε ἡμῖν κεχρῆσθαι τοῖς καλωδίοις, καὶ τὸ ἱστίον μεταχειρίζεσθαι. Ὑπαλλάττειν μὲν οὖν ἱστίον ἕτερον νόθον οὐκ εἴχομεν· ἠνεχυρίαστο γάρ. Ἀνελαμβάνομεν δὲ αὐτὸ, καθάπερ τῶν χιτώνων τοὺς κόλπους· καὶ πρὶν ὥρας εἶναι τέτταρας, ἀποβαίνομεν

B οἱ τεθνάναι [γρ. τὸ τεθ. ἢ τὸν θάνατον] προσδοκήσαντες (28), ἐν ἐσχατιᾷ τινὶ πανερήμῳ· καὶ οὔτε πόλιν, οὔτε ἀγρὸν ἐχούσῃ γείτονα, σταδίους ἑκατόν που πρὸς τοῖς τριάκοντα κατόπιν ἀγροῦ. Ἡ μὲν οὖν ναῦς ἐσάλευεν ἐπὶ μετεώρου· λιμὴν γὰρ ὁ τόπος οὐκ ἦν, καὶ ἐσάλευεν ἐπ' ἀγκύρας μιᾶς. Ἡ ἑτέρα δὲ ἀπημπόλητο· τρίτην γὰρ ἄγκυραν Ἀμάραντος οὐκ ἐκτήσατο.

Ἡμεῖς δὲ, ἐπειδὴ τῆς φιλτάτης ἡψάμεθα γῆς, περιβάλλομεν, ὥσπερ ἔμψυχον οὖσαν μητέρα· καὶ ἀποθύσαντες ὕμνους τῷ Θεῷ χαριστηρίους, ὥσπερ εἰώθειμεν, προσεθήκαμεν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐναγχος τύχην, ἀφ' ἧς παρὰ δόξαν ἐσώθημεν, δύο ἐξῆς ἐκμείναντες ἡμέρας, ἕως ἂν ἀφυβρίσῃ τὸ πέλαγος. Ἐπεὶ δὲ ἄπορον ἦν ὁδῷ χρήσασθαι, μηδενὸς ἀνθρώπων ὁρωμένου, πάλιν ἐπετολμήσαμεν τῇ θαλάσσῃ· καὶ ἅραντες εὐθὺς ἀρχομένης ἡμέρας, ἐπλέομεν ἐκ πρύμνης ἀνέμῳ πᾶσαν αὐτὴν καὶ τὴν ἐπιγενομένην ἡμέραν· ἧς ἤδη ληγούσης, τὸ πνεῦμα ἀπέλιπεν ἡμᾶς, καὶ ἡμεῖς ἠνιάθημεν. Ἐμέλλομεν δὲ ἄρα ποθήσειν γαλήνην. Ἦν μὲν οὖν τρισκαιδεκάτη (29) φθίνοντος. Ἑπτω-

DION. PETAVII NOTÆ.

(28) *Οἱ τεθνάναι προσδοκήσαντες.* Nescio quid sit, quod in ms. 4 reperi, οἱ τὸ Ἀθήναιον προσδοκ.

(29) *Ἦν μὲν οὖν τρισκαιδεκάτη.* Non potest de lunari mense id accipi. Nam σύνοδος in eum diem incidit, ut paulo post indicat, cum eam nominat συνοδικὴν νύκτα. Quare τρισκαιδεκάτην φθίνοντος per catachresin appellat diem 18 popularis Alexandrinorum mensis alicujus. Quem nos ex iis quæ in hac epistola narrantur, investigemus, si possumus; unaque annum quo tempestas illa contigit, et epistola scripta est a Synesio. Primum pagina 161, nocte illa quæ Parasceven inter et sabbatum intercessit, vehementiorem increbuisse tempestatem ait; quando navarchus Judæus, ob sabbati religionem, abjecto gubernaculo, in navem se projecit, donec media nocte, ob imminens vitæ periculum, ad opus rediit (pag. 162). Commodum exorto sole, ante horam diei quartam, ad solitudinem appellunt (pag. 163). Ibi propter tempestatem biduum manserunt (p. 164). Tertio die appetente, rudentes solvunt, tertia, ut apparet, feria; quam, et sequentem, in navigando consumunt. Hac vero, quæ quarta numeratur, exeunte, ventus illos destituit. Sequentem noctem, quæ inter 4 et 5 feriam interjecta est, appellat συνοδικὴν νύκτα, et diem ipsum, videlicet feriam 5, ait 15 fuisse mensis desinentis, hoc est 18 mensis æquabilis, et Ægyptiaci. Quocirca mensis aliquis inveniendus est, cujus in diem 18, et feriam 5, neomenia lunaris incidat. Hic est Thoth Alexandrinus anni Diocletiani 127, æræ Christianæ 410. Quo quidem aureus numerus Nicænus fuit XII, ad 15 Septembris ascriptus; in quem dies 18 Thoth congruit, cyclo solis 27, littera B. Proinde Septembris 15 fuit feria 5. Novilunium medium ex Parisinis tabulis Alexandriæ commissum est hora 8, 55, post meridiem diei 14; verum autem novilunium, hora 10, 48. Fuit ergo συνοδικὴ nox ista. Ex his colligitur, anno Christi 410 Alexandria Ptolemaidem navigasse Synesium, Septemb. 9, feria 6, et Septemb. 15, feria 5 contigisse quæ hic exponit, Thoth 18. Ac verisimile est recentem tunc ab ordinatione fuisse. Siquidem Alexandriæ anno ipso 410 ab Theophilo consecratus est episcopus, ut in illius vita diximus. Hic est fructus methodi nostræ ac doctrinæ temporum, quæ levibus rerum vestigiis magnam plerumque lucem affert historiæ. Sane primulum sacris initiatum fuisse, cum hanc epistolam scriberet, ex iis ostenditur, quæ pag. 166 scribit, de mulierum abdicato consortio; quam rem sibi tantopere injunctam ait ab Evoptio fratre. Et in fine epistolæ, uxorem ait se sororis habere loco. Itaque certa est conjectura nostra.

Digitized by Google

ρημένου δὲ τοσούτου κινδύνου, μελλούσης εἰς ταὐτὸ συνδραμεῖσθαι τῆς τε συνόδου τῶν ἀστέρων, καὶ τῶν πολυθρυλλήτων τυχαίων (30) ἃ μηδείς ποτε, φασὶ, πλέων ἐθάρσησε, καὶ δέον ἡμᾶς ἐλλιμενίζειν, οἱ δ' ἐλελήθειμεν αὖθις ἀναδεδραμηκότες ἐπὶ τὸ πέλαγος. Ἡ δὲ στάσις, ἤρξατο μὲν ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν πνευμάτων· καὶ ὗσέ γε πολλὰ κατὰ τὴν συνοδικὴν νύκτα. Ἔπειτα ἠχόσμει τὰ πνεύματα, καὶ ἡ θάλασσα κυκεὼν ἐγεγόνει. Τὰ δὲ περὶ ἡμᾶς, οἷα εἰκὸς ἦν ἐν τοῖς τοιούτοις, ἵνα μὴ πάθη παραπλήσια δὶς ἀφηγώμεθα, ἐν οἷς ἦν, ὤνησέ τι τὸ μέγεθος τοῦ χειμῶνος· τὸ κέρας ἐτετρίγει (31), καὶ ἡμεῖς ᾠόμεθα προτονίζειν τὴν ναῦν. Εἶτα κατεαγὸς μέσον, ἐγγὺς μὲν ἦλθεν ἀπολέσαι πάντας ἡμᾶς. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀπολώλεκεν, αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ περιέσωσεν. Οὐ γὰρ ἦν ἄλλως ἐνέγκαι τὴν βίαν τοῦ πνεύματος. Πάλιν δὲ δυσπειθὲς ἦν τὸ ἴστιον, καὶ οὐκ εὔτροχον εἰς καθαίρεσιν. Οὕτως οὖν παρὰ δόξαν ἀποφορτισάμενοι τὴν ἀπληστίαν τῆς βιαίας φορᾶς, ἡμέραν ἑξῆς καὶ νύκτα ἠνέχθημεν. Ἧς ἤδη περὶ δευτέραν οὔσης ὀρνίθων ᾠδὴν, ἐλάθομεν ἐγχρίψαντες ἀκαρῆ πέτρᾳ προβεβλημένῃ τῆς γῆς ὅσον εἶναι βραχεῖαν χερρόνησον. Βοῆς δὲ γενομένης, ἐπειδή τις παρηγγύησεν αὐτῇ γῇ πελάσαι, θροῦς ἦρθη πολὺς, καὶ ἥκιστα ξύμφωνος· τῶν μὲν ναυτῶν περιρικότων, ἡμῶν δὲ ἐξ ἀπειρίας τὼ χεῖρε ἐπικροτούντων, καὶ περιβαλλόντων ἀλλήλους, καὶ οὐκ ἐχόντων ὅπως χρησόμεθα τῷ πλήθει τῆς χαρᾶς. Ἐλέγετο δὲ ὁ μέγιστος αὐτὸς εἶναι τῶν περιστάντων ἡμᾶς κινδύνων. Ἤδη δὲ ὑποφαινομένης ἡμέρας, κατασείει τις ἄνθρωπος χωρικῶς ἐσταλμένος, καὶ δείκνυσι τῇ χειρὶ τόπους ὑπόπτους, καὶ ἑτέρους οὓς ἔδει θαρρῆσαι. Καὶ τέλος μόνος ἦλθεν ἐπὶ κελητίου δισκάλμου· ὅπερ ἐξάψας τοῦ πλοίου, μεταχειρίζεται τὸ πηδάλιον. Ὁ δὲ Σύρος ἄσμενος ἐξέστη τῆς προεδρίας. Ἀναλύσας δὲ σταδίους οὐ πλείους, ἢ πεντήκοντα, τήν τε ναῦν ἐνορμίζει λιμενισκίῳ χαρίεντι (Ἀζάριον οἶμαι καλοῦσιν (32) αὐτό), καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τῆς ἠϊόνος ἀπεβίβασε, σωτὴρ καὶ δαίμων ἀγαθὸς ἀποκαλούμενος. Καὶ μετὰ μικρὸν ἑτέραν ὁλκάδα εἰσήλασε, καὶ μάλα [γρ. καὶ πάλιν] ἄλλην, καὶ πρὶν ἑσπέραν εἶναι, πέντε γεγόναμεν ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου πρεσβύτου περισωθεῖσαι φορτίδες, πρᾶγμα ἐναντιώτατον τῷ Ναυπλίῳ ποιοῦντος. Καὶ γὰρ οὐχ ὁμοίως ἐκεῖνος τοὺς ἀπὸ τοῦ χειμῶνος ἐδείξατο. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν, ἄλλοι κατῆραν, ὧν ἔνιοι τῶν προλαβόντων ἡμᾶς ἦσαν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἡμέραν. Καὶ νῦν ὁλόκληρός ἐσμεν στόλος, ἐν νεωρίῳ μικρῷ. Ἐπεὶ δὲ ἡμῖν ἤδη καὶ τὰ ἐφόδια κατεδήδοτο. Οὐ γὰρ ὄντες ἐθάδες ἀτυχεῖν, οὐδ' ἐλπίσαντες ὑπερήμεροι γενέσθαι, μέτριά γε ἐνετιθέμεθα, καὶ οὐδὲ τούτοις μετρίως ἐχρώμεθα· ὁ δὲ πρεσβύτης καὶ τοῦτο ἠκέσατο, διδοὺς

A mus dies. Tanto autem impendente discrimine, cum in idem siderum coitus, et famosa illa *fortuita* concursura essent, quibus, ut aiunt, nemo securus unquam se mari commisit; cumque in portu consistere oporteret, imprudentes rursum in altum evecti sumus. Ipsa porro tempestas a septentrionalibus ventis initium habuit, plerumumque ea interlunii nocte pluit; tum venti perbacchari, ac misceri ex imo mare cœpit. Quod ad nos attinet, ita nos habebamus, ut in talibus usu venire solet, ne bis eosdem casus recenseam. Ac tum ipsa nonnihil tempestatis magnitudo profuit. Itaque primum ex antenna fragor auditus est. Cumque intentis rudentibus firmare navem instituissemus, subinde media illa confracta prope nobis omnibus exitio B fuit. Sed cum exitio non fuisset, hoc ipsum nobis salutem attulit. Neque enim alio modo ventorum vis sustineri poterat. Rursum autem tractatu difficile velum erat, nec ad contrahendum volubile. Hunc fere in modum, imminuto præter opinionem violentioris cursus impetu, diem noctemque continuo ferebamur. Eadem nocte, secundo circiter gallicinio, subinde ad prominentem quamdam e terra rupem, quæ brevem cherronesum faciebat, nec opinato navem appulimus. Ad hoc clamore sublato, cum propius terram subire nos quidam admoneret, ingens coorta vociferatio est, minimeque consentiens: nautis quidem horrescentibus: nobis vero præ inscitia manus applaudentibus, et invicem complexis, neque gaudii magnitudinem animo C capientibus. Aiebant summum **165** hoc omnium, quæ hactenus contigerant, fuisse discrimen. Cum jam diluxisset, homo quidam rustico habitu nobis innuit, manuque infida loca demonstrat, et alia, quibus nos tuto committere possemus. Tandem et ipse binorum scalmorum celoce est advectus: qua ad navem alligata gubernaculum accipit. Nec ægre Syrus hoc illi honore cessit; qui cum non plura quinquaginta stadiis relegisset, navem vix ad exiguum quemdam, sed amœnum portum appellit (Azarium opinor vocant), et nos ad littus exponit, servator ac genius bonus ore omnium acclamatus. Brevique postea eodem actuariam subduxit, ac rursus aliam. Ita D ante vesperam quinque fuimus ab divino illo sene servatæ onerariæ naves, contra quam Nauplius quondam ille fecit. Neque enim similiter ab tempestate ille jactatos excepit. Postridie alii delati sunt: inter quos nonnulli uno ante nos die Alexandria solverant. Nunc justa classis sumus in angusta admodum statione. Sed cum jam cibaria

DION. PETAVII NOTÆ.

(30) *Καὶ τῶν πολυθρυλλήτων τυχαίων.* Τυχαῖα passim omnes interpretantur, *pervulgata pericula*, quod circa lunæ coitum periculosa sit navigatio. Sed nescio quomodo minus id placet. Suspicabar certos ea voce significari ventos. Sed non affirmo.

(31) *Τὸ κέρας ἐτετρίγει.* Gregorius Nazianz. in carm. *De vita sua* tempestatem describens,

Κἄλοι δ' ἐρόχθουν ἱστίων πληρουμένων.

(32) [XLIX] *Ἀζάριον οἶμαι καλοῦσιν.* Ptolem. in descriptione Libyæ Azar montis meminit, et Azarorum. Plin. lib. VI, cap. 29.

Digitized by Google

defecissent; quippe nondum ejusmodi casibus assueti, nec nos præstitutum tempus excessuros rati, modicos commeatus imposueramus; nec iis modice tamen utebamur: huic malo remedium idem ille senex adhibuit, non ut erogaret aliquid; nam nec alioquin habenti similis erat; sed scopulos indicans, inter quos latitare prandium iis cœnamque dixit, qui laborare vellent. Inde nos piscatu septimum jam diem vitam toleramus; robustiores, murænas et locustas ingentes capiunt: adolescentes gobiorum et iulorum copia beatos se putant. Ego vero, et Romanus ille monachus, conchis, quas lepadas vocant, corpus firmamus. Est autem lepas ostreum concavum, quod ubi saxum apprehenderit, adhærescit. Atque initio sane eo venatu parce admodum vivebamus, cum quod quisque cepisset, id sibi cupide retineret, nec alteri quidquam alter impertiretur. Nunc majori omnes in copia versamur, quod ea de causa contigit. Mulieres Libycæ mulieribus quæ nobiscum navigant, vel gallinarum lac libenter præbuerint. Præbent vero quidquid cœlo illo terraque gignitur, caseum, farinam, liba hordeacea, vervecinas carnes, gallinas, ova gallinacea. Jam et otidem nonnulla obtulit, avem suavitate imprimis exquisitam: quam si quis rusticus videat, pavonem esse dixerit. **166** Illæ igitur id genus munuscula ad naves deferunt; eæ vero quæ acceperint omnibus communicant. Quin etiam de venatu suo jam nobis offerunt; aliusque super alium venit, super virum puer; super puerum vir, munus ad me identidem aliquod ferens: hic hamo captum pisciculum; alius aliud: omnino boni saltem aliquid ex iis quæ in saxis inveniuntur. Neque enim libet mihi a mulieribus quidquam accipere, tuaque hoc ipsum causa, ne cum iis fœdus ullum habeam, ut postea, cum id jurejurando inficiandum erit, in negando hæream. Alioqui quid præsentibus uti deliciis prohibet? adeo multæ undique circumfluunt. Ac tu quidem virtuti hanc incolarum liberalitatem tribues, quam in hospitas præ se ferunt; hoc autem longe aliud est, quod nec memoratu indignum fuerit, in tanta præsertim ovii copia. Veneris ira, quantum conjici potest, in ea regione versatur. Parem certe cum Lemniadibus calamitatem experiuntur. Mammæ feminis supra modum assurgunt, nec earum proportione sunt pectora: adeo ut infantes non per axillam, sed ex humeris sublatam papillam exsugant. Nisi forte dixerit quispiam Hammonem et Hammonis terram non magis ovium quam puerorum nutricem esse; commodam proindeque hominibus juxta ac pecudibus largiores et ampliores lactis fontes a natura esse datos; ad idque capaciora ubera, seu vasa necessaria fuisse. Itaque quando de viris audiunt,

A μὲν οὐδέν· οὐ γὰρ οὐδ' ὅμοιος ἦν ἔχοντι· δείξας δὲ πέτρας, ἐν αἷς ἄριστον ἔφη καὶ δεῖπνον ἑκάστης ἡμέρας κεκρύφθαι τοῖς βουλομένοις πονεῖν. Ἐντεῦθεν ἰχθυώμενοι, ζῶμεν ἡμέραν ἑβδόμην ἤδη· οἱ μὲν ἐντελεῖς, μυραίνας τε καὶ καράβους εὐμεγέθεις αἱροῦντες· τὰ δὲ μειράκια ἐπὶ κωβίοις εὐτυχεῖ [γρ. εὐωχεῖ] καὶ ἰούλοις. Ἐγὼ δὲ καὶ ὁ θρησκευτὴς ὁ Ῥωμαῖος, ἐπὶ ταῖς λεπάσι ῥωννύμεθα. Ἡ δὲ λεπάς, ὄστρεόν ἐστι κοῖλον, ὅπερ ἐπειδὰν λάβηται πέτρας, ἀπισχυρίζεται. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα, γλίσχρως ἐζῶμεν ἀπὸ τῆς θήρας, περιεχόμενος ἕκαστος ὅτου καὶ λάβοιτο· ἐδίδου δὲ δῶρα οὐδεὶς οὐδενί. Νῦν δὲ ἐν ἀφθονωτέροις ἅπαντες, ἀπὸ τοιᾶσδε αἰτίας· Αἱ γυναῖκες ταῖς γυναιξίν, αἱ Λίβυσσαι ταῖς πλεούσαις, βούλοιντο μὲν ἂν καὶ τὸ τῶν ὀρνίθων γάλα παρασχεῖν· παρ-

B ἔχουσι γοῦν ὅσα αὐταῖς ἀὴρ τε φέρει καὶ γῆ, τυρούς, ἅλευρα, πέμματα ἐκ κριθῶν, κρέα ἄρνεια, ἀλεκτορίδας, ὠὰ ἀλεκτόρεια. Ἤδη δέ τις καὶ ὠτίδα ἔδωκεν (33), ὄρνεον ἐκτόπως ἡδύ· ἰδὼν ἂν ἀγροικος ἐπείποι ταῦτα. Αὗται δὴ κατακομίζουσιν ἐπὶ τὴν ναῦν τὰ δῶρα· αἱ δὲ δεχόμεναι κοινοῦνται τοῖς βουλομένοις. Οἱ δὲ ἡμῖν ἤδη τὰ ἀπὸ τῆς θήρας δωροῦνται· καὶ ἥκει τις ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, παῖς ἐπ' ἀνδρὶ, καὶ ἀνὴρ ἐπὶ παιδὶ, φέρων ἀεί τί μοι ξένιον· ὁ μὲν ἠγκιστρωμένον ἰχθύδιον, ὁ δὲ ἄλλος ἄλλο τι· πάντως ἔν γέ τι ἀγαθὸν, ὧν φέρουσι πέτραι. Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔστι βουλομένῳ τὰ παρὰ τῶν γυναικῶν δέχεσθαι, σὴν χάριν καὶ τοῦτο, ἵνα μή τις ἐκχειρία μοι πρὸς αὐτὰς γένηται, κἄτα ἐπειδὴν ἐξόμνυσθαι δέῃ, διαπορίην ἀρνούμενος. Ἐπεί τί γε ἐκὼλυε τὸ ἐπὶ τοῖς ἐπιτηδείοις τρυφᾶν. Οὕτω πολλὰ

C πολλαχόθεν συῤῥεῖ. Σὺ μὲν οὖν ἀρετὴν [γρ. ἀρετῇ] λογιῇ τὴν φιλοφροσύνην τῶν ἐγχωρίων, ἣν εἰς τὰς ἐπιξενουμένας ἐνδείκνυνται· τὸ δὲ ἑτεροῖόν ἐστιν, οἷον ἄξιον εἶναι καὶ διηγήσασθαι, καὶ ταῦτα ἐπὶ τῆς νῦν ἐμοὶ [γρ. ἡμῖν] παρούσης σχολῆς. Μήνιμα Ἀφροδίτης, ὡς εἰκάσαι, κατέχει τὴν χώραν. Δυστυχοῦσι γοῦν [γρ. γάρ]· ὅπερ αἱ Λήμνιαι αὗται γὰρ ὑπερμαζῶσι, καὶ ἀσυμμέτρως ἔχουσι τῶν στέρνων, ὥστε τὰ βρέφη μὴ διὰ μάλης, ἀλλὰ δι' ὤμων σπᾷν τῆς θηλῆς ἀναβεβημένης. Εἰ μή τις εἴποι τὸν Ἄμμωνα, καὶ

D τὴν Ἄμμωνος γῆν, οὐ μᾶλλον εἶναι μηλοτρόφον ἢ κουροτρόφον ἀγαθήν· ἀνεῖναι δὲ τὴν φύσιν ἀνθρώπας ὁμοίως καὶ κτήνεσι δαψιλεστέρας καὶ ἁδροτέρας τὰς τοῦ γάλακτος πίδακας, καὶ εἰς τοῦτο δεῖν ἁδροτέρων οὐθάτων τε καὶ θυλάκων. Μανθάνουσαι δὴ παρὰ τῶν ἀνδρῶν, οἷστισι συμβόλαιον γέγονε πρὸς ἀνθρώπων ὑπερόριον, ὅτι μὴ πᾶν τὸ θῆλυ τοιοῦτόν ἐστιν, ἀπιστοῦσι· καὶ ἐπειδὰν λάβωνται γυναικὸς ξένης, φιλοφρονοῦνται, καὶ πάντα δρῶσιν, ἕς τ' ἂν τὰς ἀγκάλας διερευνήσωνται. Ἡ ἰδοῦσα λέγει πρὸς ἄλλην, καὶ καλοῦσιν ἀλλήλας, ὥσπερ οἱ Κίκονες. Αἱ δὲ συμφατῶσιν ἐπὶ τὴν θέαν, καὶ ἐπὶ τούτῳ δωροφοροῦσιν. Ἡμῖν δὲ ἦν καὶ τῶν ἐκ Πόντου θεραπαινίδων, ἃ συνελθοῦσαι τέχνη καὶ φύσις, ὑπὲρ τοὺς μύρμηκας;

DION. PETAVII NOTÆ.

(33) *Καὶ ὠτίδα ἔδωκεν.* Xenoph. lib. I Ἀναβ. Athen. lib. IX, apud quem Plutarch. ait φέρεσθαι πάμπολλα τὰ ζῶα ταῦτα εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπὸ τῆς παρακειμένης Λιβύης. Arist. VIII *Hist* Apud Plinium lib. X, cap. 22, lego otidas damnatas in cibis. *Emissa enim ossibus medulla, odoris taedium extemplo sequitur.*

Digitized by Google

ἔντομον ἔδειξαν. Ἀμφὶ τοῦτο ἦν ἅπασα σπουδὴ, καὶ τοῦτο παρὰ τῶν γυναικῶν πλεῖστα ἐνεπορεύετο· καὶ μετεπέμποντο αὐτὸ πρότριτα ἄλλη παρ' ἄλλης, γυναῖκες τῶν ἀγρογειτόνων εὐδαίμονες. Τὸ δὲ οὕτω σφόδρα ἰσχνὸν, ὥστε καὶ ἀποδύσασθαι. Τοῦτό σοι δρᾶμα ἐκ τραγικοῦ κωμικὸν ὁ τε δαίμων ἡμῖν ἐνήρμοσε, κἀγὼ τοῖς πρὸς σὲ γράμμασι. Καὶ οἶδα μὲν ἐκτείνας τὴν ἐπιστολὴν εἰς μῆκος τοῦ μετρίου μεῖζον. Ἀλλ' ὥσπερ τοῦ συνεῖναί σοι κατὰ πρόσωπον, οὕτω καὶ τοῦ γράφειν ἀπλήστως ἔχω [γρ. ἔχων]· ἅμα δὲ οὐδὲ ἐλπίσας ἔτι σοι διαλέξεσθαι, νῦν ἐπειδὴ ἐξὸν, ἐμφοροῦμαι. Ἀλλὰ κἂν ταῖς ἐφημερίσι, περὶ ἃς ἐσπούδακα, τὴν ἐπιστολὴν ἐφαρμόσας [γρ. ἐναρμόσαις], ὡς συχνῶν ἡμερῶν ἔχοιμ' ἂν ὑπομνήματα. Ἔρρωσο, καὶ τὸν υἱὸν Διόσκορον κέλευε μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τῆς τίτθης, ἃς ἐγὼ καὶ φιλῶ, καὶ ἐν ἀδελφαῖς ἄγω. Ἄσπασαι τὴν σεβασμιωτάτην καὶ θεοφιλεστάτην φιλόσοφον, καὶ τὸν εὐδαίμονα χορὸν τὸν ἀπολαύοντα τῆς θεσπεσίας αὐδῆς. Ἐκ πάντων δὲ μάλιστα τὸν ἱερώτατον πατέρα (34) Θεότεκνον, καὶ τὸν ἑταῖρον ἡμῶν Ἀθανάσιον· τὸν δὲ ὁμοψυχότατον ἡμῖν Γάϊον, εὖ οἶδ' ὅτι φρονῶν ὅσα ἐγὼ, μετὰ τῶν συγγενῶν τάττεις. Μετ' ἐκείνων γοῦν προσειρήσθω, καὶ ὁ θαυμάσιος γραμματικὸς Θεοδόσιος, ὃς εἰ καὶ μάντις ὢν ἔκρυπτεν ἡμᾶς. Προγνοὺς γὰρ ἐν οἷς ἔσομαι, κατέβαλε τὴν προθυμίαν τῆς σὺν ἡμῖν ἀποδημίας· ἀλλ' οὖν ἔγωγε αὐτὸν καὶ φιλῶ καὶ ἀσπάζομαι. Σὺ δὲ μηδέποτε πλεύσειας. Εἰ δέ ποτε πάντως δεήσοι, ἀλλὰ μή τοι φθίνοντός γε μηνός.

A quibus aliquod cum externis commercium fuit, non eam esse universi sexus conditionem, haud temere fidem adhibent; simul vero ac peregrinam in mulierem inciderint, humaniter excipiunt, nihilque non faciunt, donec sinum perscrutentur. Quæ porro cognoverit, alteri statim dicit, seque invicem advocant, quemadmodum Cicones fecerunt. Illæ ad spectaculum frequentes concurrunt; ob idque munera secum afferunt. Commodum vero nobis ancillula ex Ponto quædam erat, quam natura cum arte consentiens supra formicas uberibus incisam et contractam effinxerat. Circa illam studium omne mulierum erat; plurimumque ab his compendii faciebat: adeo ut triduo ante finitimæ opulentioresque feminæ illam ad sese ex alterius domo vicissim accerserent. Illa usque eo procax erat, ut etiam corpus nudaret. Hoc tibi drama comicum ex tragico cum nobis Deus ipse temperavit, **167** tum idem meis ad te litteris facio. Scio me longius quam par est epistolam produxisse, sed quemadmodum coram tecum agendo, sic et scribendo expleri nequeo. Præterea cum tecum amplius collocuturum me esse diffidam, nunc, quatenus licet, desiderio meo facio satis. Quanquam si epistolam hanc ad ephemeridas meas accommodare vellem, quas cum studio confeci, plurimarum dierum commentarios haberem. Vale, et filium Dioscorum cum matre et amita, quas ego amo et sororum loco habeo, valere a me jubeto: necnon reverendæ ac Deo charissimæ philosophiæ magistræ, felicique illi choro, qui divina voce fruitur, salutem plurimam dicito. Inter cæteros vero sanctissimo imprimis patri Theotecno, et sodali Athanasio. Caium vero animo nobis conjunctissimum non dubito te idem quod ego sentientem inter cognatos nostros ascribere. Hunc tu ergo cum illis salvere jubeas; necnon egregium illum grammaticum Theodosium, qui quidem vates cum esset, celare de eo nos voluit. Cum enim quæ nobis eventura essent prævideret, nobiscum proficiscendi consilium abjecit. Nihilominus illum ego et amo, et saluto. Tu vero cave unquam mari tete commiseris; sin omnino necesse aliquando fuerit, at non exeunte saltem mense istud feceris.

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ε'.

Τοῖς πρεσβυτέροις.

Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον. Ἀλλὰ τοὺς ἐκ τῆς ἀθεωτάτης αἱρέσεως Εὐνομίου πυνθάνομαι Κυντιανὸν ὄνομα, καὶ τὴν ἐπὶ στρατοπέδου θρυλλουμένην ὑπ' αὐτῶν δυναστείαν προστησαμένους, μοιχᾶσθαι πάλιν τὴν Ἐκκλησίαν καὶ ψευδοδιδασκάλους τινὰς ἐφιστάναι, παγίδα ταῖς τῶν ἀκεραιοτέρων ψυχαῖς, οὓς ἔναγχος οἱ παρὰ Κυντιανοῦ σταλέντες ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, καταπεπλεύκασιν ἄγοντες. Ἡ γὰρ δίκη, πρόσχημα τῆς ἀσεβείας ἐστί· μᾶλλον δὲ ἀγὼν ὑπὲρ ἀσεβείας. Οὗτοι τοίνυν οἱ νόθοι πρεσβύτεροι, οἱ νεήλυδες ἀπόστολοι τοῦ διαβόλου τε καὶ Κυντιανοῦ, μὴ λάθωσιν ὑμᾶς ἐμπηδήσαντες ᾧ ποιμαίνετε ποιμνίῳ· μὴ λάθωσιν ὑμᾶς τῷ σίτῳ τὸ ζιζάνιον παρασπείροντες. Κατάδηλοι πᾶσίν εἰσιν αἱ τούτων καταφυγαί. Ἴστε τίνες ἀγροὶ δέξαινθ' ἂν αὐτούς· ἴστε τίνες οἰκίαι τοῖς λῃσταῖς ἀνεῴγασι. Μετέλθετε τοὺς φώρας

C

EPISTOLA V.

Sacerdotibus.

Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine [1]. Sed eos audio, qui ex impia Eunomii secta sunt si Quintianum, nescio quem, atque illam in comitatu potentiam, quam identidem jactant, præ se ferentes, rursum adulterari Ecclesiam, et falsos doctores simpliciorum animis laqueos prætendere, quos qui ab Quintiano nuper ad hoc destinati sunt, secum advexerunt. Nam lis illa, quam prætexunt, impietatis color est; sive potius pro impietate certamen. Quamobrem videte ne adulterini isti presbyteri, novique diaboli et Quintiani apostoli, clam vobis in eum, cui præestis, gregem insiliant, neve clam, eum tritico lolium serant. Nota omnibus sunt illorum perfugia. Scitis quinam illos agri suscipiant; scitis quænam ædes latronibus pateant, **168** sagaci fu-

D

[1] Psal. CXVII, 8.

DION. PETAVII NOTÆ.

(34) *Τὸν ἱερώτατον πατέρα.* Theotecni et Athanasii meminit epist. 16.

Digitized by Google

res odoratu perscrutamini : Mosaicam illam benedictionem consectamini, qua eos benedixit, qui adversus sceleris reos in castris animum manusque moverunt. Illud vero par est ad vos usurpare, fratres : honesta fiant honeste. Amputetur omnis de lucro contentio ; omnia Dei causa suscipiantur. Non eamdem esse virtutis atque nequitiæ materiem oportet. Cursus ille pro pietate est : pro animabus certandum, ne quas ab Ecclesia prædentur, quod jam in consuetudinem illis abiit. Quisquis autem per Ecclesiæ tuendæ speciem marsupium auget, atque hoc ipso, quod iis temporibus utilis esse videatur, quæ animi vim efflagitant, sibi potestatem conciliat, is est quem nos extra Christianum consortium amandatum volumus. Non mancam virtutem fecit Deus ; non illa societate nequitiæ indiget ; non Deo milites deerunt, Ecclesiis idonei : commilitones inveniet, hic quidem mercedis expertes, sed in cœlo plena mercede donandos. Ejusmodi vos sitis : honestum est enim et iis bene precari, qui strenue sese gerunt, et iis qui secus, imprecari. Quicunque igitur mollius egerit, ac rem prodiderit, aut qui persecutus quidem fuerit, sed alienorum aliquid rapuerit, is apud Deum minime sit innoxius. Hoc ipsum duntaxat in medium adducite, ac pravos illos argentarios, qui divinum dogma nummi instar adulterant, circumducite : date operam, ut cujusmodi isti sint, omnes intelligant. Ad hunc modum infames illi Ptolemaidis finibus expellantur : ac quidquid rei cum iis importatum est, secum non appensum auferant. Qui secus faxit, apud Deum exsecratus esto. Quisquis nefarium conventum videns negligit, aut audiens audire dissimulat, aut lucri ab iis contagione infectus est, hos pro Amalecitis haberi præcipimus, a quibus nihil auferri manubiarum licet. De eo qui acceperit, illa Dei vox est : *Pœnitet me quod regem constituerim Saul* [a]. Sed vestri nulla illum in re pœniteat, verum et curæ vos Deo sitis, et vobis vicissim Deus.

ρινηλατοῦντες· ζηλωταὶ γίνεσθε τῆς εὐλογίας τῆς Μωσαϊκῆς, ἣν εὐλόγησε τοὺς ἄνδρας, οἱ κατὰ τῶν ἠσεβηκότων ἐν τῇ παρεμβολῇ [γρ. ταῖς παρεμβολαῖς], καὶ γνώμην καὶ χεῖρας ἐκίνησαν. Ἐκεῖνο δὲ εἰπεῖν ἄξιον πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοί, τὰ καλὰ καλῶς γινέσθω. Ἡ ὑπὲρ κέρδους ἔρις ἀνῃρήσθω· ἅπαντα διὰ τὸν Θεὸν ἐγχειρίσθω. Οὐ δεῖ τὴν αὐτὴν ἀρετῆς εἶναι καὶ πονηρίας ὑπόθεσιν· ὑπὲρ εὐσεβείας ὁ δρόμος· ὑπὲρ ψυχῶν ἀγωνιστέον, μή τινας ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας συλήσωσιν, ὅπερ ἔθος ἤδη πεποίηνται. Ὅς δ' ἂν τὴν Ἐκκλησίαν προστησάμενος, αὔξῃ βαλάντιον, καὶ διὰ τοῦ δοκεῖν εἶναι χρήσιμος ἐν καιροῖς ἀπαιτοῦσι δριμύτητα, δυναστείαν ἑαυτῷ κατεργάζηται, οὗτός ἐστιν, ὃν ἡμεῖς συνόδου Χριστιανῶν ἐκκηρύττομεν. Οὐκ ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἀτελῆ τὴν ἀρετήν· οὐ δεῖται πονηρίας συμμάχου· οὐκ ἐπιλείψουσι στρατιῶται τῷ Θεῷ πρέποντες Ἐκκλησίαις· εὑρήσει συμμάχους ἐνταῦθα μὲν ἀμίσθους, ἐν οὐρανῷ δὲ ἐντελομίσθους. Ὑμεῖς οὖτοι γίνεσθε· καλὸν γὰρ καὶ κατορθοῦσι συνεύξασθαι· καλὸν δὲ καὶ παραβαίνουσιν ἐπαράσασθαι. Ὅστις ἂν οὖν μαλακίσηται καὶ προδῷ, καὶ ὅστις ἂν ἐπεξέλθῃ μὲν, ἁρπάσῃ δέ τι τῶν ἀλλοτρίων, μὴ ἀναίτιος γένοιτο τῷ Θεῷ. Ἓν τοῦτο μόνον εἰς μέσον ἑλκύσατε, καὶ τοὺς τραπεζίτας τοὺς πονηροὺς τοὺς καθάπερ νόμισμα τὸ δόγμα τὸ θεῖον παραχαράττοντας, περιενέγκατε· πᾶσι ποιήσατε καταφανεῖς οἵτινές εἰσι. Κἄθ' οὕτως ἄτιμοι τῶν Πτολεμαΐδος ὅρων ἀπεληλάσθωσαν, ὅ τι σὺν αὐτοῖς ἥκει χρῆμα, πᾶν ἀμεταγώγητον ἀποφέροντες. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν, ἐπάρατος τῷ Θεῷ. Ὅστις ἀσεβῆ σύνοδον ἰδὼν παρεῖδεν, ἢ ἀκούσας παρήκουσεν, ἢ κέρδει παρ' αὐτῶν ἐμολύνατο, τούτους ἡμεῖς Ἀμαληκίτας εἶναι διατατόμεθα, παρ' ὧν οὐκ ἔξεστι κομίσασθαι λάφυρον. Περὶ δὲ τοῦ λαβόντος φησὶν ὁ Θεὸς, *Μεταμεμέλημαι, ὅτι ἐβασίλευσα τὸν Σαούλ*. Ἀλλ' ὑμῶν ἐπὶ μηδενὶ μεταμέλοιτο· ἀλλὰ μέλοι μὲν ὑμῶν τῷ Θεῷ, μέλοι δὲ ὑμῖν τοῦ Θεοῦ

EPISTOLA VI.

Anysio.

At Carnas etiamnum cunctatur, nec vel sponte, vel necessitate, fit justus. **169** Porro venire illum oportet, ut sciamus quid tandem allegare possit, quibusque nos oculis aspiciet, a quibus vel invitis quem erat equum furatus, emere voluit, ne, ut aiebat, absque equo miles esset. Offert vero pretium sane quam exiguum, neque vendere detrectantibus reddit, sed jure habere se equum illum arbitratur ; præsertim cum nec Agathocles aliquis, nec Dionysius sit, quibus tyrannica imperia tam extremæ improbitatis impunitatem fecerant ; sed Carnas Cappharodita, quem revocare ad leges non sit difficile. Quare si quis eum ad te deducat, fac istud intelligamus, ut e Cyrene qui coram illum convincant, evocare possimus.

[a] *I* Reg. xv, 11.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ϛ'.

Ἀνυσίῳ.

Ὁ δὲ Καρνᾶς [γρ. Ἀχαρνᾶς] ἔτι μέλλει, καὶ οὔθ' ἑκών, οὔθ' ὑπ' ἀνάγκης γίνεται δίκαιος. Χρὴ δὲ ἥκειν αὐτὸν ἵνα εἰδῶμεν ὅ τι καὶ λέγει, καὶ οἵτισιν ὀφθαλμοῖς ἡμᾶς ἀντιβλέψεται, παρ' ὧν ἠλάσατο καὶ ἀκόντων, ὃν κέκλοφεν ἵππον ὠνήσασθαι, ἵνα μὴ στρατιώτης, φησὶν, ἀνίππος ᾖ. Προτείνει δὲ χαμιδῆ σμικρὸν ἀργύριον, καὶ μὴ ἀποδιδομένας οὐκ ἀποδίδωσιν· ἀλλ' οἴεται σὺν δίκῃ τὸν ἵππον ἔχειν· καὶ ταῦτα οὐκ ὢν Ἀγαθοκλῆς, ἢ Διονύσιος, οἷς αἱ τυραννίδες ἐπέτρεπον οὕτω πάνυ πονηροῖς εἶναι· ἀλλὰ Καρνᾶς ὁ Καπφαροδίτης, ὃν οὐ χαλεπὸν ἐπαναγαγεῖν εἰς τοὺς νόμους. Ἂν οὖν διάγῃ τις αὐτὸν ὡς σὲ, μηδὲ ἡμεῖς ἀγνοήσωμεν, ἵνα τοὺς κατὰ πρόσωπον αὐτὸν ἐλέγξοντας ἀπὸ Κυρήνης καλέσωμεν.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ζ'.

Θεοδώρῳ καὶ τῇ ἀδελφῇ (35).

Ἡῶς δοκεῖτε, δέδηγμαι τὴν καρδίαν, ἐκδεδομένου λόγου κατὰ τὴν πόλιν, ὅτι δεινῇ τινι, καὶ πέρα δεινῆς ὀφθαλμίᾳ παλαίεις, ἀπειλούσῃ ταῖς ὄψεσι κίνδυνον; Ἔπειτα πέφηνεν ὁ λόγος ψευδής· καὶ οἶμαι παμπόνηρος [γρ. τις] ἄνθρωπος προφάσεως εἰλημμένος [γρ. ἡμμένος], τοῦ τῆς ὀφθαλμίας ὀνόματος, ἦρεν ἐπὶ μέγα τὴν φήμην, καὶ ἐτραγῴδησε. Τράποιτο μὲν οὖν εἰς ἐκεῖνον αὐτὸν, ἅττα ὑμῶν κατεψεύσατο· τῷ δὲ Θεῷ χάρις, ὅτι παρέσχεν ἡμῖν ἀκοῦσαι καλλίονα. Χρὴ δὲ μὴ, τὸ λεγόμενον, ἄστροις τὰ καθ' ὑμᾶς σημαίνεσθαι (36)· μηδ' ὅ τι λέγει φήμη πυνθάνεσθαι· ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἔχειν συνόντας, εἰ δὲ μὴ γράμμασιν ὑμετέροις ἐντυγχάνειν, καὶ παρ' ὑμῶν τὰ περὶ ὑμῶν εἰδέναι. Ἀλλ' ὑμεῖς ἡμῶν λίαν ἀμελεῖτε, ὥσπερ ἴσως ὁ Θεὸς βούλεται.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Η'.

Τῷ ἀδελφῷ.

Οὐ μὴ ἐρεῖς ὡς ἔλαθεν ὑμᾶς ὁ διακομιστὴς τῶν πανηγυρικῶν γραμμάτων. Ἀλλ' ἰδόντες παρεωράκατε, καὶ οὐκ ἔδοξεν ὑμῖν ἄξιον εἶναι τὸν ἀδελφὸν ἐν μνήμῃ ποιήσασθαι, καὶ ἐπιθεῖναι πρὸς αὐτὸν γράμμα, μηνύον ὅπως ἔχετε, καὶ ἐν τίσιν ἐστέ. Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἀμελές ἐστιν εἰδέναι τὰ περὶ ὑμῶν. Ἀλλ' ἐπείπερ ἐν ἅπασι λυποῦμαι τοῖς ἐμαυτοῦ, βουλοίμην ἂν ἐν τοῖς ὑμετέροις εὐφραίνεσθαι. Ὑμεῖς δὲ καὶ ταύτης με τῆς παραμυθίας ἀφῄρησθε. Χρῆν δὲ οὐχί. Καὶ γὰρ εἰ μὴ γεγόνειμεν ἀπὸ τῶν αὐτῶν, τροφαὶ κοιναὶ, καὶ παιδεῖαι κοιναί· καὶ τί γὰρ οὐχὶ κοινόν; Πάντα διὰ πάντων ἡμᾶς ἀλλήλοις ᾠκείωσεν. Ἀλλὰ γάρ ἐστιν, ὥσπερ λέγεται, δυσημερία πρᾶγμα δεινόν· καὶ ὅταν ἥκῃ τινὶ χρόνος ἀντίξους, ἐνταῦθα τά τε ἄλλα πάντα, καὶ ἀδελφῶν γνῶμαι, καὶ φίλων ἐλέγχονται. Ἐμοὶ δὲ ἀποχρήσει καὶ παρ' ἑτέρων πυνθάνεσθαι τὰ περὶ ὑμῶν. Μόνον ὁ Θεὸς ἀγαθῶν εἴη νομεύς. Τοιούτου γὰρ ἐρῶμεν ὑπὲρ ὑμῶν ἀκροάματος.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Θ'.

Θεοφίλῳ ἀρχιεπισκόπῳ (37).

Βαθύ σε γῆρας καὶ λιπαρὸν περιμείνειεν, ἀγιώτατε καὶ σοφώτατε. Τά τε γὰρ ἄλλα τῷ βίῳ κέρδος ἂν

EPISTOLA VII.

Theodoro et sorori.

Quantum me animo dolorem cepisse creditis, cum per urbem fama nuntiasset, te gravi et plus quam gravi oculorum ægritudine affici, quæ visui periculum intentaret? Postea vanus ille rumor apparuit, ac pessimus, opinor, aliquis occasionem de ocularis morbi vocabulo nactus, adjecit famæ plurimum, et cum ingenti commiseratione narravit. Sed vertant in ejus caput omnia, quæ de vobis mentitus est: Deo autem gratiæ sint, quoniam de vobis audire meliora concessit. Oportet vero non astris, quod aiunt, vestras mihi res indicari; neque me quæ fama nuntientur inquirere; sed maxime quidem præsentibus vobis frui. Sin minus vestras certe litteras accipere, et de rebus vestris certiores a vobis ipsis fieri. Sed vos nimium profecto nos negligitis, quod ita fortasse Deo visum fuerit.

EPISTOLA VIII.

Fratri.

Non tu istud causaberis, latuisse vos eum qui solemnes litteras portabat. Quin vos potius cum eum vidissetis, negligendum putastis; neque vobis satis digna visa res est, fratris recordari, et ad eum litteras dare, quibus valetudinis ac rerum vestrarum statum exponeretis. Non enim quæ ad vos pertinent parvi facio cognoscere. Sed quoniam ex omnibus meis rebus mœrorem capio, de vestris gaudere plurimum vellem. At vos eo me solatio privastis: quod nihil attinebat facere. Nam etsi non iisdem parentibus nati essemus, communis tamen educatio, disciplinæ communes, **170** et quid tandem non commune cæterorum? omnia nos omnino conciliarunt invicem. Verumenimvero grave est, ut aiunt, adversis rebus uti: cumque difficile alicui tempus acciderit, ibi cum alia omnia, tum et fratrum et amicorum perspiciuntur animi. Mihi vero satis erit vel ab aliis aliquid de vobis accipere. Sit modo bonorum largitor Deus. Ejusmodi enim de vobis nuntium audire cupio.

EPISTOLA IX.

Theophilo archiepiscopo.

Longa te ac felix senectus maneat, sanctissime ac sapientissime vir. Nam et alioqui ingens vitæ

DION. PETAVII NOTÆ.

(35) *Θεοδώρῳ, καὶ τῇ ἀδελφῇ.* Crediderim partem inscriptionis hujus, καὶ τῇ ἀδελφῇ, in sequentem epistolam rejiciendam esse. Nam solius Theodori fit hic mentio.

(36) *Ἄστροις τὰ καθ' ὑμᾶς σημαίνεσθαι.* Non minus a terrestri itinere in Libya, quam ab maritimo ductum videtur proverbium. Vide Plin. lib. v, cap. 4; Arrianum lib. III *De Alex.* Meminit et Sallust. *Jugurtha*, et Solinus.

(37) *Θεοφίλῳ ἀρχιεπισκόπῳ.* Laudat Paschalem Theophili libellum, quo Pascha de more celebrandum indixerat. Cassianus collat. x, cap. 2: *Intra Ægypti regionem mos iste antiqua traditione servatur, ut, peracto Epiphaniorum die, quem provinciæ illius sacerdotes vel Dominici baptismi, vel secundum carnem nativitatis esse definiunt; et idcirco utriusque sacramenti solemnitatem non bifarie, ut in occiduis provinciis, sed sub una hujus diei festivitate concelebrant, epistolæ pontificis Alexandrini per universas dirigantur Ægypti ecclesias, quibus et initium Quadragesimæ, et dies Paschæ non solum per civitates omnes, sed etiam per universa monasteria designentur.* Vide Isidorum lib. I *De eccles. off.*, cap. 26. Ex hac epistola constat verum non esse, quod quidam arbitrati sunt, Theophilum, post mortem Chrysostomi, cum ab Romani pont. communione segregatus esset, nullas Paschales scripsisse, quod eas nemo deinceps reciperet. Nam Synesius anno 410 episcopus est factus: hoc vero Pascha, de quo hic agitur, puto illud esse cujus dies epistola 13 sequente concipitur.

Digitized by Google

superstes commodum eris : et summam Christi ad scholam accessionem facit Paschalium libellorum numerus una cum annis excrescens. Nam qui hoc anno missus est, et voluptatem pariter et utilitatem civitatibus attulit, partim sententiarum gravitate, partim suavitate verborum.

A εἷς σωζόμενος, καὶ μεγίστη προσθήκη τῷ διδασκαλείῳ τοῦ Χριστοῦ γίνεται ὁ τῶν πανηγυρικῶν βιβλίων ἀριθμὸς τοῖς ἐνιαυτοῖς συναυξανόμενος. Ὡς ὅ γε τῆτες καταπεμφθεὶς λόγος, καὶ ἦσε τὰς πόλεις, καὶ ὤνησε, τὸ μὲν τῷ μεγέθει τῶν νοημάτων, τὸ δὲ τῶν ὀνομάτων τῇ χάριτι.

EPISTOLA X.

Philosophiæ magistræ Hypatiæ.

Tibi ipsi, ac per te beatissimis sodalibus salutem dico, beata domina; jamdudum quidem accusare gestiens, quod nullas a vobis litteras accipiam; nunc autem video me a vobis omnibus contemni, pro eo quod nihil quidem mali facio, in plerisque vero infortunatus sum, et quantum infortunatus quisquam esse potest. Verum si vestras litteras B mererer accipere, et quo sint in statu res vestræ cognoscerem (prorsus vero secundiores esse illas, et commodiore genio uti vos arbitror), dimidia ex parte duntaxat adversis premerer, si in vobis essem beatus. Nunc unum illud in malis meis numero. Non enim solum liberis meis, sed etiam amicis et omnium benevolentia sum orbatus, et, quod caput est, divinissimæ animæ tuæ, quam ego mihi solam permansuram speraveram cum hac fortunæ injuria, tum istis fatorum fluctibus superiorem.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ι'.

Τῇ φιλοσόφῳ Ὑπατίᾳ.

Αὐτήν σε, καὶ διὰ σοῦ τοὺς μακαριωτάτους ἑταίρους ἀσπάζομαι, δέσποινα μακαρία, πάλαι μὲν ἂν ἐγκαλέσας ἐφ' οἷς οὐκ ἀξιοῦμαι γραμμάτων· νῦν δὲ οἶδα παρεωραμένος ὑφ' ἁπάντων ὑμῶν, ἐφ' οἷς ἀδικῶ μὲν οὐδέν, ἀτυχῶ δὲ πολλά, καὶ ὅσα ἄνθρωπος ἀτυχῆσαι δύναται. Ἀλλ' εἴπερ εἶχον ἐντυγχάνειν ὑμετέραις ἐπιστολαῖς, καὶ μανθάνειν ἐν οἷς διατρίβετε (πάντως δὲ ἐν ἀμείνοσίν ἐστε, καὶ καλλίοσιν πειρᾶσθε τοῦ δαίμονος) ἐξ ἡμισείας ἂν ἔπραττον πονήρως, ἐν ὑμῖν εὐτυχῶν. Νυνὶ δὲ ἓν τι καὶ τοῦτο τῶν χαλεπῶν ἐστιν, ἃ με κατείληφεν. Ἀπεστέρημαι μετὰ τῶν παιδίων, καὶ τῶν φίλων, καὶ τῆς παρὰ πάντων εὐνοίας· καὶ τὸ μέγιστον, τῆς θειοτάτης σου ψυχῆς, ἣν ἐγὼ μόνην ἐμαυτῷ ἐμμένειν ἤλπισα κρείττω καὶ δαιμονίας ἐπηρείας καὶ τῶν ἐξ εἱμαρμένης ῥευμάτων.

EPISTOLA XI.

Presbyteris.

Neque vobis antea superior esse potui, cum C totis viribus, et adhibitis machinis omnibus sacerdotium detrectarem : neque me vos modo superastis, sed divinitus profecto contigit, ut et nondum tunc, et nunc primum ita sit factum. Equidem non unam mortem ejus vitandæ functionis causa subiissem. **171** Neque enim satis idoneum me putabam, qui rei dignitatem sustinerem. Sed quoniam mihi Deus non quod cuperem, sed quod ipse vellet, imposuit, eumdem illum precor, qui vitæ gubernator exstitit, ejus, quod in gubernando contulit, esse moderatorem. Qui enim in philosophiæ otio, ac minime negotiosa rerum contemplatione ætatem contrivi, tantumque vitæ curis ac molestiis tribui, quantum ad eam, quæ in hoc corpore degitur, vitam, ac civile in rebus publicis officium D satis esset, qui continuis illis curis possum sufficere? Aut qui meipsum negotiorum turbis implicans, in eas mentis pulchritudines animum possum intendere, quibus frui beati cujusdam est otii? Sine quibus mihi ac mei similibus vita universa vitalis esse non potest. Equidem assequi minime possum. Deo vero omnia, ut aiunt, possibilia, etiam quæ fieri non possunt. Vos igitur ipsi supplices pro me ad Deum manus tendite; atque et urbanæ multitudini, et quæcunque in agris, aut in paganis ecclesiis degit, meo nomine preces publice privatimque universis indicite. Nam si a Deo derelictus non fuero, tum agnoscam sacerdotium non descensum esse a philosophia, sed ascensum.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΑ'.

Τοῖς πρεσβυτέροις [γρ. *τοῖς ἱερεῦσιν*].

Οὔτε πρότερον ὑμῶν ἐγὼ περιῆν, ἁπάσῃ ῥώμῃ, καὶ μηχαναῖς ἐκκλίνας ἱερωσύνην, οὔτε νῦν ὑμεῖς ἐμοῦ κεκρατήκατε. Ἀλλὰ θεῖον ἄρα ἦν, καὶ τὸ μήπω τότε, καὶ τὸ νῦν ἤδη. Ἐγὼ δὲ πολλοὺς ἂν θανάτους ἀντὶ τῆσδε τῆς λειτουργίας εἱλόμην. Οὐ γὰρ κατ' ἐμαυτὸν εἶναι τὸν κόσμον ἐλογιζόμην τοῦ πράγματος. Τοῦ Θεοῦ δὲ ἐπενεγκόντος οὐχ ὅπερ ἤτουν, ἀλλ' ὅπερ ἠβούλετο, εὔχομαι τὸν γενόμενον νομέα τοῦ βίου, γενέσθαι καὶ τοῦ νεμηθέντος προστάτην. Ὁ γὰρ ἐννεάσας τῇ κατὰ φιλοσοφίαν σχολῇ, καὶ θεωρίᾳ τῶν ὄντων ἀπράγμονι, καὶ τοσοῦτον ὁμιλήσας, φρονίσιν, ὅσον ἀφοσιώσασθαι τῷ μετὰ σώματος βίῳ, καὶ τῷ πολίτης γεγονέναι πόλεων, πῶς ἀρκέσω μερίμνας ἐχούσαις συνέχειαν; ἢ πῶς ἐμαυτὸν ἐπιδοὺς ὄχλῳ πραγμάτων, ἔτι προσβαλῶ τοῖς νοῦ κάλλεσιν, ἃ μόνης ἐστὶ καρποῦσθαι τῆς μακαρίας σχολῆς; Ἧς χωρὶς ἐμοὶ καὶ τοῖς ὁμοίοις ἐμοὶ, ἅπας ὁ βίος ἀβίωτος. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν εἰδείην. Τῷ Θεῷ δὲ, φασὶ, πάντα δυνατὰ, καὶ τὰ ἀδύνατα. Αὐτοί τε οὖν ὑπὲρ ἐμοῦ χεῖρας ἱκέτιδας ἄρατε πρὸς Θεὸν, καὶ τῷ τε ἐν ἄστει δήμῳ, καὶ ὅσοι κατ' ἀγροὺς ἢ κωμητικὰς ἐκκλησίας αὐλίζονται, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν εὐχὰς, καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἕνα πᾶσι παρεγγυήσατε. Εἰ γὰρ μὴ ἔρημος ἀπολειφθείην Θεοῦ, τότε γνώσομαι τὴν ἱερωσύνην οὐκ ἀπόβασιν οὖσαν φιλοσοφίας, ἀλλ' ἐπανάβασιν [γρ. ἐπίβασιν].

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΒ'.

Κυρίλλῳ.

Ἴθι παρὰ τὴν μητέρα (38) τὴν Ἐκκλησίαν, ἀδελφὲ Κύριλλε, ἧς οὐκ ἀπεκόπης, ἀλλ' εἰς καιρὸν ἐχωρίσθης, ὃς ταῖς [γρ. ὃ καὶ] τῶν ἁμαρτημάτων ἀξίαις διώρισται. Δοκῶ γὰρ εἰδέναι σαφῶς, ὅτι τοῦτ' ἂν πάλαι καὶ ὁ κοινὸς ἡμῶν πατὴρ ὁ τῆς ὁσίας μνήμης ἐποίησεν, εἰ μὴ τὸ χρεὼν ἔφθασε. Τὸ γὰρ ἐν μέτρῳ τάξαι τὴν τιμωρίαν, γνώμης ἦν εὐθὺς ὑπισχνουμένης συγγνώμην. Αὐτὸν οὖν ἐκεῖνον τὸν ὅσιον ἱερέα νόμιζέ σοι δεδωκέναι τὴν κάθοδον, καὶ πρόσελθε τῷ Θεῷ καθαρευούσῃ πάθους ψυχῇ, καὶ ἀμνηστίαν ἐχούσῃ κακῶν. Ἀλλὰ καὶ διὰ πάσης εὐφήμου μνήμης ἄγε τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον, καὶ θεοφιλῆ πρεσβύτην, τὸν ἀποδείξαντά σε πρόεδρον δήμου. Πάντως σοι καὶ τοῦτο οὐκ ἀποθύμιον.

EPISTOLA XII.

Cyrillo.

Vade ad matrem Ecclesiam, Cyrille frater, a qua minime abscissus, sed ad tempus separatus es, quod pro criminum merito definiri solet. Hoc enim certo scire videor, idipsum olim communem quoque nostrum, ac sanctæ memoriæ patrem fuisse facturum, si non eum fatalis hora prævenisset. Nam quod pœnæ modum aliquem constituit, hoc ipso animi indicium dedit statim veniam repræsentare cupientis. Itaque sanctum illum sacerdotem tibi reditum concessisse puta, et ad Deum accede vacuo pravis affectibus animo, et malorum priorum oblito. Sed et plena prædicationis memoria prosequere sacrum illum, et Deo charum senem, qui te populo præfecit. Prorsus hoc ab illo tibi non injucundum accidit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΓ'.

Πέτρῳ πρεσβυτέρῳ (39).

Θεὸς ἡγείσθω παντὸς ἔργου καὶ λόγου. Τὸν δὲ διακομιστὴν τῶν πανηγυρικῶν γραμμάτων, ἃ καταγγέλλει τὴν κυρίαν (40) τῆς ἑορτῆς ἡμέραν ἐννεακαιδεκάτην τοῦ Φαρμουθὶ μηνὸς, ὡς τῆς ἐπὶ ταύτην ἀγούσης νυκτὸς τὸ ἀναστάσιμον ἐχούσης μυστήριον, τοῦτον καὶ προσιόντα, καὶ ἐπανιόντα φιλανθρωπίας ἁπάσης ἀξιώσατε· καὶ ἀμοιβῇ ζώων ἑφ' ἑκάτερα πέμψατε. Ὅστις ὑπὲρ τοῦ μὴ γενέσθαι ταῖς Ἐκκλησίαις ἐλλιπὲς ἔθος ἀρχαῖον, καὶ πάτριον, μέσοις ἑαυτὸν τοῖς τῶν πολεμίων ὅπλοις ἐπέδωκεν, ὑποστὰς ὁδοιπορῆσαι δι' ὑπόπτου τῆς χώρας. Ταῦτα καὶ πείθει τὴν πόλιν ὑπὲρ ἡμῶν εὔχεσθαι. Δεῖ γὰρ αὐτὴν ἐντεῦθεν ἤδη τὴν τῆς ἐφ' ἡμῖν ἀδουλίας αἴσθησιν δέξασθαι, ἥτις ἐκάλεσεν εἰς ἱερωσύνην, οὐχ ᾧ παῤῥησία τίς ἐστι πρὸς Θεὸν ὅλου δήμου διαβάντι προεύξασθαι· ἀλλ' ὅστις αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ σωθῆναι, δεῖται γενέσθαι δημαίτητος. Ἐπεὶ καὶ τῆς ἐνθάδε συνόδου· πλῆθος δὲ συχνῶν ἱερέων· συντυχία τις ἦν, ἣν ὁ νῦν [γρ. καὶ ὁ καὶ] καιρὸς ἤθροισεν, ἐπιθεμένῳ μοι γράψαι πρὸς ὑμᾶς. Εἰ δὲ μηδὲν ἔσχον εἰπεῖν, οἷων [γρ. καὶ οἷον] ἀκούειν εἰώθατε, συγγνώμη μὲν ἐμοὶ τοῦτο, ἔγκλημα δὲ ὑμῖν, ὅτι τὸν οὐκ εἰδότα τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ τῶν εἰδότων ἀνθείλεσθε.

EPISTOLA XIII.

Petro presbytero.

Initium operis omnis ac sermonis Deus esto. Solemnium litterarum latorem, quibus constituta festivæ celebritati dies indicitur ad diem decimum nonum mensis Pharmuthi, ita ut **172** quæ proxime illam antecedit nox, resurrectionis mysterio consecrata sit, hunc et adeuntem et redeuntem omni cum humanitate prosequimini, ac jumentorum mutatione in utramque partem dimittite, qui ut ne Ecclesiis vetus et patria consuetudo intercideret, in media sese hostium arma commisit, per suspectam regionem iter suscipiens. Eædem litteræ civitati suadent ut pro nobis Deum precetur. Jam enim inde eam oportet, suæ erga me imprudentiæ sensum capere; quæ quidem ad sacerdotium evexit, non eum cui ad Deum adeundi, ac pro universo populo supplicandi esset fiducia; sed qui ut servari ipse posset, populo deprecatore opus haberet. Præsertim cum in idem tempus inciderit coacta huc synodus, plurimorum scilicet sacerdotum concursus, quem præsentis status temporis convocavit, tum cum ad vos scribere sum aggressus. Quod si nihil eorum dicere potui, cujusmodi audire soletis, mihi quidem ipsi condonandum erit; vobis autem culpæ tribuendum, quoniam divinarum Scripturarum ignarum earumdem peritis anteposuistis.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΔ'.

Ἀνυσίῳ.

Οὕτως ἀμύνουσι γονεῦσι παῖδες. Ἀπέχω τὴν χαριν. Καρνᾶς ἱκέτης μου γέγονεν, οὗ τὴν ἱκεσίαν ὁ Θεὸς αἰδεσιμωτέραν ἐποίησε. Ποῦ γὰρ ἱερέως εἰς ἰδίαν ὑπόθεσιν περιιδεῖν ἀγώγιμον ἄνθρωπον ἐν

EPISTOLA XIV.

Anysio.

Sic parentes ulciscuntur filii. Acceptum habeo beneficium. Carnas supplex mihi fuit, cujus supplicationem sanctiorem Deus ipse reddidit. Qui enim sacerdotis est, judicatum ac prehensum ho-

DION. PETAVII NOTÆ.

(38) *Ἴθι παρὰ τὴν μητέρα.* Videtur hæc epistola data esse post mortem Theophili, quæ anno 412 contigit. Ex eaque colligitur Cyrillum istum episcopum fuisse, et ob culpam aliquam a Theophilo Ecclesia interdictum.

(39) *Πέτρῳ πρεσβυτέρῳ.* Falsa videtur hæc inscriptio. Nam ad plures datum esse, ex ea ipsa colligitur. Crediderim autem Synesium Alexandria hanc epistolam ad clericos suos misisse, cum paulo ante episcopus a Theophilo factus esset.

(40) *Ἃ καταγγέλλει τὴν κυρίαν.* Pascha illud incurrit in annum 412, cyclo lunæ 14, solis 1, litteræ tunc erant GF, Pascha Apr. 14, qui est Phamenoth. 19. Hæc porro epistola morem fuisse demonstrat, ut qui Alexandrini episcopi Paschales litteras ferrent, ab Ecclesiis exciperentur omnibus humanitatis officiis, ac jumentis ad iter faciendum adjuvarentur.

Digitized by Google

minem sua præsertim causa pati jejunii tempore? Quamobrem qui illum adduxit, non dimisit; sed ereptus illi homo est. Quod si propter vim istam pœnas ab eo repetas, eo demum erimus adducti, ut iis humanitatem adhiberemus, qui nobis injuriam fecissent: iis vero faceremus, qui nullam nobis intulissent.

A νηστίμοις ἡμέραις; Ὅστις οὖν ἦγεν αὐτὸν, οὐκ ἀφῆκεν, ἀλλ' ἀφῃρέθη τὸν ἄνθρωπον. Ἂν οὖν ὑπὲρ τοῦ βεβιάσθαι σοι δῷ δίκην, περιέστημεν ἡμεῖς εἰς τὸ τοῖς μὲν ἠδικηκόσι γενέσθαι φιλάνθρωποι, αὐτοὺς δὲ τοὺς οὐδὲν ἀδικοῦντας ἠδικηκέναι.

EPISTOLA XV.

Philosophiæ magistræ.

Eo sum infortunii redactus, ut hydroscopio opus habeam. Jube hoc mihi fabricari ac coemi. Tubulus est cylindri figuram habens, tibiæ magnitudine atque forma. Hic in una recta linea incisiones habet, quibus aquarum libramentum cognoscimus. Obturat enim illum altera ex parte conus, æquabili positura insertus, ita ut communis sit amborum B basis, coni videlicet atque **173** tubuli. Hoc ipsum est, quod baryllium appellant. Jam cum tubulum in aquam deposueris, erectus subit, ut in eo incisiones facile numerare possis; ex quibus libramentum cognoscitur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΕ'.

Τῇ φιλοσόφῳ.

Οὕτω πάνυ πέπραγα πονήρως, ὥστε ὑδροσκοπίου μοι δεῖ (41). Ἐπίταξον αὐτὸ χαλκευθῆναί τε καὶ συνωνηθῆναι [γρ. συνωσθῆναι ἢ συνενωθῆναι]. Σωλήν ἐστι κυλινδρικὸς, αὐλοῦ καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος ἔχων. Οὗτος ἔπί τινος εὐθείας δέχεται τὰς κατατομὰς, αἷς τῶν ὑδάτων τὴν ῥοπὴν [γρ. ῥοὴν] ἐξετάζομεν. Ἐπιπωματίζει γὰρ αὐτὸν ἐκ θατέρου κῶνος κατὰ θέσιν ἴσην ἐγκείμενος, ὡς εἶναι κοινὴν βάσιν ἀμφοῖν τοῦ κώνου τε καὶ τοῦ σωλῆνος. Αὐτὸ δὴ τοῦτό ἐστιν τὸ βαρύλλιον. Ὅταν οὖν εἰς ὕδωρ καθῇς τὸν αὐλὸν, ὀρθὸς ἑστήξει, καὶ παρέξει σοὶ τὰς κατατομὰς ἀριθμεῖν· αἱ δὲ τῆς ῥοπῆς [γρ. ῥητῆς] εἰσι γνωρίσματα (42).

EPISTOLA XVI.

Eidem.

Decumbens in lecto hanc epistolam dictavi, quam utinam incolumis accipias, mater, ac soror, et magistra, beneque per hæc omnia de me merita, et si qua est alia res appellatione honorifica! Mihi vero corporis imbecillitas ex ægritudine animi dependet. Paulatim me mortuorum liberorum recordatio conficit. Tandiu vivere Synesium oportebat, quoad vitæ malorum expers erat. Postea velut cohibitus torrens, uno impetu profluxit, mutataque vitæ omnis est jucunditas. Utinam aut vivere, aut sepulcri liberorum meminisse desinam! Tu vero et ipsa valeas, et beatis sodalibus salutem a me dicito, initio a Theotecno patre, et fratre Athanasio facto, deinceps universis. Tum si quis ad eos accesserit, qui tibi ex animo sit; cui gratiam debere me oportet hoc ipso quod tibi ex animo sit; hunc tu quoque velut charissimum amicum, meo nomine salutes velim. Mearum rerum si quid tibi curæ est, recte facis: sin nihil curæ est, neque istud admodum curo.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΣ'.

Τῇ αὐτῇ.

Κλινοπετὴς ὑπηγόρευσα τὴν ἐπιστολὴν, ἣν ὑγιαίνουσα κομίσαιο, μῆτερ, καὶ ἀδελφὴ, καὶ διδάσκαλε, καὶ διὰ πάντων τούτων εὐεργετική· καὶ ἅπαν ὅ τι τίμιον καὶ πρᾶγμα, καὶ ὄνομα. Ἐμοὶ δὲ τὰ τῆς σωματικῆς ἀσθενείας ψυχικῆς αἰτίας ἐξῆπται. Κατὰ μικρόν με δαπανᾷ τῶν παιδίων τῶν ἀπελθόντων [γρ. παρελθόντων] ἡ μνήμη. Μέχρις ἐκείνου ζῆν ἄξιον Συνέσιον, μέχρις ἦν ἄπειρος τῶν τοῦ βίου κακῶν. Εἶτα ὥσπερ ῥεῦμα ἐπισχεθὲν, ἀθρόον ἐρρύη, καὶ μετέβαλεν ἡ γλυκύτης τοῦ βίου. Παυσαίμην ἢ ζῶν, ἢ μεμνημένος τῶν υἱέων τοῦ τάφου. Σὺ δὲ αὐτή τε ὑγιαίνοις, καὶ ἅσπασαι τοὺς μακαρίους ἑταίρους, ἀπὸ τοῦ πατρὸς Θεοτέκνου καὶ ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Ἀθανασίου ἀρξαμένη, πάντας ἑξῆς· καὶ εἴ τις αὐτοῖς προσγέγονεν, ὡς εἶναί σοι καταθύμιος· ἐμὲ δὲ δεῖ χάριν ὀφείλειν αὐτῷ, διότι σοι καταθύμιός ἐστι· κἀκεῖνον ὡς φίλον φίλτατον ἄσπασαι παρ' ἐμοῦ. Τῶν ἐμῶν εἴ τί σοι μέλει, καλῶς ποιεῖς· καὶ εἰ μὴ μέλλει [γρ. μέλει], οὐδὲ ἐμοὶ τούτου μέλει.

EPISTOLA XVII.

Heliodoro.

Plurima illi bona contingant qui magnificentiam

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΖ'.

Ἡλιοδώρῳ.

Πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτο τῷ δεῖνι [γρ. τῷδε], δι' εὐ-

DION. PETAVII NOTÆ.

(41) *Ὑδροσκοπίου μοι δεῖ.* Aquilegum ἐργαλεῖον quoddam esse potius quam clepsydræ [L] genus, ut vulgata lexica perperam habent, existimaverim; neque enim clepsydræ in aquam demissæ, sed in eas infusa potius aqua. Cujusmodi vero illud fuerit, non satis capio. Apud Vitruv. l. VIII, c. 6, ubi de aquarum libratione, chorobates, ejusdem generis instrumentum, non pauca hujus descriptionis habet. Nam inter cætera, inter regulam, et ancones compacta transversaria esse ait, quæ habent lineas ad perpendiculum recte descriptas, pendentiaque ex regula perpendicula, in singulis partibus singula, quæ, cum regula fuerit collocata, eaque tangent æque ac pariter lineas descriptionis, indicabunt libratam collocationem.

(42) *Αἱ δὲ τῆς ῥοπῆς εἰσι γνωρίσματα.* In quibusdam mss. erat ῥητῆς, quod et in variis lectionibus Turneb. editionis legitur. In unius margine scholion erat, quod evoletis ac fugientibus litteris, ut pleraque ejus codicis, legi omnino non poterat: hæc duntaxat extudimus, ἐνταῦθα οὖν, οἶμαι, ῥητὴν τὴν ὥραν ἐκάλεσεν. Ex quibus videtur quisquis ille est adnotator hydroscopium de horologii genere, contra quam nos, accipere.

Digitized by Google

φήμου μνήμης τὴν σὴν ἄγοντι σεμνοπρέπειαν, καὶ τὰς ἁπάντων ἀκοὰς ἐκπεπληκότι [γρ. ἐμπεπληκότι] τῶν ἐπαίνων τῶν κατὰ σοῦ, ὀφειλομένων τῇ χρυσῇ σου ψυχῇ καὶ γλώττῃ. Πλὴν ἀλλὰ παρὰ πόδας ἀποδίδως τὴν χάριν τῆς εὐλογίας [γρ. εὐφημίας], ἀντευφημεῖται γὰρ ὑπὸ μυρίων ὅσων τῶν σῶν ἐραστῶν, οἷς ἅπασιν ἐγὼ τῶν πρωτείων ἀμφισβητῶ· μᾶλλον δὲ οὐκ ἀμφισβητῶ· συγχωροῦσι γὰρ ἅπαντες.

A tuam sanctissima recordatione prosequitur, auresque omnium tuis laudibus implevit; quæ cum animæ, tum linguæ aureæ tuæ merito debentur. Verumtamen subinde illi collaudationis istius gratiam refers: vicissim enim innumerabilium tui amatorum prædicatione fertur, quibuscum omnibus de principatu contendo; vel non contendo potius, ultro enim mihi ab omnibus conceditur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΗ'.

Τῷ ἀδελφῷ.

Ὁ δεῖνα βουλευτὴς μέν ἐστι πόλεως, ἐν ᾗ τοὺς παῖδας ἐγεννησάμην [γρ. ἐγεννησάμεθα]. Τρόπον οὖν τινα πάντας Ἀλεξανδρέας ὡς πολίτας ὑφ' ἡμῶν τιμᾶσθαι καὶ ὁρᾶσθαι προσήκει. Τῷ δὲ ὑπάρχει συγγενεῖ τε εἶναι τοῦ μακαρίτου Θεοδώρου ωφόδρα διὰ μνήμης ἡμῖν ἀνδρὸς γενομένου, καὶ μηδὲν [ἧσσον μηδὲ] (43) ἀμελεῖσθαι [ἀξίῳ] παρὰ τῶν τῇδε τὰ πρῶτα ἐχόντων ἐν τῷ πολιτεύεσθαι. Οὗτοί μοι προσήγαγόν τε αὐτὸν, χρυσίον ὡς ὑμᾶς νομὴν στρατιώταις κομίζοντα· καὶ ἐδεήθησαν ἐμοῖς ἐφοδίοις γράμμασι πρὸς ὑμᾶς παραπέμψαι [γρ. πέμψαι], ἡγούμενοι πάντα καλῶς ἕξειν αὐτῷ, τυχόντι τοῦ παρ' ἐμοῦ σοί τε καὶ τῷ [γρ. τῷδε] δεῖνι συστῆναι. Ἐγὼ μὲν οὖν ὅπερ ᾔτησαν ἔδωκα· εἰ δὲ μὴ μάτην, ὑμεῖς δείξετε.

B Hic senator quidam ejus urbis est, in qua liberos sustuli. Quare omnes quodammodo Alexandrinos, tanquam populares, coli a nobis, et 174 aspici convenit. Huic vero contingit cum beato Theodoro propinquitas, cujus apud nos imprimis viget memoria, tum ut aliquo in loco apud illos esset, qui hic sunt reipublicæ principes. Hi ad me illum deduxerunt, cum pecuniam ad vos in militum stipendia deferret, ac meis ad vos commendatitiis litteris, ut eum prosequerer, a me postularunt; prospere illi cessura omnia rati, si tibi et illi commendatus foret. Itaque quod a me illi flagitabant concessi: utrum frustra non fecerim, vestrum erit ostendere.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΘ'.

Ἡρώδῃ καὶ Μαρτυρίῳ.

Οὐκ ἐν αἰτίᾳ μοι δοκῶ πεποιῆσθαι τὴν κοινωνίαν τῆς ἐπιστολῆς. Ἀλλ' εἰ διῴκισα γράμμασι τοὺς συνημμένους τῇ γνώμῃ, τοῦτο ἂν ἦν τὸ ὑπαίτιον. Προσείρησθε δὴ, θαυμάσιοι· καὶ τὸν ἐπιδιδόντα τὴν ἐπιστολὴν, ὃς ἐπὶ χρυσίου διακομιδῇ πρὸς [γρ. παρὰ] ὑμᾶς ἐστάλη δημοσίαν ὁδὸν, θάλψατε τὸν ἐνόντα τρόπον, ἐπειδή μοι παρὰ παντὸς συνέστη τοῦ βουλευτηρίου. Καὶ βουλοίμην μὲν ἀγαθοῦ τινος αἴτιος αὐτῷ γενέσθαι· οὐ μὴν οἶδα ὅτι μᾶλλον ὑμῶν ἑτέροις μέλειν ἄξιον ἡμῶν τε καὶ ὧν ἂν ἡμεῖς ἐπιβάλλωμεν [γρ. ἐπιμελώμεθα].

C Non accusandus ob id mihi videor, quod epistolæ vos communione sociaverim. Sed si animo conjunctos litteris disjunxissem, hoc ipsum mihi vitio vertendum fuisset. Salutem a me habetote, præstantes viri; et eum qui epistolam hanc vobis dederit, quique auri portandi gratia publica ad vos via profectus est, quibus potestis obsequiis fovete. Hic enim ab universo mihi senatu commendatus est; ac velim equidem causa illi boni alicujus esse. Neque porro scio quibusnam aliis potius quam vobis, et curæ esse nos, et quæ a nobis suscepta fuerint, oporteat.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Κ'.

Διογένει.

Ἕως ἔτι περιῆν ὁ μακαρίτης Θεόδωρος, κοινὸς μὲν ἦν ἁπάντων Πενταπολιτῶν πρόξενος· διαφερόντως δὲ τοὺς ἡμετέρους γονέας ἐξήρτητο, τῇ τε εἰς ἅπαντα σπουδῇ, καὶ τῇ τῆς γλώττης εὐστομίᾳ καὶ χάριτι. Τῶν οὖν παρ' ἐκείνου πολλῶν καὶ ἡδίστων εἰς Ἀμμώνιον τὸν ἀνεψιὸν τὴν χάριν ἀπομνημονεύσωμεν. Ἐγὼ μὲν οὖν τοὐμὸν μέρος ἀπέτισα. Τί δὲ ἦν ἀπόντος ἔργον, ἢ τοῖς παροῦσι τὸν ἄνδρα συστῆσαι; Τὸ δὲ μὴ βαρεῖαν αὐτῷ τὴν αὐτόθι γενέσθαι διατριβὴν, ὑμέτερον ἔργον.

D Quandiu beatæ memoriæ Theodorus vixit, fuit ille quidem communis Pentapolitarum hospes omnium: præ cæteris vero parentes sibi nostros devinxerat, cum singulari [in omnibus studio, tum copia et suavitate dicendi. Quamobrem multorum illius jucundissimorum meritorum gratiam in consobrinum ejus Ammonium conferre debemus. Ego vero quod mearum erat partium præstiti. Quod enim aliud absentis erat officium, quam præsentibus hominem commendare? Ut autem non sit illi gravis apud vos, et molesta commoratio, vestrum est providere.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑ'

Τῷ ἡγεμόνι.

Εἰ τοῦ Θεοδώρου μνήμη παρὰ τῇ σεμνοπρεπείᾳ τῇ σῇ, πῶς δὲ οὐ μέλλει; Χάρισαι τοῖς εἰς τὸν

EPISTOLA XVIII.

Fratri.

Hic senator quidam ejus urbis est, in qua liberos sustuli. Quare omnes quodammodo Alexandrinos, tanquam populares, coli a nobis, et 174 aspici convenit. Huic vero contingit cum beato Theodoro propinquitas, cujus apud nos imprimis viget memoria, tum ut aliquo in loco apud illos esset, qui hic sunt reipublicæ principes. Hi ad me illum deduxerunt, cum pecuniam ad vos in militum stipendia deferret, ac meis ad vos commendatitiis litteris, ut eum prosequerer, a me postularunt; prospere illi cessura omnia rati, si tibi et illi commendatus foret. Itaque quod a me illi flagitabant concessi: utrum frustra non fecerim, vestrum erit ostendere.

EPISTOLA XIX.

Herodi et Martyrio.

Non accusandus ob id mihi videor, quod epistolæ vos communione sociaverim. Sed si animo conjunctos litteris disjunxissem, hoc ipsum mihi vitio vertendum fuisset. Salutem a me habetote, præstantes viri; et eum qui epistolam hanc vobis dederit, quique auri portandi gratia publica ad vos via profectus est, quibus potestis obsequiis fovete. Hic enim ab universo mihi senatu commendatus est; ac velim equidem causa illi boni alicujus esse. Neque porro scio quibusnam aliis potius quam vobis, et curæ esse nos, et quæ a nobis suscepta fuerint, oporteat.

EPISTOLA XX.

Diogeni.

Quandiu beatæ memoriæ Theodorus vixit, fuit ille quidem communis Pentapolitarum hospes omnium: præ cæteris vero parentes sibi nostros devinxerat, cum singulari [in omnibus studio, tum copia et suavitate dicendi. Quamobrem multorum illius jucundissimorum meritorum gratiam in consobrinum ejus Ammonium conferre debemus. Ego vero quod mearum erat partium præstiti. Quod enim aliud absentis erat officium, quam præsentibus hominem commendare? Ut autem non sit illi gravis apud vos, et molesta commoratio, vestrum est providere.

EPISTOLA XXI.

Duci.

Si apud magnificentiam vestram etiamnum manet Theodori memoria, qui autem non maneat? in

DION. PETAVII NOTÆ.

(43) *Καὶ οὐδέν.* Forte οὐδέ. Porro ἀξίῳ deest in uno veteri.

Digitized by Google

illius propinquorum gratiam, ejusdem consobrino honoris aliquid adhibeto. Nam et de optimo viro **175** bene eris meritus, et magnæ Alexandriæ senatum tibi hoc beneficio devinxeris; nam frequentes hominem ad me deduxerunt, meisque ut eum litteris juvarem postularunt. Ut igitur litteras darem, fuit officii mei; ut autem non inutiles eæ sint, hoc a vobis requiritur.

A ἀπελθόντα καθήκουσι, τὴν εἰς τὸν ἀνεψιὸν τὸν ἐκείνου τιμήν. Καὶ γὰρ ἄνδρα ἀγαθὸν εὖ πεποιηκὼς ἔσῃ, καὶ τῷ τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας βουλευτηρίῳ χαρισάμενος· ὡς ἀθρόοι γενόμενοι προσαγηόχασιν ἐμοὶ τὸν ἄνδρα, καὶ ἐδεήθησαν ὑπαθεῖναί τι τῶν ἡμετέρων γραμμάτων. Τὸ μὲν οὖν δοῦναι τὰς ἐπιστολὰς, ἡμέτερον ἦν· τὸ δὲ εἰς ὄνησιν αὐτῷ γενέσθαι, παρ' ὑμῶν ἐπιζητεῖται.

EPISTOLA XXII.

Anastasio.

Gavisus sum. Verum quantum putas? Plane vero intimo corde gavisus sum, posteaquam renuntiatum est aureos illos imperatoris appellatione liberos, lege tuos esse liberos factos, imprimis quidem quod te amo; quem enim justius? deinde quia pessimos homines odi, quorum tenebricosas et obscuras spes splendida puerorum fortuna succidit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΒ'.

Ἀναστασίῳ (44).

Ἥσθην. Ἀλλὰ πῶς οἶει; Πάνυ μὲν οὖν ἀπὸ βαθείας τῆς γνώμης ἥσθην, μαθὼν τὰ χρυσᾶ παιδία τῇ τοῦ βασιλέως φωνῇ, νόμῳ σοι παιδία γενόμενα, μάλιστα μὲν, ὅτι σε φιλῶ· τίνα γὰρ ἂν δικαιότερον; εἶθ' ὅτι πονηροὺς ἀνθρώπους μισῶ, ὧν τὰς ἐν σκότῳ καὶ γωνίαις ἐλπίδας ἡ χρηστὴ τύχη τῶν παιδίων ὑπετέμετο.

B

EPISTOLA XXIII.

Diogeni.

Ejusmodi Syrorum luxus est: et cognatorum, et amicorum obliviosos facit. Quintus enim hic mensis agitur, ex quo nullis nos litteris salutasti; præsertim cum natura tibi non ad necessitatem tantum, sed etiam ad ostentationem atque gloriam, epistolas ut dictare posses tribuerit. Sed si et ipse vales, et aurei pueri, et felix ea prole mater illorum, vel istud nobis sufficit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΓ'.

Διογένει.

(27) *Πάλιν ἔγραφον.* Pentapolitana provincia, ut et Libya, sub Augustalis præfecti dispositione perpetuo fuit. Sed rei militaris administratio alia temporibus aliis fuisse videtur. Nam principio dux idem Libyæ civitatum, qui et Alexandriæ, militibus præerat. Postea Libyæ suus quidam militum dux est attributus; quod propter ingruentes, opinor, e vicino barbaros, maturandæ erant expeditiones. Tum vero deterior esse cœpit militum conditio, quæ ab minori et imbecilliori duce regebantur. Itaque Synesius pristinum morem revocandum esse censuerat, cui obstitit Julius. Hæc est ἡγεμονία et στρατηγία, de qua hic agitur. Nam præter Augustalem præfectum, qui Alexandriæ ac toti Ægypto, Libyæ et Pentapoli præerat, militiæ duces erant, qui bellicam rem gerebant.

Digitized by Google

μενον νομέα τοῦ βίου, γενεσθαι καὶ τοῦ νεμηθέντος προστάτην· ὡς μὴ φανῆναί μοι τὸ πρᾶγμα φιλοσοφίας ἀπόβασιν, ἀλλ' εἰς αὐτὴν ἐπανάβασιν. Τέως δὲ, ὥσπερ εἴ τι μοι τῶν ἡδέων συνεπεπτώκει, ἐκοινωσάμην ἂν σοι τῇ πάντων φιλτάτῃ μοι κεφαλῇ· οὕτω καὶ τῶν δυσχερῶν εἰς σὲ παραπέμπω τὴν ἀκοὴν, ἵνα συνάχθοιό τε, καὶ εἴ τι δύναιο πρὸς τὴν ἐμὴν φύσιν τὸ πρᾶγμα ἐξετάσας, εἰσηγήσαιο γνώμην, ὅ τί με δεήσει ποιεῖν. Νῦν γὰρ ἐγὼ πόρρωθεν οὕτω διαπειρῶμαι τοῦ πράγματος, ὡς ἕβδομον ἤδη μῆνα γενόμενος ἐν τῷ δεινῷ, μακρὰν ἀποδημῶ τῶν ἀνθρώπων παρ' οἷς ἱεράσομαι, ἕως ἂν ἀκριβῶς ὁποῖόν ποτέ ἐστι τῇ φύσει κατανοήσω. Κἂν μὲν ἐγχωρῇ μετὰ φιλοσοφίας πρᾶγμα ἐργάσομαι· εἰ δὲ ἀλλοῖόν ἐστιν, ἢ κατὰ τὴν ἐμὴν ἀγωγήν τε καὶ προαίρεσιν, τί ἄλλο, ἢ τὴν εὐθὺ τῆς κλεινῆς Ἑλλάδος ἀποπλέων οἰχήσομαι; Ἀπειπαμένῳ γὰρ τὴν ἱερωσύνην, ἀπογνωστέον ἐστὶ καὶ τῆς πατρίδος, εἰ μή με δεῖ πάντων ἀτιμότατον εἶναι καὶ ἐπαρατότατον, ἐν ὄχλῳ μισούντων ἀναστρεφόμενον.

posuit; illum ipsum precor, qui mihi ejusmodi vitæ attributor exstitit, esse et ejus, quod attribuit, moderatorem ac patronum: ne mihi res ista descensus a philosophia, sed ad illam ascensus esse videatur. Interim vero, quemadmodum si quid mihi ex animi sententia contigisset, tibi omnium amicissimo mihi communicassem; sic et molestorum ad te narrationem transmitto, uti et condoleas mihi, et si quid possis, re ad ingenium meum expensa, sententiam tuam de eo proferas, quid me facere oporteat. Ego enim adeo nunc e longinquo rei periculum facio, ut cum septimum jam mensem molestum et invisum munus ingressus sim, procul degam ab iis apud quos episcopus esse debeo; donec quæ ejus rei natura sit, accurate penitusque didicerim. Quod si una cum philosophia facere istud liceat, eam obibo functionem. Sin est ut abhorreat ab institutione animoque nostro, quid aliud quam recta in celeberrimam Græciam navigans demigrabo? Etenim simul episcopatum ejurarem, desperandus mihi patriæ conspectus est, nisi me omnium inhonoratissimum et exsecratissimum esse oporteat, in eorum turba quibus sum exosus, assidue versantem.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ιϛ'.

Τῷ αὐτῷ.

Τὴν ἐπιστολὴν ἀναγινώσκων, ἐν ᾗ διηγήσω περὶ τῆς ἀῤῥωστίας, καὶ ἐφοβήθην ἀρχόμενος, καὶ παυόμενος ἀνεθάῤῥησα. Ἀπειλήσας γὰρ κίνδυνον, εὐηγγελίσω τὰ λῴονα. Περὶ ὧν δὲ ᾔτησας πεμφθῆναι παρ' ἡμῶν ἢ κομισθῆναι, τὰ δυνατὰ πάντα πάντως ἢ πεμφθήσεται, ἢ κομισθήσεται. Τίνα δὲ αὐτῶν τὰ δυνατὰ, καὶ τὰ μὴ δυνατὰ, περιττὸν γράφειν. Αὐτὴ γὰρ ἡ δόσις ἐπιδείξει. Ἐῤῥωμένως καὶ εὐδαίμων διαβιώης Θεῷ κεχαρισμένος, ἑταῖρε τριπόθητε. Γένοιτο ἡμᾶς καὶ συμμίξαντάς ἀλλήλων αὖθις ἀπολαῦσαι, καὶ μὴ προεξέλθοις πρὶν ἂν ἀλλήλοις ἐντύχωμεν. Εἰ δὲ Θεὸς ἄλλῃ πῃ βεβούλευται, σὺ δὲ καὶ ἀπόντων ἡμῶν μέμνησο. Βελτίοσι μὲν γὰρ Συνεσίου ἐντεύξῃ πολλοῖς· φιλοῦσι δὲ μᾶλλον, οὐκ ἂν ἄλλοις ἐντύχοις.

EPISTOLA XCVI.

Eidem.

Cum epistolam legerem, in qua ægritudinem exponebas tuam, et initio veritus sum, et postremo animum resumpsi. Postquam enim periculum minatus es, meliora postea significasti. De quibus vero postulas, ut a nobis aut mittantur aut perferantur, quæcunque in nostra erunt potestate, omnia utique mittentur aut perferentur. Porro quæ in nostra sint potestate quæve non sint, scribere supervacaneum est. Id enim donatio ipsa monstrabit. Sanus felixque perpetuo vivas, Deoque acceptus, o sodalis optatissime! Et utinam aliquando mutua consuetudine gaudentes invicem frui liceat, nec tu ante discedas quam **237** nos inter nos viderimus! Sin aliud Deo visum fuerit, tu vero etiam absentis nostri recordare. Etenim meliores Synesio multos invenies; qui vero impensius diligant, non facile multos invenies.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ιζ'.

Τῷ αὐτῷ.

Πῶς οἴει με διψῶντα ταῖς ἡδίσταις ἐπιστολαῖς ἐντετυχηκέναι; Περὶ ποῖα δὲ μέρη τῶν ἐπιστολῶν οὐχὶ πᾶσῃ διαχυθῆναι τῇ ψυχῇ; Ἀφ' ὧν ἦλθον εἰς πολλαπλασίαν διάθεσιν, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν προσδοκῶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἔχουσαν ἔτι τὴν φίλην κεφαλὴν ὄψεσθαι. Καὶ ἐφ' οἷς γὰρ Σεκοῦνδον εὖ ἐποίησας, ἡμᾶς ἐτίμησας· καὶ ἐφ' οἷς οὕτω γράφων τιμᾷς, ἐξηρτήσω σαυτοῦ, καὶ ἐποίησας εἶναι σούς· παρ' ὅσον τῶν χαμαὶ ἑρχομένων ὄντες, οὐκ ἐπιγινώσκομεν τὴν ἀξίαν, διπλῇ τιμώμενοι, καὶ τῷ μεγέθει τῶν γραφομένων, καὶ τῇ σπουδῇ τῶν γενομένων. Τῷ δεσπότῃ μου τῷ Κόμητι γέγραφα μὲν ἤδη πολλάκις· ἐπεὶ δὲ ἐν ταῖς διὰ τοῦ παιδὸς ἐπιστολαῖς αἰτιᾷ μὴ γεγραφότα πρὸς αὐτὸν, ἐπέθηκα καὶ τῷ δεσπότῃ μου τῷ ἀδελφῷ πρὸς αὐτὸν γράμματα. Ἐῤῥωμένος καὶ εὐδαιμονῶν διατέλει φιλοσοφίας ἔχων φροντίδα, ὅση προσήκει τῷ μετὰ θείων ἐρώτων ἠργμένῳ ταύτης. Ἀπὸ τῆς κλίνης σοι

EPISTOLA XCVII.

Eidem.

Quam me putas sitientem suavissimas legisse litteras tuas? Quam porro in earum partem non animum omnem effudisse? Ex quibus variis sum modis affectus; nec longo post tempore spero me Alexandriam amicum adhuc mihi habentem caput esse visurum. Nam quod tu de Secundo bene es meritus, ea re mihi honorem tribuisti, et quod adeo honorifice scribis, me tibi penitus devinctum, ac tuum reddidisti, quandoquidem humi nos repentes tantæ rei meritum non agnoscimus, cum dupliciter honoramur, et eorum quæ scribuntur magnitudine, et eorum quæ facta sunt studio ac diligentia. Domino meo Comiti scripsi quidem et alias sæpe; sed quoniam in litteris quas per puerum misisti, accusas me quod nihil ad eum scripserim, domino meo fratri litteras ad eum dedi. Incolumis beatusque perseveres, philosophiæ tanto addictus studio,

Digitized by Google

quantum par est eum habere, qui divini cujusdam amoris impulsu illam attigerit. E lectulo ad te scripsi, ad litteras conficiendas ægre sustentatus. Tu nobis precare quamoptima, quæ scilicet Deus optima esse judicaverit. Si convaluero, statim Alexandriam aspirabo.

EPISTOLA XCVIII.

Eidem.

Epistolarum nova hæc a nobis inita ratio est. Non enim eo scripsi ut illum amicitiæ tuæ conciliarem, a quo has litteras accipies, sed ut eum tibi beneficii potius ac gratiæ loco darem, qui non mediocri tibi, ac magno Diogeni deliciis tuis sit lucro futurus. Neque vero succensere te mihi par est, si non vos Theotimo, sed Theotimum vobis lucro futurum sentio, atque dico. Sed hoc nimirum ita se habet, si et vir ille est omnium, qui vivunt hodie, poetarum divinissimus, et poetica vi opus quispiam habet, ut et posteris illustris videatur, et ne absentibus quidem sit ignotus. Etenim præclara quæque facinora, si orationis **238** careant præconio, e memoria excidunt, et oblivione sepeliuntur, per id solum, quo geruntur, tempus apud eos celebrata, qui coram intuentur. Quamobrem præter spem oblatum vobis hoc commodum magni faciendum est, ac vel citra necessitatem summo studio complectendum. Nam ob Musarum reverentiam, earum etiam sacerdotibus omnem adhibere humanitatem convenit : nec inferiores iis ducere, qui ad limina principum adulandi periti veniunt. Accedat et tertia quædam honoris erga eum vestri ratio, Synesius illum per omnia probans, et admirans, ob quæ homines ab hominibus collaudari ac prædicari solent. Perpetuo sanus et incolumis degas, vir omnibus de causis mihi imprimis observande. Sacram animi tui affectionem salutant omnes, qui in eadem mecum domo sunt, præ cæteris vero tuus Isio; vicissim autem et nos iis, qui tecum sunt, salutem omnibus dicimus, præsertim autem Abramio meo. Comiti quæ scripsi dandane sint, necne, judicabis.

EPISTOLA XCIX.

Pylæmeni.

Hic ille est sæpius a me memoratus Anastasius. Sed et si teipsum illi significarem, eadem tui prædicatione uterer. Igitur tanquam apud me pridem consociati, conjunctionem illam mutuæ agnitionis instar habentes, mutua vos humanitate complectimini, atque hoc in communi videte, quemadmodum boni mihi aliquid conciliare possitis. Otium porro maximum bonum est; quod opimi instar et uberis soli, bonorum genera omnia philosophi animo conferre dici non immerito potest. Otio vero tum fruar, cum ab Romana republica extricari potuero : quod ita demum eveniet, si ab exsecrando illo publicæ functionis onere vacationem obtineam, a qua, quantum in imperatore fuit, immirum ita esse dicendum est, cum et [LXXXII] vir ille poeta sit omnium divinissimus, etc. Hæc autem duo verba, δυνάμεως δέοιτο, expungenda sunt.

A γέγραφα, μόλις ἀνεχόμενος εἰς διασκευὴν τῶν γραμμάτων. Εὖξαι τὰ ἄριστα ἡμῖν, ἅπερ ἂν ὁ Θεὸς ἄριστα δοκιμάσοι. Ἐὰν ἀναφήλω, ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν εὐθὺς ἶεμαι.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ιηʹ.

Τῷ αὐτῷ.

Καινὸς οὗτος τρόπος ἐπιτηδεύεται παρ' ἐμοῦ χρείας ἐπιστολῶν. Οὐ γὰρ ἵνα συστήσω τῇ φιλίᾳ τῇ σῇ τὸν ἐπιδιδόντα τὴν ἐπιστολήν, γέγραφα· ἵνα δέ σοι τὸν ἄνδρα χαρίσωμαι, κέρδος οὐ μικρὸν ἐσόμενον σοί τε καὶ τῷ μεγάλῳ Διογένει τοῖς σοῖς παιδικοῖς. Καὶ μὴ χαλεπήνῃς εἰ κέρδος οὐχ ὑμᾶς Θεοτίμῳ, Θεότιμον δὲ ὑμῖν εἶναι δοκιμάζω, καὶ λέγω. Ἀλλὰ τοῦτο εἴ γε ποιητὴς ἀνὴρ τῶν νῦν ἐνθεώτατος δυνάμεως δέοιτο· δυνάμεως δὲ δεῖται (28) τις [γρ. τις ἂν] B ποιητικῆς, ἵνα καὶ τοῖς μετέπειτα δόξῃ, καὶ μηδὲ τοὺς ἀπόντας λάθῃ. Τὰ γὰρ μεγάλα τῶν ἔργων, ἂν μὴ τύχῃ λόγων κηρύκων, ἀποῤῥεῖ τῆς μνήμης, καὶ λήθην ἀμπίσχεται, παρ' αὐτὸν μόνον τὸν τοῦ κράτεσθαι καιρὸν ἐν τοῖς ὁρῶσιν ἀνθήσαντα. Ταύτῃ τε οὖν τιμητέον ὑμῖν τὸ ἔρμαιον, καὶ ἀντὶ παντὸς σπουδαστέον, καὶ δίχα τῆς χρείας. Αἰδοῖ γὰρ μουσῶν τοὺς ἱερεῖς αὐτῶν ἄξιον περιέπειν, καὶ μὴ δευτέρους τίθεσθαι τῶν κολακεύειν τὰς θύρας εἰδότων. Προσκείσθω καὶ τρίτη τις αἰτία τῆς παρ' ὑμῶν εἰς τὸν ἄνδρα τιμῆς, Συνέσιος ἀγασθεὶς αὐτοῦ πάντα, ἐφ' οἷς ἀνθρώπους ἄνθρωποι καὶ ἐπαινοῦσι καὶ μακαρίζουσιν. Ἐρρωμένος διαβιώῃς πάντων ἕνεκα ἐμοὶ τίμιε. Προσαγορεύουσι τὴν ἱεράν σου διάθεσιν πάντες οἱ τὴν C αὐτὴν ἡμῖν οἰκίαν οἰκοῦντες· ἐξ ἁπάντων δὲ μάλιστα ὁ σὸς Ἴσιων· καὶ ἡμεῖς τοὺς ἅμα σοί· μάλιστα δὲ τὸν ἐμὸν Ἀβράμιον. Τῷ Κόμητί γε δοῦναι, ἃ γέγραφα, αὐτὸς δοκιμάσεις, εἴτε μή.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ιθʹ.

Πυλαιμένει.

Οὗτος ἐκεῖνος ὁ πολὺς ἐν τοῖς λόγοις ἡμῶν Ἀναστάσιος. Καὶ σὲ δ' ἂν αὐτῷ δείξας, τὸν αὐτὸν ἔπαινον εἶπον ἂν περὶ σοῦ. Ὥσπερ οὖν ἐν ἐμοὶ συνελθόντες πάλαι, καὶ τὴν συντυχίαν ἀναγνωρισμὸν ποιησάμενοι, φιλοφρονήσασθέ τε ἀλλήλους, καὶ κοινῇ σκοπεῖτε πῶς ἂν ἀγαθόν τί με ποιήσητε. Σχολὴ δὲ μέγιστον ἀγαθόν, D ἦν εἶποι τις ἄν, ὥσπερ χώραν πάμφορον, ἅπαντα καλὰ φέρειν τῇ τοῦ φιλοσόφου ψυχῇ. Καρπώσομαι δὲ σχολὴν, ἂν τοῦ συντετάχθαι τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων ἀπαλλαγῆναί μοι γένηται. Τοῦτο δὲ παρέσται, τῆς λειτουργίας ἀνειμένῳ τῆς καταράτου· ἧς τὸ μὲν ἐπὶ βασιλεῖ, γέγονα ἐκτός· ἐμαυτὸν δ' ἂν αἰτιασαίμην δικαίως, αἰσχυνθεὶς δυνασθαι σπουδῆς οἰκείας. Ἀπολογήσομαι τοίνυν αὐτὸς ἐμαυτῷ. Δόξω γὰρ αὐτουρ-

DION. PETAVII NOTÆ.

(28) *Δυνάμεως δὲ δεῖται.* Vitii plurimum in eo loco est, quem ita concipiendum puto. Ἀλλὰ τοῦτο· εἴ γε ποιητὴς ἀνὴρ τῶν νῦν ἐνθεώτατος, δυνάμεως δὲ δεῖταί τις ποιητικῆς. Quasi diceret : Sed hoc ni-

Digitized by Google

γεῖν τὴν πρεσβείαν. Πάλιν γὰρ ἐμὴ γλῶττα πρεσβεύει. Καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ τῶν Πυθαγόραν ἐπαινεσάντων, ὃς τὸν φίλον ἄλλον ἑαυτὸν ὡρίσατο.

munitatem sum adeptus. Sed merito meipsum accusaverim, qui ex proprio studio capere commodi aliquid erubuerim. Itaque mihi ipse patrocinabor. Videbor enim rursus per me legationem obire. Nam rursus lingua mea legatione fungitur. Nec quisquam eorum contradicet, qui Pythagoram laudant, qui amicum alium esse semetipsum asseruit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Γ'.

Τῷ αὐτῷ.

Φυκούντιος ἄνθρωπος (Κυρηναίων δ' ἐπίνειον ὁ Φρ[υ]κοῦς) ἐπέδωκέ μοι φέρων ἐπιστολὴν τὸ σὸν ἐπιγεγραμμένην ὄνομα. Ταύτην ἀνέγνων ἡδέως ἅμα καὶ ἀγαμένως. Ὠφέλετο γὰρ τὸ μὲν, τῇ διαθέσει τῆς ψυχῆς· τὸ δὲ, τῷ κάλλει τῆς γλώττης. Καὶ δῆτα παρεσκεύασά σοι θέατρον ἐπὶ Λιβύης Ἑλληνικὸν, ἐπαγγείλας ἥκειν ἀκροασομένους ἐλλογίμων γραμμάτων. Καὶ νῦν ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν πόλεσιν ὁ Πυλαιμένης πολὺς, ὁ δημιουργὸς τῆς θεσπεσίας ἐπιστολῆς. Ἓν τοῦτο ἄτοπον ἐφάνη, καὶ παρὰ δόξαν ἀπήντησε τῷ θεάτρῳ· τὰς Κυνηγετικάς μου τὰς ἐμὰς, ὡς δή τι σπουδαῖον αὐταῖς ἐνόν. Ἔδοξας οὖν σεμνὸς ἦθος παρέχεσθαι, καὶ εἰρωνείας ἀνάπλεων. Οὐ γὰρ ἠξίουν τῶν παρὰ σφίσι τὸν φαυλότατον εἰπεῖν, ἐξενέγκαι τι παίγνιον τῆς παρὰ σοὶ σπουδῆς ἄξιον. Ἐγὼ δὲ τούτου μέν σε παρῃτούμην τῆς εἰρωνείας· ἐδίδασκον δὲ, ὅτι πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἃ σοι πάρεστιν ἀγαθὰ, φιλανθρωπότατός τε εἶης, καὶ τῶν ἐγκωμίων φιλοδωρότατος. Οὔκουν ἐπὶ καταγέλωτι πεποιῆσθαι τὴν αἴτησιν· ἀλλ' ἵνα ἡδοίμην, τῇ παρὰ τοῦ τοιοῦδε μαρτυρίᾳ τιμώμενος. Γράφε οὖν ὁσάκις ἂν ἐγχωρῇ, καὶ ἑστία Κυρηναίους τῷ λόγῳ· ὡς οὐδὲν ἂν αὐτοῖς ἡδιον ἀνάγνωσμα γένοιτο τῶν Πυλαιμένους γραμμάτων, ἤδη κατεσχημένοις ὑπὸ τοῦ δείγματος (29). Πάντως δὲ συχνοῖς ἐντεύξῃ τοῖς δεῦρο ἀφικνουμένοις· καὶ εἰ μηδέσιν ἄλλοις, ἀλλὰ τοῖς ἄρξουσιν [γρ. ἄρξασιν, ἢ ἄρχουσιν] ἡμῶν καὶ τὴν ἐλάττω, καὶ τὴν μείζω (30), καὶ τὴν Αἰγυπτίων ἀρχήν· οὓς οὐκ εἰκὸς ἀγνοεῖσθαι διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν δανειστῶν. Ἐπεὶ δὲ διαφέρει σοι τἀμὰ εἰδέναι, φιλοσοφοῦμεν, ὦ γαθὲ, τὴν ἐρημίαν ἀγαθὴν ἔχοντες συνεργὸν, ἀνθρώπων δὲ οὐδένα. Οὐδ' ἔστιν ὅτου ποτὲ ἐπὶ Λιβύης ἀκήκοα φωνὴν ἀφιέντος φιλόσοφον, ὅτι μὴ τῆς ἠχοῦς ἀντιφθεγγομένης ἡμῖν [γρ. ἐμοί]. Ἀλλὰ κόσμει, φησὶν, ἂν ἔλαχες Σπάρταν. Κἀγώ μοι δοκῶ τὴν εἱμαρμένην ἀγαπήσειν τε καὶ κοσμήσειν τὴν αὐτὸς ἐμαυτοῦ, ἡγούμενος ἀγώνισμα τοῦτο προκεῖσθαι τῷ βίῳ καὶ βάσανον, εἰ μηδὲ ἀτυχοῦσαν ἀπολιμπάνω φιλοσοφίαν. Ἐμοὶ γὰρ εἰ μηδεὶς ἄλλος μαρτυρεῖ, ἀλλ' αὐτός γε πάντως ὁ Θεὸς, [γρ. πάντως γε ὁ Θ.] οὗ σπέρμα ὁ νοῦς ἐς ἀνθρώπους ἥκει. Δοκῶ δέ μοι καὶ τοὺς ἀστέρας εὐμενῶς ἐνατενίζειν [γρ. ἀτενίζειν] ἑκάστοτε, ὃν ἐν ἠπείρῳ πολλῇ μόνον ὁρῶσι θεωρὸν αὐτῶν σὺν ἐπιστήμῃ γινόμενον. Σύνευξαι τοίνυν ἡμῖν ἐν οἷς ἐσμεν εἶναι· σαυτῷ δὲ ἀπολιπεῖν τὴν

EPISTOLA C.

Eidem.

Phycuntius homo (est autem Cyrenæorum navale Phycus) litteras 239 ad me tuo nomine inscriptas detulit: quas cum jucunde, tum non sine stupore perlegi. Illud enim amor erga te meus, hac sermonis elegantia merebatur; statimque Græcum tibi in Libya spectaculum constitui, denuntians omnibus ut ad eruditas litteras audiendas convenirent. Et nunc per urbes nostras in ore omnium frequens est Pylæmenes, divinæ illius auctor epistolæ. Unum hoc absurdum, ac præter conventus exspectationem accidit, quod Cynegetica meas peteres, tanquam studio dignum aliquid iis inesset. Videbaris ergo ingenium præ te ferre cavillatione ac simulatione plenum. Non enim fieri posse arbitrabantur, ut qui apud se omnium esset ad dicendum ineptissimus, ludicrum aliquid ederet, quod studio tuo dignum videretur. At ego hac quidem te simulationis suspicione liberabam: docebam vero te, præter cæteras animi dotes, longe humanissimum esse, et in laudando apprime liberalem. Quare non ad irrisionem hanc esse petitionem comparatam, sed ut mihi ipse gratularer, tanti viri testimonio collaudatus. Itaque scribe quoties licuerit, et orationis tuæ quasi epulas quasdam Cyrenensibus præbe, quoniam nulla iis lectio jucundior accidere potest Pylæmenis litteris, qui quidem hujus speciminis admiratione detinentur. Prorsus vero multos reperies, qui huc proficiscantur; et si nullos alios, at eos saltem, qui minorem aut majorem apud nos, vel Ægypti præfecturam obierunt, quos ex creditorum comitatu nemo non facile cognoverit. Et quia rerum mearum statum nosse, tua interesse putas, philosophamur, o bone vir, optimam ad id adjutricem solitudinem nacti; hominum vero neminem, nec ullum in Libya unquam audivi, qui philosophiam redolentem vocem emitteret, præterquam fortassis echo, quæ nostram remittit. Verum orna, ut est in proverbio, quam sortitus es Spartam. Ac mihi videor hoc meo fato fore contentus, meamque patriam ornaturus, qui certamen hoc vitæ propositum et experimentum arbitror, utrumne infelicem quidem philosophiam deseram. Mihi enim, ut omni alio teste caream, Deus ipse tamen testis erit, cujus semen quoddam mens est hominibus 240 insita. Ac me stellæ etiam ipsæ benigne identidem

DION. PETAVII NOTÆ.

(29) *Κατεσχημένοις ὑπὸ τοῦ δείγματος.* Δείγματος erat in veter. duobus; in uno, παραδείγματος. Paulo post τοῖς ἄρξουσιν restituimus ex iisdem codicibus.

(30) *Καὶ τὴν ἐλάττω, καὶ τὴν μείζω.* Sub Augustalis præfecti dispositione erat, uti diximus, Libya, Thebais, Ægyptus, etc. Atque huic parebant præsides earum provinciarum, ut est in *Notit. Imper. Orient.*, c. 118. Qui itidem aliis minoribus magistratibus præerant. Hoc sensu, opinor, μείζω et ἐλάττω ἀρχήν dixit, eamque domesticam, cui aliam addit, τὴν Αἰγυπτίων.

Digitized by Google

despectare videntur, quem in vastissima regione solum cum scientia sui contemplatorem vident. Igitur nobis istud precare, ut eodem in statu perseveremus; tibi vero ut infelix forum relinquas, o tua abutens indole! Equidem magnopere te velim adhuc externis affluentem commodis ad interiora converti. Nam secundis rebus commutare felicitatem aurea est pro æreis rependere. Ego vero ob hoc irrideri me gaudeo, quod cognatis meis magistratus ambientibus, solus inter multos privatus exsistam. Animum enim virtutum velut stipatu cingi, quam corpus militibus, malo, cum præsens rerum status reipublicæ administratorem philosophum non amplius capiat. Sin nihilo in forensibus negotiis commodius versaris, quemadmodum neque opinor; nec male de te unquam speravi, fore ut a te ipso dissentires, et notariorum istorum similis esses, qui hominum sermone celebrantur, neque enim oratorum dixerim. Si, inquam, nulla alia in vestro foro ditandi sui ratio est, quam si divina omnia et humana jura misceantur, et pro libero, atque ingenuo, veterator aliquis efficiatur: si igitur ne ditaris quidem, multo magis philosophiam respice. Quod si hominem nactus fueris, qui strenue fortiterque philosophetur, ad eum vero investigandum, et Græciam, et barbarorum oras peragrare, minime reprehendendum fuerit: fac ita nobis oblatum istud lucrum impertias. Sin, velut in annonæ sterilitate, nos tibi satisfacere posse videamur; veni, et nostri et nostrorum omnium particeps futurus, dum æquo atque eodem jure istud facias, ut in Lacedæmoniorum scripto continetur. Salutem meo nomine, etiam atque etiam impertias venerabili imprimis Marciano: quem si ante Aristidem Mercurii doctrinarum præsidis typum ad homines pervenisse dixissem, non essem ejus meritum assecutus. Plus enim aliquid est, quam typus. Epistolam ad ipsum recta mittere etsi maxime vellem, non sum ausus, ne varia eruditione refertis illis ratio mihi reddenda esset, qui voculas omnes ad vivum resecant. Non parum enim periculi est, ne in totius Græciæ conventu epistola legatur. Ita **241** enim locum eum appello, ubi sæpe graves curas suscepi, undique doctorum hominum affluente copia, ad sacram senis vocem audiendam, quæ vetera ac recentia, omnia perscrutatur. Sed et sodalem meum Eucharistum salvere a me jubeas, omnesque quos æquum esse judicaveris.

A

B

C

D

κακοδαίμονα ἀγοράν, ὦ κακῶς σὺ τῇ φύσει χαίμενε. Μάλιστα μὲν οὖν ἀξιῶ σε καὶ εὐροσύντων τῶν ἔξωθεν, ἰδεῖν εἰς τὰ εἴσω. Τὸ γὰρ εὐτυχίας εὐδαιμονίαν (31) ἀλλάξασθαι, χρύσεια χαλκείων ἐστί. Κἀγὼ χαίρω καταγελώμενος, ὅτι τῶν συγγενῶν σπουδαρχούντων, μόνος ἐν πολλοῖς ἰδιώτης εἰμί. Τὴν γὰρ ψυχὴν ἀρεταῖς δορυφορεῖσθαι πρωτιμῶ μᾶλλον, ἢ στρατιώταις τὸ σῶμα, οὐκέτι τῶν πραγμάτων χρούντων ἐπιμελητὴν πολιτείας φιλόσοφον. Εἰ δὲ μηδ' ἐν τοῖς κατ' ἀγορὰν βέλτιον πέπραχας· ὥσπερ οὐδὲ οἶμαι, οὐδ' ἔστιν ὅτε περὶ σοῦ πονηρὰς ἔσχον ἐλπίδας, ὡς ἄρα ἐκστήσῃ σαυτοῦ, καὶ ὁμότροπος ἔσῃ τοῖς εὐδοκιμοῦσι τῶν γραμματέων· οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι τῶν ῥητόρων· ἑτέρως δὲ οὐκ ἔστι πλουτεῖν ἐν ταῖς καθ' ὑμᾶς ἀγοραῖς, μὴ πάντα μιγνύντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα δίκαια, καὶ κέρκωπα ἀντ' ἐλευθέρου γινόμενον. Εἰ τοίνυν οὐδὲ πλουτεῖς, ἔτι μᾶλλον εἰς φιλοσοφίαν ἴθι. Κἂν μὲν ἐντύχῃς ἀνδρὶ συντόνως ἐργαζομένῳ φιλοσοφίαν (ἀνεμέσητον [γρ. οὐ νεμεητὸν] δὲ ἐκπερινοστεῖν καὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν βάρβαρον ἐπὶ θήρᾳ τοιᾷδε), καὶ ἡμῖν τὸ ἕρμαιον κόμισαι. Εἰ δὲ ὡς ἐν αὐχμώσῃ τῇ φορᾷ, καὶ ἡμεῖς ἀρκεῖν σοι δοκοῦμεν, ἧκε μεθέξων καὶ ἡμῶν καὶ τῶν ἡμετέρων, ἐπὶ τὰ ἴσα καὶ τὰ ὅμοια (32), φησὶ τὸ γράμμα τὸ Λακωνικόν. Πρόσειπε παρ' ἐμοῦ πάνυ πολλὰ τὸν σεβασμιώτατον Μαρκιανόν· ὃν εἰ πρώιαθεν Ἀριστείδην Ἑρμοῦ λογίου τύπον (33) εἰς ἀνθρώπους ἔφην ἐληλυθέναι, μόλις ἂν ἔτυχον τῆς ἀξίας, ὅτι πλέον ἐστὶν ἡ τύπος. Ἐπιστολὴν δὲ εἰς εὐθείας πρὸς αὐτὸν ἐπιθεῖναι, καίτοι προθυμηθείς ἐνάρκησα, ἵνα μὴ εὐθύνας ὑπόσχω τοῖς πανδέκταις (34), τοῖς ἀποσμιλεύουσι τὰ ὀνόματα. Οὐ γὰρ μικρὸς ὁ κίνδυνος ἐν τῷ Πανελληνίῳ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνωσθῆναι. Καλῶ γὰρ οὕτω τὸν τόπον, ἐν ᾧ πολλάκις ἐφρόντισα τὰς βαρείας φροντίδας, τῶν ἀπανταχόθεν ἀλλογίμων συνιόντων, ἐφ' ᾧ τῆς ἱερᾶς ἀκοῦσαι τοῦ πρεσβύτου φωνῆς, παλαιὰ καὶ νέα καταμαστευούσης διηγήματα. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἑταῖρον Εὐχάριστον χαίρειν κέλευσον παρ' ἐμοῦ, καὶ πάντας ὅσους ἄξιον

EPISTOLA CII.

Eidem.

Commendo amicitiæ patrocinioque tuo egregium Sosenam, cui quidem inter disciplinas educato et adulto, fortuna nequaquam pro meritis respon-

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΒ'.

Τῷ αὐτῷ.

Συνίστημι τῇ φιλίᾳ καὶ τῇ προστασίᾳ τῇ σῇ τὸν θαυμάσιον Σωσηνᾶν· ᾧ τὴν διὰ λόγων τραφέντι, καὶ αὐξηθέντι, τὰ παρὰ τῆς τύχης οὐκ ἀπαντᾷ κατὰ λό-

DION. PETAVII NOTÆ.

(31) *Τὸ γὰρ εὐτυχίας εὐδαιμονίαν.* Perperam hactenus, ἀτυχίας εὐδαιμονίαν. Nos germanam lectionem præeuntibus veteribus reddidimus. Nimirum εὐτυχία ad externorum bonorum copiam pertinet, εὐδαιμονία in internis animique propriis sedem habet. Vide orat. *De regno.*

(32) *Ἐπὶ τὰ ἴσα καὶ τὰ ὅμοια.* Non dubito quin contra veterum fidem legendum sit, ἐπὶ τᾷ ἴσᾳ, καὶ τᾷ ὁμοίᾳ. Est enim Dorismus et Laconici fœderis formula.

(33) *Ἑρμοῦ λογίου τύπον.* Vide Jun. *Adag.* Marciani quoque meminit Suidas.

(34) *Τοῖς πανδέκταις.* Tonis hic locus apud Suidam exstat nullo auctoris nomine descriptus. Pandectas existimo homines appellari varia eruditione refertos, translatione quadam, sicut libri nonnulli πανδέκται inscripti. Plin. *Præf.*

Digitized by Google

γον. Αἰτιᾶται δὴ τὴν τῆς πατρίδος ἀκληρίαν· καὶ πείθει τις αὐτὸν λόγος, ὡς ἔστι συμμεταβαλεῖν τῷ χωρίῳ τὴν τύχην. Ἀφίξεται δὲ παρὰ τὴν ἔχουσαν τὸν βασιλέα πόλιν, ὡς ὅπου βασιλεὺς, ἐκεῖ καὶ πάντῃ τῆς τύχης οὔσης, καὶ τυχὸν ἐπιγνωσομένης αὐτόν. Εἴ δή τίς σοι δύναμις, συντέλεσον αὐτῷ πρὸς ὅ τι βούλεται. Σοῦ γὰρ ἄξιον τὸ καὶ δύνασθαι, καὶ τοὺς δεομένους συνιστάναι τῇ ἀγαθῇ τύχῃ. Ἐὰν δέηται τῶν σοι φίλων, αὐτὸς προσοίσεις αὐτόν.

det. Ac patriæ ille quidem infelicitatem incusat; et nonnulla huic opinio persuadet posse fortunam una cum loco mutari. Iturus est ergo regiam in civitatem, quasi ibi, ubi est imperator, etiam fortuna ipsa resideat; et fortassis eum agnitura sit. Si quid igitur in te potestatis est, adjumento sis ei ad id omne quod volverit. Te enim dignum est et posse plurimum, et qui istud desiderent, meliori fortunæ commendare. Quod si ei amicis tuis opus est, tute illis ipsum offeres.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΓ' (35).

Τῷ αὐτῷ.

Οὐ μὰ τὸν φίλιον τὸν ἐμόν τε καὶ σὸν, οὐκ ἔγωγε, ὦ Πυλαίμενες, ἀπέσκωψά σου τὴν εἰς τὴν ἐνεγκοῦσαν εὔνοιαν. Οὐχ οὕτως ἄπολίς εἰμί τις, οὐδὲ ἀνέστιος· ἀλλὰ σὺ κακῶς ἐξεδέξω τὸν νοῦν τῆς ἐπιστολῆς· καὶ κατηγόρηκας ἡμῶν ἄττα οὐκ ἄξιον. Ἐγὼ γὰρ ὅτι μὲν Ἡρακλείας ἐρᾷς, καὶ πρόθυμος εἰ ποιεῖν τι τὴν πόλιν ἀγαθὸν, ἐπαινῶ. Τοὺς λόγους δ' ἐποιούμην ὑπὲρ τοῦ δεῖν ἀνθελέσθαι φιλοσοφίαν τῆς ἀγοραίου ταύτης διατριβῆς. Εἶτα σύ μοι δοκεῖς, δίκας ἀγορεύων [γρ. εἰ δίκας ἀγορεύεις], οἴεσθαι μᾶλλον, ἢ φιλοσοφῶν, ὠφελιμώτερος ἔσεσθαι τῇ πατρίδι. Πῶς τοῦτο; Ὅτι τοῦ μὴ μετατεθεῖσθαί [γρ. μεταθέσθαι] σου τὴν προαίρεσιν, ᾐτιάσω τὸ τῆς γνώμης φιλόπατρι. Τοῦτ' οὖν ἀπέσκωψα, καὶ οὐχὶ τὴν εὔνοιαν, ὅτι κακῶς οἴει προῦργου σοί τι ποιήσειν εἰς τὸν καλὸν τοῦτον ἔρωτα, τὸ προσεδρεύειν ταῖς δίκαις. Καὶ γὰρ εἰ λέγοιμι φιλοσοφίαν ἱκανὴν εἶναι τὰς πόλεις ὀρθοῦν, ἐλέγξει με Κυρήνη, κειμένη (36) πολὺ δήπου τῶν ἐν τῷ Πόντῳ πόλεων ἀκριβέστερον. Ἀλλ' εἰποιμι μὲν ἄν, ὅτι φιλοσοφία καὶ ῥητορικῆς, καὶ ἥστινος βούλει καὶ τέχνης, καὶ ἐπιστήμης, ἅτ' ἐπὶ πάσαις οὖσα, παρέχεται τὸν ἔχοντα καὶ ἰδιώτῃ, καὶ οἴκῳ, καὶ πόλεσιν ὠφελιμώτερον. Οὐ μὴν ἀρκεῖ τὸ καθ' ἑαυτὴν ἀγαθόν τι ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους. Ἔχει γὰρ οὕτως, ὦ λῷστε Πυλαίμενες· τὰ καλὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων δυνάμεις τινές εἰσι, καὶ παρασκευαὶ ψυχῆς, καὶ οἷον αὐτὸ μόνον τὸ χρώμενον· καιροὶ δὲ, καὶ τύχαι φέρουσιν ἄνω καὶ κάτω τὰ τῶν πόλεων πράγματα. Καὶ νῦν μὲν οὕτως ἔχει, νῦν δ' ἑτέρως, ἀνάγκῃ φύσεως ἧς μετεῖληφε. Φιλόπολις μὲν οὖν εἰ σύ· τυγχάνω δὲ ὢν καὶ ἐγὼ [γρ. αὐτός]· καὶ σὺ μὲν ἐργάζῃ ῥητορικήν· καὶ συγχωρῶ σοι μὴ ταύτην ἐπιτηδεύειν, ἀλλὰ τὴν ὀρθὴν καὶ γενναίαν (37), ἣν οὐδὲ Πλάτων, οἶμαι, διαγράφειν πειρᾶται. Ἐγὼ δὲ φιλοσοφίαν τιμῶ τε καὶ τῶν ὅσα ἀνθρώπινα ἀγαθὰ προτιμῶ. Τί οὖν ταύτῃ παρ' ἡμῶν πλέον ταῖς πόλεσιν, εἰ μὴ καὶ βίοι τινὲς ὑποδληθεῖεν ἀρκοῦντες ταῖς προαιρέσεσι; Δεῖ μὲν γὰρ ὕλης ἐπιτηδείας· δεῖ

EPISTOLA CIII.

Eidem.

Non per amicitiæ tuæ meæque præsidem, non ego, o Pylæmenes, tuam in patriam charitatem sum cavillatus. Non ita sum inops urbis, ac lare destitutus. Sed tu male epistolæ sensum interpretatus es, meque de quibus minime oportebat accusasti. Nam quod Heracleam amas, et quoquo modo bene de ea civitate mereri studes, laudo equidem. At id ego verbis meis significabam, esse forensi huic occupationi philosophiam anteponendam. Tu vero mihi in animum induxisse videris, plus te causarum ex actione patriæ, quam ex philosophiæ studio utilitatis allaturum. Quinam istud? Quoniam tibi, quod sententiam non mutasses, tuum in patriam amorem causam esse dixisti. Hoc igitur, non patriæ charitatem, irrisi, quod operæ pretium futurum tibi ad egregium illum amorem patriæ censes, si assidue in causis volveris. Nam si philosophiam idoneam esse dicam ad civitates erigendas, ipsa me Cyrene arguet; quæ magis quam ulla Ponti civitas jacet. Verum hoc ego 242 dixerim, philosophiam non modo oratoria, sed et alia omni arte scientiave, utpote quæ præsit omnibus, utiliorem eum qui possideat, et privatis, et familiis, et civitatibus præstare. Non tamen per sese sufficiens est, ut boni aliquid afferre possit hominibus. Sic enim se res habet, optime Pylæmenes; præstantissimæ quæque disciplinæ facultates quædam sunt, et animi comparationes, ac tanquam utendi sola vis et habilitas. Temporum autem ac fortunæ vicissitudines susque deque res civitatum impellunt; et modo ita sese, modo aliter habent, pro naturæ, quam sortitæ sunt, necessitate. Tu igitur patriæ quidem amans es: ego vero non minus hoc idem ipse sum. Tu oratoriam profiteris; ego te in ea occupari non sino; sed in præclara illa et egregia disciplina, quam nec ipse, ut opinor, Plato describere conatus est. Ego philosophiam colo, cæterisque, quæ in vita sunt hominum, bonis antepono. Quid igi-

DION. PETAVII NOTÆ.

(35) Pylæmenes, lecta Synesii epistola, qua ad philosophiam ab oratoria professione revocabatur, quæ est 99, eumdem rescripto incusabat, objiciebatque, quo minus id faceret, amore se patriæ retineri, cui illius artis beneficio subveniret. Quippe inutile ad id esse sapientiæ studium. Ad hæc ita respondet noster; ut charitatem patriæ neget a se reprehensam; tum philosophiæ causam ac patrocinium suscipiat.

(36) *Ἐλέγξει με Κυρήνη, κειμένη.* Jam tum ante Synesium. Amm. l. XXII: *In Pentapoli Libya Cyrene posita est, urbs antiqua, sed deserta, quam Spartanus condidit Battus, et Ptolemais*, etc.

(37) *Ἀλλὰ τὴν ὀρθὴν καὶ γενναίαν.* Vide Platonis *Gorgiam*.

Digitized by Google

tur tandem hac ratione boni procurare civitatibus possumus, nisi vitæ quædam genera subjiciantur, quæ ad voluntatem ac propositum exsequendum sufficiant? Materia quippe idonea opus est; opus itidem instrumentis ei, qui uti possit, atque hæc omnia comparare fortunæ proprium est. Jam si illo duntaxat modo, hoc est unico rhetoricæ præsidio fortunam tibi adfuturam confidis, ut aut aliquando præfecturam aliquam capere, aut summum aliquem magistratum assequi ejus beneficio possis: quid philosophiam infelicitatis accusas? Sin ex æquo ab utraque abesse, aut adesse ista contingat; quid tu hactenus non ex apparentibus et incertis quod præstantissimum sit eligis? Nam ipsam per sese philosophiam rhetoricæ antecellere tute ipse fateris; quod vero prodesse patriæ debeas, id tibi quod deterius est magis necessarium reddit. Quasi nunc quidem meliora sperare liceat: simul vero philosophari cœperis, dii tibi omnes inimici sint, fortunamque omnem alio derivent, ut ne in spe quidem relinquatur. Ego vero nondum in hanc usque diem audire memini, hanc esse sanctæ philosophiæ sortem divinitus attributam, ut infelix esset. Verumtamen ægre quidem in communi mortalium natura vis et prudentia simul convenerint; nonnunquam tamen ambas Deus conjunxerit. Quamobrem licebit ex mea oratione, vel necesse erit **243** potius eumdem et philosophum esse, et amantem patriæ: nec fortunam desperare, sed pro suis etiam meritis sperare meliora. Etenim hoc uno præsertim, ut veteri proverbio dicitur, probi malos superant, bona spe. Quomodo igitur inferiori illos esse conditione fatebimur? Necessarium autem id erit, si quid opinioni tuæ tribuimus; quæ te eo erroris adduxit, ut diceres tibi reipublicæ causa in tua arte esse perseverandum. Patere enim me in accusationem convertere illius cavilli purgationem, qui cum nullus esset omnino, tibi esse visus est aliquis. Neque enim amplius, opinor, videbitur. Aliequi periculum est, ne apud sacram Cyrenen tu me præsertim amicissimum caput in crimen adducas. Nam si hoc civitatibus persuasum erit solam oratoriam artem præsentia incommoda mutare posse, idque unicum eorum esse decus, qui iis opitulentur, qui de contractibus lites habeant; nobis illæ succensebunt, quod aliis omnibus, quam tribunali, sumus addicti. Una igitur mihi ad te, et civitates omnes, pro philosophia responsio est: Fortuna cum adfuerit, et illam ad negotia capessenda temporum ratio revocaverit, nullam artem, ac ne omnes quidem simul, de ordinando citius aut immutando reipublicæ statu, aut omnino in melius constituendis hominum rebus, cum philosophia

A δὲ ὀργάνων τῷ χρῆσθαι δυναμένῳ· τὸ δὲ ταῦτα παρασκευάζον, ἡ τύχη· εἰ μὲν οὖν ἐκείνως μόνῳ, τουτέστι διὰ τῆς ῥητορικῆς οἴει σοι παρέσεσθαι τὴν τύχην, ὥστε ἄρξαι ποτὲ (38) παρασχεῖν, ἢ ὑπάρξαι τὴν μεγίστην ἀρχήν, τί κατέγνωκας ἀτυχίαν φιλοσοφίας; Εἰ δ' ἐπίσης ἀμφοῖν ἐνδέχεται καὶ ἀπεῖναι καὶ παραγενέσθαι, τί μὴ τέως αἱρῇ τῶν φαινομένων τὸ ἄριστον; αὐτὸ μὲν γὰρ καθ' αὐτὸ φιλοσοφεῖν καὶ σὺ φῂς εἶναι καλλίω ῥητορικῆς· τὸ δὲ δεῖν βασθαί σου τὴν πόλιν, ἀναγκαιότερόν σοι τὸ χεῖρον ποιεῖ· ὡς δὴ νῦν μὲν ἔξεστιν ἐλπίζειν τὰ ἀμείνω· φιλοσοφήσαντι δὲ οἱ θεοὶ πάντες ἐχθροὶ, καὶ τὴν τύχην ἐξοχετεύουσιν, ὡς μηδ' ἐν ταῖς ἐλπίσιν ἀπολείφθαι. Ἐγὼ δὲ οὔπω καὶ τήμερον τοῦτον ἀκηκοὼς οἶδα τὸν λόγον, ὅτι τῇ σεμνῇ φιλοσοφίᾳ θεῖός ἐστι
B κλῆρος ἀτυχεῖν. Ἀλλὰ μόλις μὲν ἂν ἐν τῇ κοινῇ τῇ θνητῇ φύσει συνέλθοιεν ἰσχύς τε καὶ φρόνησις. Ἔστι μὴν ὅτε συνήγαγεν αὐτὰς ὁ θεός. Ἔξεστιν οὖν ἐκ τοῦ λόγου, μᾶλλον δὲ πᾶσα ἀνάγκη, τὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ φιλόσοφον, καὶ φιλόπολιν, καὶ μηδ' ἀπογινώσκειν τῆς τύχης, ἀλλὰ καὶ προσδοκᾷν τὰ ἀμείνω, διὰ τὴν οἰκείαν ἀξίαν. Οὐχ ἥκιστα γὰρ μόνῳ πλεονεκτοῦσιν, ὡς ὁ παλαιὸς λόγος, οἱ χρηστοὶ τῶν πονηρῶν, ταῖς ἀγαθαῖς ἐλπίσι. Πῶς οὖν ἧττον αὐτοὺς ἕξειν συγχωρήσομεν; Ἀνάγκη δ', εἰ πρὸς τὸν παρὰ σοῦ λόγον ἐνδοίημεν, ὃς εἰς τοῦτό σε προήγαγεν ἁμαρτίας, τὸ [γρ. ὥστε] φάναι τῆς πόλεως ἕνεκα δεῖν μένειν ἐπὶ τῆς τέχνης. Ἀνάσχου γάρ μου μετατιθέντος εἰς κατηγορίαν τὴν περὶ τοῦ σκώμματος ἀπολογίαν, ὃ δὴ μὴ ὢν ἔδοξεν εἶναί σοι πρότερον. Οὐ γάρ, οἶμαι, νῦν
C ἔτι δοκεῖ. Ἐπεί τοι κινδυνεύω καὶ διαβεβλῆσθαι πρὸς τὴν ἱερὰν Κυρήνην ὑπὸ σοῦ, καὶ ταῦτα τῆς φίλης μοι κεφαλῆς. Εἰ γὰρ δὴ πεισθεῖεν αἱ πόλεις (39), ὅτι ῥητορικὴ μόνη δύναται μεταθεῖναι τὰς παρούσας αὐτοῖς συμφοράς, καὶ μόνον ἐστὶ τοῦτο γέρας τῶν βοηθούντων τοῖς ἔχουσι περὶ συμβολαίων τὰς δίκας, χαλεπανοῦσιν ἡμῖν τοῖς ἄλλο τι θεραπεύουσιν ἀντὶ τοῦ βήματος. Εἷς οὖν ἐμοὶ πρὸς σέ τε καὶ τὰς πόλεις ἁπάσας ὑπὲρ φιλοσοφίας ὁ λόγος, ὅτι παρούσης μὲν τύχης, καὶ καλεσάντων αὐτὴν ἐπὶ τὰ πράγματα τῶν καιρῶν, οὐδεμιᾶς ἐστι τέχνης, ἀλλ' οὐδ' ἅμα πασῶν, ἐρίσαι φιλοσοφίᾳ περὶ τοῦ τὴν συντονωτέραν ἁρμόσαι, καὶ μετατάξαι, καὶ βελτίω τοῖς ἀνθρώποις ποιῆσαι τὰ πράγματα. Τῆς εἱμαρμένης δὲ οὕτω ταύτῃ ῥυεί
D σης, νοῦν ἔχει πολὺν οἰκειοπραγεῖν, ἀλλὰ μὴ παρεδιοικεῖν, μηδ' ἀσχημονεῖν ἀξιοῦντας ὠθίζεσθαι παρὰ τὸ τοῦ δεῖνος ἀρχεῖον, οἷς μὴ [γρ. εἰ μὴ] πᾶσα ἀνάγκη. Ἀνάγκῃ δὲ οὐδὲ θεοὶ, φασὶ, μάχονται. Ἡμῖν δέ ἐστιν ἄλλα σεμνότερα· καὶ ὅταν ὁ νοῦς ἀνενέργητος ᾖ περὶ τὰ ἐνθάδε, περὶ τὸν Θεὸν ἐνεργεῖ. Δύο γὰρ αὗται μερίδες φιλοσοφίας, θεωρία καὶ πρᾶξις· καὶ δῆτα δύο δυνάμεις ἑκατέρα παρ' ἑκατέραν μερίδα, σοφία, καὶ φρόνησις· αὕτη μὲν δεομένη τύχης· σο-

DION. PETAVII NOTÆ.

(38) Ἄρξαι ποτέ. Crediderim verbum ἄρξαι de majore aliqua præfectura vel magistratu dici; ὑπάρξαι de eo qui majori subest; quod olim aliter interpretabar.

(39) Εἰ γὰρ δὴ πεισθεῖεν αἱ πόλεις. Insita plerisque persuasio, homines sapientiæ studio deditos actui rerum nequaquam idoneos esse. De quo Socrates apud Plat. *Theæt.* et l. VI *De repub.*

Digitized by Google

φία δὲ αὐτάρκης, καὶ ἀκώλυτος ἡ κατ' ἐκείνην ἐνέργεια.

posse contendere. Sed cum nondum eo fatalis necessitas pervenerit, sapientis est suarum rerum satagere; non perperam actui rerum immiscere se, nec præter decorum ad hujus prætorium perrumpere, nisi extrema necessitas impulerit. *Necessitati vero me dii quidem*, ut aiunt, *repugnant*. Nobis autem alia sanctiora sunt, et cum ab iis inferioribus vacat animus, circa Deum occupatur. Duæ quippe sunt hæ philosophiæ partes, contemplatio et actio: ac totidem idcirco facultates singulæ singulis attributæ partium, sapientia et prudentia; hæc fortunæ indigens, illa sibi sufficiens, cujus nec impediri functio potest.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΔ'.

Τῷ ἀδελφῷ.

Τοὺς αὐτοὺς ἂν ἴδοις ἐν μὲν εἰρήνῃ θρασεῖς, ἐν δὲ πολέμῳ δειλούς, τουτέστιν ἀπανταχοῦ πονηρούς. Ὥστε μοι δοκεῖ ταύτην τις δικαίως εἰδέναι τῷ πολέμῳ χάριν, ὅτι βάσανός ἐστι τοῦ περὶ τὴν καρδίαν αἵματος ἀκριβὴς, καὶ συχνοὺς ἀλαζόνας παραλαβὼν, μετριωτέρους ἡμῖν ἀποδίδωσιν. Οὐ γὰρ, οἶμαι, τὸ ἀπὸ τοῦδε σοβήσειν διὰ τῆς ἀγορᾶς Ἰωάννην τὸν ἀλιτήριον, οὐδὲ πὺξ ἐντενεῖν, οὐδὲ λὰξ ἐναλεῖσθαι τῶν ἐπιεικεστέρων τινί. Χθές τοι πάνυ λαμπρῶς συνηγορήκει τῇ παροιμίᾳ, μᾶλλον δὲ τῷ χρησμῷ. Χρησμὸς γὰρ ἀντικρυς. Τοῦτό γε πάντως οἶσθα, τὸ,

Οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψηνίζεται.

Ἡμέρας μὲν γάρ τινας ἐξῆς οἱ πολέμιοι προσηγγέλλοντο· κἀμοί τε ἀπαντητέον ἐδόκει, καὶ Βαλαγρίτας συντεταγμένους ἐξῆγεν ὁ φύλαρχος (41). Εἶτα φθάσαντες εἰς τὴν πεδινὴν, περιεμένομεν. Οὐδαμοῦ δὲ φαινομένων, περὶ βουλυτὸν ἀπεχωροῦμεν ἕκαστος οἴκαδε [γρ. οἶκοι], συνθέμενοι πάλιν ἥξειν εἰς τὴν ὑστεραίαν· ὁ δὲ Φρὺξ Ἰωάννης (42) τέως μὲν ἦν οὐδαμοῦ· οὖκουν ὥστε καὶ φανερὸς εἶναι· φήμας δὲ ὑπέπεμπε, νῦν μὲν ὡς κατεαγὼς εἴη, καὶ διαπρίεται τὸ σκέλος· νῦν δὲ ὡς τὸ ἄσθμα νοσεῖ· νῦν δὲ ἄλλο τι κακὸν ἐξαίσιον ἔχει. Τοιοῦτοί τινες ἐφοίτων λογοποιοὶ, ἄλλος ἀλλόθεν ἥκειν φάμενοι, τοῦ μηδὲ σαφὲς εἶναι ποῖ γῆς Ἰωάννης δέδυκεν, ἢ κρύπτεται. Μεταξὺ δ' ἂν διηγούμενοι πρὸς τὴν ἀκαιρίαν τῆς συμφορᾶς ἐσχετλίαζον, ὑπεδάκρυον. Νῦν ἔδει τοῦ γενναίου λήματος· νῦν τῶν ἐκείνου χειρῶν. Τί ἂν ἐποίησε; τί ἂν ἐγένετο; Καὶ ἐπὶ πᾶσιν, ὦ τοῦ δαίμονος! εἰπὼν ἂν ἕκαστος, καὶ τὼ χεῖρε πατάξας, ἀπηλλάττετο. Ἦσαν δὲ οὗτοι τῶν ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ πάλαι παρατρεφομένων αὐτῷ, κομῆται καὶ οὗτοι, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς,

Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες.
Il. ω.

Καὶ νὴ τοὺς θεοὺς, ἔστιν ὅπου καὶ γυναικῶν. Τοιούτους λοχίτας ἐκ πολλοῦ παρεσκεύασται· μεθ' ὧν εἶ-

EPISTOLA CIV.

Fratri.

Homines eosdem videas tempore pacis audaces, militiæ ignavos, hoc est ubique improbos. **244** Unde hujus rei causa habenda bello gratia merito mihi videtur, quod qualis circa cor cuique sanguis sit, optima sit probandi ratio; compluresque, quos arrogantes acceperit, moderatiores nobis efficiat. Non enim deinceps, opinor, superbe volitabit in foro dirus ille Joannes; nec pugno impetet; nec calcibus in quemquam modestiorem insiliet. Heri quidem manifeste proverbium illud approbavit, vel oraculum potius. Oraculum enim est profecto, quod omnino tu nosse debes:

Nullus capillum, quin cinædus sit, fovet.

Aliquos enim dies continuo hostium excursio nuntiabatur; ac mihi placebat occurri et Balagritas instructos tribunus eduxerat. Post hæc in apertum campum prodeuntes opperiebamur. Sed cum nusquam comparerent, ad vesperam domum quisque redimus, cum ita convenisset, ut postridie iterum adessemus. Interea Phryx Joannes nusquam erat, ut se in conspectum daret hominum; sed rumores spargebat: interdum fregisse crus, atque ideo præcidi: interdum suspiriosum se esse; alias grande aliquod sibi malum accidisse. Ejusmodi quidam famigeratores volitabant, alius aliunde venire se nuntiantes, ut ne certo constaret quonam terrarum subiisset, atque ubi lateret Joannes. Inter narrandum importunitatem calamitatis hujus lacrymabundi querebantur. Nunc audaci illo pectore opus foret: nunc illius manibus; quid fecisset? cujusmodi fuisset? Ac demum, o infelix fatum! cum singuli dixissent, manusque complosissent; abibant e medio, et erant illi ex eorum numero, qui nulli bono apud eum alebantur: capillati et ipsi, frugisque nullius:

Quique agnos hædosque palam raptare solebant,

ac per deos nonnunquam etiam mulieres. Ejusmodi manipulos jamdudum comparavit; quibuscum

DION. PETAVII NOTÆ.

(40) Joannis, cujus sæpe in superioribus epistolis meminit, vanitatem, ac fucatam ambitiosamque stoliditatem elegantissime depingit, qui, dum abesset periculum, strenuus ac fortis videbatur; idem ubi tuba increpuisset, turpissimam se in fugam conjiciebat.

(41) *Ἔξηγεν ὁ φύλαρχος.* Balagritarum dux φύλαρχος dicebatur, quo nomine Saracenorum quoque duces appellari.

(42) [LXIII] *Ὁ δὲ Φρὺξ Ἰωάννης.* Vel quia indidem oriundus, vel quia hoc nomine ignavi etiam appellantur. Hinc proverb. apud Suidam:

Φρὺξ ἀνὴρ
Πληγεὶς ἀμείνων καὶ διηκονέστερος.

Ἐπεὶ δοκοῦσιν ἀργότεροι καὶ νωχελέστεροι οἱ Φρύγες οἰκέται.

Digitized by Google

virum se præbere ne conatur quidem : difficile est enim. Callidus autem est; et quemadmodum præ cæteris, qui tales reipsa sunt, virili esse animo putetur, optime consuluit. Sed mihi fortuna præclare illius consiliis obstitisse videtur. Quintum enim jam diem cum armis progressi fueramus, cum adhuc hostes extremos provinciæ fines popularentur, tum iside illorum adventu desperans penitus, quod nequaquam in interiora penetrare ausuri essent, advolat **245** et omnia rursus perturbatione complet. Tum autem ægritudinis mentio nulla, quin eos irridebat, qui id audire sustinuissent; se vero e longinqua regione nescio qua revertere aiebat. Illo quippe auxilii ferendi gratia excitum se esse; et hac una re eorum, qui vocaverant, agros esse servatos; neque enim irrupisse hostes, sola adventus Joannis fama perculsos. Rebus igitur ibi constitutis, statim ad eam provinciæ partem, quæ laborasset, aecurrisse dicebat: propediem enim exspectare se venturos, si ejus præsentia celaretur, nec nomen efferretur. Repente igitur perturbare cœpit omnia, cum se perperam officio ducis immisceret, ac brevi vincendi artem traditurum pollicetur, hæc identidem succlamans, in frontem, in phalangem, et ad cornu sæpius, et quadratum oblongum ingeminans, ordinumque appellans nomina, quorum ignorabat usum. Sane quibusdam ob id aliquis esse visus est, qui ejus prædicabant indolem, ac discipuli esse cupiebant. Et jam advesperascebat, tempusque irruptionis appetebat: itaque brevi montibus digressi longe processimus. Hic adolescentes quatuor rustico habitu, vociferantes quantum capita ferebant, cursu ad nos contendebant, ut nemini vate opus esset ad divinandum hostes ab iis metui, festinatoque eos ad arma nostra receptum habere velle. Ac priusquam penitus illos adesse hostem nuntiantes exaudiremus, miseros homunciones in equis conspicimus, qui mihi famis ductu regi videbantur, et ad mortem pro invadendis bonis nostris obeundam esse paratissimi. Qui cum nos conspexissent, conspectique essent, antequam intra teli jactum veniretur, illi, ut solebant, equis delapsi se ad certamen accingebant: mihique homines imitari factu optimum esse videbatur: nam regio ipsa equitatui opportuna non erat. Verum generosus ille nequaquam se in equitum jura peccaturum esse dixit, sed equestre certamen initurum. Quid tum igitur? frenis violenter detortis, aversus ipse, quanto poterat impetu fugiebat, equum cruore spargens, effusis habenis omnibus, stimulisque omnibus admotis : tum crebra verbera, et vox ad incitandum acrius insonabat. In quo difficile est dictu, **246** utrum potius laudasset quispiam, equumne an equitem. Nam ille per declivia perinde ac per acclivia perque consita

A ναι μὲν ἀνὴρ οὐδ' ἐπιχειρεῖ· χαλεπὸν γάρ· σοφιστὴς δ' ἐστὶ, καὶ ὡς ἂν δείξειεν ἀνὴρ εἶναι παρὰ τοὺς ὄντας ἄνδρας, ἄριστα σκέπτεται. Ἀλλά μοι δοκεῖ καλῶς αὐτῷ τὸ δαιμόνιον ἀντιπολιτεύσασθαι. Πέμπτην μὲν γὰρ ἤδη ἐν τοῖς ὅπλοις μάτην προεληλύθειμεν, ἔτι τὰ μετεωρότερα κακουργούντων τῶν πολεμίων· ὁ δὲ καὶ παντάπασιν ἀπογνοὺς ἥξειν αὐτοὺς, ὡς οὐκ ἂν τὸ βάθος τῆς χώρας θαρρήσοντας, παρῆν, καὶ πάντα εὐθὺς (43) ἀκοσμίας ἐμπίπλησι. Καὶ ἀσθενείας μὲν οὐκ ἐμέμνητο· κατεγέλα γέ τοι καὶ ἀνασχομένων ἀκοῦσαι· αὐτὸς δὲ ἥκειν ἔφη πάρ-
B ρωθεν, οὐκ οἶδα ὅθεν. Ἐκεῖ γὰρ εἰς συμμαχίαν παρακεκλῆσθαι· παρ' ὃ καὶ σεσῶσθαι τοὺς ἐπικαλεσαμένους ἀγρούς. Οὐδὲ γὰρ ἐμβεβληκέναι τοὺς πολεμίους, πρὸς τὴν φήμην τῆς Ἰωάννου παρουσίας καταπλαγέντας. Ἀσφαλῶς δὲ τάχει κατασταθέντος, πρὸς τὸ πονοῦν ἔφη δεδραμηκέναι [γρ. καταδεδραμ.]· προσδέχεσθαι γὰρ ὅσον οὔπω τοὺς ἄνδρας, ἢν λάθῃ παρὼν, καὶ μὴ διαδοθῇ τοὔνομα. Εὐθὺς οὖν ἅπαντα ἀκοσμίας ἐμπίπλησι παραστρατηγεῖν ἀξιῶν, καὶ ἐν βραχεῖ τέχνην τοῦ νικᾶν παραδώσειν ὑπισχνούμενος, βοῶν ἐπὶ μέτωπον, ἐπὶ φάλαγγα, καὶ κατὰ τὸ κέρας πολὺ, τὸ πλαίσιον· ποιῶν ὀνόματα τάξεων, ὧν ἠγνόει τὴν χρείαν. Καί τισιν ἀπὸ τούτου
C ἔδοξέ πως εἶναι, καὶ τήν γε φύσιν ἐμακάριζον, καὶ ἐμαθητείων πολλοί. Ἤδη δὲ δείλη τε ἦν ὀψία, καὶ καιρὸς ἐφόδου· καὶ δὴ πρόσω τῆς ὀρεινῆς καταβαίνοντες ἐγενόμεθα. Κἀνταῦθα νεανίαι τέσσαρες, ἐσταλμένοι χωριτικῶς [γρ. χωρικῶς], καὶ κεκραγότες ὅσον ἐχώρουν αἱ κεφαλαὶ, δρόμῳ πρὸς ἡμᾶς ἔθεον, ὡς μηδενὶ μάντεως δεῖν, ὅτι πολεμίους πεφόβηνται, καὶ σπεύδουσιν εἴσω τῶν ὅπλων γενέσθαι. Πρὶν δὲ καὶ καλῶς αὐτῶν ἐκείνων ἀκοῦσαι, λεγόντων ὅτι καὶ δὴ πάρεισιν, ὁρῶμεν ἐφ' ἵππων ἀνδρία πονηρὰ, καὶ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ [γρ. δοκεῖ], ὑπὸ λιμοῦ στρατηγούμενα· προχειρότατα δ' οὖν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν ἀποθνήσκειν ἐθέλοντα. Ἐπειδὴ δ' οὖν εἶδον καὶ
D ὤφθησαν, πρὶν εἴσω βέλους ἐλθεῖν, οἱ μὲν ἀποβάντες, ὥσπερ εἰώθεσαν, τῶν ἵππων, ὡς εἰς μάχην διεσκευάζοντο· καί μοι καλῶς ἔχειν ἐδόκει μιμεῖσθαι τοὺς ἄνδρας· καὶ γὰρ ἄφιππα ἦν. Ὁ δὲ γεννάδας οὐκ ἔφη παρανομήσειν εἰς τὴν ἱππικὴν, ἀλλὰ τὸν ἀγῶνα τῶν ἵππων ποιήσειν. Τί οὖν; Παρενεγκὼν βίᾳ τὸ ψάλιον, καὶ μεταστραφεὶς, ἔφευγεν ἀνακράτος ἐξελαύνων, ἐξαιματῶν τὸν ἵππον, ἅπασαν ἡνίαν ἀφεὶς, κέντρῳ παντὶ χρώμενος· καὶ ἡ μάστιξ πυκνή· καὶ ἡ βοὴ τὸ κελευστικὸν ἦχει. Ἐν τούτῳ δὲ οὐκ ἔστι ῥᾴδιον εἰπεῖν, ὁντινά τις μᾶλλον ἐπῆνεσε, πότερον τὸν ἵππον, ἢ τὸν ἱππέα· ὁ μὲν γὰρ ὁμοίως κατὰ πρανῶν, ὁμοίως κατ' ὀρθίων ἐφέρετο, καὶ διὰ τῶν δασέων, καὶ διὰ τῶν ψιλῶν, ῥύμῃ μιᾷ διεπήδα τάφρους, ὑπὲρ τοὺς ὄχθους ἥρετο· ὁ δὲ, διὰ πάντων τῶν χωρίων ἔποχος ἦν, καὶ ἐν οὐδενὶ τῆς καθέδρας ὠλίσθησε. Δοκεῖ γάρ μοι καὶ τοῖς πολεμίοις καλὴ θέα γενέσθαι, καὶ ὡς πολλὰ ἂν εὔξαιντο τοιαῦτα θεάσα-

DION. PETAVII NOTÆ.

(43) *Παρῆν, καὶ πάντα εὐθύς.* Dispunximus aliquot voces perperam inculcatas. Sic enim in vulgatis παρῆν, καὶ πάντα εἰλημμένος, καὶ πάντα εὐθύς, quæ a veteribus aberant.

Digitized by Google

σθαι. Οὐ μὴν τό γ' ἐφ' ἡμῖν, εἶδον. Ἀλλ' ἀθυμότεροι μὲν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐγενόμεθα, ψευσθέντες παρὰ πολὺ τῶν εἰς τὸν κομήτην ἐλπίδων. Ἐταξάμεθα γοῦν, ὡς εἴ τις ἐπίοι, δεξόμενοι· αὐτοὶ δὲ μάχης ἄρχειν οὐ διενοούμεθα. Καὶ γὰρ ὅστις αὐτὸς εὔψυχος ἦν, ἠπίστει τῷ πέλας, πρὸς παράδειγμα τὸ γεγονὸς ὁρῶν. Ἔνθα οὐδὲν ἦν αἰσχιον κόμης. Οὕτω γὰρ ἦν πρῶτος οὗτος ἐπιδοξότατος πρὸς τὸ προδώσειν ἡμᾶς. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς πολεμίοις ταυτὸν ἴσως τοῦτο παρέστη· καὶ ταξάμενοι περιέμενον ἡμᾶς, ὡς ἦν ἐμβάλωμεν, ἀμυνούμενοι. Ἐπεὶ δὲ παρ' οὐδετέρων ἐπεχειρεῖτο, πρῶτον μὲν αὐτοὶ τὴν ἐπὶ τὰ λαιὰ φέρουσαν, καὶ μετ' ἐκείνους ἡμεῖς τὴν ἐπὶ θάτερα ἐτραπόμεθα, οὐδ' ἕτεροι θᾶττον ἢ βάδην, ἀλλὰ σχολαίῳ βαδίσματι, τῷ μὴ δοκεῖν εἶναι φυγὴν τὴν ἀναχώρησιν. Εἶτα μέντοι καίπερ ἐν τούτοις ὄντες, ἐπυνθανόμεθα ποῖ γῆς Ἰωάννης. Ὁ δ' ἐνὶ πνεύματι καταλαβὼν ἄρα τὴν Βομβαίαν, δίκην ἀρουραίου μυὸς, ἐνεδεδύκει τῇ πέτρᾳ. Ὄρος ἐστὶν ἡ Βομβαία κοῖλον, ὃ συνελθοῦσαι τέχνη καὶ φύσις εἰργάσαντο φρούριον ἐρυμνότατον. Τοῦτο καὶ πάλαι μὲν εὐδοκίμει δικαίως· καί τινες αὐτὸ παρὰ τὰς Αἰγυπτίας ἐξήταζον σύριγγας (44)· νυνὶ δὲ κέκριται τὰ πανταχοῦ τείχη νικᾷν, οἷς ὁ παρὰ πάντας ἑαυτοῦ προμηθέστατος, ἵνα μὴ λίαν ἀγροίκως εἴπω δειλότατος, αὐτὸ τὸ τοῦ πράγματος ὄνομα, τούτῳ παρακάθηται· καὶ τὴν [*f.* εἰς τὴν] σωτηρίαν προὐτίμησε. Καὶ γὰρ εἰσελθόντι λαβυρινθῶδές ἐστι, καὶ δυσδιεξίτητον, ὡς μόνους ἂν χωρῆσαι τοὺς Ἰωάννου δρασμούς.

A non minus quam nuda ferebatur: uno fossas impetu transmittebat, supra tumulos attollebatur: hic ubique insidebat equo, nec usquam de sessione prolapsus est. Mihi enim et hostibus jucundum hoc spectaculum accidisse videtur: cujusmodi intueri quam plurima cupiant, quæ tamen, quantum in nobis fuit, minime viderunt. Sed animo, ut par erat, contractiores fuimus, plurimum spe falsi, quam in cincinnato isto habuimus. Itaque aciem instruximus, tanquam hostem, si prior aggrederetur, excepturi; ipsi autem prælium invadere minime statuimus. Etenim qui strenuus ipse ac fortis esset, socio tamen diffidebat, cum ad recens exemplum respiceret. Tum nihil vero coma turpius videbatur; quam ut habebat quisque, ita primus nos maB xime proditurus existimabatur. Verum nescio an idem quoque hostibus in animo erat: nam et instructi opperiebantur nos, velut repulsuri si eos aggrederemur. Posteaquam vero neutra ex parte tentatum prælium est, primum illi ad lævam, inde nos alteram ad partem aciem convertimus; neutri accelerato gradu, sed lentiore progressu, ne receptus iste fuga videretur. Postea tamen, quamvis in hisce rebus versaremur, sciscitati sumus ubinam terrarum esset Joannes. At ille uno spiritu Bombæam usque perveniens, agrestis muris instar, sese in rupem abdiderat. Est Bombæa mons concavus, quem ars et natura consentientes munitissimum castellum reddiderunt. Hoc jam olim meritо celeberrimum erat; nonnullique cum Ægyptiis cuniculis comparabant. Sed nunc muros omnes, ac propugnacula omnium judicio superat, quandoquidem ille præ cæteris sui providentissimus, ne nimium inepte dixerim formidolosissimus, quæ propria rei appellatio est, in eo delitescit, et hoc ad salutem suam cæteris prætulit. Est enim ingredienti statim in flexus et ambages sinuatus, et explicatu difficilis, ut solam Joannis fugam capere posit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΕ'.

Τῷ αὐτῷ (45).

Ἀνόητος ἂν εἴην, εἰ μὴ πολλὴν χάριν εἰδείην Πτολεμαίοις, ὅτι με τοσούτων ἀξιοῦσιν, ὅσων οὐδὲ αὐτὸς ἐμαυτόν. Ἀλλ' οὐκ εἰ μεγάλα χαρίζονται, τοῦτο προσήκει σκοπεῖν· ἀλλ' εἰ λαβεῖν ἐμοὶ δυνατά. Τὸ γὰρ ἄνθρωπον ὄντα, μικροῦ θείας καρποῦσθαι τιμάς, δικαίῳ μὲν ὄντι τυγχάνειν, ἥδιστον εἰς ἀπόλαυσιν ἔρχεται· λειπομένῳ δὲ παραπολὺ τῆς ἀξίας, ἐλπίδα πικρὰν ὑποτείνει τοῦ μέλλοντος. Οὐ γὰρ νεώτερόν ἐστι τὸ δίος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀρχαῖον, τὸ, *μή τι περὶ θεὸν ἁμπλακὼν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἐφεύρω*. Ἐγὼ δὲ καταμανθάνων ἐμαυτὸν, εὑρίσκω παντάπασιν ἐνδεέστερον, ἢ ὡς ἁρμόσαι τῇ τῆς ἱερωσύνης σεμνότητι. Καὶ δῆτα βιαλέξομαι πρὸς σὲ περὶ τῶν τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς κινημάτων. Οὐ γὰρ ἔχω πρὸς ὄντινα ἄλλον ἀντὶ τῆς σῆς φίλης, καὶ συντρόφου μοι κεφαλῆς. Σὲ γὰρ εἰκὸς καὶ μετέχειν μοι τῶν ἴσων φροντίδων, καὶ νύκτωρ ἀγρυπνεῖν, καὶ μεθ' ἡμέραν σκοπεῖν, ὅπως ἂν ἀγαθόν τί μοι γένηται, καὶ ὅπως

C

EPISTOLA CV.

Eidem.

Ineptus profecto forem, si non Ptolemæis ingentes gratias haberem, **247** quod me tantis rebus dignantur, quantis ne ego quidem me dignum judico. Verum non istud demum, quam magna deferant, spectare convenit; sed quam sint ejusmodi, a me ut accipi possint. Etenim hominem prope divinos honores capere, si quidem dignus sit qui assequatur, ad animi fructum accidit suavissimum; sin multum rei dignitate sit inferior, id acerbam illi futuri spem objicit. Neque enim recens ille mihi metus est, sed cum primis antiquus, *ne qua re in Deum peccans, honorem ab hominibus consequar*. Ego vero cum me ipsum considero, omnino inferiorem sentio, quam ut episcopali fastigio respondere possim. Ac libet modo mei tibi animi motus exponere. Non enim apud alium quam amicissimum tuum, unaque mecum educatum caput, commodius hoc possum facere. Nam te est æquum et earumdem me-

D

DION. PETAVII NOTÆ.

(44) *Παρὰ τὰς Αἰγυπτίας ἐξήταζον σύριγγας.* De his vide Heliodorum, l. I *Æthiop.*

(45) Scripsit hanc epistolam, cum a Ptolemæensibus ad episcopatum peteretur; cujus pleraque in Synesii *Vita* discussimus.

Digitized by Google

cum curarum participem esse, et cum noctu vigilare, tum interdiu cogitare, quemadmodum aut boni mihi contingat aliquid, aut mali quidpiam evitare possim. Audi igitur qui sit mearum rerum status, quarum pleraque jam te arbitror cognoscere. Cum exiguum onus suscepissem, hoc mihi hactenus commode sustinuisse videor, philosophiam nimirum. Pro eo vero quod non penitus ab ea aberrare videor, a nonnullis laudatus, majoribus dignus ab iis existimor, qui animi facultatem habilitatemque discernere nequeant. Vereor autem ne, arrogantior factus, et eum honorem admittens, ab utroque excidam; cum alterum quidem contempsero, alterius vero non fuero dignitatem assecutus. Sic enim habeto. Duobus hisce tempus identidem distinguo, ludo atque studiis. Ac cum in studiis occupor, tum mihi uni deditus sum, in divinis præsertim. In ludendo vero maxime sum omnibus expositus. Scis enim me, cum a libris oculos avocavi, ad omne ludorum genus esse propensum. Civilis porro curæ ac sollicitudinis et natura et studio sum prorsus expers. At episcopum divinum esse hominem oportet; utpote qui ab omni ludo peræque ac Deus ipse, alienus et inexorabilis esse debeat: qui quo vitæ suæ propositum teneat, ab innumerabilibus oculis custoditur; quorum aut nulla, aut perexigua utilitas est, nisi ita sit factus quispiam, ut ad mœstitiam sit compositus, et ad nullam voluptatem infringi atque emolliri possit. In iis autem quæ ad Deum pertinent, non **248** ille sibi uni vacans, sed communissimus omnium esse debeat, ut qui legum doctor sit, et quæ legibus consentanea sunt loquatur. Necesse vero est ipsum tam multa unum negotia sustinere, quam multa cæteri simul omnes. Unus enim quæ omnium sunt efficere debet, aut criminationibus omnibus obnoxius sit oportet. Quomodo igitur non ingentis cujusdam et præstantissimi erit animi, tantam curarum molem pondusque sustinere, nec iis mentem obruere, nec in animo restinctam divinam particulam negligere, cum ipsum tanta studiorum varietas distraxerit? Nec me præterit, fieri istud ab aliquibus posse; et istiusmodi felicem indolem prædico, ac reipsa divinos illos esse viros censeo, quos assidua humanarum rerum tractatio a divina consuetudine non avocet. Sed ego meipsum intelligo et ad urbem descendere, et ab urbe ascendere solere, iisque rebus implicari quæ ad terrena et infima detrahant, et quantis nemo dixerit sordibus inquinari. Nam ad ipsum, quod privatæ mihi et inveteratæ labes inoleverint, quidquid vel minimum adjectum fuerit, cumulatissimam accessionem facit. Robur autem nullum mihi est; nec quæ intus sunt firma

A ἂν κακόν τι διαφύγοιμι. Ἄκουε τοίνυν ὡς ἔχει τἀμά, τὰ πλείω δ' ἂν αὐτῶν καὶ εἰδείης. Μικρὸν ἀράμενος φορτίον, καλῶς ἐνεγκεῖν μοι δοκῶ τὸ μέχρι τοῦδε, φιλοσοφίαν. Διὰ δὲ τὸ δόξαι μὴ παντάπασιν αὐτῆς ἁμαρτάνειν, ἐπαινεθεὶς ὑπ' ἐνίων, ἀξιοῦμαι μειζόνων παρὰ τῶν οὐκ εἰδότων κρῖναι ψυχῆς ἐπιτηδειότητα. Φοβοῦμαι δὲ μὴ χαῦνος γενόμενος, καὶ προσιέμενος τὴν τιμὴν, ἀμφοῖν διαμάρτω, τοῦ μὲν ὑπεριδών, τοῦ δὲ τῆς ἀξίας οὐκ ἐφικόμενος. Σκόπει γὰρ οὕτω. Δύο τούτοις ἑκάστοτε μερίζω τὸν χρόνον, παιδιᾷ, καὶ σπουδῇ. Καὶ σπουδάζων ἰδιός εἰμι, μάλιστά γε τὰ θεῖα. Καὶ παίζων, κοινότατος. Οἶσθα γὰρ ὡς ὅταν ἀνακύψω τῶν βιβλίων, ἐπιῤῥεπὴς εἰμὶ πρὸς ἅπασαν παιδιάν. Πολιτικῆς δὲ φροντίδος ἀμοιρῶ καὶ φύσει, καὶ μελέτῃ. Τὸν δὲ ἱερέα, ἄνδρα δεῖ (46) θεσπέσιον

B εἶναι, ὅν γε πρὸς μὲν παιδιὰν ἅπασαν, ἴσα καὶ θεῷ, ἀμείλικτον εἶναι χρή· ὃς ἵνα τηρῇ τὴν ὑπόθεσιν, ὑπὸ μυρίων ὀμμάτων φρουρεῖται· ὧν οὐδὲν ἧ μικρὸν ὄφελος, εἰ μή τις εἴη κατεσκευασμένος σύννους τε καὶ πρὸς ἅπασαν γλυκυθυμίαν ἀνένδοτος. Τὰ δέ γε πρὸς τὸν Θεὸν, οὐκ ἂν ἴδιος, ἀλλὰ κοινότατος εἴη, νομοδιδάσκαλος ὤν, καὶ νενομισμένα φθεγγόμενος. Χρὴ δὲ αὐτὸν καὶ πράγματα πράττειν, ὅσα πάντες ἅμα. Τὰ γὰρ ἁπάντων μόνον δεῖ πράττειν, ἧ πᾶσαις αἰτίαις ἐνέχεσθαι. Πῶς οὖν οὐκ εἴη εὐμεγέθους ψυχῆς καὶ κρατίστης, ἐνέγκαι τοσοῦτον ὄγκον φροντίδων, καὶ μὴ κατακλύσαι τὸν νοῦν, καὶ μὴ κατασβεσθεῖσαν ἐν τῇ ψυχῇ περιϊδεῖν τὴν μοῖραν τὴν θείαν, οὕτω παντοδαπῶν ἐπιτηδευμάτων ἀπαγαγόντων [γρ. ἀπαγόντων] αὐτόν; Εὖ οἶδα ὅτι δυνατὸν ἐνίοις τοῦτο· καὶ μακαρίζω τὰς φύσεις αὐτῶν, κἀκείνους ἀληθῶς

C εἶναι ἡγοῦμαι τοὺς θείους ἄνδρας· οὓς τὸ ὁμιλεῖν πάνυ πράγμασιν ἀνθρωπίνοις μὴ ἀποκόπτει τοῦ θείου. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸν [γρ. ἐμαυτὸν] οἶδα εἰς ἄστυ τε κατιόντα, καὶ ἀπ' ἄστεος ἀνιόντα, καὶ ἐνειλούμενον τοῖς πρὸς τὰ γεώδη μεθέλκουσι [γρ. με ἕλκ.], καὶ ἐμπιμπλάμενον κηλῖδος, οὐκ ἂν εἴποι τις ὅσης. Τῷ γὰρ οἰκείους εἶναί μοι καὶ πάλαι μολυσμοὺς, καὶ τὸ τυχὸν μέρος ἐπιγενόμενον εἰς προσθήκην μέγα συμβάλλεται. Ῥώμη δ' οὐκ ἔστι μοι, καὶ τἔνδον [γρ. τά τε ἔνδον] οὐχ ὑγιῆ, καὶ πρὸς τὸ ἐκτὸς ἀρκεῖν οὐχ οἷός τέ εἰμι, καὶ πολλοῦ δέω τὴν ἐκ τοῦ συνειδότος φέρειν ἀνίαν. Καὶ ὁσάκις ἄν μέ τις ἔροιτο [γρ. ἔρηται], λέγειν διαῤῥήδην οὐκ ἀναδύομαι, ὡς τὸν ἱερέα διὰ πάντων. Ἀκηλίδωτον εἶναι προσήκει πολλῷ τῷ

D περιόντι, ὡς καὶ ἑτέρους τῶν μιασμάτων ἐκπλύνοντα. Κἀκεῖνο δεῖ προσεῖναι τοῖς πρὸς τὸν ἀδελφὸν γράμμασι. Πάντως δὲ ἀναγνώσονται συχνοὶ τὴν ἐπιστολήν. Καὶ γὰρ οὐχ ἥκιστα τούτου χάριν αὐτὴν ὑπηγόρευσα, τοῦ πᾶσι καταφανὲς εἶναι (47), τὸ πρᾶγμα δεδιώς· ὡς ὅ τι ἂν ἀποβῇ, καὶ πρὸς Θεοῦ, καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἀναίτιος ὦ, καὶ οὐχ ἥκιστα πρὸς τοῦ πατρὸς Θεοφίλου. Τιθεὶς γὰρ ἐν μέσῳ τἀμά, καὶ διδοὺς ἐξ

DION. PETAVII NOTÆ.

(46) *Τὸν δ' ἱερέα ἄνδρα δεῖ.* Isidor. Pelus. lib. I, ep. 319 : Εἰ τύπος ἱερεὺς τοῦ ποιμνίου, καὶ φῶς τῆς Ἐκκλησίας ὠνομάσθη, καὶ ὑπάρχει, ἀνάγκη τοῖς ἤθεσιν αὐτοῦ συνεκτυποῦσθαι τὸ ὑπήκοον, ὡς σημάντρῳ κηρόν. Εἰ τοίνυν φῶς εἶναι βούλει, μίσει τὴν εὐτραπελίαν, καὶ τὴν περιφορὰν τοῦ γέλωτος.

(47) *Τοῦ πᾶσι καταφανὲς εἶναι.* Forte καταφανῆς, ut omnes intelligant, me rem illam perhorrescere.

Digitized by Google

ἁπάντων αὐτῇ βουλεύσασθαι περὶ ἡμῶν, πῶς ἂν ὑπαίτιος εἴην; Ἐμοὶ τοιγαροῦν ὅ τε Θεὸς (48), ὅ τε νόμος, ἥ τε ἱερὰ Θεοφίλου χεὶρ, γυναῖκα ἐπιδέδωκε. Προαγορεύω τοίνυν ἅπασι, καὶ μαρτύρομαι, ὡς ἐγὼ ταύτης οὔτε ἀλλοτριώσομαι καθάπαξ, οὔτε ὡς μοιχὸς αὐτῇ λάθρα συνέσομαι. Τὸ μὲν γὰρ ἥκιστα εὐσεβές· τὸ δὲ ἥκιστα νόμιμον. Ἀλλὰ βουλήσομαί τε καὶ εὔξομαι συχνά μοι πάνυ καὶ χρηστὰ γενέσθαι παιδία. Ἓν δὴ τοῦτο δεῖ τὸν κύριον τῆς χειροτονίας μὴ ἀγνοῆσαι· μαθέτω δὲ αὐτὸ παρὰ τῶν ἀμφὶ τὸν ἑταῖρον Παῦλον, καὶ Διονύσιον, οὓς πρεσβευτὰς ἠρῆσθαι παρὰ τοῦ δήμου πυνθάνομαι. Ἐκεῖνο δὲ οὐδὲν δεῖ μαθεῖν αὐτὸν, ἀλλ' ὑπομνησθῆναι· διαλέξομαι δὲ πλείω περὶ αὐτοῦ. Καὶ γὰρ ἂν ἅπαντα τἆλλα μικρὰ πρὸς ἓν τις ἂν τοῦτο θεῖτο. Χαλεπόν ἐστιν, εἰ μὴ καὶ λίαν ἀδύνατον, εἰς ψυχὴν τὰ δι' ἐπιστήμης εἰς ἀπόδειξιν ἐλθόντα δόγματα σαλευθῆναι. Οἶσθα δ' ὅτι πολλὰ φιλοσοφία τοῖς θρυλλουμένοις τούτοις ἀντιδιατάττεται δόγμασιν. Ἀμέλει τὴν ψυχὴν οὐκ ἀξιώσω ποτὲ σώματος ὑστερογενῆ νομίζειν. Τὸν κόσμον οὐ φήσω καὶ τἆλλα μέρη συνδιαφθείρεσθαι. Τὴν καθωμιλημένην ἀνάστασιν (49) ἱερόν τι καὶ ἀπόῤῥητον ἡγημαι, καὶ πολλοῦ δέω ταῖς τοῦ πλήθους ὑπολήψεσιν ὁμολογῆσαι. Νοῦς μὲν οὖν φιλόσοφος ἐπόπτης ὢν τἀληθοῦς, συγχωρεῖ τῇ χρείᾳ τοῦ ψεύδεσθαι [γρ. ψεύδους]. Ἀνάλογον γάρ ἐστι φῶς πρὸς ἀλήθειαν, καὶ ὄμμα πρὸς δῆμον. Ἦ οὖν ὀφθαλμὸς εἰς κακὸν ἂν ἀπολαύσειεν ἀπλήστου φωτὸς καὶ ᾗ τοῖς ὀφθαλμιῶσι τὸ σκότος ὠφελιμώτερον· ταύτῃ καὶ τὸ ψεῦδος ὄφελος εἶναι τίθεμαι δήμῳ, καὶ βλαβερὸν τὴν ἀλήθειαν τοῖς οὐκ ἰσχύουσιν ἐνατενίσαι πρὸς τὴν τῶν ὄντων ἐνάργειαν.

sunt satis, et ad externa sufficere nequeo, longeque absum a conscientiæ ferendis angoribus. Ac quoties a me aliquis sciscitatur, palam sine ulla cunctatione dico: episcopum nulla omnino labe pollui debere, multum ut ei supersit, tanquam qui aliorum piacula ac sordes abstergat. Quin etiam in iis, quas fratri scribo, litteris, hoc apponi insuper necesse est. Omnino enim plerique hanc epistolam legent. Nam hujus potissimum eam gratia dictavi, quo manifeste omnibus constaret me onus istud reformidare; ut, quidquid acciderit, et apud Deum, et apud homines culpa omni caream: imprimis vero apud Patrem Theophilum. Cum enim mea omnia palam in medium proferam, atque ex omnibus de me illi deliberandi potestatem faciam, quid est quod ego accusari merito possim? Mihi igitur et Deus ipse, et lex, et sacra Theophili manus uxorem dedit. Quare hoc omnibus prædico, testorque, neque me ab ea prorsus velle separari, neque adulteri more cum ea clanculum consuescere. Alterum enim nequaquam pium est, **249** alterum illicitum. Sed hoc utique cupiam, ac precabor, plurimos mihi et quam optimos esse liberos. Hoc unum ab eo ignorari non oportet, penes quem creandi potestas est. Quod de sodali Paulo ac Dionysio intelligere potest, quos quidem legatos a populo decretos audio. Illud vero docendus non est, sed in memoriam duntaxat ei revocandus; ac plura sane ea de re disputabo. Nam cætera omnia si quis cum hoc uno contulerit, parva ac contemnenda censeantur. Difficile est, vel

DION. PETAVII NOTÆ.

(48) *Ἐμοὶ τοιγαροῦν ὅ τε Θεός.* Hinc potest colligi, jamdudum Christianum fuisse Synesium, qui ab episcopo conjugem acceperit. Vide quæ in ejus *Vita* disputamus. Alterum porro consequens ex hoc loco est: episcopos per id tempus ab uxoribus continere solitos. Quod de Orientis et Ægypti clericis diserte testatur Hieronymus *contra Vigil.*: *Quid facient Orientis Ecclesiæ? Quid Ægypti et sedis apostolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes; aut si uxores habuerint, mariti esse desierunt?* Idem habet de episcopis et aliis clericis ep. 46 *ad Pamm.* Vide Epiph. hær. 59, n. 4, et in *Exposit. fid.*, n. 21; Euseb., *De demonst.*, p. 23. Palladius in *Dial. de vita Chrys.* refert, indict. 13, hoc est anno 400, Chrysostomum in Asiam profectum Antoninum Ephesinum episcopum damnasse, quod cum uxori renuntiasset, rursus cum ea consuetudinem habuisset.

Ex hoc vero Synesii loco Græculi canonum interpretes redarguuntur, Zonaras et Balsamo, qui ad can. 5 apost. et Trullanum 12 observant, ante sextam synodum fas episcopis fuisse uxores retinere, cum iisque consuescere, quas ante ordinationem habuerunt, quemadmodum sacerdotibus et diaconis licuit. Nam Græci presbyteris et diaconis, antequam consecrentur, uxores ducere permittunt; post ordinationem vero non amplius concedunt. Hanc vero licentiam primum in sexta synodo episcopis oblatam esse sentiunt isti; quos superiora testimonia falsitatis et inscitiæ convincunt. Quin et Socrates refellitur, qui lib. v, cap. 22, scribit Orientis episcopos, si ipsis libeat, ab uxoribus abstinere; cogi tamen invitum neminem: imo complures episcopatus tempore liberos suscepisse. Πολλοὶ γὰρ αὐτῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐπισκοπῆς καὶ παῖδας ἐκ τῆς νομίμου γαμετῆς πεποιήκασι. Thessaliam excipit et Græciam, in quarum Ecclesiis cœlibatus vigebat. Sed si vera dicit Socrates, ex Epiphanii sententia respondendum est, ubicunque factum illud est, ex disciplinæ [LXXXIV] ecclesiasticæ corruptela manasse. Quanquam in episcopis nullam ejusmodi depravationem accidisse Epiphanius indicat, sed in presbyteris et diaconis tantum.

(49) *Τὴν καθωμιλημένην ἀνάστασιν.* Ut se habent hæc verba, non simpliciter negare videtur ἀνάστασιν, sed ἱερόν τι καὶ ἀπόῤῥητον appellat, quod in meliorem partem accipi potest, quasi rem sacram et arcanam, neque vulgo committendam esse dicat. Sic infra, Τὴν μὲν ἀλήθειαν τῶν θείων ἀπόῤῥητον εἶναι δεῖ. Verum quod subinde adjicit, non se posse cum vulgo consentire, et falsis dogmatibus esse decipiendum populum, argumento sunt, de resurrectione aliter ipsum, ac communis et vulgata Christianorum habebat fides, existimasse. Nimirum Platonici genus quoddam resurrectionis mortuorum admittebant. Quippe Plato in *Phædone* immortales hominum esse animas ex eo disputat, quod necesse sit contrariorum esse vicissitudinem, atque a vita ad mortem, et a morte vicissim ad vitam fieri transitum, quod ille vocat ἀναβιώσκεσθαι, *reviviscere*. Hoc vero sic interpretor, ut animas ex aliis in alia corpora transfundi velit; quod Platonis inter decreta Diogenes Laertius recenset. Sic enim reviviscere dicebant qui erant mortui. Ita ergo Synesium puto resurrectionem intellexisse, cum se aliter ac vulgus de ea sentire dicit.

Digitized by Google

fieri potius nullo pacto potest, ut quæ scientiæ beneficio ad demonstrationem deducta in animum pervenerint dogmata convellantur. Scis autem philosophiam cum plerisque ex pervulgatis istis pugnare decretis. Etenim nunquam profecto mihi persuasero, animum origine esse posteriorem corpore. Mundum ac cæteras ejus partes una interire nunquam dixero. Tritam illam ac decantatam resurrectionem, sacrum quidpiam atque arcanum arbitror; longeque absum ab vulgi comprobandis opinionibus. Animus certe quidem philosophia imbutus ac veritatis inspector, mentiendi necessitati nonnihil remittit. Lux enim veritati; oculus vulgo, proportione quadam respondent. Et ut oculus ipse non sine damno suo immodica luce perfruatur, atque ut ophthalmicis caligo magis expedit: sic mendacium vulgo prodesse arbitror: e contrario nocere veritatem iis qui in rerum perspicuitatem intendere mentis aciem nequeunt. Hæc si mihi episcopatus nostri jura permittant, possum hanc dignitatem admittere: ita ut domi quidem philosopher; foris vero fabulas seram, ut nihil penitus docens, sic nihil etiam dedocens, atque in præsumpta opinione animi permanere sinens. Sin ita etiam moveri dixerint oportere, et episcopum opinionibus esse popularem; ego me illico manifestum omnibus præbebo. Vulgo enim cum philosophia quid esse commune potest? Divinarum quidem rerum veritatem occultam esse convenit: vulgus alio modo affectus esse debet. Rursus hoc ego dicam ac sæpius: si nulla cogat necessitas, neque convincere, neque convinci, duco esse sapientis. Sed si ad episcopale munus vocer, nolo ementiri dogmata. Horum Deum, horum homines testes facio. Affinis est Deo veritas, apud **250** quem criminis expers omnis esse cupio. Hoc unum ego dissimulare nequeo. Nam cum ludendi appetens sim (ut cui jam inde a pueritia armorum et equorum immoderatum studium probro datum fuerit), mœrore quidem afficiar; quomodo enim charissimos mihi canes venationis expertes intueri potero, vel arcus a teredinibus exesos? feram tamen utcunque, si ita Deus jubeat. Et quamvis a curis alienus sim, non sine molestia quidem, sed liticulas tamen ac negotia sustinebo; munus istud, utcunque grave, Deo præstante. Dogmata porro mea nequaquam obtegam; neque mihi ab animo lingua dissidebit. Ita sentiens, itaque dicens, placere me Deo arbitror. Nolo autem sermonem de me cuiquam præbere, quasi ignotus electionem illam raptim occupaverim. Sed ut rei totius gnarus Deo charissimus Pater Theophilus, ac quem-

A Εἰ ταῦτα καὶ οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱερωσύνης συγχωροῦσιν ἐμοὶ νόμοι, δυναίμην ἂν ἱεράσθαι, τὰ μὲν οἴκοι φιλοσοφῶν (50), τὰ δ' ἔξω φιλομυθῶν· εἰ μὴ διδάσκων, ἀλλ' οὐδὲ μέντοι μεταδιδάσκων, μένειν δὲ ἐῶν ἐπὶ τῆς προλήψεως. Εἰ δέ φασιν οὕτω δεῖν καὶ κινεῖσθαι, καὶ δῆμον εἶναι τὸν ἱερέα ταῖς δόξαις, οὐκ ἂν φθάνοιμι φανερὸν ἐμαυτὸν ἅπασι καθιστάς. Δήμῳ γὰρ δὴ καὶ φιλοσοφίᾳ τί πρὸς ἄλληλα; τὴν μὲν ἀλήθειαν τῶν θείων ἀπόῤῥητον εἶναι δεῖ· τὸ δὲ πλῆθος ἑτέρας ἕξεως δεῖται. Αὖθις δὲ καὶ πολλάκις ἐρῶ, μηδεμιᾶς ἀνάγκης παρούσης, οὔτ' ἐλέγχειν σοφὸν, οὔτ' ἐλέγχεσθαι. Καλούμενος δ' εἰς ἱερωσύνην, οὐκ ἀξιῶ προσποιεῖσθαι δόγματα. Ταῦτα Θεὸν, ταῦτα ἀνθρώπους μαρτύρομαι. Οἰκεῖον ἀλήθεια Θεῷ, ᾧ δὴ πάντων ἀναίτιος εἶναι βούλομαι. Ἓν τοῦτο μόνον οὐχ

B ὑποκρίνομαι. Ἐπεὶ καὶ φιλοπαίγμων ὢν (ὅς γε παιδόθεν αἰτίαν ἔσχον ὁπλομανεῖν τε καὶ ἱππομανεῖν πέρα τοῦ δέοντος), ἀνιάσομαι μέν· τί γὰρ καὶ πάθω τὰς φιλτάτας κύνας ἀθήρους ὁρῶν, καὶ τὰ τόξα θριπηδέστατα; Καρτερήσω δὲ, ἂν ἐπιτάττῃ Θεός. Καὶ μισόφροντις ὢν ὀδυνήσομαι μὲν, ἀνέξομαι δὲ δικιδίων, καὶ πραγμάτων, λειτουργίαν τινὰ ταύτην, εἰ καὶ βαρεῖαν, ἐκπιμπλὰς τῷ Θεῷ. Δόγματα δὲ οὐκ ἐπηλυγάσομαι, οὐδὲ στασιάσει μοι πρὸς τὴν γλῶτταν ἡ γνώμη. Οὕτω φρονῶν, οὕτω λέγων ἀρέσκειν οἶμαι Θεῷ. Οὐ βούλομαι δὲ καταλελεῖφθαί τινι [γρ. τινα] περὶ ἐμοῦ λόγον, ὡς ἀγνοηθεὶς ἥρπασα τὴν χειροτονίαν. Ἀλλ' εἰδὼς ὁ θεοφιλέστατος πατὴρ Θεόφιλος,

C καὶ ὡς ἐπίσταται, σαφές μοι ποιήσας, οὕτω βουλευσάσθω περὶ ἐμοῦ. Ἡ γὰρ κατὰ χώραν ἐάσει μένειν ἐπ' ἐμαυτοῦ φιλοσοφοῦντα· ἢ τοῦ μετὰ ταῦτα κρίνειν, καὶ διαγράφειν ἡμᾶς τοῦ χοροῦ τῶν ἱερέων ἑαυτῷ χώραν οὐχ ὑπολείψει. Πρὸς τοῦτα λῆρός ἐστιν ἅπασα γνώμη. Τὸ γὰρ ἀληθὲς, εὖ οἶδ' ὅτι τῷ Θεῷ προσφιλέστατον. Καὶ νὴ τὴν ἱεράν σου κεφαλὴν, καὶ ἔτι πρὸ ταύτης, νὴ τὸν ἔφορον ἀληθείας Θεὸν, ἄχθομαι μέν. Πῶς γὰρ οὐ μέλλω, δεῆσαν ὥσπερ εἰς βίον ἀπὸ βίου μετασκευάζεσθαι; Εἰ δὲ τούτων φανερῶν γενομένων, ἅπερ οὐκ ἀξιῶ λανθάνειν, ἐγκρίνειν ἡμᾶς

D ἱερεῦσιν, ᾧ τοῦτο δέδωκεν ὁ Θεὸς, ὑποδύσομαι τὴν ἀνάγκην, καὶ ὡς θεῖον σύνθημα καταδέξομαι. Λογίζομαι γὰρ ὅτι καὶ βασιλέως ἂν ἐπιτάξαντος, καὶ κακοδαίμονός τινος Αὐγουσταλίου, δίκην ἂν ἔδωκα μὴ πειθόμενος. Τῷ Θεῷ δὲ ἐθελοντὴν δεῖ πείθεσθαι. Εἰ δὲ μὴ προσίεταί με λειτουργὸν ὁ Θεὸς, καὶ ἐκ προοιμίων δεῖ τὸ θειότατον ἀγαπᾶν τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ μὴ διὰ τῶν ἐναντιωτάτων, ὁπαΐόν ἐστι τὸ ψεῦδος, εἰς τὴν ὑπηρεσίαν αὐτοῦ παραδύεσθαι. Γενοῦ δὴ τοῦ (51) τοὺς σχολαστικοὺς εἰδέναι ταῦτα, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐξαγγεῖλαι.

DION. PETAVII NOTÆ.

(50) *Τὰ μὲν οἴκοι φιλοσοφῶν.* Eleganter hanc διπλόην exprimit Cicero lib. II *De fin.*: *Quod si vultum tibi, si incessum fingeres, quo gravior videretur, non esses tui similis. Verba tu fingas, et ea dicas quæ non sentias; aut etiam ut vestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam, aliam forensem, ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur; vide, quæso, rectumne sit.* Vide Tertull. in fine capitis 26 libri *De præscriptione.*

(51) *Γενοῦ δὴ τοῦ.* Observatione digna locutio, Γενοῦ τοῦ τοὺς σχολαστικοὺς εἰδέναι, *Da operam ut hæc sciant scholastici.* Scholasticos appellat eruditos ac politos homines, qui in museo Alexandrino litteris vacabant: quive alias eleganti erant inge-

Digitized by Google

admodum probe omnia norit perspicue mihi significans, ita de meipso statuat. Aut enim meo me in vitæ statu persistere, ac mecum philosophari permittet; aut judicii de me postea ferendi, meique ab episcopali ordine deponendi locum sibi nullum relinquet. Cum his alia omnia consilia si comparentur, nugæ sunt meræ. Veritatem enim scio Deo imprimis acceptam esse. Ac per sacrum caput tuum juro, et, quod eo mihi antiquius est, per veritatis præsidem Deum, moleste id quidem fero. Qui enim non debeam, cum me ab uno ad aliud vitæ genus demigrare necesse sit? Sed si posteaquam ista manifesta fuerint, quæ celari minime volo, in episcoporum numerum nos ascribat, cui ejus potestas a Deo commissa est : cedam necessitati, ac tanquam divinitus oblatam tesseram accipiam. Ita enim apud me existimo : si quid mihi aut imperator præcipiat, aut infelix nescio quis Augustalis, pœnas utique dem, nisi mandatis obtemperem. Deo autem sponte obtemperandum est. Quod si administro me uti noluerit Deus, vel ipso statim initio bonorum omnium longe divinissimum adamanda veritas est potius quam ut contraria maxime ratione, cujusmodi mendacium est, in famulatum illius irrepam. Quamobrem cura ut hæc a scholasticis intelligantur, et ad illum perferantur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡϚ'.

Τῷ αὐτῷ.

Ἠρόμην τὸ μειράκιον ὑπὲρ τοῦ σιλφίου, πότερον ἀπὸ γεωργίας σοὶ γέγονεν, ἢ δῶρον λαβὼν, ἔθου μερίδα κάμοί. Καὶ ὅτα μαθὼν ὡς τὸ σπουδαζόμενον ὑπὸ σοῦ κηπίον πρὸς ἅπασι καὶ τοῦτον ἐκόμισε τὸν καρπὸν, ἥσθην διπλῇ, τῷ τε κάλλει τοῦ λαχάνου, καὶ τῇ φήμῃ τοῦ τόπου. Ὄναιο τοῦ παμφόρου χωρίου· καὶ μήτε σὺ κάμοις ἐπαντλῶν ταῖς φιλτάταις πρασιαῖς· μήτ' ἐκεῖναί ποτε πρὸς τὰς ὠδῖνας ἀπαγορεύσειαν, ἵν' ἔχῃς αὐτός τε χρῆσθαι, καὶ ἡμῖν διαπέμπειν ὅσα φέρουσιν ὧραι.

EPISTOLA CVI.

A

Eidem.

De laserpitio ab adolescente quæsivi, **251** num ex cultura tibi provenisset; an eo tibi munere dato partem mihi seposuisses. Statimque ut intellexi, hortulum illum tuum, cujus tantopere studiosus es, præter alia omnia, hunc etiam fructum attulisse, dupliciter gavisus sum, cum oleris pulchritudine, tum loci illius fama. Macte esto tam fertili atque uberi prædio : nec tu unquam charissimas areolas irrigans fatigeris; nec illæ ad ejusmodi partus lassæ unquam effetæque sint, ut et utaris ipse, et ad nos mittere possis, quæcunque tempestates ferunt.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΖ'.

Τῷ αὐτῷ.

Ἡδὺς εἶ κωλύων ἡμᾶς ὅπλα κατασκευάζεσθαι, τῶν πολεμίων μὲν ἐπεχόντων, καὶ λείαν ἅπαντα ποιουμένων, καὶ ἀποσφαττόντων ὁσημέραι δήμους ἀθρόους, στρατιωτῶν δὲ οὐκ ὄντων, ὥστε καὶ φαίνεσθαι. Εἶτα λέξεις ὡς οὐκ ἐξὸν ἰδιώτας ἀνθρώπους ὁπλοφορεῖν, ἀποθνήσκειν δὲ ἐξὸν, εἴπερ καὶ ἡ πολιτεία χαλεπαίνει [γρ. χαλεπαίνοι] τῷ πειρωμένῳ σώζεσθαι; Ἀλλ' εἰ μηδὲν ἄλλο κερδανῶ, τὸ γοῦν τοὺς νόμους γενέσθαι κυρίους ἀντὶ τούτων τῶν ἀλαστόρων. Καὶ πόσου δοκεῖς τοῦτο τιμῶμαι, πάλιν εἰρήνην ἰδεῖν, καὶ βῆμα κεκοσμημένον, καὶ κήρυκα σιγὴν ἐπιτάττοντα; Αὐτίκα τεθναίην, τὸ πρῶτον σχῆμα τῆς πατρίδος ἀπολαβούσης.

EPISTOLA CVII.

B

Eidem

Jucundus es, cum nos arma comparare prohibes; hostibus late omnia tenentibus, omniaque deprædantibus, atque in dies integros populos jugulantibus, cum neque miles ullus adsit, qui quidem compareat. Quæ cum ita sint, tamenne licere negabis privatis hominibus arma ferre? Mori autem licere dices, si iis qui saluti suæ consulant, resp. succenseat? Verum si nihil aliud, hoc saltem lucrifaciam, ut pro exsecrandis illis pestibus leges ac jura dominentur. Quanti vero istud a me fieri putas, pacem ut rursum videam, tribunal ornatum, et præconem silentium indicentem? Extemplo moriar, ubi primum pristinam formam patria recuperarit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΗ'.

C

Τῷ αὐτῷ.

Ἐμοὶ λόγχαι μὲν ἤδη γεγόνασι τριακόσιαι, καὶ κοπίδες τοσαῦται (52)· ξίφη δὲ ἀμφήκη καὶ πρότερον ἦν οὐ πλείω τῶν δέκα. Παρ' ἡμῖν δὲ οὐ χαλκεύεται τὰ πάνυ προμήκη ταῦτα σιδήρια. Ἀλλ' οἶμαι τὰς κοπίδας ἐρρωμενέστερον ἐμβάλλειν τοῖς τῶν ἀντιτεταγμένων σώμασι. Τούτοις οὖν χρησόμεθα. Εἰ χρηστέον δὲ, καὶ κορύνας ἕξομεν. Ἀγαθοὶ δὲ οἱ κότινοι παρ' ἡμῖν. Ἐνίοις δὲ ἡμῶν εἰσι καὶ πελέκεις ἑτερότομοι περὶ τὴν ζώνην ἑκάστῳ, οἷς τὰς ἀσπίδας αὐ-

EPISTOLA CVIII.

Eidem.

Mihi jam trecentæ lanceæ fabricatæ sunt, et machæræ totidem; ancipites vero gladii jam antea non plures decem fuere. Apud nos autem oblonga ista ferramenta non cuduntur. Sed machæras opinor validius in corpora hostium incumbere. Quare iis utemur. Atque etiam si iis opus sit, clavas habebimus. Optimi enim sunt apud nos oleastri. Quidam nostrum secures habent in zona singuli altera tantum acutas parte; quibus eorum scuta tunden-

DION. PETAVII NOTÆ.

prio, ac bonis artibus exercitato. Hier. lib. *De script. eccles.* in *Serapione : Qui ob elegantiam ingenii cognomen Scholastici meruit.* De hac appellatione pluribus disputat Rosweidus noster ad *Vitas Patrum.*

(52) *Καὶ κοπίδες τοσαῦται.* Curtius lib. VIII : *Copides vocant gladios leviter curvatos, falcibus similes, queis appetebant belluarum manus.*

Digitized by Google

tes æquo nobiscum Marte decertare cogemus, qui nullum armorum munimentum habemus. Prælium autem, quantum conjicio, postridie committetur. Nam cum hostium quidam in speculatores nostros incidissent, totisque viribus insecuti essent, ubi velociores eos esse, quam ut capi possent, agnoverunt, renuntiare nobis jusserunt, quæ jucundissima **252** sunt; si nimirum non amplius oberrandum nobis erit, ad eos homines vestigandos, qui in vastas continentis regiones subeunt. Manere enim sese dixerunt, velleque cognoscere, cujusmodi tandem homines simus, qui tot dierum itinere ab nostris sedibus abstrahi non dubitaverimus, ut cum bellicosis hominibus manus conseremus; qui palantes ac segregati vivunt, eademque reip. forma, qua nos expeditionis atque exercitus, utuntur. Igitur tanquam crastina die favente Deo hostes superaturus; aut, si ita tamen necesse sit, rursum superaturus (nihil enim male ominari velim), liberorum meorum curam tuæ fidei commendo. Te enim, qui patruus sis, meæ apud te gratiæ memoriam in eos transferre convenit.

A τῶν ἁλοήσαντες ἐν ἴσῳ στήσομεν αὐτοὺς οἱ μηδὲν ἔχοντες ὅπλων πρόβλημα. Ὁ δὲ ἀγὼν, ὡς εἰκάσαι, τῆς ὑστεραίας. Τοῖς γὰρ σκοποῖς ἡμῶν προεντυχόντες ἔνιοι τῶν πολεμίων, καὶ διώξαντες ἀνακράτος, ὡς ἔγνωσαν κρείττους ὄντας ἢ ἁλῶναι, ἐκέλευσαν ἀγγέλλειν ἡμῖν ἅττα ἥδιστα· εἰ μηκέτι δεήσει πλανᾶσθαι, ζητοῦντας ἀνθρώπους ἐνδυομένους ἠπείρου πλάτη. Μένειν γὰρ ἔφασαν, καὶ ἐθέλειν μαθεῖν οἵτινες ὄντες ἡμερῶν τοσούτων ὁδὸν ἀποσπάσαι τῆς χώρας ἐτολμήσαμεν, ἐφ' ᾧ συμμίξαι πολεμισταῖς ἀνθρώποις βίον ζῶσι νομαδικὸν, καὶ τὰ εἰς πολιτείαν οὕτω καταστησαμένοις, ὥσπερ ἡμεῖς τὰ ἐπὶ τῆς στρατιᾶς. Ὡς οὖν αὔριον σὺν Θεῷ τοὺς πολεμίους νικήσων, ἂν μέντοι δέῃ πάλιν, νικήσων (μηδὲν γὰρ ἀπαίσιον φθεγξαίμην), ἐπισκήπτω σοι τῶν παιδίων ἐπιμεB ληθῆναι. Προσήκει δὲ ὄντι θείῳ εἰς αὐτὰ ἀπομνημονεῦσαι τὴν χάριν.

Neque asini mihi, neque muli, aut equi copia est, omnibus ad pabula dimissis, quibus ad te amicissimum mihi caput possem contendere. Pedibus porro iter facere plane quidem volebam, ac fortassis etiam poteram; sed propinqui committendum istud negarunt, ne iis qui occurrerent risum de nobis præberemus. Hos enim, qualescunque demum sint, usque adeo sapientes esse putant, tantaque mentis solertia, ut unusquisque melius quid me deceat, quam ego ipse, pervideat. Ita multis nos arbitris devinciunt; qui nos hominum famæ existimationique servire cogunt. Pervicere autem non admonendo duntaxat, sed majore quadam adhibita vi. Quippe cum ego proficiscerer, permittere noluerunt, sed me pallio retraxerunt. Quid igitur reliquum erit, nisi ut vicariam mei hanc ad te epistolam mitterem, qua tibi salutem impertio: tum illud abs te quæro, quidnam e Ptolemaide allatum sit: recentes nescio quos sermones intelligo, quos e prætorio reportare te verisimile est, præsertim quid sit illud pervulgatum arcanum ex Occidente. Scis enim mea interesse, ita factum, an secus fuerit. Itaque si quidem litteras ad me perspicua omnia significantes miseris, manebo; sin minus, tu me ipse quoque de suscepto ad te cursu reprehendes.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΘ'.

Τῷ αὐτῷ.

Οὐκ ὄνος, οὐχ ἡμίονος, οὐχ ἵππος ἐστί μοι, ἁπάντων ἀνειμένων εἰς πόαν, οἷς χρησάμενος ἂν ἦλθον εἰς σε τὴν φιλτάτην μοι κεφαλήν [γρ. εἰς σοῦ τῆς φιλτάτης μοι κεφαλῆς]. Βαδίζειν δὲ πάνυ μὲν ἐβουλόμην, καὶ τυχὸν ἠδυνάμην· οὐ μὴν ἔφασαν οἱ προσήκοντες δεῖν· ἵνα μὴ διατριβὴ τοῖς ἁπαντῶσι γενοίμεθα. Τούτους γὰρ, οἵτινες ἂν ὦσιν, οὕτω πάνυ σοφοὺς ἡγηνται, καὶ τοσοῦτον νοῦν ἔχειν, ὡς ἕκαστον αὐτῶν ἄμεινον C ἂν ἐμοῦ σκέψασθαι περὶ τῶν πρεπόντων ἐμοί. Τοσαύτων ἡμᾶς ἐξαρτῶσι κριτῶν, οἱ πρὸς δόξαν τὴν ἔξω ζῆν ἀναγκάζοντες. Περιεγένοντο δὲ οὐ νουθετοῦντες, ἀλλὰ τὸν βιαιότερον τρόπον, ἐπειδὴ προῆειν, οὐκ ἐπιτρέποντες, ἀλλ' ἀντιλαμβανόμενοι τοῦ τριβωνίου. Τί οὖν ὑπόλοιπον, ἢ τὴν ἐπιστολὴν ἀντ' ἐμοῦ στεῖλαι πρὸς σέ; δι' ἧς ἀσπάζομαί τέ σε, καὶ πυνθάνομαι τίνα τὰ ἀπὸ Πτολεμαΐδος ἀγώγιμα, λόγους καινοὺς, οὓς εἰκός σε κομίζειν ἀπὸ τοῦ στρατηγίου. Καὶ μάλιστα τί τὸ θρυλλούμενον ἀπόῤῥητον ἀπὸ τῆς Ἑσπέρας. Οἶσθα γὰρ ὅτι πάνυ μοι διαφέρει γενόμενον οὕτω, καὶ μὴ γενόμενον. Εἰ μὲν οὖν ἕκαστα σαφῶς ἔχουσαν ἐπιστολὴν ἐκπέμψεις, ἔξω κατὰ χώραν· εἰ δὲ μή, καὶ σὺ μέμψῃ περὶ τοῦ δρόμου.

EPISTOLA CIX.

Eidem.

EPISTOLA CX.

Eidem.

Chilas leno, quem a paucis ignorari præ artis claritate verisimile est. **253** Etenim Andromacha mima, quæ pulchritudinis laude præ omnibus ætatis nostræ mulieribus floruit, de ejus cohorte fuit. Hic igitur per adeo præclara studia juventutem traducens, anteactæ vitæ convenire arbitratus est, ut in senectute militaribus gradibus nomen suum illustraret. Nuper igitur venit fortissimorum Marcomanorum præfecturam ab imperatore sortitus; quos credibile est, nobis, cum antea milites optimi fuerint, si jam idoneum ducem obtinuerint,

D ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙ'.

Τῷ αὐτῷ.

Χεῖλας ὁ πορνοβοσκὸς, ὃν οὐκ εἰκὸς ὑπὸ πολλῶν ἀγνοεῖσθαι, διὰ τὴν ἐκ τῆς τέχνης λαμπρότητα. Καὶ γὰρ ἡ μῖμος Ἀνδρομάχη, τῆς τούτου γέγονε φάλαγγος, ἡ τὸ κάλλιστον τῶν γυναικῶν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις ἀνθήσασα. Οὗτος ἐννεάσας τοῖς οὕτω καλοῖς ἐπιτηδεύμασι, πρέπον ᾠήθη τοῖς προβεβωμένοις αὐτῷ, ἐν γήρᾳ στρατιωτικαῖς ἐλλαμπρύνεσθαι τάξεσιν [γρ. ἐκλαμπ. πράξ.]. Ἔναγχος οὖν ἦκει παρὰ βασιλέως στρατηγεῖν εὑράμενος τῶν γενναιοτάτων Μαρκομάνων· οὓς εἰκὸς ἡμῖν ἐστι καὶ πρότερον ἀγαθοὺς στρατιώτας ὄντας, νῦν ἐπιτυχόντας καὶ πρέπον-

Digitized by Google

τος στρατηγοῦ, μέγα τι καὶ γενναῖον ἔργον ἐπιδεί- A memorabile aliquod atque egregium facinus edituros. Hoc inter colloquendum Syriano dixit : nosti illum de vicinia medicum. Syrianus ad nos detulit, quonam in statu divina illa castra reliquisset. Cætera porro quid attinet scribere, quæ ego etiam obiter accepi? Sed quibus auditis mirifice sum delectatus, quorumque lætitiam impertiri volo, ea sunt ejusmodi : Egregius noster Joannes, parvum hoc dictu est, in iisdem semper versatur, cum illius in rebus fortuna se in dies efferat, quantum efferri potest ; imo vero incrementum etiam sui aliquod excogitaverit. Nam illi patent imperatoris aures, et, quod caput est, animus ipse, quod ad ea omnia quæ velit, utatur. Et quidquid Antiochus potestatis habet, in illius commo-
B dum habet : potest autem Antiochus quæcunque libet. Antiochum dico, non eum qui cum Gratiano fuit, sanctum homuncionem, moribus spectatissimis, sed oppido deformem. Verum alius quidam est juvenis ventrosus, qui apud Narsen Persam præcipua in auctoritate fuit, eamdemque post eum retinuit. Ab eo tempore magnum illum hucusque fortuna reddit. Quæ cum ita sint, consentaneum est cornicis annos præfuturum nobis æquissimum magistratum, qui cum altero cognatione, cum altero necessitudine sit conjunctus

τος στρατηγοῦ, μέγα τι καὶ γενναῖον ἔργον ἐπιδεί-
ξεσθαι. Ἔλεγε γοῦν Συριανῷ [γρ. Σερηνιανῷ] συγγενόμενος· οἶσθα τὸν ἐκ γειτόνων τὸν ἰατρόν. Ὁ δὲ Συριανὸς [γρ. Σερηνιανὸς] ἀπήγγειλε πρὸς ἡμᾶς, ἐν οἷς ἀπολείποι τὸ θεῖον στρατόπεδον. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα τί ἂν δέοι [γρ. δεήσοι] πρὸς σὲ γράφειν, ὧν κἀγὼ παρέργως ἠκροασάμην ; Ἐφ' οἷς δὲ αὐτὸς ἀκούσας ἥσθην ὑπερφυῶς, σέ τε δι' αὐτῶν εὐφρανθῆναι βούλομαι, τάδε ἐστίν· Ὁ θαυμαστὸς Ἰωάννης, μικρὸν εἰπεῖν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐστιν, ἐπιδιδούσης τῆς τύχης ἐν τοῖς ἐκείνου πράγμασιν, ὅσον ἐπιδόσεως χωρεῖ, καί τινα καθ' ἑαυτὴν ὑπερβολὴν ἐξευρούσης. Αὐτῷ τε γὰρ ἀνεῖται τὰ βασιλέως ὦτα· καὶ πρὸ τούτων ἡ γνώμη χρῆσθαι πρὸς ὅ τι δέοιτο. Καὶ ὅσα Ἀντίοχος (53) δύναται, δύναται τούτῳ· δύναται δὲ Ἀντίοχος ὅσα βούλεται. Ἀντίοχον ἡγοῦ μὴ τὸν ἀπὸ Γρατιανοῦ, τὸ ἱερὸν ἀνθρώπιον, τὸ βέλτιστον μὲν τοὺς τρόπους, εἰδεχθέστατον δὲ τὴν ὄψιν. Ἀλλ' ἕτερός ἐστιν ὁ νεανίσκος ὁ πρόκοιλος, ὁ Ναρσῇ τῷ Πέρσῃ παραδυναστεύσας. Τοῦτον ἐξ ἐκείνου μέχρι νῦν ἡ τύχη μέγαν ποιεῖ. Τούτων οὕτως ἐχόντων, εἰκός ἐστι κορώνης ἐνιαυτοὺς ἄρξαι παρ' ἡμῖν τὸν δικαιότατον ἄρχοντα, τοῦ μὲν ὄντα συγγενῆ, τοῦ δὲ οἰκεῖον γενόμενον.

memorabile aliquod atque egregium facinus edituros. Hoc inter colloquendum Syriano dixit : nosti illum de vicinia medicum. Syrianus ad nos detulit, quonam in statu divina illa castra reliquisset. Cætera porro quid attinet scribere, quæ ego etiam obiter accepi? Sed quibus auditis mirifice sum delectatus, quorumque lætitiam impertiri volo, ea sunt ejusmodi : Egregius noster Joannes, parvum hoc dictu est, in iisdem semper versatur, cum illius in rebus fortuna se in dies efferat, quantum efferri potest ; imo vero incrementum etiam sui aliquod excogitaverit. Nam illi patent imperatoris aures, et, quod caput est, animus ipse, quod ad ea omnia quæ velit, utatur. Et quidquid Antiochus potestatis habet, in illius commodum habet : potest autem Antiochus quæcunque libet. Antiochum dico, non eum qui cum Gratiano fuit, sanctum homuncionem, moribus spectatissimis, sed oppido deformem. Verum alius quidam est juvenis ventrosus, qui apud Narsen Persam præcipua in auctoritate fuit, eamdemque post eum retinuit. Ab eo tempore magnum illum hucusque fortuna reddit. Quæ cum ita sint, consentaneum est cornicis annos præfuturum nobis æquissimum magistratum, qui cum altero cognatione, cum altero necessitudine sit conjunctus

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΑ'.

Τρωΐλῳ.

Πυνθάνῃ περὶ Διοσκορίου πόσους ἀπαγγέλλει [γρ. ἀπαγγέλοι] στίχους ἑκάστης ἡμέρας; πεντήκοντα. Τούτους ἀποδίδωσιν, οὐ προσπταίων, οὐ διλογῶν, οὐκ ἐφιστάμενος ἐφ' ᾧ τὴν ἀνάμνησιν ἀθροῖσαι σὺν χρόνῳ· ἀλλ' ἐπειδὰν ἄρξηται λέγειν, κατατείνει συνεχῶς· καὶ ἡ σιωπὴ τέλος ἐστὶ τῆς ἀπαγγελίας.

EPISTOLA CXI.

Troilo.

Quæris de Dioscoro, quot versus quotidie pronuntiat? quinquaginta. Hos quidem reddit, nihil hæsitans, nihil iterato repetens, neque identidem insistens ad colligendam cum tempore memoriam : sed postquam cœperit, continuo percurrit, pronuntiandique finis est silentium.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΒ'.

Τῷ αὐτῷ.

Οὔτε ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἄνθρωποι φιλοῦσι καὶ ἐπαινοῦσιν· οὔτε μία δύναμις τῆς ψυχῆς ἐπ' ἄμφω τέτακται ταῦτα. Ἀλλὰ τῷ παθητικῷ μὲν οἰκειούμεθα, καὶ ἀλλοτριούμεθα· τῷ δὲ κρίνειν δυναμένῳ, καὶ λόγον ἔχοντι τῆς ψυχῆς, ἐπαινοῦμέν τε καὶ μεμφόμεθα.

254 EPISTOLA CXII.

Eidem.

Neque easdem ob causas diligunt ac laudant homines, nec eadem animæ facultas utrisque illis præstandis attributa est. Sed ea quidem parte, qua affectibus movemur, conciliamur, aut alienamur invicem : quæ vero judicandi vi prædita est, et rationem continet, ea laudamus, aut reprehendimus.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΓ'.

Τῷ ἀδελφῷ.

Εἶτα τοὺς μὲν κακοδαίμονας τούτους ὁρῶμεν ἀποθνήσκειν ἐθέλοντας ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων, ἅττα ἂν λείαν περιποιήσωνται, τοῦ μηκέτι προέσθαι τοῖς κυρίοις αὐτά· ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ χώρας, ὑπὲρ ἱερῶν, ὑπὲρ νόμων, ὑπὲρ κτημάτων, οἷς ἡμᾶς ὁ χρόνος συνηθεστέρους ἐποίησεν, οὐκ ἀφειδήσομεν ἑαυτῶν, ἀλλὰ περιεξόμεθα τῶν ψυχῶν ; οὐκ ἄρα δόξομεν ἄνδρες εἶναι. Ἐμοὶ μὲν οὖν ἰτητέον ἐστὶν ἐπ' αὐτοὺς

EPISTOLA CXIII

Fratri.

Itane vero? miseros illos videamus sponte mortem cupere pro alienis rebus oppetere, quascunque deprædati fuerint ; ne rursum iis, quorum illæ sunt, reddere cogantur : nos pro sedibus nostris, pro sacris, pro legibus, pro fortunis, quibus nos magis temporis diuturnitas assuefecit, non periculis omnibus vitam exponemus, sed animæ nostræ consulemus? Haud sane viri esse videbimur. Mihi

DION. PETAVII NOTÆ.

(53) *Καὶ ὅσα Ἀντίοχος.* Hic ille est, opinor, Antiochus, quem Isdegerdes, post susceptam ex Arcadii testamento Theodosii tutelam, curatorem ad eum destinavit. Vide Zonaram, Cedren. et Niceph. lib. XIV, c. 1. De altero Antiocho, quem ἀπὸ Γρατιανοῦ nominat, nihil extrico. Isidorus Pelus. lib. I, epist. 36, Antiocho cuidam scribit eunucho palatii ; quem illum ipsum ab Isdegerde missum esse suspicor.

Digitized by Google

quidem, utut habeo, recta in illos eundum est, experimentumque de tam audacibus hominibus capiendum; quales tandem cum sint, insultare Romanis non dubitent, quocumque ii modo sese habeant. Camelus enim, aiunt, etiam scabiosus multorum asinorum onera sustinet. Enimvero et mori ferme in ejusmodi casibus eos video, qui vitæ suæ conservandæ plurimum student; et vivere, quicunque vitam desperaverint. Horum ego unus ero. Pugnabo enim tanquam moriturus: nec dubito quin superstes sim futurus. A Lacedæmoniis enim ortum duco, et magistratuum ad Leonidam litteras probe teneo: *Tanquam illico morituri dimicent, et non morientur.*

A ὡς ἔχω, καὶ πεῖραν ληπτέον τῶν πάντα τούτων τολμώντων, οἵτινες ὄντες ἀξιοῦσι Ῥωμαίων καταγελᾶν, ἐχόντων ὅπως ποτὲ ἔχουεν. Ἀλλ' ἡ κάμηλος γάρ τοι, φασὶ, καὶ ψωριῶσα πολλῶν ὄνων ἀνατίθεται φορτία. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀποθνήσκοντας ὡς ἐπίσαν ἐν τοῖς τοιούτοις ὁρῶ τοὺς περὶ πλείστου ποιουμένους τὸ ζῆν· καὶ ζῶντας, ὅσοι τοῦ ζῆν ἀπεγνώκεσαν. Τούτων ἔσομαι. Μαχήσομαι γὰρ ὡς ἀποθανούμενος καὶ εὖ οἶδ' ὅτι περιέσομαι. Λάκων γὰρ ἄνωθέν εἰμι, καὶ οἶδα τὴν πρὸς Λεωνίδαν ἐπιστολὴν τῶν τελῶν· *Μαχέσθων ὡς τεθνηξόμενοι, καὶ οὐ τεθνήξονται.*

EPISTOLA CXIV.

Eidem.

Et miraris, cum apud æstuosos Phycuntas habites, si rigeas, et sanguinem corruperis? At contra mirandum hoc sane foret, si corpus tuum ardorem illum posset pervincere. Verum potes tu, favente Deo, si ad nos migraveris, valetudinem recuperare, postquam aere ex palustri vapore infecto liberatus fueris; liberatus item aquis salsis, ac tepidis, penitusque stantibus; quod idem est ac si mortuis dicam. Quæ vero tandem voluptas est, in littoris arena recumbere, qui unicus vobis est secessus? **255** Nam quo demum vos vertetis? Apud nos vero licet sub arboris umbra considere. Sin te fastidium capiat, ab una ad aliam arborem, aut ab nemore transire ad nemus aliud licet. Quale est autem præterfluentem aquulam transmittere? Quam est jucundus favonius qui ramos leniter impellit? Sed neque varii concentus volucrum desunt; neque florum picturæ; aut in pratis frutices, partim agriculturæ opera, partim naturæ munera, fragrantia omnia, ac telluris bene habitæ succi. Nympharum porro speluncam hic ego minime prædicabo. Theocrito enim opus est. Ac præter hæc, etiam aliud est quiddam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΔ'.

Τῷ αὐτῷ.

Εἶτα θαυμάζεις, τοὺς αὐχμώδεις Φυκοῦντας εἰκῶν, εἰ ῥιγοῖς, καὶ τὸ αἷμα ἐξεπανήρευσας; Τοὐναντίον μέντοι θαυμάζειν ἐχρῆν, εἴ σοι τὸ σῶμα κρεῖττόν ἐστι τῆς αὐτόθι φλογός. Ἀλλ' ἔστι σοι παρ' ἡμᾶς ἐλθόντι σὺν τῷ Θεῷ, ῥᾴονι γενέσθαι, ἀπαλλαγέντι μὲν ἀέρος διεφθορότος ἐκ τῆς ἑλώδους ἀτμίδος, ἀπαλλαγέντι δὲ ὕδατος ἁλυκοῦ, καὶ χλιαροῦ, καὶ τὸ ὅλον ἑστῶτος· ὃ ταυτὸν εἰπεῖν καὶ νεκροῦ. Τί δὲ καὶ καλὸν ἐπὶ τὴν ψάμμον τὴν αἰγιαλῖτιν ἀναπεσεῖν, ἣν μόνην ἔχετε διατριβήν; ποῦ γὰρ δὴ καὶ τραπήσεσθε; Ἐνθαδὶ δὲ, οἷον μὲν ἔστιν ὑπελθεῖν δένδρου σκιάν. Κἂν δυσαρεστήσῃς, ἔστιν ἀμεῖψαι δένδρον ἐκ δένδρου, καὶ ἄλσος ἄλσος ἐξ ἄλσους. Οἷον δὲ τὸ διαβῆναι παραῤῥέον ὑδάτιον; Ὡς ἡδὺ ὁ ζέφυρος ὑποκινῶν ἠρέμα τοὺς κλάδους; ποικίλαι δὲ καὶ ὀρνίθων ᾠδαὶ, καὶ ἀνθέων χροιαὶ, καὶ λειμῶνος θάμνοι· τὰ μὲν, γεωργίας ἔργα· τὰ δὲ, φύσεως δῶρα· πάντα εὐώδη· γῆς ὑγιαινούσης χυμοί. Τὸ δὲ τῶν Νυμφῶν ἄντρον οὐκ ἐπαινέσομαι. Θεοκρίτου γὰρ δεῖ. Ἔστι δέ τι καὶ παρὰ ταῦτα.

EPISTOLA CXV.

Theodoro medico.

Necessarium bonum est cibi parcimonia. Quam ut alius quispiam irriserit, tibi certe nefas est, qui Hippocratem jactes, qui in brevibus sententiis inediam dixit sanitatis esse matrem.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΕ'.

Θεοδώρῳ ἰατρῷ.

Ἀγαθὸν ἀναγκαῖον ἡ ὀλιγοσιτία. Ἦν ἕτερος μὲν ἄν τις καὶ σκώψειε· σοὶ δὲ οὐ θέμις Ἱπποκράτην αὐχοῦντι, ὃς ἀφορίζων (54), τὴν ἐνδειαν ἔφη ὑγείας εἶναι μητέρα.

EPISTOLA CXVI.

Auxentio.

In montem aut pelagi undantes cum murmure fluctus.

Homerus contentionis mala procul amandari desiderat. Philosophia vero ne initio quidem aditum illis ad animum præbet. Verum imbecilliores nos sumus, quam ut philosophemur: quod ad me quidem attinet. Nolumus tamen militibus esse

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΣ'.

Αὐξεντίῳ [γρ. Αὐξάοντι].

Εἰς ὄρος, ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Ὅμηρος ἀποδιοπομπεῖται τὰ ἐκ φιλονεικίας κακά. Φιλοσοφία δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς δίδωσι πάροδον εἰς ψυχήν. Ἀλλ' ἡμεῖς ἀσθενέστεροι μὲν, ἢ ὥστε φιλοσοφεῖν, τό γε ἐμὸν μέρος. Οὐ μὴν ἀξιοῦμεν παντάπασι φαυλότερον ἔχειν ἀνθρώπων στρατιωτῶν, ἐφ'

DION. PETAVII NOTÆ.

(54) Ὃς ἀφορίζων. Hanc Hippocratis sententiam commendat Isidor. Pelus. lib. I, epist. 277, et lib. III, epist. 192.

Digitized by Google

εἰς ἡ πεῖρα γέγονε. Ἥλιον οὖν Ὁμήρου χρηστέον, ὃς πού φησιν,

Ἄρχε, σὺ γὰρ γενεῇφι νεώτερος.

Μάχη γὰρ μὴ γένοιτο μέν· εἰ δὲ γένοιτο, ὁ νεώτερος αὐτῆς ἀρχέτω. Τοιοῦτον γάρ τι νοεῖται τῷ Ποσειδῶνι, τὸ παραχωρεῖν τοῦ προκατάρξασθαι τῷ νεωτέρῳ θεῷ. Τὸν δὲ πρεσβύτερον, ἡγεμόνα δεῖ τῶν καλλίστων εἶναι· κάλλιστον δὲ ὁμόνοια. Ἐγὼ δὲ ὡς οὔ σου πρεσβύτερος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἤδη πρεσβύτης, χρῷ δῆλον, ὁ Φερεκύδης φησίν. Οὐκοῦν τὰ τῆς ἀπολογίας εἰς ἐμὲ περίσταται. Εἰ δὲ καὶ τὸν πρότερον ἁμαρτάνοντα δεῖ πρότερον ἐνδοῦναι, σὺ δ' ἐμὲ βούλει τοῦτον εἶναι, συγχωρῶ σὴν χάριν καὶ τοῦτο. Δεῖ γὰρ ἀντιπαιθέντα σου πρότερον, εὐθὺς ἐθελήσαντί σοι χαρίσασθαι

A deteriores, quos versibus suis ille descripsit. Ergo iterum Homerus adhibendus erit, qui alicubi dixit,

Incipe, nam nata minor es.

Pugna enim atque contentio absit quidem omnino; sin aliqua intervenerit, eam junior incipiat. Nam ejusmodi quidpiam Neptuno in animum venit, ut auspicandi prælii juniori deo potestatem faceret. Grandiorem vero natu, præire ad honestissima quoque consentaneum est : honestissima porro concordia est. Ego autem quam te non modo senior sim, verum etiam senex, de cute manifestum est, aiebat Pherecydes. Quare meæ sunt excusandi partes. Quod si insuper eum, qui primus peccarit, primum cedere et animum remittere oportet; ac tu me eum esse vis, hoc etiam tua causa concedo. Hunc enim par est, qui te prior conciliare sibi studuerit, subinde tibi condonare quæ volueris.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΖ'.

Ἡλιοδώρῳ.

Ἡ φήμη λέγει δύνασθαί σε πολλὰ παρὰ τῷ νῦν ἔχοντι τὴν Αἰγυπτίων ἀρχὴν· καὶ ἀληθῆ λέγει· δικαιότατος γὰρ εἶ, καλῶς τῷ δύνασθαι χρώμενος. Ὅπως οὖν ὄναιο τῆς σῆς φύσεως καὶ δυνάμεως, ὑπὲρ ὧν ὁ ἐμὸς Εὐσέβιος δεῖται, λέγοντος ἄκουσον, ἵν' εἰδῇς ὅτι καὶ ῥήτορα συνεστήσαμεν.

B

256 EPISTOLA CXVII.

Heliodoro.

Fama est plurimum te apud Ægypti præfectum gratia et auctoritate valere; vereque illa de te prædicat : dignissimus enim es qui potestate quam honeste uteris. Ut igitur aliquem ex indole potestateque tua fructum capias, quæ meus Eusebius abs te desideret, ea exponentem illum audias; ut etiam oratorem intelligas a me esse commendatum.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΗ'

Τρωΐλῳ.

Εἰ τὸν ἥρωα Μαξιμῖνον [γρ. Μαξιμιανὸν] οἶσθα· διέτριψε γὰρ χρόνον ὑπόσυχνον ἐπὶ στρατοπέδου· πάντως καὶ ὅτι χρηστὸς ἦν, οἶσθα. Τούτου παῖς, ἐμὸς ἐξανέψιος, ὃς ἐπιδώσει σοι τὴν ἐπιστολήν· ὃν C ἕτερος μέν τις ἴσως καὶ διὰ τὴν σύγχυν τιμήσει· τῶν γὰρ ἀρξάντων ἐστὶν οὐκ ἀφιλότιμον ἀρχήν. Ὁ δὲ φιλόσοφος Τρωΐλος τἄνδον δύσεται τοῦ νεανίου, κἀκεῖθεν αὐτὸν ἐπαινέσει. Δῆλον δὲ ὅτι καὶ συνδιοίσεις τὰ παρόντα αὐτῷ. Σπαράττεται γὰρ ὑπὸ ἐνδεικτῶν κακῶς ἐπιφύντων τῇ Κυρήνῃ, *εἰ μὴ σύ γε δύσεαι ἀλκήν*. Ὅ τι γὰρ Ἀνθεμίου, ἢ τινα τῶν ὁμοτίμων αὐτῷ πείσεις ὑπὲρ. ἡμῶν τε καὶ τἀληθοῦς φθέγξασθαι, τοῦτο σὸν ἔσται πάντως, καὶ σὺ αἰτίαν ἕξεις τοῦ γενομένου. Δι' ἑνὸς οὖν ἀνδρός τε καὶ πράγματος, δέομαι, προθυμήθητι τῶν παμπονήρων τούτων ἡμᾶς ἀπαλλάξαι θηρίων. Τὸ γὰρ εὐτυχηθῆναι τὴν πεῖραν τοῖς φθάσασι, πολλοὺς ὁμοίους γενέσθαι προτρέψεται.

Si Maximinum heroem cognoscis : diu enim in comitatu versatus est : prorsus et eumdem bonum virum esse cognoscis. Hujus filius, consobrinus ex patre meus est, qui tibi hasce litteras dabit; cui alius fortasse quispiam vel ob fortunam honorem tribuet : ex iis enim est qui non obscurum magistratum gesserunt. At philosophus Troilus intimos adolescentis recessus penetrabit, et eum inde laudabit. Perspicuum autem est te illi in præsenti necessitate auxilio futurum. Laceratur enim a delatoribus in Cyrenen grassantibus, *nisi vires induis ipse*. Quidquid enim Anthemio, vel alteri cuilibet pari auctoritate pro nobis, ac veritate loqui persuaseris; tuum hoc utique erit, ejusque, quidquid factum erit, causa esse putabere. Per unum itaque hominem, unumque negotium, quæso te, da operam ut a nequissimis istis belluis liberemur. Hoc enim ipsum, quod iis qui periculum primi fecerint, prospere successerit, plerosque ut similes esse velint hortabitur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΘ'.

Τρωΐλῳ.

Εἰς Διογένην ὅ τι ἂν ποιήσῃς, ὧν σοι φύσις ἐστὶν ἐργάζεσθαι, οὐδὲν καιρὸν ἔσῃ πεποιηκὼς, ἀλλ' ἐποικοδομῶν τοῖς σαυτοῦ. Κυρηναῖος γάρ ἐστι, τῆς δ' ὑμᾶς ὅτι πόλεως. Δεῖ δὲ οὐ μόνον ἁθρόους, ἀλλὰ καθ' ἕνα εὐεργετεῖν. Τίνα δέ ἐστιν ἐν οἷς φίλων δεήσεται Διογένης, οὐκ ἐμοῦ γράφοντος ἀναγινώσκειν, ἀλλ' αὐτοῦ λέγοντος ἀκούειν σε δεῖ. Οὐδὲν γὰρ ἂν γένοιτο τοῦ παθόντος ῥητορικώτερον. Μαρκιανὸν τὸν φιλόσοφον τὸν ἄρξαντα Παφλαγόνων πρόσειπε παρ'

D

EPISTOLA CXIX.

Troilo.

Quidquid in Diogenem contuleris eorum ad quæ præstanda natura comparatus es, nihil novi feceris, sed tuis aliquid meritis astruxeris. Cyrenæus enim est, ex ea, quæ vestra opera etiamnum urbs est. Non solum autem de universis, verum etiam de singulis bene mereri convenit. Quæ sint, ea porro, propter quæ amicis opus habeat Diogenes, non scribente me legere, sed eo dicente audire te oportet. Nihil enim possit eo esse, qui perpessus

Digitized by Google

sit, disertius. Marcianum philosophum, qui Paphlagoniæ præfuit, meo nomine salutes velim. Et si quidpiam potest, **257** posse autem conjicio, istud prohibere contendat, ne is qui mecum admodum cognatione conjunctus et consobrinus est, a delatoribus calumniantibus, certissimis patriæ nostræ pestibus, misere conficiatur : quem tibi cum duo duntaxat fratres simus, tres numeramur.

A ἐμοῦ. Κἂν τι δύνηται· στοχάζομαι δὲ ὅτι δύναται, κωλυσάτω συγγενῆ μου σφόδρα αὐτανέψιον [γρ. ἀντανέψιον], ἔργον γενέσθαι συκοφαντῶν ἐνδεικτῶν, κοινῶν ἀλαστόρων τῆς χώρας· ὃν σοι μετὰ τῆς ἐπιστολῆς υἱὸν ἐγχειρίζω, δι' ὃν ὄντες ἀδελφοὶ δύο, τρεῖς ἀριθμούμεθα.

cum hac epistola filii loco committo, propter quem.

EPISTOLA CXX.

Fratri.

Medici solent iis qui ægre evomunt tepidæ aquæ sorbitionem præscribere, ut quod intus est cum ea simul extrahant. Volo igitur novos tibi rumores nuntiare, qui ad me nuper ex continenti B sunt allati, ut illos cum fenore mihi reddas, si quid nosti amplius, adjiciens

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΚ'.

Τῷ ἀδελφῷ.

Οἱ Ἀσκληπιάδαι τοῖς δυσεμέτοις ὕδατος χλιαροῦ διδόασιν ἀπορρόφειν, ἵνα τούτῳ συνεπισπάσωνται καὶ τὸ προαποκείμενον. Βούλομαι δή σοι κἀγὼ φήμας καινὰς ἐναγχος ἐκ τῆς ἠπείρου διακομισθείσας ἀπαγγεῖλαι, ἵνα μοι πολλαπλασίους αὐτὰς ἀποδῷς, προσθεὶς εἴ τι πλέον εἰδὼς τυγχάνεις.

EPISTOLA CXXI.

Anastasio hydrocometæ.

Ulysses Polyphemo suadebat ut e spelunca se dimitteret. Veterator enim, aiebat, ego sum, opportuneque tibi admodum subsidio fuerim, cui marini amores illi non satis ex voto respondent. Etenim ego cantiones quasdam scio, et nexus, et amatorias illecebras, quibus vel tantillum Galatea resistere non potest. Hoc tu solum ostium amoveto, vel saxum istud ingens potius : mihi enim vel promontorium esse videtur. Ego vero ad te revertar, cum dicto citius puellam adegero. Quid C dixi, adegero? ipsam illam multis præstigiis adductu facilem præbebo. Orabit te, et obsecrabit : tu vero delicias ages, et illudes. Verumtamen nescio quid interim ejusmodi scrupulum injicit; ne vellerum succidorum fetor delicatæ puellæ, sæpiusque de die lavanti ingratus accidat. Consulto itaque feceris, si omnia componens everras, et eluas, ac suffias cubiculum : multoque adhuc consultius, si et coronas paraveris ex hedera, et similace, quas tibi, tuisque deliciis imponas. Sed quid etiam restitas? Non jam fores emoliris? Ad hæc igitur Polyphemus cachinnum extulit, quantum potuit maximum, manusque complosit. Et Ulysses quidem præ gaudio illum sui compotem non esse arbitra- D batur, quod se suis deliciis potiturum speraret. At ille mentum ejus leniter demulcens, **258** O Nemo! dixit, vaferrimus homuncio mihi videris, et rerum usu detritus. Verum aliud quiddam molire : nec enim ipse fugam inde capesses. Atque Ulyssi quidem (nam injuriam sane patiebatur) sua prorsus erat profutura calliditas. De te vero, qui audacia Cyclopem, factis Sisyphum referres, justitia pœnas sumpsit, lexque constrinxit, quibus nunquam utinam illudas. Quod si omnino legibus superiorem te esse necesse est : at ego non is sim qui eas solvam, aut carceris fores effringam. Etenim si reip. penes episcopos esset administratio, eosdem ipsos oporteret nequitiæ esse

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΚΑ'.

Ἀναστασίῳ ὑδροκωμήτῃ [γρ. *ὑδρομύστῃ*].

Ὀδυσσεὺς ἔπεισε τὸν Πολύφημον διαφεῖναι αὐτὸν ἐκ τοῦ σπηλαίου. Γόης γάρ εἰμι, καὶ εἰς καιρὸν ἂν σοι παρεῖην οὐκ εὐτυχοῦντι τὰ εἰς τὸν θαλάττιον ἔρωτα. Ἀλλ' ἐγώ τοι καὶ ἐπῳδὰς οἶδα, καὶ κατα-δέσμους, καὶ ἐρωτικὰς κατανάγκας, αἷς οὐκ εἰκὸς ἀντισχεῖν οὐδὲ προσβραχὺ τὴν Γαλάτειαν. Μόνον ὑπόστηθι σὺ τὴν θύραν ἀποκινῆσαι· μᾶλλον δὲ τὸν θυρεὸν τοῦτον. Ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ ἀκρωτήριον εἶναι φαίνεται. Ἐγὼ δὲ ἐπανήξω σοι, θᾶττον ἢ λόγος τὴν παῖδα κατεργασάμενος. Τί λέγω κατεργασάμενος; Αὐτὴν ἐκείνην ἀποφανῶ σοι δεῦρο πολλαῖς ἴυγξι γενομένην ἀγώγιμον· καὶ δεήσεταί σου καὶ ἀντιβολήσει· σὺ δὲ ἀκκιῇ καὶ κατειρωνεύῃ. Ἀτὰρ μεταξύ μέ τι καὶ τοιοῦτον ἔθραξε, μὴ τῶν κωδίων ὀγράσος ἀηδὴς γένηται κόρῃ τρυφώσῃ, καὶ λουομένῃ τῆς ἡμέρας πολλάκις. Καλὸν οὖν εἰ πάντα εὐθετήσας, ἐκκορήσειάς τε καὶ ἐκπλυνεῖς, καὶ ἐνθυμιάσειας τὸ δωμάτιον· ἔτι δὲ κάλλιον, εἰ καὶ στεφάνους παρασκευάσαιο, κιττοῦ τε καὶ μίλακος [γρ. σμίλ.], οἷς σαυτόν τε καὶ τὰ παιδικὰ ἀναδήσαιο. Ἀλλά τί διατρίβεις; Οὐκ ἐγχειρεῖς ἤδη τῇ θύρᾳ; Πρὸς οὖν ταῦτα ὁ Πολύφημος ἐξεκάγχασέ τε ὅσον ἠδύνατο μέγιστον, καὶ τὼ χεῖρε ἐκρότησε. Καὶ ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς ᾤετο αὐτὸν ὑπὸ χαρμονῆς οὐκ ἔχειν ὅ τι ἑαυτῷ χρήσαιτο, κατελπίσαντα τῶν παιδικῶν περιέσεσθαι. Ὁ δὲ, ὑπογενειάσας αὐτὸν, Ὦ Οὖτι, ἔφη· δριμύτατον μὲν ἀνθρώπιον ἔοικας εἶναι, καὶ ἐγκατατετριμμένον ἐν πράγμασιν. Ἄλλο μέντοι τι ποίκιλλε· ἐνθένδε γὰρ οὐκ ἀποδράσεις. Ὁ μὲν οὖν Ὀδυσσεὺς (ἠδικεῖτο γὰρ ὄντως) ἔμελλεν ἄρα τῆς πανουργίας ὀνήσεσθαι. Σὲ δὲ Κύκλωπα μὲν ὄντα τῇ τόλμῃ, Σίσυφον δὲ τοῖς ἐγχειρήμασι δίκη μετῆλθε, καὶ νόμος καθεῖρξεν, ὧν μή ποτε σὺ καταγελάσειας. Εἰ δὲ δεῖ πάντως ὑπερέχειν σὲ τῶν νόμων· ἀλλὰ μὴ ἔγωγε εἴην ὁ παραλύων αὐτούς, καὶ τὰς θύρας καταῤῥηγνὺς τοῦ ἐπὶ τοῖς δεσμώταις οἰκήματος. Καὶ γὰρ εἰ μὲν ἦν ἐπὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἡ πολιτεία, τούτους ἔδει τῆς πονηρίας κολαστὰς εἶναι. Ὡς ἔστι γε τὸ δημόσιον ξίφος οὐχ ἧττον,

Digitized by Google

ἢ τὰ ἐν τοῖς προτεμενίσμασι (55) χέρνιβα, πόλεως καθαρτήριον.

vindices. Quandoquidem publicus gladius non minus quam lustralis aqua, quæ in templorum vestibulis collocatur, civitatis est piaculum.

Οὕτω καὶ τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν.

Sic veterum decus audimus, famamque virorum.

Οὕτως ἐποίουν, ἕως ἐδόκει καλὸν εἶναι τὸν αὐτὸν εὔχεσθαί τε ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἀγαθῶν, καὶ πράττειν ὅπως ἂν παραγένοιτο. Καὶ γὰρ Αἰγύπτιοι, καὶ Ἑβραίων γένος χρόνον συχνὸν ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐδασιλεύθησαν. Ἐπεὶ δὲ διῳκίσθησαν οἱ βίοι, καὶ ὁ μὲν ἱερὸς, ὁ δὲ ἡγεμονικὸς ἀπεδείχθη, τετάχαται δὲ ἕτεροι μὲν ἐν τοῖς πράγμασιν, ἡμεῖς δὲ ἐν ταῖς εὐχαῖς εἶναι· οἷς ὁ νόμος ἀπαγορεύει χεῖρα ὀρέγειν τῇ δίκῃ, καὶ ἀποκτιννύναι τὸν πονηρότατον· πῶς ἄν τις αὐτοῖς ἐπιτρέψειεν ἀνδρὶ πανούργῳ χεῖρα ὀρέξαι κατὰ τῆς δίκης; Ἀλλ' ἐγὼ, τό γε εἰς ἐμὲ ἦκον, ἅπαν ποιῶ· εὔχομαι καὶ οἴκοι, καὶ ἐπὶ τῶν κοινῶν ἱερῶν ὑπερσχεῖν τῆς ἀδικίας τὴν δίκην, καὶ πονηρίας ἐκκαθαρθῆναι τὴν πόλιν. Τοῦτο δὲ ταυτόν ἐστι τῷ κακὸν κακῶς ἀπολωλέναι καὶ σὲ, καὶ ἄλλον ὅστις σοι παραπλήσιος. Ἔστω δή σοι τοῦτο τεκμήριον, τίς ἂν ἐγενόμην, ἐξόν τι ποιεῖν, ὅς, ἐπειδὴ οὐκ ἔξεστι, καταρῶμαι.

